BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE
13
1 C
23
07

13.1.C.23.

TRACTATVS
DE LEGIBVS
Ampliſsimus:

In quo omnium Diuinarum, humanarumq; legum, hoc eſt legis vniuerſæ, æternæ, naturalis, humanæ, eccleſiaſticæ, ciuilis, municipalis, conſuetudinis, & diuinæ, tum veteris, tum nouæ, fundamenta, cauſſæ, proprietates, effectuſque tractantur; dum quæ Theologi, Philoſophi, I. V. Periti, & alij ſcriptores de legibus docuere, diſtincte ac breuiter colliguntur, planeque explicantur:

Eſtque Quæſtionum Diui Thomæ de legibus, & multorum titulorum, præſertim primorum vtriuſque iuris, Commentarius locupletiſſimus:

Ac proinde, valde vtilis Remp. gerentibus, in vtroque foro, atque in Theologiæ, & Legum ſcholis verſantibus; cum in eo, quamplurimi caſus, ad vtrunq; forum pertinentes decidantur, & ad alios decidendos, atq; ad remp. recte adminiſtrandam regulæ permultæ tradantur.

LVDOVICI CARBONIS A COSTACCIARO,
Academici Parthenij, & Sacræ Theologiæ in almo Gymnaſio Peruſino olim publici Magiſtri.

Cum Indice diſputationum, & rerum notabilium.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

VENETIIS, MDC.

Apud Ioannem Guerilium.

SERENISSIMO

FRANCISCO MARIAE II. VRBINI DVCI VI. &c.

QVI ſuas varijs de rebus lucubrationes in lucem ſunt daturi , Sereniſs. Princeps , ijs varios Patronos inuenire vt plurimum eſt neceſſe ; ſi illis dicanda ſunt opera, qui eorum intelligentiam habent aliquam: quod qui non faciunt,haud ſcio quid facere poſſint ineptius. Mihi vero,id curæ minime ſuſcipiendum eſt; cum quidquid a me proficiſci poteſt, tibi vni omnibus bonis artibus ſcientijſque ornato, ſiue de rhetoricis, ſiue de dialecticis,ſiue de philoſophicis,ſiue de diuinis rebus ſcribo,prudẽter dicare poſſim. Quod ſi vllum vnquã opus a me tibi nuncupandum fuit, illud præcipue eſt,in quo de omnibus legibus,tum diuinis,tum humanis agitur. Primum quidem, quod iam tertius eſt,ni fallor annus,cum tibi promiſſum fuit: promiſſumque citius feciſſem, ni quædam alia opera, & victus quotidiani comparandi cura, quæ meis Muſis meliores horas ſubtrahit,impedimento fuiſſet. Deinde,vt hoc opus varia cum humanarum,tum diuinarum rerum tractatione eſt refertũ; ita non potuit congruentius in publicum mitti, quam ſub tutela eius,qui in

vtroque iam dicto rerum genere, non mediocriter eſt inſtructus: eius, inquam, qui arte nomothetica, iuriſq; dicendi doctrina eſt imbutus, ſacriſq; legibus, pro veteri conſuetudine, vt optimus Princeps initiatus; eius, qui prudenter ſapienterque non ſine prudentium, ſapientiumque omnium admiratione, ſibi ſubiectos populos optimis legibus gubernat. Denique, ea quoq; ratio me non parum mouit, quod qui hunc de omnium legum genere Tractatum, tuo nomine illuſtratum, videbunt, aliquid maius, quam fortaſſe eſt, de eo cōcipient, atq; ad eum legendum commouebuntur magis. Quod autem hoc meum munus, vel vt alias dicere conſueui, hic meus cenſus, tibi non ſit futurus ingratus, ea re, mihi facile perſuadeo, quod in hoc opere eam expreſſam videbis bene ius ſtatuendi, dicendiq; doctrinam, quam animo tenes, quam quotidie exerces, quam omnibus rem communem gerentibus, & felicitatem publicam parere, conſeruareque volentibus, neceſſariam eſſe noſti. Id, ſi intellexero, ſi mea ſtudia, vt adhuc pro tua in Deum, tuoſque pietate feciſti, fouebis, operam dabo, vt iuſtum de Rep. diuina inchoatum opus, in communem vtilitatem tuis ſub auſpicijs publicā lucem videat. Vale, Venetijs. Kal. Octob. M D XCVIII.

Obſequentiſſ. ſubditus,

ac ſeruus

Ludouicus Carbo.

AVCTORIS PRAEFATIO AD LECTOREM.

IAm decimusſeptimus vertitur annus, amice Lector, cum hunc de legibus Tractatum, quem mihi publice prælegendum ſtatueram, fere confeci: ſed, publico docendi munere ſponte depoſito, ad hoc vſq; tempus, vt erat, in tenebris iacuit. Quamuis ergo ultra tempus ab Horatio ad promendum aſſignatū, apud me manſerit: tamen in eo abſoluendo & poliendo curam adhibui nullam. Sed, cum his menſibus, quadam ſubita occaſione ad eum edendum impulſus fuerim, ad eius abſolutionem eam contuli diligentiam, quam per uarias lectiones, & alia opera, mihi omni auxilio, in grauioribus præſertim lucubrationibus neceſſario, deſtituto, conferre licuit. Quare, etſi, vt libere fateor, hic noſter Tractatus magis limatus atque abſolutus foras uenire potuiſſet; tamen, & quia tempori ſeruiendum, & nonnullorum iudicio atque cohortationibus parendum fuit, vtcunque eſt, in publicum uenire permiſi. Multum enim me permouit, tum Philippi Pinij Philoſophi, Iuriſperiti, & Aduocati inſignis grauiſſimum iudicium: tum Seruilij Trei I. V. Conſultiſs. & in iuſtitia adminiſtranda uerſatiſſimi hortatio; tum vt alios omittam, Balſi Antonij Pennæ Iuriſconſulti, & Eloquentiæ Venetijs publici Profeſſoris plena noſtri operis approbatio, atque commendatio. In cuius editione, id habui incommodi, quod deſcribere, in quibuſdam locis melius, digerere, & perpolire, atque quorundam auctorum citata loca conferre non potuerim: cum non eam nunc habuerim librorum copiam, quam habebam, cum eius conſcriptionem ſum agreſſus. Itaque, ſi quid in citationibus, etiam impreſſorum culpa, erratum fuerit, æqui, boni amice Lector, conſule. Illud quoq; accidit incommodi, quod nimia cum feſtinatione impreſſum fuit, vt correctioni præeſſe mihi non licuerit. Cæterum, in eo legendo nihil inuenies, quod lectionis curſum impedire queat, cum quæ maiora irrepſere, menda, adnotauerim: minora autem, quæ pauca ſunt, tuo iudicio reliqui, præſertim quæ ad interpungendi rationem pertinent, quam interdum immutatam inuenies. Et licet multa de huiuſce Tractationis vtilitatibus adſcribere, hic poſſem, demoſtrando quid in hac grauiſſima materia in qua uiri doctiſſimi ſunt verſati, præſtiterim, cum non unius vel alterius legis tantum, ſed omnium cum humanarum, tum diuinarum uim atque naturam, plenius, ni fallor quam alius quiſpiam, adhuc fecerit, explicuerim: tamen ne mea laudare uelle uidear, eas miſſas facio. Hoc unum dixerim, hic Theologos habituros non ſolum ſua,

ſed

ſed etiam ea, quæ a I. V. Peritis, de legibus tractantur, & Iuriſperitos, & ſua, & quæ a Theologis, Philoſophiſque ſcribuntur, ea nimirum, omnia, quæ vtriſq; aliqua parte ſcitu ſunt neceſſaria: ac proinde, vno opere, & illis, & his pro noſtro inſtituto, fortaſſe ſatisfecerimus. Quod non fuit Cauſſidicos inſtituere, formulas actionum oſtendere, litigandi cautelas docere, riuuloſque indicare, ſed ad ipſos fontes, hoc eſt, ad ipſas omnium legum naturas intuendas legentium animos attollere, atque legum conficiendarum, interpretandarum, utendarumque rationem demõſtrare, quæ qui cognouerit, is in omnium legum partibus intelligendis, explicandis, & ad uſum traducendis recte uerſari & Iurium omnium Peritus, iure ſalutari poterit. Vnde, non ſine ratione quidam Iuriſconſultus Peruſinus grauiſſimus, me audiente, dicere ſolebat, ſe nunquam legum uim, naturamque intellexiſſe, niſi cum quæſtiones Diui Thomæ de legibus perlegit. Quod ſi quis ex hoc noſtro Tractatu, aliquem fructum perceperit, Deo ſummo Legiſlatori acceptum referat, in cuius gloriam, & hunc, & cæteros noſtros labores relatos uolumus.

ET quoniam ſæpe, tum a Bibliopolis, tum ab alijs noſtrorum operum Catalogus a nobis requiſitus fuit, eum hoc loco adſcribere placet: vt, ſi qui noſtris laboribus vti voluerint, quid adhuc in lucẽ dederimus, vel propediem daturi ſumus, & quid etiam moliamur, ſciant.

Compendium abſolutiſſimum ſummę Diui Thomæ.
Introductionis in ſacram Theologiam libri *6*.
Tractatus de omnium rerum reſtitutione. 192. quæſt. comprehenſus.
Tractatus de legibus. lib. 18.
Introductionis ad catechiſmum, ſiue doctrinam Chriſtianam. lib. 3.
Orationis dominicæ ampla explicatio.
Interior homo, vel de ſuiipſius cognitione.
Vir iuſtus, vel de laudibus hominis Chriſtiani Centuria.
De præceptis eccleſiæ opuſculum.
Fons uitæ & ſapientiæ, uel ad ueram ſapientiam acquirendam adhortatio.
De pacificatione & dilectione inimicorum.
De amore & concordia fraterna. lib. 1.
Dello ammaeſtramento de figliuoli nella dottrina Chriſtiana.
Defenſione dello ſcholaro della dottrina Chriſtiana.
Additamenta ad logicam Toleti.
In eiuſdem introductionem præludia, & tabulæ.
Introductionis in logicam, ſeu compendij totius logicæ libri *6*.
Introductionis in philoſophiam libri 4.
De arte dicendi libri duo.
De inuentione dialectica & oratoria lib. 5.
De diſpoſitione oratoria lib. 1.
De quæſtionibus oratorijs lib. 2.
De cauſſis eloquentiæ lib. 4.
De eloquutione oratoria lib. 4.
De officio oratoris lib. 5.
De oratore diuino lib. 7.
Tabulæ rhetoricæ Cypriani.
De octo partium orationis conſtructione.
Compendium lib. 3. Grammaticæ Aluari.
Additiones in Grammaticam Clenardi. Edenda.
Diuinarum inſtitutionum, lib. 25. opus abſolutum.
Introductio ad omnes ſummas caſuum conſcientiæ, opus abſolutum.
De rep. diuina inchoatum.
De caſibus conſcientiæ opus completum, & artificioſe tractatum, quale adhuc nullum extitit, inchoatum.

GLI Eccellentiſs.Sign.Capi dell'Illuſtr. Conſ.di X.infraſcritti hauuta fede da li Sign.riformatori del ſtudio di Padoua per relation de li tre acciò deputati, cioè del Reuer. Padre Inquiſitore, del circ.Secret.del Senato Lorenzo Maſſa, & di D.Baldo Ant.Penna Dottor, & Lettor publico, che nel Trattato de Legibus de D.Ludouico Carbone, non vi è coſa contra le leggi & degno di ſtampa, concedono licentia che poſſi eſſer ſtãpato in queſta Città.

Dat.Die 19.Auguſti 1598.

D. Gaſparo Venier.
D.Lunardo Mozenigo. } Capi dell'Illuſtr.Conſ.di X.
D.Zuane Corner.

Illuſtriſs.Conſ.X.Secr.
Leonardus Otthobonus.

1598.à di 3.Settembrio.
Regiſtr.in libro.

Antonius Laured.officij
Con.Blaſph.Coad.

INDEX CENTVM ET NONAGINTA TRIVM DISPVTATIONVM LIBRORVM decem & octo Tractatus de Legibus.

Libri primi.

AN de legibus vlla dari poſſit certa ſciētia, &ad quem artificem pertineat. Diſput.1.
An legum condendarum ratio certa arte contineri poſſit. Diſp.2.
De legalis ſcientiæ cauſſis. Diſp.3.
De vtilitate, neceſſitate dignitateque ſcientiæ legum. Diſp.4.
Qualis eſſe debeat legum magiſter. Diſput.5.
De legalis doctrinæ auditore, deque eiuſdem acquiſitione. Diſput.6.

Libri ſecundi.

DE quibuſdam ſcientiæ legum fundamentis, ſiue ſuppoſitionibus. Diſp.1.
De quibuſdam principijs, ex quibus leges dimanarunt. Diſput.2.
De nomine legis. Diſp.3.
De legis diuiſione. Diſp.4.
Afferuntur & explicantur variæ legum definitiones. Diſp.5.
De iuſtitiæ ęquitatiſque natura & partibus. Diſp.6.
Quid, & quotuplex ſit ius, iuſtum, & æquum. Diſp.7.
An in eccleſia admittendus ſit principatus, atque politica ptās. diſp.8.
An in Republica Chriſtiana ſit poteſtas condendi nouas leges, tum eccleſiaſticas, tum ciuiles. Diſp.9.
De legum iuris ve origine. Diſp.10.

Libri tertij.

AN lex pertineat ad intellectum, vel ad voluntatem. Diſp.1.
An lex a pręcepto & conſilio differat. Diſput.2.
An lex debeat eſſe propter commune bonum, ſeu de legis fine. Diſp.3.
An Princeps ſiue legiſlator, poſſit legem ſtatuere; qua ſubditorum bona in ſuam utilitatē cedant. Diſp.4.
An ſit ſolius Principis leges condere. diſput. 5.
An Pontifex Romanus poſſit vllas leges condere, quibus vniuerſum Chriſtianū orbem obliget. Diſp.6.
An promulgatio ſit de natura, ſiue de ratione legis. diſput.7.
An lex ciuilis ſtatim poſt promulgationem incipiat obligare. diſp.8.
An leges Pontificiæ ſtatim obligent ſcientes poſt ſufficientem promulgationem, an vero aliquod requirant tempus, vt obligare dicantur. diſput.9.
An ad hoc vt lex habeat vim obligandi, ſit neceſſaria acceptatio & vſus. diſput.10.
An ſit de natura legis, vt ſcribatur. diſput.11.
De partibus, ſiue ſpeciebus legum. diſput.12.
De effectibus legis, ſitne legis effectus efficere homines bonos. diſp.13.
An poſſit eſſe bonus vir ꝗ non ſit bonus ciuis, & contra. diſp.14.

nus

An poſſit eſſe bonus Princeps, qui nõ ſit vir bonus. diſput.15.
De legis actibus, quot, & qui ſint. diſput.16.
An obſeruatio legis ex timore, ſit bona. diſp.17.

Libri quarti.

AN in Deo ſit aliqua lex æterna. diſput.1.
An lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exiſtens. diſput.2.
An omnes leges deriuentur a lege æterna. diſp.3.
An res neceſſariæ ſint ęternę legi ſubiectæ. diſput.4.
An contingentia ſint ęternæ legi ſubiecta. diſp.5.
An legi æternæ conueniat mala permittere. diſput.6.
An lex æterna ſuos tranſgreſſores in æternum punire debeat. diſp.7.

Libri quincti.

AN detur vlla lex naturalis. diſ.1.
An lex naturæ pertineat ad intellectum, an vero ad voluntatẽ. diſ.2.
An lex naturalis ſit habitus, vel actus intellectus. diſp.3.
An lex naturæ recte ab Vlpiano definita fuerit. diſp.4.
An lex naturalis plura contineat præcepta. diſp.5.
An omnes virtutis actus ſint de lege naturæ. diſp.6.
An ius naturale ſit idẽ apud oẽs. diſ.7.
An lex naturę mutari poſſit. diſp.8.
An lex naturæ ex animo aboleri poſſit. diſp.9.
De lege, ſeu iure gentium. diſp.10.

Libri ſexti.

AN lex humana fuerit neceſſaria, & ob quas cauſſas introducta fuerit. diſp.1.
An melius eſſet remp. geri ab optima lege, quã ab optimo principe. di.2.
An leges humanę deriuent a lege naturali. diſp.3.
Num lex humana fieri debeat de rebus vniuerſis. diſp.4.
An lex fieri poſſit de rebus certis. d.5.
An lex fieri poſſit de rebus dubijs ſiue probabilibus. diſp.6.
An humana lege omnia vitia prohibenda ſint. diſp.7.
An leges humanæ faciẽdæ ſint de omnibus virtutibus, vel an omniũ virtutũ actus præcipere debeant. d.8.
De legum ferendarum forma. diſp.9.
Humana lex qualis eſſe debeat. di.10.
De legum humanarũ numero. diſ.11.
De humanæ legis diuiſione & partibus. diſp.12.
An humana lex conuenienter fingat, & de fictionis natura. diſp.13.
An pręſumptio ſit in iure admittenda deq; eius natura & effectibus. d.14.
De rerum augmentatione, conſeruatione diminutioneque. diſp.15.
De effectibus humanæ legis, qui ſunt præcipere, prohibere, permittere & conſulere. diſput.16.

Libri ſeptimi.

AN lex eccleſiaſtica poſſit obligare ad culpam. diſp.1.
An in rep. ciuili ſit poteſtas condendi leges obligantes ad culpam. diſ.2.
An leges eccleſiaſticæ obligẽt ſemper ſub peccato mortali. diſp.3.
De regulis ad cognoſcendum, quando res obliget ſub peccato mortali. diſput.4.
An leges ciuiles unquam obligẽt ſub peccato mortali & quando. diſp.5.
An ad legis humanæ obſeruationem mors corporalis interdum obeunda ſit. diſput.6.
An omnes ſubijciantur legibus, & ſpeciatim iuſti. diſp.7.
An princeps, ſiue legislator ſuis ſit

ſubiectus legibus. diſp.8.
An ei legibus ſubeſt liceat preter verba legis agere. diſp.9.
An lex humana mutari poſſit. diſp.10.
An expediat legem mutare cũ aliquid melius occurrit. diſp.11.
An lex humana diſpenſationẽ admittat,& quid & quotuplex ſit diſpenſatio. diſput.12.
An omnes multitudinis rectores in lege diſpenſare poſſint. diſp.13.
De cauſſa & firmitudine diſpenſationis, deq; diſpenſatoris prudentia. diſput.14.

Libri octaui.

QVid & quotuplex ſit pęna, lexque pœnalis. diſput.1.
An humana poteſtas legẽ pęnalem, præſertim capitalem condere poſſit. diſp.2.
Qualis & quanta debeat eſſe pęna legi adiecta. diſput.3.
An lex humana pœnalis habeat vim obligandi conſcientiam. diſp.4.
An lex pure pęnalis obliget ad ſolam pœnam. diſp.5.
Qua ratione cognoſci poſſit, an lex pœnalis contineat latam, aut ferendam ſententiam. diſp.6.
An lex pęnalis obliget in conſcientia ad pœnam, ante iudicis ſentẽtiam, quando continet ſententiam ferendam. diſp.7.
An humanæ poteſtati liceat ſtatuere legẽ pœnalẽ, quę obliget conſcientiam ad pœnam latæ ſñiæ. diſp.8.
An leges pœnales latæ ſententiæ obligent ipſo facto in conſcientiã, ante vllam iudicis ſententiam. diſp.9.
Qua ratione lex pœnalis interpretanda ſit. diſp.10.
An iudex poſſit diſpenſare in pœna a lege ſtatuta. diſp.11.
An q apud iudicẽ agit, ut reo minuat pœna peccet, & reſtituere teneatur ei, cui pœna adiudicata fuit. diſ.12.
An reus excuſetur a pœna ſtatuta ob ignorantiam. diſp.13.
An qui commiſit crimen occultum liberetur a pœna legis. diſp.14.

Libri noni.

AN cõſuetudo ſit ꝓ lege habẽda, & q̃ ſit eius natura & partes. d.1.
De cauſſis cõſuetudinis, ſiue ex qbus rebus conficiatur cõſuetudo. diſ.2.
De conſuetudinis effectibus, an conſuetudo legẽ abrogare poſſit. diſ.3.
An cõſuetudo ſit legis interpres. di.4.
An cõſuetudo poſſit vim legis obtinere, legemve nouam facere. diſp.5.
An priuilegia ſint in legũ numero habẽda, & quæ ſit eorũ natura. diſ.6.
Qualia debeãt eſſe priuilegia deq; eorũ iuſta cõceſſione & varietate. d.7.
De priuilegiorũ interpretatione duratione, atque reuocatione. diſp.8.
Quid & quotuplex ſit reſcriptũ. di.9.
De reſcriptorum cauſſis, effectis qualitatibus & vſu. diſp.10.
An iura municipalia, ſiue ſtatuta fuerint neceſſaria. diſp.11.
De cauſſis ſtatuti. diſp.12.
De ſtatutorum effectibus. diſp.13.
Enumerantur ſummatim caſus oẽs in quibus alicuius loci ſtatuta perſonas obligant, quædã alia adduntur ad plenã ſtatutorũ doctrinã. diſ.14.
De iure regularum. diſp.15.
De iure rubricarum, an rubrica faciat ius. diſp.16.

Libri decimi.

DE iure canonico, ſeu pontificio. diſput.1.
Definiuntur variæ iuris canonici formæ, atq; ad illud recte explicandũ nõnullę tradunt admonitiones. d.2.
Proponuntur capita, locive cõmunes totius iuris canonici. diſp.3.

De iuris ciuilis Romanorum origine diſput.4.
Quid ſit ius ciuile Romanorum & ſingulæ eius partes. diſp.5.
Qua ratione Romani ſua iura ſancirent. diſp.6.
Iuris ciuilis ſumma, lociue communes,& capita. diſput.7.
De legum diuerſarũ cõparatione,quõ una aliã excellat, aut tollat,deq; cõtrariarũ legum conciliatione.di.8.

Libri undecimi.

An legum interpretatio admittẽda ſit, & quid & quotuplex interpretatio. diſp.1.
De recta legum explicandarũ ratione regulæ communes. diſp.2.
De ſcholaſtica legũ interpretatione, ſeu qua methodo leges in ſcholis interpretandæ ſint. diſp.3.
Qua ratione leges audiẽdę, & puncta in doctoratu recitanda ſint, deque eatundẽ legũ cõtinuatione. diſp.4.
De verborum ſententiarumque recta explicatione, deque eorum extenſione,& reſtrictione. diſp.5.
Qua ratione leges,regulæ,rubricæ,& doctores citandi ſint. diſp.6.
De aduocati & iudicis officio in legũ vſu, cauſſis ſuſcipiendis atque tractandis. diſput.7.
De methodo qua aliqua quęſtio in foro tractanda ſit. diſp.8.
Qua ratione bonum æquũ in iudicijs inueſtigandum ſit. diſp.9.
De iuriſdictione mixto, meroque imperio. diſp.10.

Libri duodecimi.

An præter naturalẽ & humanam legem,ſit aliqua lex diuina neceſſaria. diſp.1.
An lex vetus fuerit bona. diſp.2.
An lex vetus fuerit ſimpeſ fecta. diſp.3.
De legis veteris auctore,an fuerit Deus, an Angelus aliqs an Moſes. diſp.4.
An lex vetus dari debuerit ſoli populo Hebræo. diſp.5.
An lex uetus omnes homines obligauerit,an ſolum Hebræo. diſp.6.
An lex vetus ullo modo ad Chriſtianos pertineat. diſp.7.
An lex vetus conuenienter data fuerit tempore Moſis. diſp.8.

Libri decimitertij.

An lex vetus multa cõtineat prę cepta. diſp.1.
An in veteri lege tradi debuerint vlla præcepta moralia. diſp.2.
An in veteri lege dari debuerint pcepta quædam cæremonialia. diſp.3.
An in veteri lege dari debuerint pcepta quædam cæremonialia. diſp.4.
An omnia veteris legis præcepta ad tria genera reuocentur. diſp.5.
An conuenienter lex vetus per bonorum temporalium promiſſionẽ,& malorum comminationem, ad ſui obſeruationem excitaret. diſp.6.

Libri decimiquarti.

An oĩa præcepta moralia pertineant ad legem naturæ. diſp.1.
An in ueteri lege præcipiantur omnium uirtutum actus. diſp.2.
An oĩa moralia ueteris legis præcepta contineantur in decalogo,& ad illum reuocentur. diſp.3.
De pceptorũ decalogi diſtinctio. di.4.
An denarius præceptorum numerus ſit conuenienter aſſignatus. diſp.5.
An decalogi præcepta ſi conuenienti ordine tradita. diſp.6.
An decalogus conuenienti forma traditus fuerit. diſp.7.
An in præceptis decalogi per ullam potentiam etiã diuinam poſſit fieri diſpenſatio. diſput.8.
An modus virtutis cadat ſub præceptum. diſput.9.

An modus charitatis cadat ſub præceptum. diſp.10.
De præceptis moralibus extra decalogum exiſtentibus, an conuenienter ab eo diſtinguantur, & ad eum reuocentur. diſp.11.
An obſeruatio p̄ceptorū moraliū antiquę legis vim iuſtificādi hēnt.d.12.

Libri decimiquinti.

QVæ ſit cæremonialium præceptorum natura. diſput.1.
An cæremonialia in veteri lege habuerint rōnem figurę.diſp.2.
De cęremoniarum antiquæ legis multitudine, ac diuiſione. diſp.3.
An cæremonialiū p̄ceptorū vlla reddi poſſit rō, & quos ſenſus hērent.d.4.
De cauſſis præceptorū cæremonialiū ad ſacrificiū pertinentium. diſp.5.
An poſſit aſſignari ratio eorum quæ ad ſacra pertinebant. diſp.6.
An ſacramentorum veteris legis conueniens cauſſa reddi poſſit. diſp.7.
An obſeruantiæ cęremoniales aliquā cauſſam habuerint. diſput.8.
An cæremoniæ antiquæ legis habuerint vim iuſtificandi. diſp.9.
An circunciſio habuerit vim iuſtificandi, diſp.10.

Libri decimiſexti.

DE iudicialium pręceptorum natura. diſp.1.
De diſtinctione præceptorū iudicialium, deque Hebræorum politia, ſiue magiſtratibus. diſp.2.
An lex vetus recte tradita fuerit circa principis inſtitutionem. diſp.3.
An in lege veteri conuenienter tradita ſint præcepta ad popularium conuictum pertinentia. diſp.4.
An iudicialia p̄cepta fuerint cōuenienter tradita quantū ad externos.d.5.
An lex vetus cōueniēter dederit p̄cepta, circa domeſticas perſonas.d.6.
An cæremoniæ veteris legis fuerint ante ipſam legem. diſp.7.
An lex vetus, ſiue legis veteris cęremonialia præcepta ceſſauerint. diſp.8.
Quādo lex antiqua ceſſauerit, & obligandi uim amiſerit. diſp.9.
An obſeruatio legalium poſt Chriſti mortem fuerit licita. diſp.10.

Libri decimiſeptimi.

AN lex euangelica ſit ab alijs legibus diuerſa. diſp.1.
An lex euangelica ſit lex in corde ſcripta, & an hoc ſit ei proprium. di.2.
An oēs qui fuerunt ante legē euangelicam, & Chriſti gratiā accepere, ad legē euangelicā pertinerēt. diſp.3.
An noua lex iuſtificet. diſp.4.
An noua lex cōtineret ĩ lege vete. d.5.
An lex noua legē veterē cōpleuerit.6.
An lex noua ſit lege ueteri leuior & obſeruatu facilior. quæſt.7.
Quo tempore lex noua data, & promulgata fuerit. quęſt.8.
An lex euāgelica ſit futura ęterna, ſiue duratura vſq; ad finē mundi. diſ.9.

Libri decimioctaui.

AN lex euāg.p̄cipere dēat externos actus, deq; bon.operū neceſ.d.1.
Opera ex gratia facta eſſe meritoria, & q̄d quaq; rōne mereantur. di.2.
Soluuntur nōnullæ obiectiones cōtra ea quæ de bonorū operū neceſſitate & merito dicta ſunt. diſput.3.
An lex noua conuenienter actus exteriores ordinauerit. diſput.4.
An lex euangelica recte ordinet actus internos. diſp.5.
An ĩ lege euāg. ulla dent̃ cōſilia.di.6.
An lex euangelica cōuenienter quædam conſilia tradiderit. diſp.7.
An continentiæ, virginitatiſq; cōſiliū & cū voto admittendum ſit.diſp.8.
De paupertatis conſilio. diſp.9.
De conſilio obedientiæ. diſp.10.

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

Abbates ſtatuere poſſunt pag.413.c
Abraham de cõgruo meruit, ut ex eius ſemine Chriſtus naſceretur 525.d
Abnegare ſeipſum quid ſit 783.b
Abrogare quid ſit 302 d
Acceptatio an ſit legi neceſſaria 115.a & ſequen.
Actio ciuilis quæ 494.b
Actor ſequitur forum rei 420.d
Actor an poſſit condonare pœnã reo 351.c
Actum aliquem eſſe voluntariũ quibus modis contingere poſſit 363.c
Actus heroici qui 777.d
Actus humanus vt ſit bonus quid requirat 589.a.& ſeq.
Actus humani ad aliquid faciẽdum neceſſarij 72.d.& ſeq.
Actus virtutum qui ſint, vel non ſint ſecundum naturæ legem 193.b.c
Actus humani an ſint referendi in Deum, vt ſint boni 595.a.b
Adamus princeps vniuerſalis fuit 58.a.b
Adamo tres leges fuerunt impoſitæ 207.d
Aduocatus qui, & qui eſſe poſſit, quas cauſas ſuſcipere debeat, & quomodo eas tractare & quo pacto in hoc officio peccet 485.b.& ſequen. Quo pacto quæſtionem tractare debet 489.d.& ſeq.
Aediles Romani qui 442.a
Aegyptij quot ſacrificia habuerint 539.c. quos Deos coluerint 541.c
Aequũ & æquitas p ſe expetẽda 38.c.ęqtas quot modis ſumatur 51.c.ęqtatis appellationes. 51.d.quid. ibidem:æquitas neceſſaria in iudice 52.b.æquum quomodo ſumatur 55.c.æquum quid 55.c.æqui diuiſio 55.c. æquitas non inducit grauem culpam 289.b.æquitas eſt virtus non diſtincta a iuſtitia l gali 293.d
Aeternum quomodo ſumatur in ſcriptura 721.b
Angaria quid 399.c
Agere ex electione quid ſit 590.a
Amare Deum ex toto corde quõ intelligẽdum 753.b
Amor ſui quando non ſit malus 143.c
Angeli cuſtodes nos docent 363.b
Animi humani partes duæ 31 d
Anima mundi nulla eſt 44.a
Antiquitas bonæ legis ſignum 299.b
Apoſtoli quo iure victum petant 779.c
Apoſtoli quomodo ſeruauerint legalia. 684 c. & ſeq.
Archiepiſcopi qui dicantur, & quid ſtatuere poſſint 413.b
Arguere negatiue quid ſit 484 d
Argumentum a ſimili quando non valeat 348.d
Ariſtocratia non præferenda monarchiæ 33.a
Ars quid ſit 6.b.40.b
Artium duo genera & earũ principia 178.a
Attributa diuina varia 148.c
Auditor legũ qualis eſſe debeat 24.a.& ſeq.
Augumentum quid ſit 246.d.quibus modis fiat 247.a. in quibus rebus fiat ibi.
Auguſtus noluit appellari dominus 61.a

B

Baldi errata quædam 322.b
Baptiſmus quãdo inſtitutus, & obligauerit 717.c
Baptiſmo in an voueamus 759.b
Beati ſunt ſub lege æterna 159.c
Beatos eſſe pauciores, quam damnatos, cur mirum videri non debeat 265.d
Belli gerẽdi ratio apud Iudæos 659.c.667.c
Bellum gerere Chriſtianis licet 760.a
Bonum quot modis aliquid dicatur 707.a
Bonum triplex 35.d.36.a
Bonum eſſe ſectandum, quo pacto intelligendum ſit 193.d
Boni ſubſtantia quæ 49.a
Boni cur dicantur non eſſe ſub lege 159.c
Boni & mali ſubſtant legi æternæ, ſed illi magis 159.a.b
Bouis vtilitates quot 666.a
Bruta non habent proprie loquendo in ſe naturæ legem 185.a. bruta carent ratione 183.d

Care-

C

CAEREMONIAE quæ damnatæ 67. a.b.cęremonię etymō & origo. Quid & quotuplex 606.a.& ſeq.non poſſunt ꝑtermitti ſine culpa 608.b.c.cæremoniarū ratio quæ 609.c.d.pertinēt ad cultū 610. c.quid deſignēt.ibi.earum vtilitates 611. a.cur multæ in veteri lege 612. c. earum diuiſio 613.b.ceremonialium præceptorum antiquæ legis rationes quæ 616.b. & ſeq.quos ſenſus haberent 618.c.cæremoniæ antiquæ legis habuerint uim iuſtificandi 637.a.& ſeq.an fuerint ante legem 671. d. & ſeq. cæremoniarum vſus non eſt damnandus 546.b

Cæremonialium præceptorum veteris legis myſtica explicatio 616.a.& ſeq. an habuerint vim iuſtificandi 637.a.& ſeq.

Candelabrum in templo quid ſignificaret 625.d

Canon quid 434.d

Canoniſtæ & iuriſperiti facile errant in iis quæ pertinent ad ius diuinum 423.d. Canoniſtarum errata nonnulla 436.a

Capitatio quid 399.c

Capitula an ſtatuere poſſint 413.c.d

Caritate de datur præceptum,& quomodo ſit ſeruandum 594 b.& ſeq.

Cardinales eligunt Pontif. ſed non dant ei auctoritatem 412. d. Cardinales an aliquid ſtatuere poſſint 412.d

Caritatis mandatum aliorum finis eſt.538. d.caritas eſt finis legis 265.c

Caſtitas neceſſaria ſtudentibus 25.a

Cauſſæ eccleſiaſticæ quæ 423.a

Cauſſa iuſta, vel minus iuſta quæ dicatur 485.d

Cauſſa ceſſante, quando effectus ceſſare dicatur 269.b

Cenſores Romani qui 441.c

Centumuiri,decemuiri, quatuorviri & triūuiri Romani 442.b.c

Chriſtus,quod regnū inſtituerit 58.d. Chriſtus verus legiſlator 63.b.Legiſlator ſufficiens.67.c.in Chriſto an fuerit concupiſcentia 121.d.ignorantia,ibi. Quomodo habeat gloriam 166.d.Quomodo exēptus a tributis 424.a. cur legem veterem ſeruauerit 678. non meruit poſt mortem 680.d. an fuerit mendicus. 778. b. exemplum duplicis paupertatis dedit 779. b. Chriſtus quomodo intelligatur eſſe mediator 526. c. quomodo primogenitus omnis creaturæ 520. d. Chriſti & Moſis collatio 530.d

Chriſtiana religio ſola perfecta 128.b

Chriſtianus, chriſtianis licet exercere iudicia 65.b. Chriſtiana libertas quæ 65. a. 66.c.chriſtiani, cur meliores eſſe debeāt. quam Iudæi 705.b

Circunciſionis cęremonia non damnanda. Cur in tali parte fieret 645.d.quæ fuerit eius virtus & efficacia 446.b.& ſeq.in vſu apud multos populos 645. d. cuius legis ſit ſacramentum 646.d.Differentię inter circunciſionem,& baptiſmum 647.a. cur eius vſus non fuerit in deſerto 648. b.ſacramentum legis naturæ 675.a. quando ceſſauerit 680.a. quando obligauerit 717.d

Citationes quales debeant eſſe 487.a.Citationes vt faciendæ ſunt 482.d.& ſeq. citari quę poſſint. ibid.

Ciuitas cur ſic dicta 409.b. quæ dicantur ciuitates. ibi. ciuitatis partes.c. quę ſtatuere poſſit 414.c.& quando ibi.415.a.ciuitatis finis 125.c. 129.b. cur inſtituta 126. c. ciuitas quid 32.b. quando eſt bene inſtituta 661.c.quæ ſalua ſit 289. c. ciuitas ex quibus conficiatur, quę ſint eius partes 228.d.Ciuitas quid ſit 210. melius gubernatur legibus,quā ſolo Principe 212. c. Ciuitatis commoda 130.c.cui comparetur 133.b

Ciuis quis 134.a.b

Ciues qui cenſeantur 134.a.409.d.415.b.ciuis duplex 410.a.qui dicatur ciuis 667.c

Ciuilis poteſtas a Deo 59.a.265.a. & in quo ſit.ibi.eſt de iure diuino b.Ciuilis ſocietas cur facta 653. d. Ciuilis poteſtas poteſt leges condere 264.d

Ciuium Romanorum priuilegia 410.d

Clerici an obligentur ſtatutis ſecularibus 423.a.an poſſint puniri a poteſtate ciuili 423.b.quo iure ab ea ſint exempti 423.c. eorum cauſſę a quo cognoſcantur 101.d. eorum bona quo iure exempta a ciuili poteſtate 423.a

Cœleſtis militiæ princeps qui 95.d

Collegia ſiue capitula an ſtatuere poſſunt 413.c. & 414.c

Confeſſiones quæ dicantur 614.c

Confeſſio quæ neceſſaria ad cōdemnādum 488.b

Confirmatus bis non eſt irregularis 549.a

Collecta

Collecta quæ 399.c
Commutari quid ſit. 302.d
Communitas non habet dominium in bo-
na ſingulorum 325.c
Commentarius quid 467.c
Conciliorum variæ ſpecies 412.e
Conſilium quotuplex 251.d.252.d. conſilij
natura quæ 252.b. Quando lex det con-
ſilium 252.d. Conſiliá ſunt etiam de le-
ge naturæ 756.a. & in veteri lege adum-
brata. ibid. 6. cur in noua lege magis ex-
preſſa 575.6. conſilia ad tria capita reuo-
cata 757.c. Euangelij propria 758.b. Con
ſilium differt a lege 78.d
Concilium quid 434.c. & quotuplex. ibid.
Concilia quæ dicantur in ſcriptura 653.d.
655.b. Conciliorum decreta quomodo
intelligenda 290.c. Concilia omnia ſta-
tuere aliquid poſſunt 412.c
Concionatores quæ debeant populum do-
cere 358.c. Concionatores & Euangelij
miniſtri quo iure victum petant 776.b
Conſcientia quid 177.d. & eius actus ibi.
Concupiſcentia, hoc nomen varie ſumitur
121.b. concupiſcentia vbi ſit 121.b. con-
cupiſcentia, an ſit qualitas 121.c. an ſit
peccatum ibi.
Conſeruantio effectus iuris, quæ tribus
modis fit 247.c
Conſtitutio quid 434.d
Conſcientia accuſſat nocentem 494.a
Conſuetudo quid ſic dicta, quid ſignificet
378.b. quid ſit 379.c. & 380.a. & 381.b.
quotuplex 380.b. conſuetudinis ius ad-
mittendum 380.b. vt neceſſarium 381.c.
conſuetudinis cauſſæ, quæ 382.a. & ſeq.
quibus & quot actibus introducatur. cu-
ius conſenſu. ibid. rationabilis, 383.a. &
a ſeq. quáto tempore introducatur 383.
c.d. effectus qui 385.a. an & quomodo le
gem abroget. 385.d. & ſeq. ſpecies con-
ſuet. 385.b. non tollit ius diuinum 385.d.
conſuetudo nulla valet contra liberta-
tem eccleſiæ 386.a. quando habeat uim
abrogandi legem 386.c. quando ſit ratio-
nalis 386.d. cõſuetudo introduci poteſt,
etiamſi lege ſit prohibitum 387.b. per
quos actus introducatur. ibid. Quomo-
do tollatur. ibi. c. an legem interpretetur
388.a. & ſeq. qualis eſſe debeat, vt hunc
effectum producat 388.d. conſuetudo de-
clarat ius naturale 389.c. a conſuetudi-
ne ducitur bonum argumentum 389.d.
conſuetudo iudiciorum, quam vim ha-
beat 390.a. quæ conſuetudo non inter-
pretetur legem 390.d. an poſſit vim legis
obtinere 39.c conſuetudo eſt lege for-
tior 393.a. conſuetudo in quo antecellat
legem. ibi. cõſuetudinis vis. ibi. conſuetu
dinis origo 393.c. quomodo obliget. ibi.
conſuetudo de recitandis horis can. ante
miſſam, quantum valeat 393.d. conſue-
tudo quæ excuſet a pœna 394.a. conſue-
tudinis ius in obligandi. ibi.
Conſulens malum quomodo puniendus.
252.c. conſules Romani qui, & quid poſ-
ſent 441.b
Conſultor ſeu conſiliarius qualis eſſe de-
beat, quę in eo requirantur 252.a. quo-
modo in iudicãdo ſe gerere debeat. 252.
b. quando puniendus ibi.
Contemptus quid ſit, ſeu agere ex contem-
ptu 270.a
Continentia & continere continentia me-
lior coniugio 770.b
Continere non eſt impoſſibile 783.a
Continentia eſt bonum liberum 771.a.
meretur præmium æternum. ibi. melior
eſt cum voto, quam ſine 771.d
Continuatio legum facienda ne ſit, & quo-
modo 478.a. & ſeq. quid ſit ibi.b
Contingentia ſubſunt æternæ legi. 158.a.
& ſeq.
Contrariorum natura quæ 496.a
Culpa vnde habeat originem 313.b. eſt rela
tiuum pœnæ 329.a. culpa antecedit pœ-
nam 313.d
Criminum varia genera 371.d. & ſeq. vide
peccatum.
Crimina occulta puniri poſſunt 342.a
Cultus diuinus in quibus reb. cõſiſtat. 613.b

D

DAMNATI ſunt ſub lege æterna.
159.c
Damnatos eſſe plures quam beatos cur nõ
debeat videri mirum 165.d
Decalogi lex quomodo a Deo data fuerit
565.b. quæ fuerint. d. cõtinet omnia alia
præcepta 567.c. 574.c. decalogus conue-
nienter traditus a Deo. 568. præceptorũ
decalogi diſtinctio 569.a. & ſeq. cur tot
numero 570.b. & 573.c. de eorundem or-
dine 576.b. conuenienti forma traditus
579.a. an in eis diſpenſari poſſit 581.b. &
ſeq.

ſeq. an contineat omnia legis præcepta 598.d.& ſeq.in eo damnantur omnia peccata mortalia 599.b
Decalogi pręcepta apud profanos ſcriptores reperiuntur 541.d
Decimarum genera quot 615.a
Decretum quid 434. b. Decretalis quid 434.b
Definitio quid 74.a
Democratia minus bona gubernandi forma 95.b
Derogare quid 302.d
Deſuetudo & non vſus quomodo differant 385.a
Depoſitum quid 49.a
Deus dat regna etiam malis 60. b.59. d. & 61. a.
Deus quid 60. d. Dei proprium leges condere 68. c. Deus quomodo ſit legũ cauſſa 88. c. Deo in qui actus reperiantur 144 b.
Deus omnia ab æterno præordinat 145.b. omnia gubernat 30.c.146.d. Deus legiſlator ab ęterno,non dominus 147.d.Dei attributa varia 148.c.non imponit ſibi legẽ 156.b. in Deo quot voluntates 161.d. & ſeq. Deus cur permittat mala & peccata 162.a.d.Deus cur creauerit hominẽ peccabilem 166.c.cur Deus non confirmauit hominem ne peccaret 167.b. Dei notitia & religio de iure naturæ,vel gentium 204.b.Dei perfectiones duæ pręcipue 207.a. aliter gubernat homines, quã res alias 267. d. Deus poteſt hominem ſupernaturaliter docere 506.b
Deus quomodo colendus 542.b
Deus eſt animę ſponſus 545.d.an poſſit diſpẽſare in lege naturæ,vel decalogo.584. an in peccato 586. d. Non præcipit impoſſibilia 713.b
Deum eſſe perſuaſum omnibus 29.c
Dialecticæ uſus & utilitas 23.b.c
Dialectica maxime neceſſaria legiſtis.334.a
Dictamen rationis quod 177 a
Dictator Romanus quando creatus, & quę eius poteſtas 241.d
Dilectio proximi includit Dei dilectionem 538.d
Diminutio legis effectus quid efficacia & quot modis fiat 248.b
Diſcipulus legum qualis eſſe debeat 24. & ſeq.diſcipulis quid obſit 25.d.& ſeq.Diſcipulus debet magiſtrum honorare 25.c
Diſpenſatio & diſpenſo quid ſignificet, vnde dicatur 302.a. & ſeq. diſpenſare & diſpenſatio quid 303.d
Diſpenſatio & interpretatio non idem. ibi. diſpenſare qui poſſit 303. c.304.d. & ſeq. diſpenſationis diuiſiones 304.a.diſpenſatio quid requirat 304.a. diſpenſatio legitima requirit auctoritatem 305.a.diſpenſationis cauſę 307. d. an ſine cauſſa facta teneat ibi.& ſeq. quando ſit nulla 309.c. & 310.c.diſpenſationem qui petit an peccet 310.c. an difficultas ſit cauſſa bona diſpenſationis 311.a
Diſpenſator qui dicatur 302. b.qualis eſſe debeat 307. c. an peccet,ſi ſine cauſſa diſpenſet 308.b.diſpenſator debet eſſe prudens 310. d. diſpenſatio an poſſit fieri in pręceptis decalogi, & legis naturę 582. & ſeq.
Diuiſio qualis eſſe debeat 475.c. diuiſiones quales eſſe debeant 238.c
Doctrina diuinitus reuelata datur in humano genere 506. c.an homini ſemper fuerit neceſſaria & quomodo 505. d. & ſeq. Doctrinę diuinę neceſſitas multis rationibus probatur 507.a.& ſeq.
Doctorũ auctoritas qualis,&an citari poſſit 484.b.c
Doctorum dignitas 19.d.19.a
Dogma quid 434.b
Dominium eſt a Deo,& poteſt eſſe in homine peccatore 59.c. Dominij ratio in quo fundata 59.d
Duces an poſſint ſtatuere 414.b

E.

Ecclesia, in eccleſia eſt poteſtas humana,& magiſtratus 57. b. admittit ciuilem magiſtratum 58.c.poteſtas condẽdi leges 63. d. eccleſiæ gubernatio qualis 93.b.& 95.c.apud quem ſit ibi. eius miniſtri cur ſerui dicantur 94.a.eccleſia cui ſimilis 95.d. poteſt ſtatuere legem pœnalem 315.d.eccleſiã nõ iudicare de occultis quomodo intelligendum 375. b. eccleſia occulte violata an egeat reconciliatione 374. c. eccleſię ſolutio per ſanguinem quomodo intelligenda 348.c
Eccleſiaſticę cauſſę ab epiſcopis cognoſcũtur 101.d.102.a. eccleſiaſticam libertatẽ lędentes infames 102.a
Edictum quid 434.d

Eleemo-

Eleemoſyna quibus magis danda 777.a
Effectus quãdo ceſſet ceſſante cauſſa 269.b
Epiſcopi an ſtatuere poſſint 413.b
Epiſcopi olim cauſſas ciuiles iudicabant pag. 501.c
Ijdem appellationes audiebãt ibi.d. Epiſcopus in quibus diſpenſare valeat 506.b.& ſeq.
Excommunicatus occultus an ſe prodere debeat 372.c. excõmunicati, occulti actus an valeant 373.a. excommunicationis pœna; quando adhibenda 322.c

F

FAmilia & eius partes 32.a.b
Factum quid ſit 44.a
Fictio quomodo ſumatur 241.a. quid ſit. ibi. b. differt a præſumptione ibi.c. quę cauſſæ ibid. quotuplex ibi.d. in quibus rebus ſtat 242.a. fictio inductiua, vbi locum non habeat 242. c. fictio priuatiua in quibus locum habeat 243.b. fictio translatiua in quo locum habeat 243. b. quæ fictiones ſe impediant 243. d. fictio quomodo cõgnoſcatur 243.d
Fides quomodo iuſtificet, vel non 728.c.& ſeq. Fides quid ſignificet 768.a
Filius quomodo dicitur ſubiectus, vel inferior patre 155.b.c. Filiorum obedientia erga parentes laudata 785. d. in quibus obedire debeant 786. d. eis licet tranſire ad religionem inuitis parentibus 729.c
Finis legis caritas 265.c
Finis vltimi veri cognitio non eſt facilis pagina 196.c
Finis duplex 126.b
Fœminæ an leges condere poſſint 89.d fœmina ſubiecta viro 90.a
Fraudem in legem & contra & præter legẽ agere quid ſit 292.b
Furem occidere cur liceat 321.d

G

GAbellas defraudare non licet 325.d
Gazophilacium quid, & quotuplex pag. 615.b
Gentes quid potuerint facere per legem naturæ 509.a. gentium errores varij in lege naturæ 403.b. gentium quarundam errata 547.a. gẽtes nõ fuerunt relictæ a Deo pag. 526.a
Gladius quid, & quid ſignificet 498.c
Gloria quid ſit 699.d
Gloſſa quid ſit, & ſignificet 467.b
Gratiani decretũ, diuiſium 431.d an approbatum 492. a. admonitiones quædam ꝑ lectione decreti Grat. 434.c. Gratiani lapſus. cautè legendus ibi.
Gratia quomodo ſit fortior, quam natura 201.d. gratiam dare ex opere operato q̃d ſit 647. b. gratia data per Chriſtum 641. a. gratia quibus modis ad nos dimanet 502.d.
Gratis iuſtificari quomodo intelligatur. 728.d

H

HEbræi unde ſic dicti 524.b. Hebræorũ errores & ignorãtia 677.a. Hebræis an licuerit externas ĩ uxores ducere 671. d. Hebræorum reip. diſtributio & partes 653.d. & ſeq. Hebræorum reip. explicatio 547.c. & ſeq. Hebræi unde ſic dicti, ibi. cur dicantur Iſraelitæ ibi. d. Hebræi vituperati 549.c
Heretici corrumpunt diuinum uerbum 66. c.d. hæreticorum filij inepti ad beneficia recipiẽda 147. d. hæretici cur puniantur 319. b. hæreticus qui cenſeatur excommunicatus 273.c
Hiſtoria quid ſit 23.d
Homo habet ſocietatem cum Deo 30.b. hominis & humanæ naturæ deſcriptio 30. d.& ſeq. ſtatus tres 336.b. creatus rectus, & quæ eius eſſet rectitudo 33.c. 34.d. cur Deo ſimilis 33.c. hominis primus ſtatus & lapſus 33.c.& ſeq. homini cur neceſſaria ſocietas 35.a. finis 36.a. homo in ſtatu innocentiæ politice vixiſſet 57. d. homo conſtat duplici appetitu 120.c. hominis fœlicitas in quo ſita 124.c. 126.b. animal politicum 125.d. quomodo ſubiectus æternæ legi 159.a.b. cur creatus cum facultate peccandi 166.c. cur non fuerit cõfirmatus ne peccaret 167. b. infinite debet Deo 168.a. homo quaſi orizon & microcoſmus omnium rerum gradus & inclinationes in ſe continet 169. d. & ſeq. homo quomodo participet legẽ æternã 270.c. homo naturaliter inclinatus ad amandum Deum 174.a. homo cur creatus 174.b. Beatitudo hominis in quo ſita ibi. homini triplex lumen communicatum 174.c.
Hominis uariæ inclinationes & appetitus 186.c. Homo factus ad religionem 190.a
Homo quando cenſetur perfectus 192.d

Hominis natura neceſſario requirit aliquã extrinſecam legem 207.d. homo in ſtatu naturæ integræ, vſus fuiſſet legibus 208. b. homo non debet gubernare, ſed lex 212.d. Quæ ſcire teneatur 356. d. Quid ei faciendum ſit, vt ignorantia ei non imputetur, vel ſit inuincib. 359. d. & ſeq. Homo capax doctrinę reuelatæ, qua eget 506.b.& ſeq. 507. homo quomodo creatus ad imag.& ſimilit. Dei 540. d. & ſeq. hominis finis 541.a. cur Deum colere debeat 544.a.b. homo ad religionem natus 546.c. homini cur neceſſaria ſocietas. 35.a
Honeſtum verum bonum per ſe expetendum 36.a.& ſeq.
Hoſtis nomine quid deſignetur 481.a
Humani generis diuiſio in duos populos. 524.a.b

I

Idololatriæ ortus 532.c.533.a
Ieiunij lex obligat etiã perfectos 308.d. & ſeq.
Ignorantia quid & quotuplex 354.d.& ſeq. negationis prauæ diſpoſitionis, iuris facti. inuincib. affectata, craſſa, probabilis 355.a. ignorantia craſſa quid ibi.c. Antecedens concomitans, conſequens. ibi. d. An ignorantia faciat inuoluntarium 356.b. an ſit peccatum, & quæ ſit peccatũ 357.a.& ſeq. ignorantiæ peccatum quomodo tollatur 359. quid requiratur ad faciendam ignorantiam inuincib. 359. d. & ſeq. ignorantia quibus remedijs tolli poſſit 360. a. ignorantia inuincib. poteſt eſſe in uiro iuſto 362. b. Quibus de rebus ſit ignorantia inuincib. 362. d. & ſeq. ignorantia concomitans, an excuſet a peccato 365. c. & ſeq. ignorantia quomodo afficiat actum humanum in genere peccati & volũtarij 366.c.& ſeq. ignorantia an excuſet a pœna 367.d.& ſeq.
Imaginum adoratio non eſt prohibita in decalogo 571.c
Immunitas quid, quotuplex, ob quas cauſas concedatur 399.a.& ſeq. quibus concedatur. ibi.
Imperator quæ ſtatuere poſſit 414.a
Imperium quid ſignificet 497. d. quot modis ſumatur 502.d
Imperij finis diuinus cultus 225.d. imperiũ miſtum, & merum quid 499. b. & ſeq.& eorum gradus Imperij tranſlatio a Græcis cur & a quo facta 100.a
Imperatores Romani, quo modo imperiũ adirent 446.a
Imperfectum & perfectum dicitur aliquid dupliciter 515.c
Impoſſibile quot modis aliquid dicitur. 492.c
Incarnationis beneficium nõ cadit ſub meritum 525.b.c.
Incorrigibilis qui cenſeatur 321.d
Indulgentiarũ reuocationes quomodo accipiendæ 113.d
Inferni pœna cur æterna 167.c.& ſeq.
Inſtitutionum imperialium ſumma, & tabulæ 453.& ſeq.
Intellectus quid ſit 176.d
Interdictum quid 434
Interdictum quid & quotuplex 435.a
Interpretari quid ſit 302.d
Interpretatio quotuplex 303.a.& 388.c. interpretatio verborum quomodo facienda 479.b. interpretatio qd & quotuplex 466.c.& ſeq.& 472.c.& ſeq. interpretationis variæ formæ ſiue modi 467.b.473. b.& ſeq.
Intellectus actus duo 73.c
Irregularitas quid, non ſequitur neceſſario culpam quando ſit pœna & culpam ſequatur 329.b
Irregularitates vnde contrahantur 368.a
Irritare quid ſit 302.c
Iudæus non poteſt fieri doctor, poteſt medicinam exercere 250.b. Iudæorum ad fidem conuerſorum apologia & laus 669. b. iudæi cur tolerẽtur ab eccleſia 318. b. iudæorum ieiunia antiqua 615.d
Iudex quando poſſit, aut non poſſit remittere pœnam 359.a. & ſeq. iudex punitur ni pœnam repoſcat a reo 351.a. iudex nõ ſemper tenetur remittere pœnam, etiam iuſte rogatus 353. a. an poſſit diminuere pœnam a lege ſtatutam 349. d. & ſeq. an euadat infamis non repetendo pœnam 353. b. Quando poſſit minuere pœnam 353. c. Iudice in bono quæ requirantur 655.a. iudices nimis ſeueri damnãdi 321. b. iudex an poſſit pœnas augere. ibi. c. iudicum ignorantia damnata 11.c
Iudex qualis eſſe debeat; 20. d. & ſeq. iudex doctus eſſe debet 21. c. & ſeq. quomodo iudicare debeat 213.b

Iudex in cauſſis iudicandi vt ſe gerere debet 487.a.& ſeq. quæ in eo requirantur. ibi. ex qua ſcientia pronunciare b. Iudicij forma quæ ſpectare debet 488.a.quādo poſſit condemnare non præcedente inquiſitione 488.a.vt inuenire debet bonum & æquum in iudicijs 492. a. & ſeq. iudices vt darentur apud Rom. 500.c. d. ius dicere qui dicantur ibi.
Iudex tardus in iudicando ex præſumptione 246.c
Iudex delegatus, an habeat exequutionem 503.d
Iudicatum quid ſit 445.d
Iudicium quid ſit,& vnde dicatur 55.d
Iudicia qualia eſſe debeant 492.b.&ſeq.
Iudiciorum ratio apud Hebræos quę 655.b
Iudicialium prȩceptorum antiquæ legis erga domeſticas perſonas ratio 669. d. & ſequen.
Iudicialium præceptorum diſtinctio 660.a
Iudicia an fieri debeant ex præiudicijs & cauſſis iudicatis 390.b
Iudicialia præcepta quæ, & eorum natura 651.b.& ſeq.quare mutari potuerint.ibi. cur a nobis non ſeruentur 659.a
Iura Romanorum qui collegerint 6.c
Iuris ciuilis diſtributio 6.c.d
Iuris ciuilis librorum partes 449
Iuris cognitio honorata apud Romanos. 444.b
Iuris totius canonici materiæ ad methodū & locos communes redactæ 437
Iuris ciuilis ſumma & loci communes 451. & ſeq.
Iuris canonici, ſeu eccleſiaſtici nomina. 429. d. a quo collectum 430. a.ex quibus conſtet 430. c. Quando ortum habuerit 431.a
Iuriſconſultus,& iuriſperitus.
Iuriſperitorum gradus tres 19.c. Iuriſconſultus quid ſit 19.d. Iuriſconſulti appellationes 18. c. Iuriſconſulti domus quid 15. d. Iuriſperitus an debeat eſſe bonus vir 20.b.& ſeq. doctus 21.c. Quanta doctrina, & quibus artibus debeat eſſe ornatus 22.b. & ſeq. Iuriſperitis dialectica neceſſaria 27.c.iuris origo 68.b
Iuriſprudentia,cur ſic dicta 2.b.quid ſit 10. b. 12. dignitas vtilitas neceſſitas 13.d. & ſeq.
Iuriſprudentiæ uſus requirit bonitatem. 20.d
Iuriſdictio quid 491. a. 408. b. & ſeq.quot modis ſumatur 502. d. vnde perpendenda 504.a
Iuriſdictio in ſe habetur in fauorabilibus 289.d
Ius naturale quando incępit 69.b
Ius naturale,vide lex naturalis.
Ius humanum,vide lex humana.
Ius Romanum a quo interpretaretur. 443. c. d
Ius gētium an diſtinguatur a naturali 202. c.quæ dicantur de iure gentium,& quomodo a naturali diſtinguatur. ibi.204.a. quomodo ab ciuili 203.c. quot modis ſumatur. ibi.c. quomodo appelletur.ibi.d. quomodo diuidatur 204.d
Ius gentium quando incępit 69.c
Ius duplex 52.a. ius vnde ſic dictū 52. d. ius quibus modis ſumatur 53. a. quid ſit 53. c.iuris ars quæ. ibi. iuris diuiſio 53. d.54. ius naturale & gētium quid 53.d. ius ſcriptum,an fortius non ſcripto 117. d.iuris variȩ diuiſiones 237.d.& ſeq.
Ius diuinum,vide lex diuina
Ius eccleſiaſticum, ſiue canonicum quando incęperit 69.d.& ſeq.eius interpretes meliores 433.d
Ius humanum quando incępit 69. d. quid ſit ibi.
Iuſtinianus Imperator fuit indoctus 87.c. qualis fuerit 449
Iuſtitia, vnde dicta,& quotuplex 48.d.49.a. quid ſit 49.c.d. iuſtitiæ partes 50.c.iuſtitia diſtributiua & cōmutatiua quid ſint 50.c.iuſtitiæ ſpecialis partes 50.d.& ſeq. iuſtitiæ filiæ quæ,& miniſtri qui 51.b.iuſtitiæ laus 51.c
Iuſtitia legalis quę 776.b
Iuſtitiæ originalis effectus 120.d
Iuſtitiæ partes, & quæ propriè & uerè ſit iuſtitia 562.d.& ſeq.
Iuſtificatio, & iuſtificare quid quotuplex, et quibus modis ſumantur 701.b. et ſeq. 702.b
Iuſtificatio quid ſignificet,quid'et iuſtificare 601.b.c.quid quotuplex ibi. c.d.et ſequen.quibus rebus acquiratur 602.b
Iuſtus eſt ſubiectus legibus, et quomodo 284.a
Iuſtum per ſe expetēdum 38.c.iuſtum quomodo ſumatur 54. c. quid ſit 54.d. iuſti ars quid 55.a.iuſti diuiſio 55.a.iuſtum duplex 293.a

L

Lex vniuerſe, legum ſcientia vnde auſpicanda 1. b. 3. d. de legibus variæ tractationes fieri poſſunt 3. a. b. legum datur certa ſcientia 4.a.legũ tractatio ad quem pertineat 4 c.10.d. & 11.de legib. põt agi cum methodo 7. c. legũ doctrina in quibus verſetur. 11.b. leges olim canebãtur,publice affigebantur 17.a.legũ magiſtri quales eſſe debeãt. 19. c. & ſeq.legũ auditor qualis eſſe debeat 24.a.& ſeq.legum neceſſitas vnde 35.b. legũ principia & fundaméta 35.c. & ſeq.legis etymologiæ variæ 39.& ſeq. legis nomé uarie ſũptum 40.b.& ſeq. ad legé tria requirũtur 41.c. legum nomina unde ſumãtur 42.c. legis diuiſiones variæ 42.b.& ſeq.legis diuiſio ſecundum Platoné 43.d. diuiſionis legũ ratio 44. c. legis definitiones uariæ, & earum explicatio 47.b.75.a.76.d. legis cauſſę & actus 45.b. legum origo 68.b.& ſeq. lex tres actus requirit 73. a. b. legis entitas quę 74. b. lex ad quã potentiam pertineat 74. d. & ſeq. lex non eſt idem quod præceptum & conſilium 78. c.d. legis finis qui 80. c. d. ſed qualis ſit, & quibus rebus ſimilis 81. d. lex iuſta quę. 82.b.leges condere cuius ſit 88. b. & ſeq. legis ſtatus triplex 104.b.legé obligare & a lege excuſari nõ ſunt idem 105. b. 106. d. lex debet innoteſcere cõi modo 166.a lex qñ fiat 106.b. lex reuocatoria & pręcipiens qũo differant ratione obligationis 107.b. leges Imperatorię qñ incipiãt obligare poſt promulgationem 109.d. & 119.a.lex an requirat acceptationem populi 114.& 115. lex qñ cenſetur acceptata 116. lex an debeat ſcribi 116.d. leges cur ſcribantur 117.d legis uniuerſę definitio bona quę 118. legis ſpecies quę & quot 119.c.& ſeq.cur quatuor 123.d.alia diuiſio 124. legis effectus facere homines bonos 127.d.& ſeq.legis actus quot, & q. ſint 137.b.& ſeq.legis obligatio quid,quotuplex 138.d.legis obſeruatio ex timore, an bona,ad legem conſtituendam quę requirantur 149. d. leges oẽs cur maxima cum diligentia ſeruari deberẽt 160.a.lex an ſit ſola ratio,an etiam dictamẽ 191.a. legis cur factę 209.d. lex dominari debet nõ homo 212.c.legum forma quę 229.d. & ſeq.lex quę ratione caret, non eſt lex 230.a.legum ratio reddẽda 230.b.& plures vnius legis reddi poſſint.ibi.c.definitio quædam legis 230.d.lex debet eſſe facilis 231.b.breuis ibi leges quales ferendæ 231.d.& ſeq. qualiter lex ſanciẽda ſit 232.d. ad legẽ quatuor requiruntur 238. c.de ratione legis eſt quod obliget & coerceat 263.b. legum varia genera 269.c. legibus qui ſint ſubiecti 283.d. & ſeq.lex quando nõ ſit ſeruanda 294.b.lex in dubio ſeruãda 294.c. præter verba legis qñ agere liceat 294. c. d. leges uarijs modis ſeruntur 314.b. legum varietate cur fuerit opus 408.b.c qbus modis ſeruari poſſit 590.d.et ſeq. lex perfecta non põt eſſe niſi una 709.legum variæ comparationes 462.qũo una tollat aliam 462.quomodo contrariæ leges concilientur 463

Lex æterna legem æternam dari 146.c.nullam habet cauſſam 88.b.eſt cauſſa legum omnium ibi.quid ſit 42.b.148. d.150.a.in quo ſit 123.a.qũo promulgata 149.c.qũo manifeſtata ibi.d. lex æterna,eſt attributum eſſentiale 143.c.non eſt idea,nec prouidentia 149.c.qũo ab alijs legibus differat 149.c.quibus perſonis conueniat.ibi. d.eſt una et immutabilis 150.a. b. qũo ſit nota 150. b. quæ ei ſubſint 154.d. et ſeq. 156. an ab ea aliquis eximi poſſit 159.d. æternę legi quãtum debeamus 160. b. an mala permittat 162.c.conuenienter ſuos tranſgreſſores æterne punit 167. b. qũo cõiicetur homini 173.c.cur ſic dicta 174.a. ad quam potentiam pertineat 174.d.

Legis naturalis finis vñ 127.d.128.a.vñ oriatur 151. d. lex naturalis in hoie varia 170.d. lex naturalis in hoie 172.b.lex naturalis in hoie quid ſit 172.b. lex naturę q.d 177. d.179.a.& ſeq.eius effectus 180.a.proprietates ibi.c.d.naturale,ſeu lex naturę multis modis ſumitur 182.b. lex naturalis in quibus proprie ſit 182.d.qũo in hoie 183. a.b.lex naturalis non eſt ꝓpenſio aliqua 185.a.legis naturalis appellationes 175.a legis naturæ dictamina & iudicia plura 126.b.& ſeq.naturę, ſeu lumen naturalis triplex dictamen 186. d. legis naturę tria prima principia 189.d.cur vna & qũo 190. b.quid ſit 190.d.lex naturalis oẽs obligat qñ & qũo 191.lex naturę,an eadem apud oẽs 195.c.& ſeq.qũo aliqua dictet 148.a. an mutabilis ibi.b.qũo mutari poſſit ibi. d. cur immutabilis 199. c. an obliterari queat 201.c.d.ex lege naturali quot modis

dis aliquid deducatur 215.d. lex humana
pōt fieri de rebus certis & probabilibus
223.c.obligat ſub peccato, etſi non conti
net ius diuinū 259.d.lex naturę ſola cur
non ſufficiat 509.de legis naturę, cęremo
nię, ſacrificia & ſacramenta quę 673.a.&
ſeq.Lex humana & ciuilis quotuplex 43.
a.legis humanæ finis 128.d.& ſeq.130.b.
vnde ortum ducat 152.a.& ſeq.lex huma
na & naturalis qūo differant 192.b. non
tollit naturalē 199.b.lex humana an ne-
ceſſaria 207.a.& ſeq.208.d.an a lege natu
ræ deriuet, & qūo 214.c.& ſeq.qūo deter
minet naturalem 215.a.b.humana & na-
turalis quomodo differant. 215.d.qūo ab
æterna deriuet 216.b. qūo a naturali 216.
d.lex humana quid 217.c.lex humana iu-
uat naturalē 217.c.vna lex qūo oriatur ex
alia 217. d.materia legis humanæ quæ, &
an fieri debeat de rebus vniuerſis 218.d.
& ſeq. lex ſcripta vere lex eſt 218. leges q
imprudenter ferant 219. d. pōt fieri de re
bus alias naturaliter cognitis 220. d. &
ſeq.ſed magis de obſcuris 221.c.quæ vitia
prohibere debeat, aut non debeat 226.a.
b. quos virtutis actus præcipiat 227. d.&
ſeq.legum humanarum forma qualis eſſe
debeat 229.d.& ſeq.quæ ſint eius qualita
tes, ſeu qualis eſſe debeat, ſeu legis bonæ
conditiones 233. d.& ſeq.leges quæ non
ſint recipiēdæ 235. c. leges an debeāt eſſe
multæ, uel paucæ 236.c.& ſeq.legum pau
citas probata, & qūo erunt paucæ 237.b.
humanæ legis diuiſiones, ſeu partes 237.
quæ requirantur ad legē humanā 238. c.
legis humanæ uariæ diuiſiones 239. d.le-
gis humanæ effectus 240. d. qñ cenſeatur
p̄cipere 249.c.lex humana & diuina qūo
conueniant & differant 263. c.& differāt
264.a.pōt obligare ſub peccato 264.c. ēt
directe 266. a. lex humana & diuina qūo
differant 265.d.hēt aliqd ſpirituale 267.a
legum humanarū uaria genera 269.c.lex
ſi dicat iniuſta non obligat ad peccatum:
quæ lex dicatur iniuſta 270. d. quæ non
ſint ſeruādæ ibi.qñ obliget, uel non obli
get ſub peccato mortali 273. b. & ſeq.
276.& 277.c.leges tyrānorum an ſeruan-
dæ 279. a. an obliget cum periculo mor-
tis 280. c. & ſeq. legi qūo aliquis dicatur
ſubiectus 283.d. legib. qui obligantur &
ſubijciātur 283.d.& ſeq. lex humana cur
mutari poſſit & debeat 296.a.& ſeq.qūo
mutari ſoleat 296.d. qūo ceſſare cenſea-
tur 422.a.b.leges ciuiles an obligēt cleri
cos 424.a. & ſeq. quos actus p̄cipiat 591.
a.qūo obſeruetur, & quid ad obſeruan-
tiam requiratur 591.a.& ſeq. Lex pœna-
lis quid 313.d.lex pœnalis & pure pœna-
lis quæ 314.a.leges pœnales quomodo fe
rantur.Poteſt ſtatui ab eccleſia 315.b.
Lex pęnalis ad mortē iuſta 317.a.miſta & pu
ra 323. c. an obliget in conſcientia ibi. &
ſeq. legi pœnali tribus modis apponitur
pœna 328.c.lex pœnalis pura quando di-
riget ad culpam 330.b.& ſeq.lex pœnalis
quando ſit latæ aut ferendæ ſniæ 332.d.
& ſeq. lex pœnalis eccleſiaſtica poteſt ſta
tim obligare ad pœnam ante iudicis ſen-
tentiam 339.d. ac etiam ciuilis 341.a. lex
pœnalis quomodo interpretāda ſit 347.
b.& ſeq.pœna ciuilis quæ dicatur. 375.a
Lex uetus, legis ueteris ſeu Iudaicę appella
tiones 508.d.qui eā damnauerint. 510.a.
lex uetus fuit lex bona. 510. d. lex uetus
non eſt omnino contaminata 511.c.non
eſt contraria nouæ 511. d. lex uetus qūo
dicatur non bona 512. b.cur a Paulo de-
preſſa 512.d. qūo dicatur cauſſa peccati
513.a. ſacrificia & oblationes veteris le-
gis cur dicantur Deo nō placuiſſe 513.d.
an fuerit perfecta, vel imperfecta 516.b.c
eius imperfectiones 517.c. eiuſdē utilita-
tes 516.d.lex Hebraica reuocata in ſatur
ni ſtellam 519.a.eius auctor nō fuit Deus
malus. Sed Deus bonus 519.b.qūo fuerit
a Deo, ab Angelo & a Moſe 520.a.& ſeq.
cur eius auctoritas valeat, cum ceſſauerit
520.quo digito ſcripta fuit 521.b. Ange-
lus qūo fuit auctor ueteris legis 521.c.cur
uni tātum populo danda fuit 523.c.d.nō
data ex merito alicuius 524.d. quos obli
gauerit 526.non excludebat gētes 527.c.
ex ea an aliquid ab alijs populis ſumere
licuerit 528.a. an ad Chriſtianos p̄tineat
529.a. cur nobis utilis, ibi.d. non obligat
chriſtianos 530.a.cur vocetur lex mortis
531.d. qūo t̄pe cōueniēter data fuit 534.
d.& ſeq.antiquę legis præcepta quot fue
rint 573.d.& ſeq.cur plura habere debue
rit 539.c.cur debeat continere præcepta
moralia 542. legis antiquæ partes, ſeu ca
pita 551.b.& ſeq.legē hanc ſeruantib.cur
bona t̄palia fuerint p̄miſſa 556.a.qūo dif-
ferat a noua.ibi.c.quarū uirtutū actus p̄
cipiat 563.b.lex Dei & Moſis quæ 567.a.

Quando et quomodo ceſſauerit 677.c. et ſeq.679.et ſeq.cur non ſeruetur a nobis 677.a.an ſeruari potuerit poſt Chriſti mortem 684.c. et ſeq. Quomodo differat a nona 690. c. et ſeq. eius proprius finis 693.c.licet grauis,ſeruari tamen potuit 712. difficilior nona, qnomodo 713. d.non æterna 722.a.finis eius qui 128.b
Legis nouæ ſeu Euangelicæ appellationes 508.d.quomodo differat ab alijs legibus. 690.c.et ſeq. differentiæ falſæ confutatę 692. a. cur dicatur Euangelium 693. a. cur gratia. c.quot modis ſumatur 694.c. cur dicatur infuſa 695.b. 690.b. cur ſcripta 696. d. eius intelligentia in quibus ſit 697. c. Quomodo iuſtificet 702. c. et ſeq.cur maiorem gratiam tribuat 703.a. continet tria c. Quomodo contineretur iu veteri,et hæc in illa 705.d.et ſeq. quo modo veterem compleuerit, aut perfecerit 708.b.et ſeq.aut ſolueritibi.hec ſola perfecta et cur 710.c.ſeruari poteſt. 712. c.facilior, et difficilior veteri quomodo 714.a. et ſeq. quãdo cępit obligare 718. b. quando promulgata. ibi.c. eius ſtatus qualis 722.c.ęterna 722.a. vbi fuerit promulgata ab Apoſtolis 723.a. obligat omnes 724. b. Nunquam defecit. ibi.c. eius perfectio in quo ſita 731.c.cur facilior veteri 260.d
Lex fomitis quid 120. a. 122.a.;cur ſic dicta 121.a
Lex fomitis non eſt proprie lex 122.a.an ſit bona 122.an ſit a Deo,ibi.cur vocetur peccatum 122.c
Lex ſpiritus quid ſit 123.c
Lex irritatoria & reuocatoria quando obligare incipiat,& quos 113.a.& ſeq.
Legum innouatio qnomodo fugienda 300. d.lex optima quæ 299.c.leges ſunt velu ti dij 299.c
Legati an poſſint aliquid ſtatuere 413. a. quot legatorum genera ibi.
Leges ſcire qui dicantur 469. d. leges quomodo audiendæ ſint 476.a.& ſeq.
Legis diuinæ finis qui 538.c
Legis ciuilis finis 131. a. non pugnat cum eccleſiaſtica 130. c. d. an obliget in conſcientia 264.c.& ſeq.an ſub peccato mortali 276. c. & ſeq. Quando non obliget 277.& ſeq.
Legibus ſeruimus,vt liberi ſimus 187.d
Legislatoris finis in legibus cõdendis 35. c. legiſlator bonus qui 38.a.legiſlatores varij 68.b. primi qui 68. d. legislatori quæ ſpectanda, qui finis in legibus condẽdis. 81.a.b.legislator verus quo 81.c.in legiſlatore quæ requirantur conditiones in legis ferendis 90. b. legiſlatori quæ ſpectanda 129. a. legislator pauca relinquit iudici iudicanda 213.a.quas leges ſtatuere debet 225.c.d.in ferendis legibus quę ſpectare debeat 231.c.an debeat eſſe bonus, vt bonam legem faciat 233.a.ut leges ferre debeat 297.b
Legiſtarum quorundam error 470.d
Legum interpretandarum in ſcholis forma & ratio 472.c.& ſeq. legum interpretatio nõ eſt naturalis cui cõcedenda ſit 468.d. & 469. a. legum continuatio facienda ne ſit,& quomodo 478.a.legum recte interpretandarum regulæ 469.c.& ſeq.legum interpretatio, an admittenda ſit 466.a. & ſeq legum rationes an quęrẽdę 471.b. legum contrarietates ad quæ capita reuocentur 464. legum cõparationes quædam 464. a. legum Romanorũ numerus 449.ad quæ capita reuocari poſſint, ibi.
Libertas triplex 761.d
Loca quædam diuinæ ſcripturæ conciliantur 514.d

M

Magiſtratus Hebræorum, qui & quot 655.c
Magiſtri legum quales eſſe debeant. 19.c.& ſeq.
Magnificentia quid in ſcriptura 614.c
Mala ex ſe nõ ſunt ullius boni cauſę 162.b
Malum pœnæ ſiue calamitates cur a Deo permittantur. 162. d. Malũ culpę cur a Deo permittatur 163.b.mala cadunt ſub prouidentiam diuinam 162.b
Manifeſtũ quomodo aliquid dicatur 492. d
Mandatum quid 434.c.triplex 36.a
Manichæorum errores 409.b.c
Maria ex qua tribu fuerit, & cur nupta Ioſepho 543.a. Maria virgo de congruo meruit vt ex ea uerbum carnem ſumeret. 525.c
Matrimonium quod ſit diſpenſabile 588.d
Matrimonium contractum cum infideli eſt nullum 393.d
Matrimonium inter infideles qua ratione prohibitum 652.d

Matri-

Matrimonium nõ eſt medium neceſsarium ad uincendas tentationes carnis 770.c
Medicina non eſt ars dignitatis 250.b
Medium in virtute quomodo attendendum 777.b
Mendicantium vita approbata 782.b
Melchiſedech qui fuerit. 532.d
Mens humana eſt veluti Dei ſponſa 545.b
Mendicus qui dicatur 778.b
Merum & mixtum imperium quid. 499.b.& ſeq. & eorum gradus. Cur ſic dicantur. 500.a.& ſeq. Quid 501.b.c
Meritum de condigno an admittendum. 735.c. Meritum quas conditiones requirat.734.a.ſub eo quæ cadant 736.c
Metus duplex 280.b
Miſſa a quo non poſſit audiri 349.b
Miniſtrorum eccleſiæ appellationes variæ 64.a.b
Modeſtia neceſſaria diſcipulis 25.d.& ſeq.
Mors iuſte infligitur pro grauioribus peccatis 317.a
Monarchia optimum regiminis genus.92.a. & ſeq.240.c
Monſtra nõ ſunt a caſu reſpectu Dei 160.c
Mos cur ſic dictus, quid ſignificet, quid & quotuplex ſit 379.a.& ſeq.
Mors ſubeunda per religione ſeruãda 280.c
Moſes non vidit eſſentiam diuinam 521.b
Mundus eſt ueluti quædam magna ciuitas 30.a
Munus quid & quotuplex 399.a
Myſteria occultanda ſunt, & cur 609.b

N

NAtura, ius naturale, & lex naturalis differunt 182.c
Naturæ lumen etiam in damnatis remanſit 201.a
Naturæ uires per peccatum nõ fuerunt extinctæ 200.c.d
Neceſſaria an ſubſint legi æternæ, item an perſonæ diuinæ 154.d.& ſeq.
Negationis uis maior quam affirmationis 249.d
Neophyti, an ſit admittendi ad dignitates 668.b.& ſeq.
Nox cur ſapiens dicta 27.a
Nubere melius, quam uri quomodo intelligendum 770.d

O

OBedie̅tia quantum Deo placeat. 784. b. eius uotum, & conſilium non eſt damnandum.783.a.& ſeq.obedientię fructus.786.b.obedire quando homines uelint 727.a
Obligatio quid ſit. 487.d. Obligatio eſt de natura legis 106.a.Obligatio legis poteſt eſse cum eius ignorantia 107. d. Obligatio legi maxime propria,quid ſit.& quotuplex.138.d. Oblationum ſpecies antiquæ legis 613.c
Obſeruantia quid. 378.c
Obſeruantiarum antiquæ legis myſtica explicatio 633.d.& ſeq.
Oculus ſiniſter qui 177.c
Opera bona quid mereãtur.732.b.opus meritoriũ quas conditiones requirat.734.a. opera quomodo dicantur iuſtificare, uel non.728.a.& ſeq.& mereri. 729. b. opera bona exteriora neceſſaria ad ſalutem. pag. 370.c
Opus imperatum maiore cũ laude fit.762.c.
Oratio cur fieret ad occidẽtem in templo, pag. 625.b
Ordo populi in ciuitate quotuplex. 660.a
Ordinatus ab epiſcopo excõmunicato, an poſſit ordines exercere. 373.b
Ouis utilitates quot 666.a

P

PAndectæ cur ſic dicti449. Pandectarum diſtributio. 6.d
Panormitani errata quædam 436.b
Patres antiqui pertinebãt ad legem nouã, & erant vere filij Dei 699.b
Patriarcha an poſſit aliquid ſtatuere. 413.a
Paulus fuit virgo 772.a
Paupertas,non mala.775.b.melior diuitijs. ibi.c. Eã uouere licet.778.d.781.a. Qui eã uituperauerint & laudauerint. 773. d. & 775. b. quotuplex. 775. a. qualis ſit. 775.c.paupertatis conſilio datur bonum æternum 782
Pauper, quot modis ſumatur in ſcriptura. pag. 774.d
Perfectio uitæ duplex 780.d
Permiſſum quot modis aliquid dicatˢ. 250.c
Peccati definitio data ab Auguſt.quomodo intelligenda.359.a.71.d. Peccatũ in quo eſſe dicatur. 359. peccatum lumen rationis minuit.363.c. peccata occulta an puniri poſſint.371.d.& ſeq. peccatum quot modis dicatur occultũ.37. d. & ſeq.Peccatum quid ſit.120.c.153.a.259.a.cur dicatur eſſe contra legem æternam. 123.c.

uaria generá.225.a. non peccandum pro morte uitanda.280.b.peccata ſubſtant legi æternæ.160.c.cur permittãtur.163.b. cur dicatur infinitum 167.c

Peccator occultus,an incidat in pœnã 373.c.an faciat contra uoluntatem Dei 164.c.non amittit dominium ob peccatũ 59.peccatores pœnes puniendos eſſe per leces 310. & ſeq. peccatores grauiores cur morte puniantut 317.d

Peccare ex contemptu quid ſit 270.a.& quã graue peccatum 271.c

Philoſophiæ laus 15.a

Philoſophi legum auctores 88.c

Plebiſcita quæ dicerentur 445.a

Politiæ finis 129.a.209.d

Pœna,non inferenda ante ſententiam 251.d.pœna eſt paſſio quædam 312.d. in quibus bonis inferatut ibi.pœna refertur ad culpam 313.b. pœna debet eſſe inuoluntaria 313.b. pœna impropria quæ 313.b.c.quid ſit 313.d. Pœna mortis iuſte infligitur ob grauiora peccata 317.a. pœna debet eſſe proportionata culpæ 320. d. pœna quando augeri poſſit 321. b. pœna capitis pro quibus peccatis ferenda 321.d. qua pœna punirentur olim qui faciebant contra ꝓcepta decalogi 323. b. pœna adiecta legi non liberat a culpa 235.b.pœnæ triplex ratio 328.c. pœna eſt relatiuum culpæ ibi. d. pœna interdum ſine culpa,ſed non ſine cauſſa 329.c.poteſt ſeparari a culpa 330.a.pœnarum tria genera 337. a. pœna non eſt ſoluenda ante ſententiam condemnatoriam 337.b

Quæ pœnæ ſtatim incurrantur per ſententiam lege latam, & quæ egeant ſententia declaratoria 343.d. & ſeq.pœna quando minui poſſit 353.c. pœnarũ genera quot & quæ in ueteri lege 656. c. quando augeatur,uel minuatur 665.c

Poetarum quorundam error circa legis naturam 46.c

Politica uita quid 126.a

Politica poteſtas a Deo 59.a. & in quo ibi. eſt de iure diuino b.

Politiæ ſpecies quot 239.a

Polygamia an ſit,uel fuerit licita 585.d. & ſequen.

Populus quid ſit 663.c. populi in ciuitate ordo quotuplex 660.a. populus incertus uarius 209.c. populi iudicium non eſt ſequendum 90.d. 91.a

Poteſtas ciuilis non ſe ingerit in rebus eccleſiaſticis 278.b.poteſtas quid ſignificet, 497.c. poteſtas omnis a Deo,& quomodo ibi.59.c. poteſtas ſpiritualis & temporalis ſimul eſſe poſſunt 101.b.poteſtas gubernandi eſt a Deo 265.a

Poteſtas capitaneusre an poſſit ſtatuere. 414.d

Pontifex ſeruus ſeruorum 61.d. Pontifex Chriſti Vicarius 96.a. Pontificis epitheta ibi.b.c. 97.a. non eſt Antichriſtus ibi. d.Monarcha 97. c.poteſtas in dominium temporale ibi. & ſeq. Principes deponit 99.d.poteſt leges cõdere obligantes omnes fideles 102.b. eſt ſupra conciliũ 115.c.290.d.quas leges ciuiles poſſit abrogare 277.d.& ſeq. an ſit ſubiectus ſuis legibus & quomodo 290.c.Pontifex eſt uelu ti diſpenſator 302.c.poteſt diſpenſare in legibus 303.c. poteſt declarare ius diuinum,& naturale nõ diſpenſare 305. b.c. Põtificis auctoritas in diſpenſando 306.a.& ſeq.in quibus diſpenſare non ualeat 309.c.583.a.Pontifex unde dictus,quis dicatur 429.d. Pontificiam poteſtatem qui negarunt ſe impios & inuidos demõſtrarunt 430. a. quanta apud omnes nationes. ibi.a.b.in quo poſſit errare 583.d

Pontificis antiquæ legis ornamenta,& eorum explicatio 632.c

Pontifices apud Romanos ius interpretabantur 443.d

Præceptum differt a lege 78.c. & d. Præceptum de diligendo Deo q̃o ſeruandum, intelligendum , & quando obliget 594.b. & ſeq. Præcepta in antiqua lege conueniẽter tradita & diſtincta 598.c.& ſeq. præceptum de non concupiſcendo quomodo intelligendum 289.b.præcepta antiquæ legis an iuſtificarent 602.c.& quomodo ibi.præcepta poſſibilia 713.b. præcepta diuinæ legis ad quæ capita reuocẽtur 551. c.& ſeq. præceptorum legis naturæ diſtinctio 559.b.et ſeq. præceptorũ Dei uariæ appellationes 566.d.ꝓceptum ſiue lex dupliciter dat̃,de medio ſiue fine, & cum fine 286. a. præcepta quomodo ſint ſeruanda 594.b. et ſeq.præcepta humana ſeruanda 249.b

Prædeſtinatio quomodo facta a Deo 532.b.prædeſtinatio quid 145.a

Præfectus vrbis qui, & quæ eius poteſtas. pag. 591.c

Præ-

Præfecti Romani qui 443.a
Prælatum contemnere, an ſit peccatum et quale 272.b
Præſcitus an poſſit facere contra præſcientiam Dei 160.d
Præſumptio cur ſic dicta et quid ſignificet 244.c.quid ſit ibi.eius partes,ſiue ſpecies ibi.d. quando probationē admittat 245. b.vnde oriatur 245.c. Præſumptio in bonā partem 245. d.in quibus rebus locum habeat 245.d.quid nō præſumatur 246.b
Prætores Romani qui 442.d.prætorum edicta quæ 446.d
Primitiæ quid,et de quibus offerrenē 614.d
Princeps non eſt abſolutus dominus bonorum ciuium 84.d.& ſeq.Princeps cur inſtitutus 85.c. d. Principis munus, ꝓpria virtus 85.d.86.a.Principes quomodo dicantur domini 86. c. Principis uirtutes duæ præcipue 90.d.Dei miniſter,qāo 94. c.Princeps religionis defenſor 99.b.principes depoſiti a Pontifice Romano 99.d. Principum duo genera 115. a. Principis virtus quæ 135. b. Princeps non pōt eſſe bonus, niſi ſit vir bonus 136.a.Princeps ab aulicis corrumpitur 136. b. Princeps bonus,qui fuit ſubditus 136. c. Principe in quæ requirantur 212. a. Princeps qñ melius ſine lege gubernaret 212.b.Principes miniſtri et uicarij Dei 265.d.Princeps,an ſit ſubiectus,et quomodo et quādo ſuis legibus 288.a.et ſeq.Princeps nō ſeruando legem non incurrit in pœnam ibi.Princeps eſt pars ciuitatis 289.c.Principis auctoritas quanta ſit 290.a.Principis et Imperatoris proprium legibus uiuere 290.a.Poteſt ſecum diſpenſare in lege 291. a. mutando leges an peccet 300. a.an eas mutare poſſit ibi. Princeps eſt veluti diſpenſator quidam 302. c. poteſt diſpenſare in lege 303. an peccet male diſpenſando 310.a. pretia taxare poteſt,et aliquando cogere ad uendendum 326.c. an poſſit remittere pœnam 352.b
Principes non debent eſſe legum ignari. 16.a.17.a
Principum placita quæ 445. d. Quomodo fierent 446.b.et ſeq.
Principium morale quod 188.b
Principia prima omnium legum 36.d.caritas fundamentum iuris 37.c
Priuilegij nomen vnde ductum,quid ſignificet 395. b. c. quid ſit d.et ſeq.eius cauſſæ quot et quę 396.c.ſunt neceſſaria et iuris naturam habent d. et ſeq. quæ utilitates ex eorum conceſſione oriantur 397. a. quot ſpecies , ſiue diuiſio 398.a.ob quas cauſſas concedēda,et qualia et a quo cōcedi poſſint 400 a et ſeq.cur concedātur 801.a. quæ rarius quæ ſæpius concedēda 401. a. b. Priuilegia quomodo et a quo ſint interpretanda 401.d.et ſeq. quomodo extendantur,uel nō ibi.quomodo renocentur & ceſſent 402.c. & ſeq.quātum durēt ibi. quomodo confirmentur,quibmodis uitientur 403. c. Priuilegia quæ dicantur 445. b. Priuilegia qñ cenſentur reuocata 113.c
Profeſſio religionis quando facienda 786.d
Prohibitum et permiſſum quid cenſeatur 249.d
Prohibentis et negantis legis uis 249.d
Prohibitio quando non habeat uim 250.a
Promulgatio quid ſit 104.d.eſt de natura legis 105.d.promulgatio ſolemnis et ſufficiens quæ 106.b. promulgatio non conſiſtit in inſtāti 107.b.promulgatio legis imperatoriæ quomodo accipienda 109.d
Proſelyti qui dicantur 550 a
Prudentia quid ſit 133.c. prudentia non eſt ſine uirtutibus morum, et contra 133.c. quotuplex ibi.Prudentia unde dicta, qd ſit 12 c.quæ eius partes d.
Punire quis poſſit,quę lege puniant 251.b.c

Q

QVæſtiones quomodo tractandæ et inueniendæ 489.d.et ſeq.
Quæſitio et queſtio apud quos eſſet in Rep Rom. 502 c
Quæſtores Romani qui, cur ſic dicti 442.a
Qui præcipere poteſt , conſcientiam ligare poteſt 268.a
Qui fuerint in magiſtros obſequentes 25.c
Quibus de cauſſis una lex præferatur alteri 462
Quibus modis fraus in legem cōmittatur. 470 b
Quis contemnere dicatur 270.a
Qui libri neceſſarij ſint legibus operam daturo 476.c.et ſeq.
Qui ſeipſos occidunt ob aliquam cauſſam an laudandi 527.b.c
Qui caſte cum uxoribus vixerint 772.d
Quiſque renunciare poteſt iuri ſuo quo modo intelligendum 351.

R

R. Atio eſt anima legis 221.d.ratio quid ſit 176.d. rationis partes duæ 177. a
Reges quid ſtatuere poſſint 414.a. Reges debent eſſe eruditi 16.a.et ſeq.417.a. Regis, ſiue Principis inſtitutio in lege ueteri qualis 660.c.et ſeq.
Regiminis ſpecies quot 236.a.regimen temporale et ſpirituale pñt eſſe ſimul 101.b. regiminis ſpecies de quo iure ſint 59.b. regiminis formæ quæ, et quæ melior 91. d.92. a. regiminis optimi ꝓprietates 92. d.ciuile refertur ab eccleſia 98.c
Regnum quid 549.a
Regum Hebræorum inſtitutio et poteſtas 657.b
Rex unde dictus 62.b.Reges dicuntur paſtores 64.a.Regis Chriſtiani munus 131.b Vide Princeps.
Regula cur ſic dicta 424.d. et quid ſignificet 425.a.quid ſit ibi. et b. qualis eſſe debeat ibi regulæ officiũ c. regulæ effectus quot ibi.regula iuris et iuridica quid ſint ibi d. quomodo ius faciat, uel non ibi. regula an contineat exceptiones 426.c.quando perdat officium ibi. regulæ cancellariæ quales ſint 430.d.quis earum auctor.ibi quam vim habeant 433.d
Regulæ ad cognoſcendum quomodo lex ſit latæ aut ferendæ ſententiæ 332.d
Regulę pro lectione ſacrorum canonũ 433. b. regulæ ad leges recte interpretandas. 469. c. & ſeq. regulæ ad cognoſcendum quando lex obliget ſub peccato mortali 273.b. regula ad cognoſcendum quando lex obliget ad obſeruantiam ſub periculo vitæ 282.a
Religio ſola poteſt homines in officio continere 130.a.qd ſit 404.a. inſita a natura 377.b. neceſſaria ad remp. conſeruandã 130 a.religionis in mutatione quæ intercedũt 721.c. religio ciuitate prior 651.a. religio quid 308.a.606.c.religionis actus tres 606.c religio quãdo verſetur in animo 546.a.c. religio neceſſaria ſtudentib. 24.d.religio regiminis ciuilis finis 225.d
Remedia ad tollendam ignorantiam 360.a
Reo pro an iudicem rogare liceat 352. d. & ſeq.
Repetitio quid ſit 467.d
Res eadem a diuerſis ſcientijs tractari poteſt 3.c
Res quomodo conſeruari dicantur 247.d
Rerum quę in forũ veniũt tria capita 488.d
Rerum naturæ an pendeant a volũtate Dei libera 587.c
Reſp.quid,& eius partes 32.b. reip. formæ tres 33.a. finis 125.c. remp. quæ conſeruent 301.a.reip.forma in quo ſita 548.d. quando eſt bene inſtituta 661.c.quæ ſaluã ſit. 289.c
Reip.Hebræorum ordo explicatus 653.d. & ſeq.
Reſcriptum cur ſic dictum, quid ſignificet, quidque ſit reſcribere 403.d. vnde oriat̃. Quid ſit 404.b. reſcriptorum varię diuiſiones 404.d. qui poſſit reſcribere 405. c. qui poſſit impetrare reſcriptũ 405.d.quę reſcripti materia, ibi.forma reſcripti in quo conſiſtat 406.b.quibus partibus cõſtent.ibi. qui finis,& effectus, ibi. quæ in reſcriptorũ vſu ſpectanda 406.c. quõ ſint interpretãda 406.d. quantum duret,quæ reſcriptorum uitia 407.a
Reſurrectionis & immortalitatis animę, eadem quæſtio in ſcriptura 650.a.b
Reſponſa prudentum quæ 447.b
Rhetoricę vtilitas 23.c
Ritus quid 378.c
Rogatio quid ſit 395.d.445.c.quomodo fieret 448.c
Rogare legẽ qui poſſent,apud Rom. 447.d
Roma Romani.Romanorum ciuium genera,& qui ciuitate donarẽtur.410.c.d. Romanorum ciuium priuilegia 410.d. Romana ciuitas in quas diſtributa partes 441. a. eiuſdẽ ſtatus 449. d. Romana lex quid 444. c. Romanus populus in tres diuiſus partes 447.d.Romani ut leges ſuas ſciſcerent 447.b.& ſeq. Romanorum,ſeu ciuile ius quid ſit 444.c.d.Romani,vt ſuas leges promulgarẽt,& quibus ſuffragijs vterentur,& qũo 448.a. Romani leges iurabant 449. Romani iuris partes 440.d.Romani ſiue ciuilis iuris origo 440.d. & ſeq.
Romanorum leges quibus partibus conſtarent 450. Romanorum reſp. qualis 450. Romanorũ leges, an approbatæ a Chriſto 653.c
Rotæ deciſiones quam vim habeant 433.d
Rubrica cur ſic dicta 426.d. eiuſdem diſtinctiones quædam 427. b. qũo concipiatur 427. a. rubricæ poſſunt facere ius 427. c. an rubrica ſit magis attendenda quã textus d. qñ non faciat ius ibi. qñ contineat orationem perfectã 428. a. an reſtringat

nigrum,

nigrum,& contra b. rubricæ uis reſpectu legum quæ ſub illa ponuntur 420. b. an a rubrica argumẽtari liceat 420. rubricę an faciant ius, an citari poſſint 483.d
S
SAcerdotis officia quæ 620.b
Sacramentorum antiquæ legis myſtica explicatio 627.d.& ſeq.
Sacramenta ſacrificia, & cęremoniæ legis naturę quot & quę eorũ uis 673.a.& ſeq.
Sacramenta legis naturæ, & ſcriptæ erant vera ſacramenta 638. quam uim habuerint 639.b.& ſeq.
Sacramenti ratio in quo ſita 638.c
Sacræ ſcripturæ uarij ſenſus 617. d. quibus comparetur 618. b. ſcripturarum natura explicata 618. c. ſcripturæ vſus qualis pag. 619.c
Sacrificium quid ſit 620.b.ſacrificiorum ueteris legis rationes 620. ſacrificia ueteris legis cur Deo nõ placerent 427.d.& ſeq. ſacrificiorum genera legis antiquę 613.d ſacrificia vetera non tollebant immundi tiam ſpiritualem 641.d
Sacrorum veteris legis myſtica explicatio 623.d.& ſeq.
Sapientia melior quam diuitiæ 775.d.ſapere vere quid ſit 13.a. ſapientiæ laus 15.a
Samaritæ qui fuerint 548.c.eorundem religio quæ ibi.
Sara, an fuerit ſoror Abrahæ 588.a
Saturnus qui fuerit 69.a
Scholares ut leges audire & in earum ſtudio ſe gerere debeant 476.a.& ſeq. ſcholares quibus ſtatutis teneantur 420.c
Scholium, quid ſit & ſignificet 467.c
Scientia publica qũo haberi poſſit 213.c
Scientia ſeu cognitio ſui omnium optima 14. c. Scientia quid ſit 2.c. de qua re eſſe poſſit ibidem, ſcientiæ diuerſæ de eadem re 3.b.c. Scientia legalis unde auſpicanda 1. b. 3. d. methodice tradi poteſt 7.c. cauſſæ quæ 10.a.& ſeq. eſt practica 10.b. in quibus uerſetur 11.b.dignitas, utilitas, neceſſitas 13.d.& ſeq.
Scire qui dicantur 35.c
Scribæ apud Iudæos qui fuerint 659.b
Scriptura non eſt de eſſentia legis 117.b
Sculpile quid ſignificet 571.d
Semina virtutum dantur in natura humana 200.d
Senatuſconſultum quid 445.c
Senatus apud Romanos auctoritas 444.a
Sententia in pœnali ferenda quid animaduertendum 347.d
Sententia iudicis duplex declaratoria & cõdemnatoria 339.c
Seruitus an ſit contra naturam 204.c
Simulare an liceat 687.c
Similitudinis uis quæ 496.a
Societates humanę quot 409.a
Sobrietas neceſſaria ſtudentibus 25.b
Societas humana quas utilitates afferat pagina 130.c
Spiritus quomodo nos doceat oĩa 364.d
Statutum cur ſic dictum. Statutorũ quid,& quid eius nomine veniat. Statutum ius neceſſarium 411.a. Quę iura ſtatuta cenſeantur ibi. Statutorum priuatę rationes reddi poſſunt 411.d ſtatuta q facere poſſint 412.b.quibus modis fiat 415.c. ſtatutorum materia, ſeu de quibus rebus fiãt 415.c.quando non valeat ibi. d. an liceat ſtatuere contra alium ſtatutum 416. a. Quę forma & finis ſtatuti ibi.c.de effectibus ſtatuti 417.a. qũo interpretetur & limitet ius cõmune 417. a. ſtatutum quos obliget & qũo, an forenſes 417.b.ſtatuta qũo obligent ratione contractus 417.b. qũo ratione delicti ibi.c. qũo ratione teſtamenti.ibi.d.an extra territorium 413. ſtatutũ de ſucceſſione primogeniti, qũo intelligendum 419.b.quas perſonas obliget 420.c. ſtatutũ ſtatuentes obligat 421. a.ſtatim a promulgatione, ad pœnam,& culpam ibi.b. quãdo ſtatutum deficit ad faciendum ibi. c. ob quas cauſſas ceſſet 421.d. an admittat expoſitionem 422.c. quomodo declarãdum ibi.a quibus ibi.d. ſtatuta humana quomodo obligent, uel non clericos 423. a. ſtatuto non poſſunt obligari clerici ad ſoluẽda tributa 424.b
Status quotuplex qua ratione inueniatur 489.b.c
Studiorum progreſſus quid impediat 25.d
Stylus quid 378.c
Synterefis quid ſit 176.d
Sirmienſe Concilium non eſt approbatum 156.b
T
TAbernaculi myſtica explicatio.
Talio quid ſit 55.a
Tempus non perdendum 27.a
Temporalia bona dantur etiam non bonis 642.d
Teſtamentum,& teſtator quas conditiones requirat

requirat 725.b. Teſtamentum quomodo ſumatur in diuina ſcriptura 534.c
Theologiæ dignitas 3.c
Theologi eſt agere de legibus 4.c
Timor quot modis ſumat, quotuplex 139.c.d.140.d.timor ſeruilis qui, filialis item 141.a. vnde oriantur ibi. ſeruilis cur ſic dictus 141.d. timor mundanus & ſeruilis q̃uo differant 141.d.timor, ut paſſio non eſt malus 142.b. timor ſeruilis, & caſtus non fuerunt in Chriſto 143.a. timor omnis non eſt malus 285.a
Tractatus quid ſit 467.d
Tributa defraudare non licet 325.d
Tribuni celerum qui fuerint 441.a. plebis 441.d.militum 442.a.plebis 443.a.
Tribuum Hebræorum diuiſio 548.b
Tyrannorum leges an ſeruandæ 279.a

V

Vaſallus cui ſubijciatur 420.c
Vbi lex non diſtinguit diſtinguendũ non eſſe quomodo intelligitur 348.a
Verba ſententiam latam, vel ferendam continentia, quomodo accipienda ſint 33.c. & ſeq.
Verborum interpretatio quomodo facienda 479.b.eorum proprietas unde ſumatur.ibi.d.& ſeq.vnde eorum mutatio pẽdeat 480.b.c
Veritatis quanta ſit uis 390.d
Veritas eſt iuſtitiæ mater 51. b. veritatum duo gña 223.a.veritatis uarij gradus ibi.d
Vicarius an ſtatuere poſſit 414.d
Virginitatem qui laudauerint 772.d
Virginum prærogatiua 771.b
Vir ſolitarius an ſit utilis reip. 134.d
Viri iuſti laudes 50.a.b
Virtus quid ſit 192.c. 735.b. virtutis actus ſunt de lege naturæ quomodo 193.b
Virtutis modi tres 589.a.quib. modis actus uirtutis exerceatur 589.a. uirtutum genera duo 582.c
Victoria in bello unde pendeat 766.a
Virginitas laudata in ueteri lege 766.b
Virtus eſt Dei donum 124.b.duplex 126.c
Vitiorum uaria genera,& diuiſiones 225.a
Voluntas humana quomodo differat a diuina 155.d
Voluntarium quid dicatur 356.c
Voluntates quot in Deo 161.d
Voto in perſoluendo tripliciter aliquis ſe habet 762.b
Vouere præcepta non admodũ utile 759.c
Vrbs cur ſic dicta,quæ dicãtur urbes 409.c
Votum dupliciter amitti poteſt 329.d
Vouendi tempus 786.d
Vulgi ſententia non attendenda 388. b
Vſus quid 378.c
Vxor ſequitur forum mariti 420.c

Z

Zelotypiæ ſacrificium 623.d
Zelus quid ſit 545.d

F I N I S.

Maiora quæ irrepſere menda, ſic emendato.

pag. 5.uer.42.Iuſt.iuſſu.p.17.u.18.ui.u 42.ẽs in p.18.u.26.ca uis.p.22.u.44.gia.tria.p.38.u.27. confibulatas p.47.u.26. oſtendatur p.47.u.41. & longior.p.60.u.14. Deum dare u 30 qualem u.37 nis.p.61.u.27.ut aut p.74.u.11.pendet.p.79.u.2.beatiorẽ u.11.aliqui putant p.100. u.29.ſolo.u.43. dedit,quod p.102.u.35.earum p.127 u.5.ut ſing.u.28.uero.p.147 u.7. lege p. 156.u.38.oĩa.p.165.u.28.& ut p.166.u.eſt mali.p.168.u.10.&, uacat..pag.175.u.23.quia p.181.u.1.quod u.41.ſcribant.p.198.u.29.non, uacat.p.226.u.28.ferũeſta.p.239.u.23.facis.p.263.u.14.quiſquis.p.279.u 22.uſurpati.p.280.u.4.huic bono.p.289.u.4. fratrẽ p.335. u.25.Bellam.p.345.u.41.declaratoria.p.354.u.30.quando ignor. p.361.u 25. quo modo.p. 367.u.41.incurritur.p.371.u.14 quidam.p.393.u.38.ſola.p.396.u.40. in hum.p.426.u.nõ, uacat..u.39.p.426.eas nigrum.p.430.u.5.iuuides,pios.44.qui Pont.p.433.u.41.regula canc. p.442.u.25.ut haſta.p.445.u.eſto.p.489.u.30.triplicatio.p.494.u.13.actionum p.497.u.39. caſtrenſe.p.502.u.33.hoc eſt.p.519.u.32.iſtum arguere.p.555.u.5. notitia. u.15. eſt Deus.p. 558.u.19.satis præcepta.p.565.u.8.non in.p.568.u.33.præcepta.p.569.u.4. go, do.p.584.u. 21.prima tab.p.605.u. 44.earũ.p.607.u.38.& licet.p.608.u.35.ut ex.p.631.u.3.quia pag. 935.uer.33.eſt legis.pag.649.u.1.remediũ.p.667.u.9.illis.p.670.uer.14.iubebat.pag.690. u.24.alius regni finis.p.714.u.2.cialia.p 734.u.18.meruis qui.p.749.u. 1. obſeruatio.p 753. u.3.ſecundam,nullum.p.758.u.44.eſt.p.761.u.3.ac Virgo.u.30.tamen eſt.p.770.u.17.peterent.aſpicerent.p.774.u.17.at.p.775.u.12.aut ab.p.787 u.19.quam nouebant;uacant.

HVMANA-

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM TRACTATVS AMPLISSIMI

Liber Primus.

In quo ſcientiæ legum natura cauſſæq; explicantur.

An de legibus vlla dari poſſit certa ſcientia, & ad quem artificem pertineat. *Diſput.* I.

A OMNIS quæ cum ratione de legibus ſuſcipitur diſputatio, eam ab aliquo proœmio auſpicandam eſſe, ſapienter, vt & alia multa, de legibus ſcribendo, teſtatum reliquit Plato. *Lib. 4. de leg.* Cuius opinioni etiam Gaius ſubſcripſiſſe videtur, cum legum interpretationem protinus illotis, vt dicitur, manibus tractare velle, nefas eſſe aſſeuerauit. *L. Facturus ff. de orig. iur.* Horum itaque auctoritate grauiſſima, atq; etiam vtilitate ipſa commotus; *Cic. lib. 1. de leg.* antequam quicquam de re propoſita ſpeciatim ſcribo; nonnullas diſputationes, quæ erunt proœmij loco, mihi tractandas propoſui.
B Nanque, vt cum Gaio loquar, iſtæ præfationes, & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt, & cum ibi venerimus, euidentiorem præſtant intellectum. Et quoniam, etiam ij qui veræ religionis fuerunt expertes, hanc *Pindar. ode 5.* arduam prouinciam ab alicuius numinis inuocatione ſibi auſpicandam eſſe cenſuerunt; multo magis nos, qui vera pietate ſumus imbuti, a veri Dei precatione initium facere debemus.

Dicamus ergo, Omnipotens æterne Deus, qui nobis tuæ æternæ legis lumen creando impertiuiſti, & peccatorum caligine obtenebratum nouis legi

bus illuſtraſti, quæſumus te, vt de tuis legibus acturis tuum auxiliũ tribue- A
re digneris: vt quod ſine te præſtare non poſſumus, te adiuuante, ad tuã gloriam perficere valeamus. Diuina itaque ope nixus, quædam quaſi præludia in hac prima huius operis parte afferam, quibus ad amplam difficilemque materiam percipiendam Lectores magis idoneos reddam. Et quidem priore loco illa ſeſe offert excutienda dubitatio, poſſitne vlla de legibus certa eſſe ſcientia: cuius quæſtionis negantem partem his rationibus confirmares.

Prima, tota de legibus tractatio verſatur in actibus humanis, cũ leges ſint
Lib. 2. c. 2. humanarum actionum regulæ: atqui ex Ariſtotele in Ethicis, omnis de humanis actionibus doctrina eſt valde incerta, & nullis firmis rationibus nititur: quare, de legibus nulla poterit eſſe ſcientia; quæ, vt idem ait, non eſt niſi
Lib. 1. poſt. de rebus certis & permanentibus. Secunda, ea doctrina ſiue ars quæ leges B
tractat, communi vſu, & quidem ſatis proprie, appellatur Iuriſprudentia; quod ſit quædam priuata prudentia; quæ habitum quendam a ſcientia om-
Lib. 6. Eth. nino diuerſum conſtituit, vt idem Ariſtoteles docet: igitur in ſcientiarum numerum non veniet. Quod ſi dicas, etiam appellari ſcientiam, immo & ſapientiam; ita eſt, ſed tamen loquutione ſatis impropria. Tertia, quæ de legibus a Iuris utriuſque peritis diſputantur, ſolum probabiliter terminantur; apud quos omnia opinionibus valde incertis tenentur, vt ex eorum ſcriptis intelligere licet: vnde cum aliquid magis probabiliter ſtatuere volunt, ad opinionem confugiunt communem: Idem diceres de alijs artificibus, vt ſunt Philoſophi morales & Theologi, qui aliqua parte hanc materiam attingunt. Quarta, diuerſi artifices hanc materiam tractandam ſuſceperunt, Theologi, C
Philoſophi, & Iuris vtriuſque periti: quare ſignum eſt, non habere certam quandam rationem, ob quam vni certæ ſcientiæ, vel arti ſubijciatur.

Duo in hac diſputatione potiſſime nobis explicanda ſunt: primum, poſſitne vlla de legibus certa eſſe ſcientia: alterum cuinam arti hæc materia ſit ſubiecta. Quod ad primum attinet, ob allatas rationes facile quiſpiam exiſtimaret, de legibus nullam certam dari poſſe doctrinam: verum contraria ſententia, ut poſtea demonſtrabo, eſt omnino tenenda. De ſecundo, Philoſophi facile hanc materiam facerent ſuam: a quibus eam quaſi ſuo iure repeterent Iuriſperiti: atqui Theologi neutris cederent. Et hinc eſt, quod omnes hi artifices hoc argumentum tractandum ſuſcipiunt: qua autem ratione, infra docebitur. Vt autem, quæ propoſui capita facile explicentur, nonnulla iacienda ſunt fundamenta. D

Primum fundamentum, ſciẽtia, vt Logici definiunt, nihil aliud eſt, quam cognitio certa, & euidens rei neceſſariæ per ſuas cauſſas: Dicitur, certa, vt excludatur opinio, quæ cum includat formidinem, non habet rationem ſcientiæ: dicitur, euidens, vt excludatur fides diuina, quæ, etſi ſit certiſſima; tamen non habet euidentiam: dicitur, rei neceſſariæ, vt deſignetur obiectum ſcientiæ: & ita excluduntur contingentia, & ſingularia corruptibilia, quorum, vt talia ſunt, non eſt ſcientia: dicitur, per ſuas cauſſas, quia ſcire eſt rem
Ariſt. 1. poſt. c. 2. per cauſſam cognoſcere. Atque ex his facile colligi poteſt, cuiuſmodi nam eſſe debeat id, de quo poſſit eſſe ſcientia. Debet eſſe aliquid vnũ per ſe, quod

vnica

A vnica ratione definiri queat: & aliquas habere proprietates, quæ per cauſſas
naturæ, aut cognitionis de eo probentur: quo modo probamus hominẽ eſſe
riſiuum, quia eſt ratione præditus; & Deum eſſe immutabilem, quia eſt ſim
pliciſſimus. Et quoniam hæc omnia in lege, ſiue in iure aſſignari poſſunt,
vt ex hac tota tractatione manifeſtum fiet; ideo de legibus certa poteſt eſſe
doctrina. Secundum fundamentum, de legibus variæ fieri poſſunt tracta-
tiones, quas ad hæc capita reuocares. Primum, ſi quis ageret de lege vniuer
ſe, & de ſingulis eius ſpeciebus, demonſtrando legum naturam, cauſſas, pro-
prietates, & effectus, atque eorum quæ lege ſanciuntur, rationes conuenien-
tiamque aſſignaret. Secundum, ſi quis leges ipſas conſtitueret, vel tanquam
priuata perſona, vt Plato, vt Cicero, & alij fecere: vel tanquam perſona pu-
B blica, vt Principes faciũt, vel ij quibus a Principe, vel a populo talis prouin-
cia eſt demandata. Tertium, ſi quis iam leges conſtitutas exponeret, & quid
ſecundum eas vniuerſe ſentiendum, quidque de iure tenendum ſit, explica-
ret; vt in ſcholis Iuriſperiti faciunt. Poſtremum, ſi quis de legũ vſu & praxi
ageret, doceretque quo pacto ad vſum redigantur, & in foro vſurpentur, vt
faciunt ij, qui practicas ſcribunt. Et quidem nos de legibus iuxta primum
modum potiſſimum diſputaturi ſumus; quamuis certis in locis nonnihil di-
cemus, quod ad alias tractandi rationes attinet. Nec defuerunt, qui de legi-
bus & primo, & ſecundo modo egerunt; explicando prius legis naturam,
poſtea certas leges tradendo; vt inter cæteros fecit M. Tullius, quem quidam
alij ſequuti ſunt. Tertium fundamentum, de vna eademque re diuerſæ age-
C re poſſunt artes, ſub diuerſa tamen ratione, vt Philoſophi tradunt: vt de ma- *Ariſt. l. 1.*
gnitudine Phyſiologicus, & Mathematicus: de oratione, Grãmaticus, & Rhe *Phyſ.*
tor. quod dum vna ars facit, quod eſt alterius artis, non occupat: quamuis
interdum, ob artium cognationem, alterius artificis perſonam vnus artifex
ſuſcipiat, & aliquid non ab re dicat, quod ad aliam artem proxime pertinet.
Quamuis ergo nos ſuſceptam materiam theologice, & philoſophice potiſſi-
me diſputandam ſuſceperimus: tamen cum Theologiæ, tanquam dominæ *Pſal. 44.*
omnes aliæ facultates inſeruiant, cum ſit regina quadam varietate ornata,
& de omnibus alijs, tanquam architectonica iudicium ferre queat, ideo in-
terdum nonnulla, quę in alijs facultatibus in eadem materia verſantibus, ex-
plicari ſolent, pro re nata, non ſine vtilitate tractabimus. Quare, cum de le-
D ge humana, eiuſque partibus agemus, multa a iuris vtriuſque peritis repete-
mus, quæ meliore methodo, planiuſque tradere nitemur. His ita poſitis fun-
damentis, has adſtruo poſitiones.

Prima poſitio, tractatio de legibus priuata quadam ratione auſpicanda eſt *L. 1. C. de*
a ſummi & æterni legiſlatoris inuocatione. Hanc doctrinam ex bonorum *vet. iure*
legiſlatorum vſu comprobare licet. Ita faciendum docuit, & fecit Plato, vt *enucl.*
ſupra ſcripſimus: ita Charondas; quos ſequutus eſt Cicero, cum ſcripſit, Ab *L. 2. de leg.*
Ione Muſarum primordia, ſicut in Aratio carmine orſi ſumus: de quo, cum *Lancel.*
Quinctus, quorſum, quæſiuiſſet, ita reſpondit, quia nunc itidem ab eodem, *Gal. tract. de ſtat.*
& a cęteris dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia: & Im- *L. in nomi*
perialium legum libri a veri Dei, & Chriſti recuperatoris nomine initium *ne de offi. praſ. prat.*

ſumunt; vt & oĩa fere publica acta,quæ in iudicium ſint ventura. Vt merito, **A**
dubitari ſoleat,an ea ſint authentica,in quorum principio Chriſti nomen nõ fuerit inuocatũ. Secunda poſitio,de legibus põt dari ac datur certa ſcientia. Primũ probatur hæc doctrina a ſciæ definitione, qm̃ notitia vniuerſalis quæ de legibus habetur, eſt notitia certa:eſt etiam euidens, quia in hac tractatione ſunt multæ rationes quæ euidentiſſime aliquam veritatem demonſtrant; vt cum probatur legem debere eſſe honeſtam, vtilem,& id genus alia:eſt rei neceſſariæ,quia natura legum eſt immutabilis,ſicuti & lex æterna,& naturalis,vnde omnes humanæ proficiſcuntur leges:& denique,eſt etiam per cauſſas:quia optimæ redduntur cauſſæ earum proprietatum quæ de lege demonſtrantur, præſertim finales; a quibus bonæ ſumuntur demonſtrationes : igitur. *Ariſt. lib. 2. Phyſ.* Deinde,cõfirmatur ex eo,quod huic doctrinæ ea ſubiecta eſt materia, in **B**
qua ea oĩa reperiuntur,quę ad ſcientiam conſtituendam ſunt neceſſaria,certa nimirũ natura,certæ proprietates,& certæ earũ cauſſę; quas qui cognoſcit, ſcientiam eſt adeptus:ſed iſtæ per hanc doctrinam & tractationẽ cognoſcuntur:igitur.Poſtremo,a ſimili de doctrina morali et politica; cuius vna pars eſt hæc quæ de legibus diſputat. Quare,ne in re manifeſta probanda plura ſine neceſſitate afferam,non eſt credendum grauiſſimos philoſophos,vt Platonẽ, Ariſtotelem,Theophraſtum,& alios,qui in hoc argumento verſati ſunt, hãc doctrinam certis rationibus deſtitutã exiſtimaſſe, & eam temere, ſine firmis argumentis poſteris tradidiſſe. Tertia poſitio, hæc tractatio, ſub diuerſa ratione ad varios poteſt artifices pertinere; ad Iuriſconſultos, ad Philoſophos, & ad Theologos. Ad Iuriſconſultos, quatenus legũ diſciplina confert ad iu- **C**
ſtitiam adminiſtrandam,et ad gubernandã remp.in hunc proximum finem, vt quiete,pacate,honeſteq; viuatur. Ad Philoſophos, vt lex eſt actus quidam humanus,& rationem honeſtatis, vel turpitudinis habet, & vt hæc doctrina ordinatur ad bene beateq; viuendum ſm̃ naturam. Ideo Atticus Ciceroni dicebat,eum ex intima philoſophia iuris diſciplinam hauriendam eſſe putare. *Lib. 1. de leg.* Denique ad Theologũ, qm̃ legis æternæ & diuinæ explicatio ad ipſum ſolũ pertinet:& cum ex his aliæ oẽs proficiſcantur leges,de his quoq; in ordinem ad finem ſupernaturalem agere debebit. Quarta poſitio,tractatio de legibus præcipua quadam ratione pertinet ad Theologum. Primum, ratione cauſſæ efficientis,quia agit de Deo,& de lege æterna, vñ oẽs leges originem ducũt. Deinde,ratione materiæ, quia præcipue agit de lege diuina, cui oẽs aliæ le- **D**
ges debent eſſe conſentaneæ,per quam oẽs leges corriguntur, ad quã conſeruandam oẽs referuntur. Poſtremo,ratione finis,quia Theologus ordinat hãc tractationẽ proxime ad finem ſupernaturalem, & ad æternã vitam:quẽ finem nullum ius humanũ,ſiue pontificale,ſiue ciuile proxime cõſiderat. Nã,pontificiũ ordinat hoĩem ad diuinũ cultũ in rep.eccleſiaſtica:ciuile vero ad ciuitatis pacẽ atq; concordiã. Atq; his poſitionibus huic difficultati ſit ſatis factum.

Ad primum argumentum,ſcia legalis, in primis, non uerſatur circa actus humanos,ſed circa legum naturam & proprietates : deinde, eſto verſetur in actibus humanis,eos tñ vniuerſe conſiderat,ſub qua ratione certa eorum põt eſſe ſciẽtia; fatemur tñ in legum vſu & applicatione poſſe eſſe aliquid incertitudinis.

A titudinis. Ad ſecundum, illa legũm doctrina proprie iuriſprudentia, nominatur, quæ in actione & legum applicatione verſatur: at vero ea quæ de legum natura habetur notitia, vere ſcientia appellatur; ſicuti & doctrina morũ. Ad tertium, in primis negarem a iuris vere peritis non doceri multa certiſſimis rationibus, dum de legũ natura vniuerſe diſputãt: deinde iſti potius verſanť circa praxim legũ, ac proinde multa probabiliter diſputãt: deniq; non eſt mirũ, ſi in eorũ ſcriptis minus apparet legũ certa doctrina; cum iſti paruam, aut nullam habeant de natura ſciæ, & de methodo ſcientifica notitiã. Ad vltimũ, quid ad hoc argumentum reſpondendum ſit, ex vltima patet poſitione.

An legum condendarum ratio certa arte contineri poſſit. *Diſput.* II.

B DE legibus vniuerſe conſideratis certam poſſe dari ſcientiam proxima diſputatione docuimus: nunc illud nobis examinandũ proponimus, de quo vetus fuit dubitatio, an earum quæ feruntur legum vlla certa poſſit eſſe ratio, ita vt arte & methodo quadam leges tradi ac explicari queant: & quod non poſſint, his rationibus demonſtro.

Prima, id ſi fieri potuiſſet, ſane antiqui illi apud Romanos legis periti, qui toti in iuris tractatione erant occupati, feciſſent; vt Scæuolæ, Appij, Sempronij, Mucij, Celſi, & alij, quibus reſpõdendi tradita erat poteſtas: atqui certiſſimum eſt iſtos ſine arte & methodo ipſum ius tractaſſe, vt ex Cicerone colligitur; qua ratione in artem redigi poſſit, igitur. Vnde merito Tertullianus fuſam & confuſam illam legum multitudinem ſyluam appellauit. Secunda, ſi arte tradi poſſent, qui Romanorum leges Iuſtiniani iuſſu colligendo ius ciuile confecerunt, iſtam artem inueniſſent, & artificioſe, cũ eſſent viri eruditiſſimi, iuta diſpoſuiſſent: id quod, vt multi fatentur, non fecerunt; cum tñ id conati ſint, ac etiam ſe feciſſe interdum dicant: igitur fieri non poſſe exiſtimandum eſt. Tertia, legum condendarum nullus eſt certus terminus, nulla certa cauſſa, cum ex humanis actionibus, quæ nullam certã habent rationem, earũ conſtituendarum ſumatur occaſio: quare humanæ leges nullo certo ordine comprehendi poterunt, cum præſertim multæ ex ſola Principum voluntate pendeant. Confirmatur hoc argumentum, ex legum varietate apud varias nationes, & ciuitates, ex quibus vnum, vt ita dicam, corpus conficeret nemo. Quarta ab iſtius doctrinæ appellatione ſumpta, quia uocatur, prudentia iuris: non igitur poterit arte comprehendi, ſi a prudentia pẽdet, quæ, vt Ariſtoteles ſcriptum reliquit, in rebus ſingulis verſatur: & a definitione, ſumpta a materia ſubiecta, cum dicitur eſſe rerum diuinarum & humanarum ſcientiã: ex quibus rebus nemo, vnam aliquam certa methodo cõficeret doctrinam, cum res humanæ & diuinæ longiſſime inter ſe diſtent.

Lib. 1. Orat. *Aduerſus Gentes.*

C D

Quod attinet ad auctorum ſententias, in eo omnes conuenire uidentur, legum condendarum doctrinam, quam græce Nomotheticẽ appellant, ad certam methodum reuocari poſſe: an vero hucuſque reuocata fuerit, præſertim per eos, qui iura Romanorum Iuſtiniani ordinarunt, dubitari ſolet. Quidam affirmant, ita vt nullam aliam artem, ac methodum quærendam putent: & iſtam, vt bonam defendere conantur; alij, vt omnes ferè recentiores contra-

ſentiunt,& illud deſiderant,quod Cicero ſe facturum pollicitus erat,& fieri A
Lib.1.noct. poſſe dixit,ac etiam priuato libello fecit,ſi Gellio credimus, artificioſam ni-
attic. mirum legum tractationem. Verum,in aſſignandis rationibus, cur Iuſtinia
neum ordinem non probent; non conueniunt. Alij,vt confuſum & nimis
fuſum damnant:alij,vt nimis truncatum:alij vt male cohærentem : & deniq;
alij alijs de cauſſis.Nec deſunt,qui rationé illam, quã in primo de oratore in-
ſinuauit Cicero,vt minus abſolutam non probent.

In hac difficultate varia ſunt capita, de quibus dubitare licet. Primum,an
doctrina de legibus vniuerſe conſideratis, aliqua certa ratione ac methodo
tradi poſſit: Secundum, an leges iam latæ,aut ferendæ artificio & ordine ali-
quo contineri queant; ita vt in illarum collocatione ordinem aliquem, vel
naturæ,vel doctrinæ liceat inuenire. Tertium,de ordine & methodo legum B
explicandarum: Poſtremum, de ratione qua leges ad vſum traducendæ ſint;
& quo pacto in iudicijs exercendis illis vti poſſimus. Nos de primo & ſecun
do capite aliquid hoc loco dicemus: de tertio & quarto,nunc nihil,alibi ali-
quid ſcribemus.In præſentia ſupponimus quid ſit ars,cuius varias definitio-
Ariſt. lib. nes libro primo De arte dicendi attulimus, & explicuimus. Ars itaque eſt
6.Eth.c.4. habitus quidam faciendi aliquid certa cum ratione.Dat enim ars certã viam
Auct. He- *ren.* rationemque faciendi; nam quod rationem non habet, ars non eſt:quam ar-
Plat. in té in iure ciuili tradẽdo Iuſtinianus,vel potius eius miniſtri ſe ſequutos fuiſ-
Gorg. ſe exiſtimarunt, an verum ſit,poſtea dicetur. Antea citatum Imperatoré qui-
Proœm.in dam alij idem efficere conati ſunt:vnde tres alij codices nominantur,Grego-
Pand. rianus, Hermogenianus, & Theodoſianus. Fuerunt & alij Romanarum le- C
Liu.lib.9. *dec.1.* gum collectores; vt Papyrius qui leges regias collegit : & cum antiquitus ius
ciuile in aditis Pontificum repoſitum eſſet, primus omnium G.Flauius, illud
in lucem protulit. Rurſus,alij quoque collegerant,vt Saluius Iulianus dige-
P.Greg. in ſtorum libros 99.Alpheus 40. Pub.Iuuẽtius Celſus 39.Vlpius Marcellus 31.
Meth.c. 2. & alij. Idem Iulius Cæſar referente Suetonio, efficere in animo habuit: qui,
vt vir ſingulari ingenio & doctrina, atque imperandi arte præditus, aliquid
abſolutum feciſſet. Vt aũt quid illi,quibus Iuſtinianus curã legũ ordinãdarũ
dedit effecerint,intelligatur, totius Iuris ciuilis partes nũc breuiter recẽſebo.

Iuris itaque ciuilis corpus in tria volumina diſtinctum fuit. Primum vo-
lumen eſt Pandectarum,in quibus ius antiquum & iuriſconſultorum colle-
ctum fuit: Digeſtum nouum, & vetus, Infortiatum dicunt: cum tamen vno D
volumine quinquaginta libris fuerit editum: Secundum, codicis Iuſtiniani,
duodecim libris comprehenſum : vbi diuerſorum Cæſarum conſtitutiones,
& epiſtolę continentur: Tertium,Nouellarum conſtitutionum collectionem
habet, quæ vulgo Authenticæ nominantur, ab eodem Iuſtiniano approba-
tum. Acceſſit deinde ius Feudorum ex trium Imperatorum conſtitutioni-
bus collectum. Poſtremo acceſſerunt extrauagantes quædam: quarum pri-
ma eſt de ſtatutis, & conſuetudinibus contra libertatem eccleſiæ, a Fede-
rico Secundo edita : altera de modo quo in crimine læſæ maieſtatis proce-
datur,ab Henrico Tertio promulgata:quæ ambæ vim iuris habent.Pandectæ
in ſeptem partes diſtributę ſunt. Prima continet quædam quaſi fundamenta
iuris,

A iuris,cum in ea agatur de iuſtitia & iure,de eius origine,de legibus,de perſonarum ſtatu,de præceptis vniuerſalibus,de magiſtratibus,de iudiciorũ præceptis, & de iudicijs generaliter. Secunda, agit de magiſtratuum ordinibus, ſeu de perſonis quæ iura reddere poſſunt; ac de ipſis iudicijs,tum generatim,tum ſpeciatim:vbi interſeruntur aliqua de ſeruitutibus perſonarum & rerum, & de noxalibus actionibus. Tertia agit de actionibus perſonalibus, vt ſunt humani contractus,& obligationes.Quarta,quæ initium ſumit a tertia, in qua agitur de ijs, quæ ſunt veluti partus, & appendices contractuum, vt de pignoribus,de acceſſionibus,de cõuentionibus matrimonij,& de quaſi contractibus,vt de tutelis,&c. Quinta, quæ continet etiam ea,quæ ſunt quaſi contractus, vbi de teſtamentis, de legatis & de eorum acceſſorijs. Sexta, quæ
B ad quintam proxime accedit,diſputat de hæreditatibus cõſeruandis, vel deferendis:vbi de edictis prætorijs ad viuorum res pertinentibus,quibus admiſcetur tractatio de actionibus præiudicialibus: additurque diſputatio de acquirendo rerum dominio, & poſſeſſione; de re iudicata, de exceptionibus, atque obligationibus. Septima, in qua agitur ſpeciatim de verborum obligationibus: quibus intermiſcentur ſolutionis ſpecies: item de obligationibus ex delicto,de priuatis & publicis delictis, deque eorum pœnis:de appellationibus: ſed a fiſco, ad captiuos,& ad militaria transfertur tractatio: denique de iuribus municipij, de varijs cognitionibus, & de verborum ſignificatione,ac de regulis iuris. Et hæc ſummatim de Pandectarum materia & ordine.Quid autem in ſingulis libris agatur recenſere noluimus,cum nobis ſa-
C tis ſit ex ijs, quæ attulimus, ob oculos propoſuiſſe huius partis iuris ciuilis capita, ex quibus facile cognoſci poteſt, an bono ordine tradita fuerint. His ita adnotatis ad poſitiones accedamus.

Prima poſitio, diſputatio de legibus ad certam & artificioſam methodum redigi poteſt. Intelligitur hæc poſitio de ipſa legum vniuerſe cõſideratarum doctrina:& quia quod in ea docemus,eſt per ſe ſatis manifeſtum, vnica tantum rõne confirmabo.Nam,lex,vt ſupra diximus, vnã habet naturam, certas cauſſas,certas proprietates,certaque genera & ſpecies;quæ omnia certa rõne diſponi & tradi poſſunt,ac ẽt a quibuſdam aliqua parte tradũtur: Quare,qui in hac materia eſſet verſatus,& in dialecticis non mediocriter eruditus,facile hanc totam tractationem ad methodum reuocaret. Secũda poſitio, leges iam
D latæ, aut ferendæ certa & artificioſa methodo comprehendi & ordinari poſſunt.Primo probatur hæc poſitio ex cõi ſnĩa,& exemplo eorum qui hoc facere voluerũt,& eorum qui facere conati ſunt, & deniq; aliorum, qui ſe feciſſe exiſtimarunt. Deinde,leges ſunt de perſonis,& rebus,actibuſq; humanis,nõ ſingulis,ſed vniuerſis,quorum certus eſt numerus,certa natura,certa genera ſpecieſque certæ,ac ẽt conſequutio quædam:ergo cum leges ſint de materia, quæ ordinis eſt capax, profecto concedendum eſt oẽm earum varietatem ad quoſdam cões & conſequentes locos,ſiue capita reuocari poſſe. Poſtremo, ſi doctrina de humanis actionibus, & de republica potuit certa methodo tradi,cur non ẽt doctrina de legibus,quæ iſta oĩa,vt fieri debeant ordinat & demonſtrat? Tertia poſitio,methodus illa de artificioſa iuris tractatione, quam

M.Tullius in primo de oratore ſermone inſinuauit, iure optimo quibuſdam A
non probatur.Primum,quia tanquam nimis conciſa,non plane,ſufficere videtur: paucis.n.verbis Cicero eum inſtituit,qui de iure cum rõne ſit acturus, propoſito iu ris fine,qui eſt æqualitatis conſeruatio,vt primum,inquit,omne ius in genera digerat, quæ perpauca ſunt:deinde eorum generũ quaſi mẽbra quædam diſpertiat:tum propriam cuiuſque vim definitione declaret:quę ſane doctrina ad rem tantam efficiendam parum momenti habet.Deinde,quia oĩa iuris principia, & cauſſas inſinuare debuiſſet, & in ſumma originẽ, & effectus.Sed fortaſſe non fuit Ciceroni in animo,eo in loco,rem hanc planius, vel ad vnguem exponere.Qui nec ẽt in libris de legibus eũ meliorẽ ordinem ſeruauit, qui ſeruari potuiſſet. Quarta poſitio, iuris ciuilis ordo, ab Iuſtinianeis conſarcinatoribus ſeruatus,non eſt omni ex parte abſolutus:quẽ in mul B
tis peccare facile probaret is, qui hac in parte vellet longum facere; breuiter igitur dicam. Primum, quia multa non ſunt ſuo loco poſita,qđ vel ex eo patet, quia multa aliter collocata ſunt in Pandectis, quam in Inſtitutionibus;vt ſpeciatim patet de iudiciorum tractatione. Deinde, quia nonnulla interpolata diſputatione explicãtur; vt tractatio de pactis,& obligationibus,quibus interſeritur diſputatio de tutelis,& ſucceſſionibus.Deniq; multa ſine vllo detrimento omitti,ac proinde breuior iuris ars tradi potuiſſet:cũ,vt optime adnotauit Tullius,ab eo qui artem tradit,non oĩa ſcribenda ſint.Quincta poſitio, abſoluta atq; exacta iuris legumq; methodus,non poteſt fieri ab hoĩe iuris, & philoſophiæ ignaro,ſed a viro perito.Hanc doctrinã non obſcure tra-

Lib.1. Orat. didit Craſſus, cum de iure in artem redigendo apud Ciceronẽ diſputãdo dixit,Adhibita eſt igitur ars quędam extrinſecus ex alio genere quodam,quod C
ſibi totum philoſophi aſſumunt, quæ rẽ diſſolutam,diuulſamq; conglutinaret,& rõne quadã conſtringeret.Sit ergo in iure ciuili finis hic,legitimæ atq; vſitatæ in rebus cauſſiſq; ciuium æqualitatis conſeruatio. Tũm ſunt notanda genera, &c. Sexta poſitio, legũ ordinata tractatio eſt maxime vtilis & neceſſaria;ſiue loquamur,de legum doctrina vniuerſe tradẽda, ſiue de legibus cũ ordine collocandis, ſiue de ordinata explicatione, & ad vſum applicatione. Quare plurimum debemus ijs,qui doctrinam variam,multiplicem,atq; perplexam ad methodum redigere ſunt conati,licet non omni ex parte, id perfecerint. Primum,quia hoc eſt maxime cõnſentaneum homini,qui nõ temere,

27.q.1.c. fin. nec ſolo naturæ inſtinctu,ſed rõne vti debet: cũ homo dici nequeat,qui rõne D
non vtitur.Deinde,qm̃,omnino abſurdum eſt,eam diſciplinã ſine certa rõne tractare,quæ tota a rõne fluit, & totam ſuã naturam in rõne ſitam habet, & ad eum finem refertur,vt hoĩes omnia recta cum rõne faciant. Præterea,cum humanę actiones & negotia, quæ legibus diriguntur,ſint propemodũ infinita, quæ ob humanam imbecillitatem comprehendi nequeunt,& vtile profecto ac ẽt neceſſarium fuit, vt ordine quodam generalia traderẽtur præcepta,atq; boni & ęqui rationes,quibus,quid in ſingulis recte ſtatui ac reſponderi poſſet,facile intelligeretur. Huc etiã pertinet humanarum rerum conditio, quæ eiuſmodi eſt, vt non ſemper eodem in ſtatu maneant: ac proinde per certam ac generalem methodum aliquid firmũ conſtitui, & tradi debuit. Ex quibus colli-

A colligeres, quanta ſint vituperatione digni, qui iuris doctrinã ſine vllo ordine tradunt, & fruſtra in ſingularibus rebus verſantur: & cũ aliquid vniuerſe, quod ſatis fuiſſet, dixerint, ſine neceſſitate, ſed non ſine confuſione, reſtrictiones, ſublimitationes, ampliationeſque innumeras adijciunt. Contra vero maxima laude digni ſunt illi, qui ad ordinem quendam variam lateq; patentem materiam redegere, vt quod ad legum vniuerſam tractationẽ attinet fecit Diuus Thomas; qui, ex oĩbus Theologis, hanc materiam, ſicuti & alias, ſatis ordinate expoſuit; cuius ordinem nos fere ſequemur, ijs in rebus quæ de legibus ab ipſo diſputantur. Nec defuerunt qui perturbatũ legũ Imperialium ordinẽ ad aliquam methodum redigere conati ſunt; vt Lagus P. Gregorius, Hoperius, Vigelius, & quidam alij. Sed, ni fallor, de legibus ſm omnem con
B ſiderationem, quæ de eis fieri põt, vt prima diſputatione docui, adhuc meliore methodo agi poſſet, quã hactenus a quopiam actum ſit: de legibus ſ quã, tum vniuerſe conſideratis, tum de legum condendarum rõne, tum de earum expoſitione, ac deniq; de vſu. In qua re demonſtranda nolo in præſentia immorari, nec quicquã priuatim in hoc opere ſcribere, ſed fortaſſe alias, fauẽte Deo. Opus eſſet.n. ad hoc faciendũ longa commentatione, & multa multorũ librorum lectione: cum ea legum tractandarũ capita, quę indicauimus, is ſolus poſſit ad perfectam methodum redigere, qui in logicis, ethicis, & in vni- *Ariſtot. 3.*
uerſa legum doctrina non mediocriter eſſet verſatus. *rhet. c. 1.*

Argumenta in contrariũ allata ſic ſolueres. De primo, non eſt mirũ, ſi illi priores Iuriſperiti artificioſe hanc materiã non tractarunt: quia nulla ars, etiã
C minoris difficultatis, ab vno tm̃, vel ẽt a pluribus a principio fuit perfecta, vt de Rhetorica & alijs quibuſdam artibus patet. De ſecũdo, iuris Romani collectores non omni ex parte legum doctrinam ordinate tradidiſſe, non eſt mirũ; tum ob illam immenſam legũ Siluam, ex qua vnũ corpus omni ex parte perfectũ conficere voluerunt: tũ quia multa priuata iura, & facti ſpecies cõſectati ſunt; a quibus abſtinere debent, qui vniuerſam doctrinam cum ordine tradere volunt. De tertio, licet legum condendarum rõne vſus, nõ ſit aliquis certus terminus: tñ legum vniuerſe conſideratarum certæ ſunt cauſſæ, certæ ſpecies, certę proprietates, & effectus certi: vnde patet ẽt ad confirmationem. De quarto, hæc doctrina non ſolum prudentia, ſed ẽt ſcientia nominari poteſt, vt ſupra diximus: & prudentia vniuerſe conſiderata, certas rerum agen-
D darum rationes præſcribit: diceres etiam vocari prudentiam ratione vſus. Quod dicitur de materia, facile ſoluitur, quia omnes leges, ſiue ſint humanæ, ſiue diuinæ in vna ratione communi, ſaltem analoga, conueniunt.

De legalis ſcientiæ cauſſis. Diſput. III.

EX quatuor quæ in unaquaque re inueniuntur cauſſis, noſtram cognitionem pendere, multis in locis teſtatum reliquit Ariſto- *Li. 2. poſt.*
teles. Quare, vt huius doctrinæ quam explicandam ſuſcepimus, vim naturãq; plene percipere poſſimus, eius cauſſas, paucis explanare nitemur. Et cum hic nullę occurrant citandæ ſententię, & nulla ponenda ſint fundamenta; quæ dicenda ſunt quibuſdam poſitionibus perſtringam. *& 1. Phyſ.*

Prima

Prima poſitio, hæc doctrina de legibus in ſcientiarũ numero ponenda eſt. A
Itaque cum ſit habitus quidam cognitionis; non prudentia, nec ars, ſed ſcien
tia, & aliqua parte ſapiẽtia, nominãda eſt. Hæc poſitio primũ patet ex ijs, quæ
prima diſputatione diximus: vbi docuimus de legibus poſſe haberi certas &
indubitatas demonſtrationes; ſicuti de alijs rebus, quæ in philoſophia morũ
Lib. 1. Eth. cap. 3. tractantur. Quod ſi obijcias Ariſtotelem dicentem, honeſta & iuſta ex poſita
eſſe errori, ita vt magis lege, quam natura conſtare uideantur; & de his rebus
ſatis eſſe ſi pingui minerua aliquid doceatur; dicerẽ primũ, ex hoc loco colli
gi poſſe Ariſt. parũ fuiſſe exercitatum in uirtutibus, in quibus ſi profeciſſet,
aliter loquutus fuiſſet. Deinde, dicerẽ intelligendũ eſſe de hac doctrina, pro-
ut ad praxim et uſum reuocatur, & ſm hanc conſiderationẽ, concedimus ha
bere varietatẽ, & expoſitã eſſe errori: ſed hęc ratio ẽt in alijs ſcientijs locũ hẽt. B
Deinde, certũ eſt non eſſe prudentiã, quia non verſatur circa ſingulares actio
nes: ſilr planum eſt non eſſe artem, cum non ſit recta alicuius rei faciendę ra
tio: neq; proprie loquendo eſt ſapientia, quæ ẽt principiorum, quorum ha-
bemus habitum, cognitionem includit, ſcientia igitur; ſi in humana mente, vt
Lib. 6. Eth. docuit Ariſtoteles non niſi numerati reperiũtur habitus. Secunda poſitio, hęc
doctrina potius practica, quam ſpeculatiua nominanda eſt, quamuis aliquo
modo ſpeculatiua dici poſſit. Primum quidem, quia eſt de obiecto practi-
co, de ijs nimirum rebus, quæ a nobis efficiuntur; vt ſtatim dicetur. Dein-
de ex fine; qm̃, ideo legum naturam cognoſcimus, vt honeſte viuamus, vt iu-
ſtitiam ex æqualitatem, pacemque in humana rep. conſeruemus. Deniq;, idẽ
confirmares & nonnullis legis definitionibus, in quibus id quod hoc loco C
docemus exprimitur; vt cum dicitur, eſſe rectam rationem imperãtem hone-
ſta, & prohibentem contraria: eſſe iuris atque iniuriæ regulam: &, vt cum Ci
Lib. 2. de leg. cerone concludam, conſtat profecto ad ſalutem ciuium, ciuitatumque inco-
lumitatem, vitamque hominum & quietam, & beatam inuentas eſſe leges, &
quæ apud ipſum ſequuntur. Tertia poſitio, huius doctrinæ ſubiecta mate-
ria, eſt lex ipſa. Qm̃ illud eſt ſubiectũ in aliqua tractatione, cuius principia,
cauſſę, partes, ſpecies, proprietates, effectuſq; explicantur, ac demonſtrantur:
at in hac doctrina iſta omnia de lege tum generatim; tum ſpeciatim proban-
tur: igitur. Sed peteret hoc loco de me quiſpiam, quæ nam ſit materia in ea
parte ciuilis, ſiue politicæ ſcientiæ, quæ in legibus ponẽdis verſatur, quã grę
ce Nomotheticem vocant; cui petitioni ex Iuriſperitorum doctrina ſequenti D
poſitione ſatisfaciam. Quarta poſitio, omnis legum ferendarum ſubiecta
materia, vel ea de quibus leges feruntur, ad tria capita reuocantur; ad perſo
Tit. 2. nas, ad res, & ad actiones. Ita habetur lib. 1. Inſtitutionũ ciuilium: Omne aũt
§. Omne. ius quo utimur, inquit Iuriſperitus vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad
Oſtien. in actiones. ex quibus tribus capitibus dignius cenſetur primum, cum ius, per-
ſu. in prin. ſonarum cauſſa ſit conſtitutum. Quincta poſitio, hæc de legibus tractatio, ſi
Azon. & ſit pure humana, pertinet ad eam philoſophiæ moralis partem, quę ciuilis ſi-
Glo. i pro. de r. Seb. ue politica nominatur. Qm̃ nulla ciuitas poteſt recte conſtitui, niſi per le-
Med. par. ges, quæ ſunt veluti nerui corporis totius ciuitatis. Cæterum quæ in ea tractã
3. q. 1. tur, licet potiſſimum ſpectent vtilitatem publicam, quæ ciuili ſcientiæ propo
ſita

A ſita eſt:tamen,quia etiam ſingulorum actiones dirigit,& ſuum cuiq; tribuit, Ethicæ quoq; perſonam ſumit, ac etiam ob eandem rationé Oeconomicæ, cum quæ ad familiam recte gubernandam conferunt, aliqua parte attingat. Sexta poſitio,hæc tractatio, vt ad Theologiam pertinet, ad eam ſacræ doctrinę partem reuocanda eſt,in qua de actibus humanis agitur.Qm̄ leges tum diuinæ,tum humanæ conſiderantur a Theologo, vt ſunt quædam humanarū actionum regulæ, ſecundū quas qui agit,pie & iuſte uiuit,& pręmiū meretur ęternum:qui vero tranſgreditur una cū impijs, ad æternos cruciatus damnatur.Septima poſitio,doctrina de legibus,primum tanquam in fonte eſt in mente & ratione diuina, deinde in ratione humana,poſtea in libris ſacris, & denique in iure humano,tum Pontificio,tum Regio, ſiue ciuili ac in priua-
B tis ſtatutis. Quare qui oēm in partem hanc doctrinā aſſequi vellet,oīa hæc iura deberet habere perſpecta,ac propterea nos de oīum harū legū partibus, ꝑ nr̄o inſtituto,agemus. Octaua poſitio perfecta iuris doctrina in tribus maxime verſari uidetur,in congnitione naturę legum,in reddenda legum conditarum ratione, & in applicatione ad actus humanos,& ad iuſtitiā, in vtroq; foro,ciuili & eccleſiaſtico,ſeruandā,ſiue ad rectū de humanis actib.iudiciū ex legibus ferendū.Nona poſitio,hæc doctrina potiſſimū eſſe deberet in ipſis legis latoribus,et in illis qui remp.in vtroque foro gubernant.Qm̄ ad eoſdē pertinet leges cōdere,eas interpretari,atq; ius dicere.Primum,probatur hæc poſitio diuino teſtimonio,vbi dicitur,& nunc Reges intelligire,erudimini, *Pſal. 2.* qui iudicatis terrā: Apprehendite diſciplinam,neqnādo iraſcatur Dominus.
C Quí aliquādo,iuſta ira cōmotus,in Deorū,hoc eſt in principū & iudicū cętu *Pſal. 81.* ſtetit,& his verbis eos grauiſſime reprehendit,Vſq; quo iudicatis iniquitaté, & facies peccatorū ſumitis? Iudicate egeno,& pupillo,humilē et pauperem iuſtificate,hoc eſt,iuſtā ſententiā pro illis ferte: Eripite pauperem, & egenū de manu peccatoris liberate. Neſcierunt,neq; intellexerunt,in tenebris ambulant:mouebuntur oīa fundamenta terræ:Ideo regius vates Deū pro ſuo filio hunc in modū precabatur,Iudicium tuū regi da,& iuſtitiā tuā filio Regis, Iudicare, hoc eſt, vt iudicet,populū tuū in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.Deinde,ipſorum Principum auctoritate: Si enim, inquit Iuſtinianus, in *Pſal. 61.* præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt,& leges interpretari ſolum dignum imperio eſſe oportet.Et Conſtantinus Cæſar, Ius & æquitatem
D interpoſitam interpretationé,nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere. Olim apud omnes nationes ijdem erant Principes,legum latores,earundemq; doctores,& iuſtitiæ adminiſtri,vt ex varijs hiſtorijs, & ex diuinis literis cognoſcere licet. Moſes, Princeps populi, legiſlator,doctor, & iudex fuit: & quos elegit in auxilium,ijdem erant doctores,& iudices:quorum munus,reip.mutata forma,tranſiuit in Reges. Huc facit quod Hebræi ſeneſcenti Samueli dixerunt,conſtitue nobis regem,vt iudicet nos,ſicuti & vniuerſæ habēt nationes. Legū itaq; doctrina & interpretatio regia eſt atq; imperatoria:qua qui periti ſunt,ij demū recte gubernāt,& digni ſunt Imperio,vt Numæ, Cæſares, Alexandri,Antonini,Theodoſij,& horum ſimiles.Hinc eſt quod prudentiſſimus poeta Aeneam his verbis reginam Didonem laudantem fecit, *Fab. Pic. de aureo ſec. Beroſ. lib. 3. 4. & 5. Strab. li. 4. Exo. 18. 1. Reg. 8. Athe. lib. 12. c. 3. & 18. Aen. lib 1.*

Tum

Tum foribus diuæ media teſtudine templi A
Septa armis, ſolioque alte ſubnixa, reſedit,
Iura dabat, legeſque viris, operumque labores
Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.

Ouid. 1. Met. & 1. Faſt.

Sed quia, vt inquit Iuſtinianus, ſingulis ciuitatibus adeſſe non poſſumus, iubeo quiſquis docere vult, nō repente, nec temere proſiliat ad hoc munus, ſed iudicio ordinis probatus, decretum curialiũ mereatur, optimorũ conſpirante conſenſu. Data itaq; eſt viris doctis iuris explicandi & dicendi facultas, q̃ primum in ipſo Principe reſidet. Vnde enata eſt illa priuata doctrina, quam iuriſprudentiam vocarunt: de qua aliqua non ſine vtilitate nūc ſubijciemus. Decima poſitio, iuriſprudentia, his modis deſcribi ſolet, a Celſo hoc pacto, ius, hoc eſt iuris notitia, eſt ars boni & æqui. Quid nomine artis intelligendum (B) ſit ſupra docuimus, certa nimirum ratio, quæ in agendo errare non patitur: quæ certis & nunquam fallentibus præceptis ex natura hauſtis & delibatis, in vnum finem ſpectantibus, hoc eſt in iuſtum, & iuſtitiã ipſam, æqui & boni nomine deſignatam, continetur: de quibus poſtea ſuo loco diſputabitur. Vlpianus paullo aliter definiuit, Iuriſprudentia eſt rerum diuinarum & humanarum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia. Quam deſcriptionem aliqui exponēdo dicunt, per illa verba, Rerum diuinarum & humanarum, deſignari materiam: per iuſtum & iniuſtum, formam: ſed, an bene, ipſi viderint: Et, vt quod ſentio dicam, vtraque deſcriptio aliqua ratione labefactari poſſet, ſi quis vtranque ſubtilius examinare vellet: nos ſolum quid nomine prudentiæ intelligatur explicabimus, cum tota illa de iure & legibus diſputatio, (C) quæ ad vſum refertur, ab ipſa prudentia pendeat.

Hop. lib. 1. tit. 5. — Hopor.

Lib. 1. de leg. Lib. 1. offi. Lib. 2. de Inu. Aug. lib. 83. qq. q. 31. & lib. 10. de ciu. c. 4. Lib. 6. Eth. c. 5. Greg. lib. 39. ſynt. cap. 6. Lib. de 4. uir. Deut. 32.

Prudentia itaque, vt Ciceroni placuit, a prouidendo appellata eſt: quam his verbis deſcripſit; Prudentia, quam Græci Phroneſin vocant, eſt rerum expetendarum, fugiendarumque, vel, vt alio loco ait, rerum bonarum & malarum, & vtrorumque ſcientia; vel, vt Ariſtoteli placuit, Regula agibilium, hoc eſt actionum humanarum ratio, hoc eſt norma, qua omnia conuenienter & ad ſingulas circunſtantias accommodate docemur efficere. Eſt itaque prudentia virtutis quædam in vi cognoſcente ex experientijs nata, qua quis ſibi & alijs in expetendis fugiendiſq; rebus pro circunſtantiarum ratione, recte conſulere poteſt. Huic virtuti tres attribuuntur partes, Memoria, intelligentia, & prouidentia: quibus, homo prudens, præteritorũ recordatur, præ (D) ſentia videt & ordinat, atque futura præſentit, & cauet. Hinc Seneca, ſi prudens tuus eſt animus, præterita recordare, præſentia ordina, futura prouide. Has partes Moſes populum Hebræum, tanquam imprudentem grauiſſime increpando, his verbis inſinuauit, Gens abſque conſilio, & ſine prudentia, vtinam ſaperent, & intelligerent, & nouiſſima prouiderent. Et ſane, quis aduerſus temporis iniurias ſibi & alijs proſpicere queat, niſi cerberi tricipitis, temporis nimirum edacis, tres ſimul obſeruet facies? quæ in vno corpore diſſimiles varioſque renouant, & creant rerum ſucceſſus: Nam, vt eſt apud Iobum, in antiquis eſt ſapientia, in multo tempore prudentia. Ex rebus itaque actis præſentia qualia ſint colligimus: experientia præteritorum,

rum,

A rum, quid eligendum, & quid iuſtum ſit docemur: ex præteritorum & præſentium calculo recte negotijs futuris leges accommodantur, quibus potiſſimum formam præbent. Nam, vt præclare ait Terentius, vere ſapere, non qđ modo ante pedes eſt, videre, ſed futura proſpicere. Ruſſus, in ea re eius qui ius reddit ſpectatur prudentia, quod multa quæ non ſunt lege ſancita, ex circunſtātiarum animaduerſione iudicare queat: quod facere nemo poteſt, niſi is, qui ſit hac virtute ornatus. Atque etiam, in æquitate ſeruanda, cuius maior in reip. adminiſtratione, quam iuris ſcripti ſolet eſſe vſus. Non poteſt itaq; iuſtitia ſine prudentia eſſe, cum examinare quid iuſtum, quid iniuſtum ſit, non mediocris ſit prudentiæ, vt ait Ambroſius. *Cap. fin. de conſil.* *Lib. 1. Offic. c. 27.*

Vndecima poſitio, doctrinæ legalis finis, vt ſcientia quædam eſt, eſt perfe-
B cta legum & ſui obiecti notitia, vt practica, rectum de actibus humanis iudicium, & tandem reip. incolumitas, & hominum ſalus, Deiq; ſummi & primi legiſlatoris honor & gloria. Hęc doctrina eſt manifeſta, & ex ijs quæ alibi dicentur, adhuc manifeſtior fiet.

Duodecima poſitio, huius doctrinę cauſa efficiens proxima, partim eſt naturæ lumen, partim induſtria & ratiocinatio humana. Hāc poſitionem, quod attinet ad primam partem, inferius demonſtrabo, cū de lege naturę ſcribam: altera vero pars, quod ortum habeat a ſtudio & diligentia eſt per ſe manifeſta. At de cauſa efficienti legum tunc dicetur, cum de ſingularum legum partibus diſputabitur. Atque ex allatis, & explicatis legalis doctrinæ cauſſis, eius definitionem colligere licet, quam alijs conficiendam relinquimus.

C Decimatertia poſitio, hęc doctrina maximam perfectionem accipit ab experientia, ab eaq; pendet, & vt recte conſtituatur, atq; vt prudenter exerceatur. Hæc poſitio eſt manifeſtiſſima, & nulla eget probatione. Quanta autē ſit experientiæ vis hac pulcherrima ſententia declarauit ſapiens, vir in multis expertus, cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum: qui nō eſt expertus, pauca recognoſcit. Et vt cum M. Tullio concludam, Aſſiduus vſus vni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit. *Eccl. 34.* *Pro Bal.*

De vtilitate, neceſſitate, dignitateque ſcientiæ legum. *Diſput.* IIII.

D SI tam late, quam poſſem de rebus in hac diſputatione propoſitis diſſerere vellem, longum omnino facerem, & rem perſpicuam pluribus demonſtrando, potius obſcurare, quā illuſtrare viderer: Propoſita igitur capita paucis perſtringam: de quibus quæ dicturus ſum, eo ſpectant, vt his cognitis, ad hanc doctrinā comparandā homines multo facilius commoueantur, & lōge maiores in ea progreſſus faciant. Et qm̄ oīs noſtra appetitio a boni ſpecie excitatur, oēm boni vim in hac doctrina contineri demōſtrare conabor: q̄ in tres partes, in vtilitatē, delectationē, honeſtatēq; eſt diſtributa. De rebus itaq; ꝓpoſitis ita ſtatuo.

Prima poſitio, iuris prudētiæ ſiue legū ſtudiū eſt maxime vtile. Hæc poſitio demonſtrabitur afferendo quędā vtilitatum capita. Primum, hæc doctrina ſecū afferre ſolet ea bona quæ ad vitam tuendā ſunt neceſſaria: quę, vt nō ſunt per ſe expetenda, ita ſi abſint, interdū bonarū artium ſtudia impedire poſſunt.

Ideo

Ideo Conſtantinus Cæſar publicos legum profeſſores, a multis muneribus A
fecit immunes, eiſque publica ſtipendia conſtituit: idemque multi alij Im-
Valen. peratores & Reges apud omnes fere nationes fecere: vt multis exemplis, mul
tiſque legibus demonſtrare liceret. Hinc illud in ore vulgi diſtichon,

Dat Galenus opes, dat ſanctio Iuſtiniana

Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.

Quod tamen, ſi quis exagitare, & parum prudenter pronuntiatum fuiſſe de-
Sap. 7. monſtrare vellet, facile poſſet; vt ex ijs, quæ libro de Vera ſapientia acqui-
renda ſcripſimus, cognoſcere licet: cum ex ſacræ doctrinæ notitia, non glu-
mæ, non paleæ, ſed verum & ſolidum frumentum colligatur; cum, vt ait Sa-
piens, omnia pariter bona veniant cum illa. Prudentius itaque cum Dauide
Pſal. 118. concludendo dicamus, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt B
lex tua: in quorum numero haberi poſſunt, qui in legum & iuris ſtudio pro
fine ſordidum habẽt lucrum; quos magis Cerdones, hoc eſt Lucrones, quã
Iuriſperitos vocares: ex quo loco nunquam ego laudandam putarem hanc
doctrinam; cum inde potius vituperationem ſumeret quiſpiam. Verum,
cum ingenuæ & liberales artes lucri gratia non ſint excogitatæ, non ipſæ, ſed
illi qui eis abutuntur, vituperandi ſunt. Deinde, legum & iuris vniuerſa no
titia vtilis eſt ad iudicia in vtroque foro, & in omni vita ferenda. Sunt enim
leges humanarum actionum regulæ, ex quibus quid honeſtum, quid turpe,
quid iuſtum, quid iniuſtum, quid deniq; maius, aut minus bonũ, malumve
ſit cognoſcitur: immo hac doctrina omnia humana decreta, quaſi ſtatera,
perpendenda, & quaſi ad lidium lapidem examinanda ſunt. Iudicibus itaq; C
omnibus, & animarum curatoribus eſt hęc doctrina maxime vtilis, & neceſ-
ſaria. Poſtea, eſt mirum in modum vtilis ad remp. bene gerendam, quam
ſine bonis legibus, legumque doctrina bene gubernabit nemo: bonas au-
tem leges ſine hac diſciplina, quis ſciſcere vnquam, aut iam ſcitas intelligere
poterit? Qui igitur eſt reip. caput, omnes corporis partes, per leges, quaſi per
neruos, tunc recte mouebit, cum hanc ſcientiam fuerit conſequutus. Deni-
que, hæc doctrina, id vtilitatis ſecum affert, vt per eam honeſte, & bene bea-
teque viuere poſſimus, etiam ſi ſolum pauca quædã eius cognoſcantur prin-
cipia: &, vt ſummatim dicam, ad ſui cognitionem ſummopere confert; qua
notitia, nulla vtilior, nulla fructuoſior eſſe poteſt; vt libro de Interiore homi
ne plane demonſtrauimus. Huc facit diſtichon illud, D

Chriſte ſciant quæcunque alij, mihi ſufficit una

Cognitioque mei, cognitioque tui.

Lib. 1. de leg. Et quoniam hanc vtilitatem non minus ſapienter, quã eleganter expoſuit Ci-
cero, ideo hunc eius luculentum locum adſcribam. Cum ergo Quinctus, ſe
non expectare ex Marco alicuius legiſlatoris decreta, ſed ſe exiſtimare, cum
populis, tum ſingulis & ſermone legẽ viuendi & diſciplinã daturum dixiſſet,
hunc in modũ reſpondit M. eſt huius vero diſputationis, Quincte, proprium
id, quod expectas, atque vtinam eſſet etiam facultatis meæ: ſed profecto ita
ſe res habet; vt quoniam vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, cõmen
datricemque virtutum, ab ea viuendi doctrina ducatur. Ita fit mater bonarum

omnium

A omnium rerum ſapientia: a cuius amore græco verbo philoſophia nomen inuenit: qua nihil a dijs immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt. Hæc enim vna nos cum cæteras res omnes, tum quod eſt difficillimum, docuit vt noſmetipſos cognoſceremus.

Secunda poſitio, legum & iuris doctrina, eſt valde ſuauis ac delectabilis. Hæc poſitio non eſt intelligenda de ea iuris parte, quæ regulas litigandi docet, ſed de ea, quæ vim naturamq; omnium legum exponit; qua qui eſt præditus, is vere Iuriſperitus & conſultus nominari poteſt. Hanc poſitionem eleganter copioſeque apud Ciceronem, his verbis demonſtrauit Craſſus, Accedit vero, quo facilius percipi, cognoſciq; ius ciuile poſſit, quod minime plerique arbitrantur, mira quædam in cognoſcendo ſuauitas, & delectatio, & B quæ ſequuntur. Et paullo infra. Ac ſi nos id quod maxime debet, noſtra patria delectat, &c. vbi ex amore in patriam, eius mentem, morem, diſciplinâq; notam eſſe debere. Et poſtea, percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, quod quantum pręſtiterint noſtri maiores prudentia cęteris gentibus, tum facillime intelligetis, ſi cum illorum Licurgo, & Dracone, & Solone noſtras leges conferre volueritis. Incredibile eſt enim quam ſit omne ius ciuile, præter hoc noſtrum inconditum, ac pene ridiculum, & c. Quod ſi hęc Craſſus de iure Romano dicere non dubitauit, quid nos de omnium legum ac iurium doctrina dicemus, quam, fauente Deo, in his noſtris libris allaturi ſumus? in quibus omnium tum diuinarum, tum humanarum legum fontes guſtandos aperiemus: quibus ſane in tota ſcientiarum ency- C clopędia nihil dulcius, nihil vberius ab homine in humana ſocietate viuente guſtari poteſt. *Lib. 1. Orat.*

Tertia poſitio, legum doctrina, tāquam bonum quoddam honeſtum, expetenda eſt. Hanc poſitionem hæc eiuſdem Craſſi verba eleganter demonſtrant. Iam vero ipſa per ſe quantum afferat ijs, qui ei præſunt, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? Itaque, vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos Pragmatici uocantur, ſic in noſtra ciuitate ampliſſimus quiſque, & clariſſimus vir. & paullo infra. Senectuti vero celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quam iuris interpretatio, &c. Et infra, quid eſt enim præclarius, quam honoribus & reip. muneribus perfunctum ſenem, poſſe ſuo iure dicere id, quod apud Ennium dicat Pythius Apollo? ſe D eſſe eum vnde ſibi, ſi non omnes populi & reges, at omnes ſui ciues conſiliū expetant. Eſt enim ſine dubio domus iuriſconſulti totius oraculum ciuitatis. Huc pertinebunt omnia, quæ poſtea de huius doctrinæ præſtantia diſputaturi ſumus. Et ſane, non poteſt non eſſe bonum honeſtum, quod vt ex dictis colligere licet, ad bene, beateque uiuendum præſidia affert quam maxima; ut hæc doctrina ſane affert. *Lib. 1. Orat.*

Quarta poſitio, legum iuriſque doctrina in republica humana, in omnibus & ſingulis perſonis, diuerſo tamen modo, eſt ſimpliciter neceſſaria. Quoniam ſine lege, hominum conſociatio conſiſtere nequit: cum legibus, quaſi quibuſdam vinculis & neruis, homines conſtringantur atque moueantur.

Lib. 3. de leg. ueantur. Nihil inquit Tullius, eſt tam aptum ad ius conditionemque naturæ, quam lex: ſine qua nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Et alio loco, qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit, non modo iudiciorum, ſed etiam utilitatis, vitæque communis. Sed cum hæc doctrina ſit certiſſima: illud declaremus, quo pacto in diuerſis hominibus diuerſa ratione ſit neceſſaria. A

Pro Cæcin.

Quincta poſitio, in moderatoribus reip. & in eorum miniſtris, qui ad ius dicendum, aut exponendum ſunt conſtituti, & in partem adminiſtrationis uocati, maior quædam legum doctrina, eſt ſimpliciter neceſſaria; hoc eſt, po ſito, quod iſti ſuo munere recte fungi debeant, id ſine hac doctrina efficere non poſſunt. Primum, hoc patet ex diuinis teſtimonijs, ex quorum maximo numero vnum, vel alterum citabo. Si hæc doctrina nō eſſet his perſonis neceſſaria, regius uates eis non dixiſſet: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: & apprehendite diſciplinam: & alibi eos ignorantię non reprehendiſſet: & cuidam moderatori a Domino dictum non fuiſſet, Non declines a lege ad dexterā, vel ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis. Itē, Non recedet uolumen huius legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo, diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Hinc facit, quod antiquis iudicibus, & magiſtris priuatim dictum fuit, Erūtq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atq; cōſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & morabuntur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in limine, & oſtio domus tuæ. Deinde, ex humano teſtimonio: Iuſtinianus, bonos, doctos, & probatos magiſtros requirebat: Theodoſius indoctos & non probatos ſilere iuſſit. Poſtea, quia ſine hac doctrina ſuo ſatis officio facere non poſſunt. Quid enim poteſt docere is qui non didicit? & quomodo ius dicere is qui ius ignorat? & leges ſancire bonas, qui legum bona non ſit doctrina imbutus? & alijs recte conſulere, qui male ſibi conſulit? vt omnes illi faciunt, qui ſine hac doctrina, regere, docere & ius dicere volunt: & denique alios ducere, qui cum ſint cęci, ipſi ducendi eſſent. Quare omnes iſti, qui tanta doctrina, quanta eis ad iuſtitiam recte adminiſtrandam eſt neceſſaria, non ſunt imbuti, dum in hoc munere uerſantur, grauiſſime peccant, & longe a ſalutis via abſunt. Quanta autem doctrina ſit eis neceſſaria, non eſt huius loci definire. Poſtremo, ex grauiſſimis incommodis, quæ reſp. & populi referunt, ſi magiſtratus huius doctrinæ fuerint expertes: de qua re longus fieri ſermo poſſet, ſed breuiter cum propheta dixerim, Turbabuntur omnia fundamenta terrę, hoc eſt, omnia humana atque diuina peruertentur. Quod ſi interdum continget, vt is apud quem eſt rerū ſumma, non ſit legum cognitione, regnandiq; arte ita inſtructus, vt eſſe deberet, ſuos habeat conſiliarios & aſſeſſores, quorum vti conſilio poſſit. Sed quoniam non facile conſiliarij inter ſe conſentiunt, aut ſi conſentiunt, facile Principem decipere poſſunt (nam, vt Diocletianus dicebat, Bonus, cautus, optimus, uenditur Imperator) non admodum feliciter regnabit, qui parum norit.

Margin notes: B (beside "maximo numero"); Pſal. 2.; Ioſ. 7.; Deut. 6. & 11.; C (beside "eruntque & morabuntur"); D (beside "Quanta autem doctrina")

A norit.Ideo diuina ſapiẽtia priuatim ad Reges cõuerſa,hunc in modũ loquitur,Audite ergo Reges,& intelligite,diſcite iudices finiũ terræ: præbete aures vos ꝗ cõtinetis multitudines, &c. Sexta poſitio,ſingulis hoĩbus & ſubditis aliqua legũ notitia eſt ſimpliciter neceſſaria.Qm̃,vt alio dicetur loco,oẽs ſubditi obligati ſunt ad leges ſeruãdas, quas ſeruare non pñt, niſi eas nouerint,& modũ quo ſeruandę ſunt tenuerint. Propterea,antiquitus in locis publicis leges affigebantur,vt eas oẽs ediſcerent:& uerſibus tradebãtur,vt facilius memoriæ mandarentur, atque retinerentur:ac etiam, quaſi cantilenæ, canebantur: & hinc eſt ꝙ interdum cantilenæ appellantur,vt ex Ariſtotele diſcimus,qui hoc problemate propoſito,Cur leges plerẹque cantilenæ appellentur, An, inquit, quod homines prius quam literas ſcirent, leges

Flauius Vopiſcus ĩ Aureliano

Sap. 6.

Cic. lib. 2. de leg.

Sect. 19. q. 28. prob.

B canabant; ne eas obliuioni mandarentur? quod etiam noſtra ætate Agathyrſis in more eſt. Ergo primas quoque poſteriorum cantilenarum eodem appellarunt nomine, quo omnes ſuperiores vocabantur. Huc etiam facit hæc M.Tullij ſententia,Eſt enim vnum quo deuincta eſt hominum ſocietas,& quod lex conſtituit vna: quæ lex eſt recta ratio imperandi atq; prohibendi,quam qui ignorat,is eſt iniuſtus: ſiue illa eſt ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam:ni igitur quis iniuſtus ſit,legem noſcat oportet. Septima poſitio, legum doctrina inter alias diſciplinas eſt maxime digna, atque illuſtris. Quod attinet ad legis diuinæ notitiam, integro libro, quem Fontem vitæ & ſapientiæ inſcripſimus,latiſſime hanc veritatem demonſtrauimus:quod vero ad ius humanum pertinet,non defuerunt qui integris longiſque oratio-

C nibus huius iuris notitiam tanquam digniſſimam celebrarunt: propterea nos qui non dicere,ſed docere volumus,ſolum quædam capita, & communes locos vniuerſe indicabimus, ex quibus quaſi ex quibuſdã fontibus maximos riuulos deducere cuique licebit.

Primũ,ex certitudine, ex qua Ariſtoteles ſcientiæ dignitatẽ ſumendã eſſe docuit. Qm̃ legũ & iuris doctrina nititur clariſſimis naturalis cognitionis principijs,& experiẽtijs, quoad multa,certiſſimis:ex quibus duobus capitibus omnis humanæ doctrinæ proficiſcitur certitudo. Quod ſumptũ eſt, de principijs,res eſt manifeſtiſſima, cum adeo ſint certa atq; firma, vt in corde ſcripta eſſe dicãtur, nec ꝑ vllã potentiã ab eorũ uinculo quiſq̃ ſolui poſſit. quod vero attinet ad experientiã,multo quiſq; certior eſſe põt,de ijs, q̃ in ſe

Lib. 1. de an. c. 1.

Ariſt. lib. 2. poſt.

D ipſo experitur,quã de rebus extra ſe poſitis:ꝑ quã experientiã certa humanarũ actionũ,uniuerſe loquendo,põt haberi notitia.Secundum ab officio,qm̃ hæc doctrina,vel eſt ipſa ſciẽtia ciuilis, aut ꝑcipua eius pars: q̃ cõparata cũ oĩbus humanis ſcientijs & artibus,eſt veluti domina,vt nõ uno in loco docet Ariſtoteles. Quare, alijs vtitur,illis leges perſcribit,& quid vnaquæque agere,& a quibus abſtinere debeat docet. Tertiũ a materia ſubiecta in qua explicãda uerſatur,eſt aũt materia,vt diximus, lex ipſa, hoc eſt rõ diuina & humana,vel,bona parte,res diuinæ & actiones humanę,quibus nihil eſt p̃ſtantius. Nã ẽt iure ciuili,vt de diuino & Põtificio taceã nõnulla tractãtur,q̃ ad diuina ptinent, vt ex q̃buſdã titulis cognoſcere licet.Maiora itaq;,digniora,atq; vberiora hæc doctrina tractat,quã forenſis vſus deſiderat: p̃ſertim,ſi

Lib. 1. Eth. c. 2.

diſputatio univerſe de omni lege ſumatur: q̃ ſane ab eo qui vult ſingularũ A
legum vim naturamq; exprimere, ſumenda eſt, vt Plato fecit, quem imitatus
eſt Cicero: qui hac eadem de re agendo hæc nobis ſcripta reliquit, Nam ſic
habetote, nullo in genere, diſputando, honeſte patefieri, quid ſit homini a
natura tributum, quantam uim rerum optimarum mens humana cõtineat,
cuius muneris colendi efficiẽdique cauſſa nati & in lucem editi ſimus, quæ
ſit coniunctio hominum, quæ naturalis ſocietas inter ipſos. His enim expli-
catis, fons legum & iuris inueniri poteſt. Quartum a cauſſa efficienti &
origine huius doctrinæ; habuit enim originem a Deo qui primo & leges, &
legum doctrinam mentibus humanis indidit, & latis legibus eandem iam
Prou.8. obſcuratam illuſtrauit. Ideo ſapientia æterna inquit, per me reges regnant,
& legum conditores iuſta decernunt. Et omnes humani legiſlatores, ex B
omnium hominum multitudine ſapiẽtiores & digniores, ſuas leges, ut alio
dicetur loco, in aliquod diuinum numen retulerunt; quod intelligerent,
hanc doctrinam maiorem eſſe, quam quæ ſola naturæ vi haberi poſſit.
Quintum, ab ijs, quorum eſt hanc doctrinam poſſidere, atque tractare, vt
ſunt Principes, Reges, Imperatores, Pontifices, aliorum iudices & modera-
tores, Deique in digniſſimo munere adminiſtri, & Vicarij. Eſt itaque hæc
doctrina digniſſima, quia regia, quia imperatoria, & pontificia eſt. Sex-
tum, a fine quem hæc facultas habet propoſitum, qui eſt, ciuitatis pax, ci-
uium probitas, religionis cultus, populorum ſalus, ac denique æterni nu-
Lib. 3. de leg. minis gloria. Huc facit, quod Ariſtoteles de Ciuili ſcientia loquendo,
Eius finem cæterarum ſcientiarum fines continere dixit: Et Cicero, ſalus C
populi ſuprema lex eſto: Septimum a uaria ac multiplici eruditione, quæ
requiritur in eo, qui hanc doctrinam perfectam ſit habiturus, ut ex ſequen
ti diſputatione patebit. Et ſane, quid non habeat perſpectum ea, quæ re-
rum diuinarum & humanarum dicitur notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia?
quæ tanquam regina omnes alias ſcientias & artes aliquo pacto moderari
debet. Quare, ſi ulla alia artium orbem complectitur, hæc certe potiſsi-
mum. Octauum, ab appellationibus illuſtribus, quibus qui hac doctrina
ſunt ornati, nominari ſolent. Dicuntur enim, doctores, iudices, Philoſo-
phi, ſiue ſapientes, principes, religioſi, ſacerdotes, & denique Dij: & leges
Inſtit. ipſæ ſacratiſſimæ, & ſanctiſsimæ; & Imperator per leges dicitur fieri iuris
religioſiſsimus, cuius maieſtas non ſolum armis decorata, ſed etiam legi- D
bus debet eſſe armata. Nonum a poteſtate, quam aſſequuntur, qui ſunt
hac arte inſtructi; Traditur enim ijs qui tanquam legum & iuris vere pe-
riti in aliqua publica Academia approbantur, regia, imperatoria, ponti-
ficia, ac diuina facultas, legum nimirum exponendarum ac docendarum
Sap.7. munus: ut quam acquiſiuerunt Sapientiam, eam ſine fictione, ſine inuidia
communicent, & honeſtatem illius non abſcondant: ut ſacrorum legum
arcana dignos doceant, & indignos celent: quod ſane eſt quiddam egre-
gium atque illuſtre. Ideo de doctoribus legitur. Et qui docti fuerint ful-
gebunt, quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad iuſtitiam erudiunt multos,
Dan.c.12 quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Atque ẽt per anulũ ſapiẽtiæ deſponſan-
tur;

A tur; quam ſapiens inſponſam ſibi aſſumere, ſe quæſiuiſſe aiebat, nobilitatiſque gradum aſſequuntur; fuit enim olim apud Romanos anulus nobilitatis, & ordinis equeſtris ſignum. Et id quidem iure optimo; cum ſcientia ueram nobilitatem pariat; ut quæ hominem ab homine maxime diſcernit. Quo fit, ut doctores nobiles cenſeantur, honore ab omnibus afficiantur, militibus præferantur, atque pro magiſtris habeantur; ut qui a doctis approbati, & a laudatis gloria & honore publice affecti ſunt. Quanto honore afficiantur ac affici debeant, cognoſcere licet ex ijs quę de Druidis Gallorum magiſtris, & iudicibus, ac ſacerdotibus Iulius Cæſar refert. Decimum a rei difficultate; omnia enim pulchra, ſunt illuſtria & maxime digna; iuxta illud, ta chala chalepa, ideſt, pulchra difficilia. Quanta B autem ſit in hac diſciplina acquirēda difficultas, ex ijs perſpicuum fiet, quæ ſequenti diſputatione dicentur.

Sap. 8. Plin. lib. 33. c. 1.

Lege Caſ.

Qualis eſſe debeat Legum Magiſter. Diſput. V.

NATVRA atque proprietatibus legalis doctrinæ, quantum oportuit, explicatis, ſequitur, ut de eius magiſtro, atque diſcipulo, deque eiuſdem acquiſitione aliquid dicamus. Vt autem quæ de doctore, ſiue de legum magiſtro dicenda ſunt melius intelligantur, animaduertendum eſt, legum peritorum nos tres poſſe aſſignare gradus. In quorum primo illi continentur, C qui Iuriſconſulti ueri & perfecti nominari queunt; ut illi, qui non ſolum ius dicere in foro poſſunt, ſed etiam legum expoſitionem, rationem, uim, naturam, & originem norunt, fonteſque delibarunt, & omnium quæ recte ſancita ſunt, cauſſas principiaque didicerunt. In ſecundo illi, qui aliquam iuris humani notitiam ſibi compararunt, per quam in foro uerſari queunt, & ſolum ex quodam legum uſu & praxi, quid iuſtitia requirat, norunt: illi inquam, qui quandam iuriſprudentiam vulgarem & circumforaneam didicerunt, ipſos uero legum fontes non uiderunt, & ad intima iuris penetralia non peruenerunt: quorum maximus eſt numerus; his præſertim temporibus, quibus poſt unum uel alterum annum illi creantur in utroque iure doctores, qui vtrunque ignorant. In tertio qui-D dam alij, qui etſi literas non didicerint, & leges nunquam uiderint, ideo in Iuriſperitorū numero poni volūt, quod fori vſum teneant, & quaſdam litigandi formulas atque cautelas noſcant. Primos uere Legiſperitos & Iuriſconſultos, ſecundos leguleios, tertios ſophiſtas, ſiue fori rabulas, & cauſſidicos uocares.

Atqui nos de primo genere uerba facturi ſumus: de perfecto nimirum Iuriſperito, quem aliqui huncin modum deſcribunt, Iuriſperitus eſt vir bonus uera iuriſprudentia inſtructus: Adduntque, eundem & Philoſophum, & Sacerdotem, (ſi tamen ei id nomen conuenit) & iuriſconſultum appellari. Ideo bonitatem in Iuriſconſulto requirunt, quod ſapientia ſine Dei timore acquiri nequeat: iuris autē prudentia ſapientia quædā eſt:

Hyp lib. 1. tit. 1.

Accedit etiam, quod alios iuſtos facere non poteſt, nec iuſtitiam exercere, A
qui non fuerit iuſtus. Et in hoc aiunt diſtingui hunc artificem ab alijs; qui ſine bonitate morum, boni eſſe poſſunt artifices, vt bonus Medicus, et bonus pictor. Ideo veram iuriſprudentiam in eodem ponunt, vt eum diſtinguant ab alijs, qui in ſecundo, vel tertio genere collocãtur; qui, vel vulgari & imperfecta, vel ficta & aſſimulata iuriſprudẽtia ſunt imbuti. Ideo philoſophũ vocant, quod philoſophus & Iuriſconſultus ſolo vitæ genere differant: ille in vmbra ſibi tantum conſulit, iuſteq; viuit: hic vero in luce, & ſibi & alijs.
Vlp. Ideo ſacerdotem, quia iuſtitiam colendo & adminiſtrando, ſacrificium iuſtitiæ Deo offert. Ideo Iuriſconſultum, quod non ſolum tanquã oraculum de iure reſpondeat, ſed etiam, quia toti reip. legibus cõſtituendis tuendisq; conſulit, vnde hoc nomen proprie eſt ſortitus; vt olim conſules, qui a conſulendo ſic appellati fuere. B
Quare concludendo aiunt, Iuriſconſultum, Triſmegiſtum, hoc eſt termaximum a ſapientia, a bonitate, & ab auctoritate nominari poſſe. Hæc illi diſputant. Quid autem nos de bonitate, ſcientia, alijſque boni & veri legis iurisve periti partibus ſentiamus, quibuſdam poſitionibus apetiemus.

Prima poſitio, ſimpliciter loquẽdo, legum & iuris doctrina, ſine morum probitate eſſe poteſt. Quoniam aliæ ſunt recte cognoſcendi, & aliæ recte viuendi rationes: ac proinde poterit quiſpiam, abſolute loquendo, recte de legum natura ſentire, & tamen non omnino recte viuere. Adde etiã experientiam, quia, re vera, inuenti ſunt, ac etiã inueniuntur legum valde periti, qui non ſunt vndique boni. Idem probares a ſimili de alijs ſcientijs, quas multi, alias non boni, acquiſiuere; vt libro tertio de officio Oratoris plane docui: quare hanc etiam, aliquis non bonus poterit acquirere. C
Secunda poſitio, practice loquendo, raro, aut nunquam perfectus erit Iuris legumq; peritus, niſi morum probitate fuerit informatus. Quoniam hæc de legibus doctrina eſt philoſophiæ moralis pars, ac proinde priuata quadam ratione aliquid bonitatis in ſuo magiſtro deſiderat: cum non ſatis in ea re poſſit is eſſe perfectus, qui eam tractando eius nullum guſtum habet: ac proinde non ſatis bene de virtute, iuſtoque ſentire ac iudicare poterit, niſi is qui fuerit virtute & iuſtitia ornatus. Tertia poſitio, ad legum iuriſque bonum vſum, hoc eſt, ad ius dicendum, & ad iuſtitiam in remp. introducendam & ſeruãdam, non ſolum legum notitia, ſed etiam morum probitas eſt per ſe neceſſaria. D
Atq, hoc fortaſſe modo intelligendi ſunt, qui Iuriſperitiæ fundamẽtum, bonitatem & iuſtitiam fecerunt. Primum, hanc poſitionem hęc luculentiſſima,
Eccleſ. & ad rem maxime accommodata Sapientis confirmat auctoritas, Noli quęrere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciẽ potẽtis, & ponas ſcandalũ in agilitate tua; quo loco virtutis noĩe priuatim deſignatur fortitudo, & ſub ea reliquæ oẽs, vt ex cõſequentibus patebit rõnibus. Deinde, qm̃, ſi Iuriſperitus iuſtitię virtute careret, quomodo, & qñ, & cui debet ius nõ diceret, nec ſuo, quod ex iuſtitia pſtare debet, recte fungeretur officio. Præterea, cũ ei ęqualitas cõſtituenda ſit inter eos, qui patũ boni ſunt, ab iſtis qui per fas & nefas, quod ſuũ putãt, obtinere cõtendunt, facile

A corrumperetur, ſi eſſet auarus, muneribus, quorum accipiendorum in omni bene inſtituta ciuitate viguit prohibitio; vt in diuina lege, cum dicitur, Ne accipias perſonam, nec munera: quia munera excœcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum: Si ambitioſus, honorum & dignitatum conſequendarum ſpe: ſi impudicus, luxuriæ illecebris: ſi parum pius, facile viduarum, pupillorum, & pauperũ cauſſas deſpiceret, ſontes abſolueret, innocenteſque condemnaret. Nam, vt inquit ille, *Exo. 23. Deut. 16. Pacen. lib. 6. cap. 3.*

Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas. *Iuue.*

Atque idem de multis alijs vitijs dicas, quorum contrarijs virtutibus debet eſſe armatus, & ſpeciatim patientia, manſuetudineque. Sed cum pauci ſint *Pacen. lib. 5. cap. 7.*
B qui omnibus virtutibus ad ius dicendum inſtructi atque muniti accedunt, hinc eſt quod ſępiſſime & grauiſſime in diuinis literis iudices reprehendũtur, & ad iuſta iudicia ferenda excitantur. Iudex itaque & is qui populos gubernat, ad Dei ſimilitudinem, cuius vicē gerit, ſit iuſtus, fortis, & patiens. Sudandum eſt his, inquit Cicero, qui magiſtratum gerunt, pro cōmunibus commodis, adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæpe pro rep. tempeſtates, cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum. *Pro Sext.* Is qui ad iudicandum aſcendit tribunal, vt Philo monuit, iudicari ſe, non minus quam iudicare cogitet, & vna cum poteſtate aſſumat prudentiam, ne decipiatur: iuſtitiam, vt ſuum cuique tribuat: fortitudinem, ne flectatur precibus, aut miſericordia, quo minus animaduertat in cōuictos ſcelere. *Lib. de Iudice.* Quarta
C poſitio, in eo, qui abſolutus Iuris & legum peritus futurus, & qui hanc legum & iurium materiam pro dignitate tractaturus, atq; in legibus explicandis verſaturus eſt, multa multarum rerum requiritur doctrina. Hanc veritatem vniuerſe poſitā, poſtea ſpeciatim explicandā, nũc his probo rationibus. Primo, quia legũ magiſtri Principum, Regum, Imperatorũ, Pontificũ, ac etiā Dei ipſius perſonam gerunt, & eorum loco, ius explicandum, dicendumque ſuſcipiunt. At quanta, bone Deus, in eo deberet eſſe ſapientia, qui Dei uicem in iudicando gerit? Quare iuris imperito, aut parum perito dicere Deus poſſet, quia tu iuris ſcientiam repuliſti, repellā te a tribunali meo. *Oſe. 4.* Huc facit illud ſapientiſſimi Regis ad iudices dictum, Videte, quid facitis: *1. Par. 19.* non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei: & quodcunque iudicaue-
D ritis, in vos redundabit. Deinde, ob facultatem magnam quam acceperunt, legum interpretandarum, & iuris dicendi in omnibus mundi partibus, priuilegijs a Regibus, & a Pontificibus ad hoc faciendum acceptis. Huc pertinent hæ ſacrorum canonum in eos, qui parum in hac doctrina profecerunt; & tamen magiſtri ſalutari & haberi volunt, ſententię, *Eccleſ. 34.* Miſerum eſt fieri magiſtros, qui formam diſcipulorum non nouerunt: *Diſt. 61. can. 3.* Impudens qui deſiderat dux eſſe, qui tiro non fuerit; qui prius velit docere, quā diſcere: *Diſt. 59. can 2.* Et qui præter ſcientiæ meritum magiſterium ſuſcipit, inaniter dici, quod non eſt, concupiſcit. *1. q. 1. c. 1.* Qui itaque multa didicit, vt ait Sapiens, enarrabit intellectum. *Eccleſ. 34.* Præterea, quoniam non debet parua doctrina eſſe præditus is, in cuius officina formandi ſunt qui humana & diuina, aliqua parte, tractare, qui

Dei miniſterium exercere, qui communi populorum ſaluti conſidere, qui de rebus grauibus & difficillimis iudicare debent: qui, ſi ob eorum qui docent, aut ſcribunt ignorantiam, aut paruam eruditionem, male fuerint inſtituti, maxima vniuerſæ reip. detrimenta afferent. Ex maximis, clariſſimis, & puriſſimis fontibus ea debet manare doctrina, quæ per varios riuulos vniuerſum orbem ſit irrigatura. Denique, quoniam nihil vnquam difficilius exiſtimatum ab omnibus ſapientib. fuit, quam veritatis inuentio, quam iudicij latio, de rebus præſertim humanis, varijs circunſtantijs tectis, & implicatis. Siquis itaque animo peruideret innumeras & grauiſſimas difficultates quæ & in legibus explicandis, & in cauſſis iudicãdis hactenus extiterũt, & quotidie emergunt, ex quibus ueritas diſputãdo, & inquirendo eruẽda, & ab errorum fęcibus purganda eſt, profecto magnam eruditionem hanc materiam pro dignitate tractare volenti neceſſariam eſſe exiſtimaret. Quincta poſitio, non male ſenſiſſe videntur illi qui in perfecto iuriſconſulto encyclopædiam, hoc eſt omnium bonarum artium circulum notitiamve, neceſſariam eſſe putarunt. Primum, hoc fateri debent omnes iuriſperiti, qui eam ſuæ artis definitionem tanquam bonam, ſine vlla reſtrictione approbant, & de ea gloriantur, qua dicitur, eſſe rerũ diuinarum & humanarum notitiam, & iuſti atque iniuſti ſcientiam; at rerum humanarum & diuinarum cognitione, omnes ingenuæ continentur artes: igitur. Idem confirmares ex eo, quod Iuriſperiti Philoſophi appellari uolunt, & iuriſprudentiam philoſophiam, cuius appellatione omnes artes liberales ueniunt. Deinde, hoc idem probares ex eo, quod nullum genus rerum facile aſſignares, de quo, uel de legibus differendo, vel cauſſas iudicando, non ſit interdum ferendà ſententia, de rebus diuinis & naturalibus, de publicis & domeſticis, de humanis actibus & negocijs, de re ruſtica, de re militari, de omnium perſonarum generibus, officijs, & in ſumma de artibus omnibus. Denique, tandem ueritatem probare liceret, ſi quis omnes ſcientias & artes percurrere uellet; nos, ne longum faciamus, ex omnibus paucas attingemus. De ſacra Theologia, quis neget, legum perito eius aliquam cognitionem eſſe neceſſariam, cum ius diuinum, ſeu lex æterna ſit omnium legum fons, & omnes leges ad unam legem diuinam, & ad ipſam religionem conſeruandam, tandem referendæ ſint? Vnde colligeres, non debere eſſe ignarum, diuinarũ traditionum, conſuetudinum, conſtitutionumque eccleſiæ, & doctrinæ patrum, atque eccleſiaſticarum hiſtoriarum. De humana Theologia, quam Metaphyſicam appellant, ideo eſt ei neceſſaria, ut multarum rerum uniuerſarum rationes, ut ueri, boni, honeſti, & iuſti, quod iuriſperitus præcipuæ conſeruandum ſuſcipit, inuenire & cognoſcere, ac etiam ſuæ artis principia quod ſine hac doctrina fieri nequit, tueri queat. De phyſica, hæc etiam Iuriſconſulto multis in rebus ad earum cauſſas, effectibuſque inueniẽdos multum neceſſaria eſt. & ſane in multis iudicijs errabit, qui rerum naturalium vim cognitam non habuerit: ut hic omittam cognitionem animorum, atque etiam facultatum quibus uirtutes acquiruntur, & humanæ actiones exercentur. De Mathematica, cuius amplexu, Aſtrologica, Geometrica, Arithme-

A Arithmetica, Perſpectiua, & Muſica continentur, hac etiam interdum egebit
in temporibus, numerandis, in agris diuidendis, in rationibus, ſubducẽdis,
in familia erciſcunda, in caſibus, vt loquuntur, fortuitis, in futuris iudican-
dis, in terminis figendis, in concentu, & harmonia, proportioneque in re-
bus omnibus ſeruanda, atque in legibus his de rebus latis explicandis, aut
ferendis. De omnibus Ethicæ doctrinæ partibus nihil eſt quod dicam, cum
Iuriſprudentia, ſit ipſa moralis ſapientia ad uſum accommodata, quare Ethi
cæ, Oeconomicæ, ac Politicæ facultatis non mediocriter inſtructus eſſe de-
bet, qui abſolutus futurus eſt legis peritus, & is qui hanc de legibus mate-
riam pro dignitate tractare uoluerit. De Dialectica, res eſt certiſſima; quia
nunquam ordinate, clareque legum materiam amplam, confuſamque ſine
B hac arte tractabit; nunquam res obſcuras & implicatas explicando, claras
reddet, niſi definiendi præcepta optime tenuerit: & denique, in re una ex a-
lia colligẽda ſæpiſſime peccabit, ut ſane ſæpe Iuriſperiti ob Dialecticę igno
rantiam faciunt, ut non ſemel Alphonſus a Caſtro pręter alios, adnotauit: &
cum in nulla arte ſit magis opus iudicio, quam in ea, quæ non ſolum res ip-
ſas uniuerſe iudicat, ut omnes faciunt ſcientię, ſed etiam res iudicatas ad hu
manas actiones accommodare debet: profectò ea doctrina opus erit, quæ iu
dicium perficit, cuiuſmodi eſt dialectica. De Rhetorica, ſine qua omnis do-
ctrina ſqualle, languet, & quaſi in tenebris iacet, illud ſolum adſcribã, quod
in ſecundo de legibus non longe ab extremo, de arte diſſerendi & dicendi
loquendo, ſcriptum reliquit Tullius, Atque hæc omnia, quaſi ſepimẽto ali-
C quo, uallabit diſſerendi ratione, ueri & falſi iudicandi ſcientia, & arte qua-
dam intelligendi, quid quanque rem ſequatur, & quid ſit cuique contra-
rium. Cumque ſe ad ciuilem ſocietatem natum ſenſerit, non ſolum illa ſub-
tili diſputatione ſibi vtendum putabit, ſed etiam fuſa latius perpetua oratio
ne, qua regat populos, ſtabiliat leges, qua caſtiget improbos, qua tueatur
bonos, qua laudet claros uiros, qua præcepta ſalutis & laudis apte ad perſua
dendum edat ſuis ciuibus: qua hortari ad decus, reuocare a flagitio, conſo-
lari poſſit afflictos, factaque & conſulta fortium, & ſapientum cum impro-
borum ignominia ſempiternis monumentis prodere. Hæc Cicero. De hi-
ſtoria, nullus fortaſſe eſt artifex, qui maiores hiſtoriæ & rerum præteritarũ
egeat cognitione quam Iuriſconſultus: cuius ignoratione ſæpiſsime alias bo *Cic. lib. de*
D ni erraruntlegum doctores. Non erit itaque abſolutus Iuriſconſultus is, in *orat.*
quo hiſtoriæ, quæ eſt teſtis temporum & lux ueritatis, uita memoriæ, magi
ſtra uitæ, nuncia ueritatis, notitia deſideratur; qua leges omnes recte inter-
pretari queat: qua uarias populorum leges, mores, conſuetudines, regno-
rum ſucceſsiones, iuriſdictiones, cognoſcat: & ut priuatim de iure loqua-
mur Romano, qui rem Romanam non nouerit, nunquam Romanorum iu- *Cic. pro*
ra recte interpretari poterit. Denique, ut hanc diſputationem concludam, *Arch.*
poeticæ cognitio ad perfectum legum peritum conſtituendum nonnihil
confert, præſertim, ſi oratoris munere eſſet functurus.

A

De legalis doctrinæ auditore, deque eiuſdem acquiſitione. Diſput. VI.

Clau. cāti Ioā. Bapt. Caccial. Luc. de Pe Rebuſ. Hopper. l. 4 tit 3 Greg. in Met. c. 44 Frā. Duar. Fab. Quin Aul. l. 2. c. 8 Plato. Gell. lib. 1. c. 9.

QVONIAM vero, quo aliqua diſciplina eſt pręſtantior, & magis ampla, eo etiam acquiri ſolet difficilius; propterea non inutile fore putaui, ſi de modo huius doctrinæ acquirendæ, de auditore diſputando, in hac ad legum doctrinam Iſagoge atq; pædiā aliquid ſcriberem. Quæ autem dicenda mihi ſunt paucis poſitionibus perſtringam: qui plura volet eos conſulet, qui ex profeſſo hac de re ſcripſerunt.

Prima poſitio, antequam aliquis ad hoc ſtudium accedat, ſuam nō ſolum ſuo, ſed etiam alieno, hominis nimirum prudentis conſilio naturam exploret, videatque, an ad ſtudia, & ad hæc ſtudia ſit idonea atque propenſa. Præceptum ſane planum, ex cuius tamen neglectu multa naſcuntur incommoda, & in rep. damna: dum nulla facta ſuæ naturæ exploratione multi ad ea ſtudia ſe applicant, ad quæ ſunt parum idonei: & facile quiſque ea amplectitur, vnde maiora poſſit referre lucra, non ea in quibus magis profeciſſet, & illuſtrior euaſiſſet. Cum ergo non omnes facti ſint ad omnia, nequis vim ſuæ naturæ faciat, vel, vt eſt in prouerbio, ne inuita Minerua aliquid aggrediatur, ſuas vires, indolemque exploret. De qua re, qui plura cognoſcere uolet, ea legat quæ in libro primo de Cauſſis eloquentiæ late ſcripſimus, vbi de natura exploranda, fouenda, omnia quæ dici poſſunt, videre licet. Secunda poſitio, in natura ad leges idonea, ex parte animi requiritur, acumen ad penetrandum, diſtinguendum, & memorandum: ex parte corporis bonus habitus ad magnos labores ſuſtinendos. Quoniam materia ſubiecta eſt varia, implicata, atque inuoluta; ac proinde opus eſt acumine et perſpicacia: eſt etiam latiſſima, idcirco maxima opus eſt memoria: ideo in prouerbium abiuit Iuriſconſultorum memoria: quo fit, vt etiam opus ſit magno labore, quē corpora minus firma & ſana ſuſtinere non queunt. Huc referres æmulationis ſtudium, ardorem diſcendi ac ſuperandi viros in hac doctrina primos: quo ardore qui non eſt incenſus, in rebus magnis & difficilibus parum, aut nihil proficiet. Vnde præclare aiebat Socrates, Perfectum ſibi opus eſſe, ſiquis ſatis eſſet concitatus cohortatione ad ſtudium cognoſcendæ percipiendæque virtutis: quibus enim id perſuaſum eſſet, vt nihil mallent ſe eſſe, quam bonos viros, ijs reliquam facilem eſſe doctrinam: & hæc de natura admonuiſſe ſufficiat. Tertia poſitio, vt omnem artem & doctrinam, ita & legum diſciplinam is non facile aſſequetur, qui bonis moribus non fuerit inſtructus, præſertim, religione, caſtitate, ſobrietate, obſeruantia in præceptores, moderatione atque diligentia. Religione quidem, quia, vt ſcriptum eſt, in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Huc facit, quod nonnullæ materiæ ab eo tractandæ ſunt, quarum veritates, vel non admittet, vel nō bene percipiet niſi religione fuerit ornatus. Huc pertinet quod in proœmio Pandectarum legitur, Primum animos, deinde linguas debere fieri eruditas. Ideo ſapientiſſimus

B

C

Cic. lib. 1. Orat.

D

Sap. 1.

Pſal. 118.

A tiſſimus Rex:quod religioſiſſimus,& legis obſeruantiſſimus eſſet, vere de ſe dicere potuit. Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt:ſuper ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. Caſtitate, quoniam nullum uitium eſt, quod magis mentem hebetet, atque animum in varias partes diſſipet,& a ſtudijs reuocet;quam luxuria:Vnde Cato Cenſor, prudenter aiebat, eius qui amat animum in alieno corpore contineri. Quare,qui in ſeipſo nõ eſt,& ſeipſo non potitur,ſua curare,& in ſtudia animum intendere nequit; vt multis auctoritatibus & exemplis probare liceret,ſi in re manifeſtiſſima,quiſpiam ſine neceſſitate nimius eſſe vellet. Breuiter igitur cum Propertio concludam, *Plut. in eius uita.* *Hor. lib. 3. carm. od. 13.* *Virg. in epig.*

B *Inſtat ſemper amor,ſupra caput, inſtat amanti,*
Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet.

Sobrietate, quia cibus potuſque immodicus craſſos ſpiritus generant, vnde mẽtis perturbatio, obnubilatio,ſomnolentia,& hebetudo naſcitur:hinc ſtomachi cruditates,dolores,morbiq; crebri,& inſanabiles.Vnde illud vere a Muſonio pronuntiatum fuit, Initium & fundamentum ad recte ſapiendum exiſtit circa cibum, & potum continentia. Quare, *Diſtin. 44. can. quar. De conſ. d. 5. can. Ne tales.* *In poet.*

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer,ſudauit,& alſit,
Abſtinuit Venere & Baccho, extimuitq; magiſtrum.

C Ex quibus Horatianis verbis, colligitur neceſſariam eſſe etiam præceptoris obſeruantiam. Quam virtutem in bono auditore ac diſcipulo requirebat Quinctilianus, apud quem pulcherrimam ſentẽtiã huc pertinentem legere poteris. Et ſane multis exemplis demõſtrare liceret,quam male actũ ſit cum illis, qui ſuos præceptores parum obſeruarunt, & in eos ingrati extiterunt: quod qui faciunt, deprauatæ & peſſimæ indolis ſpecimen haud obſcurum præbent: cum verum ſit illud Publiani dictum, Maledicta cuncta dixeris,ſi ingratum hominem dixeris. Qui vero in ſuos præceptores ſunt grati, ij ſane præclara indole ſe ornatos eſſe demonſtrant: vt fuit Cæſar Auguſtus in Sardonem, M. Antonius in Frontinum,& Apollonium,quorum etiam honoris cauſſa in Larario ſtatuas habebat:Octauianus in Sphęrum pędagogum & libertum ſuum: & hos ne plures genere & animo nobiles percenſeam,bonus *Lib. 2.* *Beroal.* *L. 5. Med.* *Lucian. in* *Macrob.* *Iul. capit.* *Dion. libr. 48.*

D imitari debet diſcipulus.Quare ſapienter quidam Hebręus magiſter admonebat, Iehi mora, rabecha,camora, ſchiamain.i.ſit timor præceptoris tui,ſicut timor cœli,ſiue Dei. Moderatione, ſiue modeſtia,animique ſummiſſione;quoniam,qui in ſtudijs proficere cupit, ni ſemper de ſe parum ſentiet,cauebitque ne præiudicata de ſua ſcientia opinio, ſibi viam ad diſcendũ præcludat; proficiet nihil:cum nihil efficacius in literarum ſtudio curſum retardare, aut interrumpere poſſit, quam de iam adepta doctrina falſa perſuaſio. Nam, vt is qui ſe ſatiatũ eſſe putat, a cibis abſtinet; ita qui vana opinione ſe doctum eſſe exiſtimat, libros faſtidit,& in ſua ieiunitate macieque perſiſtit. Et hæc eſt ſcientia illa quæ inflat, opinio nimirum adeptæ ſcientiæ: qua qui eſt inflatus, etiamſi pauca ſciat, nihil ſe ignorare exiſtimat;vt tirones quidã *Rab. Eleaz.* *1. Cor. 11.*

qui

qui cum ex ſchola Grammatica in ſacrum legum gymnaſium primum venerint,& quędam altioris doctrinæ pronuntiata audiuerint,iam omnes iuris adytus ſe penetraſſe credunt. Illud itaque optimum ſapientis conſilium amplectendũ eſt, Ne innitaris prudentiæ tuæ: & ne ſis ſapiens apud temetipſum. Et alio loco prudenter aiebat, vidiſti hominem ſibi ſapiẽtem videri? magis illo ſpem habebit inſipiens. Illi itaq; ſoli decipiuntur, qui cum nihil ſint, ſe aliquid eſſe cenſent. Contra, vt ait Cicero, Optimus & grauiſſimus quiſque confitetur ſe multa ignorare, & ſibi multa etiam atque etiam eſſe diſcenda. Ideo Solon vir ſapientiſſimus gloriari ſolebat,ſe aliquid quotidie addiſcentem ſenem fieri; & Iulianus Iuriſconſultus, etſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc diſcere vellem. Deinde,qui moderatione atque modeſtia fuerit prædi tus, longe aberit a mollitie,& a nimio corporis cultu, in quo multum temporis conſumitur, inanitatiſque multum contrahitur; quo fit,vt ex virili in effœminatum ſtatum facile migretur: qua in re ita nũc peccatur, vt nunquam fortaſſe magis fuerit erratum. Quare bonarum literarum ſcholæ, quæ non mollitiem,non fœminas,ſed viros deſiderant, cum Ouidio dicerent, A B

Prou. 3. & 26. *Tuſc. 3.* *Cic. de ſen.* *Lib. 1. de art. amã.*

Sint procul a nobis iuuenes,vt fœmina compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

Præterea, ad eandem virtutem pertinet,vt diſcipulus modeſtiam in auditorio ſeruet, vt tacitus quæ audit ſecum perpendat,vt prius velit audire & diſcere,quam dicere,& alios docere. Nam,veriſſimum eſt illud,quod quidam dixit, Loqui ignorabit, qui tacere neſcit. Sint igitur boni legum diſcipuli prius ἀκουστικοὶ hoc eſt auditores, vt poſſint fieri idonei Doctores, illamque Pythagoricam ἐχεμυθίαν, ideſt ſermonis coercitionem,ni per biennium,ſaltem dum lectionibus interſunt, ſeruẽt. Nolumus itaq; vna cum Harpocrate tantum ſilentium docere, ob quam doctrinam, ſilens nuncupatus fuit, ſed modeſtiam in loquendo ſeruandam eſſe indicare: cum,vt ſapiens ait, ſint, & tacendi,& loquendi tempora. Ideo prudenter alibi monebat, ſi eſt tibi intellectus,reſponde proximo, ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum,ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris: in quo facile capiuntur ij ſcholares,qui prius loqui volunt, quam didicerint,& prius effundere,quã exceperint. Oportet itaque,vt recte Diuus Bernardinus monebat, prius concam fieri,& poſtea canalem;hoc eſt, prius per humilitatem liquor recipiendus, eſt,poſtea effundendus. Qui multa concepit animo, vt quidam ſcribit,ægre loquitur: plenum liquore vas,non niſi ſenſim eum emittit:& dolia vacua eo diſtinguimus a plenis, quod illa clarum ſonum edunt, iſta vel nullum, vel obſcurum. Homo itaque ſapiens tacebit vſque ad tempus:laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. Parum ergo de ſe ſentiat, moderato vtatur cultu,ſilentiumque colat,& ſe modeſte gerat,qui in bonis ſtudijs proficere ſtudet. Diligentia vero & vigilantia,quia vt M. Tullius dixit,in ea ſunt penè omnia; Mentem itaq; in rem quam agit intendat,ſtudia non interrũpat;cum quæ in artibus docentur,ſint veluti catenę anuli connexa: quorum nihil intelliget,qui interrupte audit: otium & ſomnum deteſtetur: nullam maiorem C D

Gellius lib. 1. c. 9. *Eccl. 3. & 5.* *Eccl. 5.* *Eccl. 20.* *Lib. 2. de Orat.*

iacturam

A iacturam ſe poſſe facere putet, quam temporis. Nam qui tempus perdit, ip-
ſam vitam perdit, quã nihil eſt carius: & ij minus viuunt, qui plus dormiũt,
qui minus agunt: cum vita in vigilia & in actione conſiſtat. Quare, qui diu-
tius viuere volunt, quantum poſſunt, vigilent, vt Alexander, vt Iulius Cęſar, *Plat. li.7.*
qui de nocte ſurgebat ad petendum a Mercurio ſapientiam, vt Iulianus Im- *de leg.*
perator, qui nocte dimidia ſemper ſurgebat. Vnde Homerus, qui boni prin *Amian. Mar. li.1.*
cipis & ducis formam exprimere volebat, Agamẽnonem vigilantẽ fecit, &
aliquando dixit, Non oportere conſultorẽ vel principẽ παννύχιον εὕδειν. i. totã *Ilia. 2.*
noctem dormire. Et, vt cum Phornuto concludam, opus eſt lucubrationibus
nocturnis, ſi quid in diſciplinis proficere velimus. Ideo poetæ, noctem, Eu-
phronim, hoc eſt ſapientẽ nominarunt: quia, vt Epicharmus ait, multũ in ea
B ſapimus. Quarta poſitio, qui ad legũ doctrinã percipiendã eſt acceſſurus, is
nõ nudus, ſed aliquibus artibus debet accedere bene inſtructus. Sit itaq; lite
ris humanioribus nõ mediocriter informatus; dialecticę nullo modo igna
rus, ſi facile, ſi cito vult proficere. Quare peſſime faciunt, qui ad grauiſſimã
& difficilem doctrinã, vix Grãmatici, nec Grãmatici quidem accedũt: quo
fit, vt non modo res ipſas, ſed nec verborum cõſequutionem ſenſumq; per-
cipiant. Et quod ad Dialecticam, ſiue, Logicam attinet, cui nam arti ſit ma
gis neceſſaria, quam ei, quæ innumeras res habet ſubiectas, varias, perple-
xas, multis difficultatibus implicatas, & nondum ad certam methodum re-
dactas, nec certa ratione definitas? quę omnes ad methodũ redigendæ, defi-
niendæ, diuidendæ, & rationibus illuſtrandæ eſſent. Vnde prudenter Al-
C fonſus a Caſtro, non ſemel monet Iuriſperitos, vt Dialecticam diſcãt. Re-
feram, & vere quidem, quod mihi contigit, idque iureiurando confirmare
poſſem. Audiueram vniuerſum Philoſophiæ & ſacræ Theologiæ curſum
per annos ſeptem, & in ſcholis, atque in Academia Parthenia quæ audiuerã
multum diuque exercuetam, cum ad leges audiendas, annum agens circi-
ter vigeſimum ſeptimum me contuli. Audiebam Romæ virum doctum,
qui publice Imperatorias Inſtitutiones pluſquam viginti annos docuerat,
& mirabar, quo nam pacto, qui dialecticam, & quaſdam alias philoſophiæ
partes nõ audiuiſſent, ea quæ magiſter ſatis apte ad intelligendum dicebat,
intelligere poſſent: qui fortaſſe, vel non intelligebant; vel meliore et para-
tiore vtebantur ingenio, quam ego vterer. Sed de hac poſitione, hucuſque.
D Quincta poſitio, adoleſcens non eſt idoneus legum iuriſque prudentiæ au-
ditor. Hanc poſitionem confirmare licet Ariſtotelis doctrina, qua iuuenẽ,
hoc eſt ſectatorem ſuarũ appetitionum & inexpertum actionum humanæ *Lib.1.Eth.*
vitæ a moralis philoſophiæ ſchola reijciebat: quare & ab ea doctrina, quæ *cap.1.*
Iuriſprudentia, & qui eam docent iuris prudentes nominantur. Deinde, ex
quadam Cretenſium lege a Platone commendata; qua cautum erat, vt iuue-
num nemini prorſus liceret quærere, recte leges poſitæ eſſent, an minus; ſe-
num autem, ſi quis aliqua de re dubitaret, nullo iuuenum teſte adhibito, cũ
magiſtratibus id communicaret. Quare merito vir prudentiſſimus & iuris
vtriuſque conſultiſſimus Ioannes Paulus Lancelottus, aliquando mecum,
conquerebatur, quod in Gymnaſio Peruſino contra ſuperiorum annorum
conſue-

conſuetudinem imberbes uideret legum auditores. *Sexta poſitio*, qui A
multo facilius, & ſecurius legum doctrinam aſſequi volet, ad ea quæ diximus, addat preces, quibus a ſummo legislatore, & ab æterna lege, hoc eſt ab ipſo Deo, legum intelligentiam, & populorum gubernandorum doctrinam vna cum Sapiente petat. Hoc enim præſidio vſus eſt omnium Regum & hominum ſapientiſſimus Salomon, qui hanc doctrinam a Deo orãdo flagitauit, & flagitando obtinuit: cuius oratio in diuino habetur codice: quæ non modo ad legum cognitionem, ſed etiam ad rectam populorũ gubernandorum rationem obtinendam eſt accommodata: quam omnes qui ciuitatum curam ſuſcipiunt, quotidie recitare deberent. Sed de his hactenus. B

Sap. 9.

Legalis ergo doctrinę cauſſis expoſitis, doctoris & diſcipuli muneribus partibuſque explicatis; ea conſequenti libro trademus, quæ ad ſcientiæ legalis principia, ſuppoſitiones, & præcognitiones cognoſcendas pertinent: cum peſſime omnis doceatur ars, ſi eius principia & neceſſariæ præcognitiones prætermittantur, id quod a multis, non ſine errore, in omni artium genere, fieri ſolet.

Libri Primi finis.

DIVINARVM HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER SECVNDVS.

In quo legum fundamenta, atque principia explicantur.

De quibuſdam ſcientiæ legum fundamentis, ſiue ſuppoſitionibus. Diſput. I.

A CVM omnes artes atque ſcientiæ, præſertim illæ, quæ definitis quibuſdam continentur terminis, nonnulla principia quibus nituntur, neceſſario ſupponant, vt omnes vno ore tradunt Dialectici, & artifices omnes; ideo antequam quicquam de legum natura dicere aggredior, aliquot ſcientiæ legalis principia, quaſi totius operis fundamenta, mihi ponenda eſſe iudicaui. Ad quod faciendum non modo ratio ipſa, ſed etiam bonorum ſcriptorum, & ſpeciatim M. Tullij me mouet auctoritas. Hic enim vir ſingulari & prope diuino ingenio præditus de legibus acturus, nonnulla fundamenta iecit, quibus vniuerſa legum nititur ſtructura. B Et quamuis ea quæ ſupponemus, non ſint, uniuerſe loquendo, apud omnes certa & explorata; ac proinde rationibus confirmari poſſent: tamen, quia eorum confirmatio ad alias pertinet ſcientias, ideo a nobis vt certa & nota ponentur: quæ autem ponenda iudicaui hæc ſunt.

Lib. 1. de leg.

Primum fundamentum, hæc uniuerſi iuris & legum doctrina pro confeſſo ſupponit, vnum eſſe huiuſce rerum uniuerſitatis principem, qui omnia gubernet & regat; quod etiam Tullius his verbis poſuit, ſit igitur hoc iam a principio perſuaſum omnibus ciuibus, dominos eſſe omnium rerum ac moderatores deos; ea quæ gerantur, eorum geri ui, atque numine; eoſq; C optime de hominum genere mereri, & qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religiones, intueri: piorumque & impiorum habere rationem. His enim rebus imbutæ mentes, haud ſane abhorrebunt ab vtili & vera ſententia. Prima itaque naturæ notio illa eſſe videtur, vt Deum eſſe credamus, eumque ſumme bonum & potentem, conditorem & gubernatorem rerum. Et de hominibus nulla gens eſt, neq; tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiam ſi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat: nam innatum & ſculptum eſt hominibus eſſe Deum. Atque ſic eſſe expedit, vt metu alicuius ſuperioris men-

Xenoph. 1. de dict. & fact. Socr. Cic. 1. de leg. Tuſ. 1. & 2. de nat. deor. & de Aruſ. reſp.

tes eſſe-

tes efferatæ reſipiſcant, & afflicti & miſeri ſpe ſuperioris bonitatis reſpirēt: A
& hoc eſt fundamentum humanæ ſocietatis.

Secundum, hæc rerum vniuerſitas atque pulchritudo, quam mundum nominamus, a ſummo artifice facta, eſt veluti quædam magna ciuitas, cuius vnus primus procurator ac moderator eſt Deus: homines vero ſunt veluti huiuſce magnæ ciuitatis ciues, qui cum ſuo creatore, & rectore Deo commercium atque affinitatem habent, eique ſubiecti ſunt; iuxta illud regij vatis, Ipſe fecit nos, & non ipſi nos: nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius: ac proinde Deus ſuis legibus eos gubernare ac regere debuit. Hoc fundamentum, his luculentiſſimis verbis poſuit M. Tullius, eſt igitur (quoniam nihil ratione melius, eaque & in homine, & in Deo) prima homini cum Deo rationis ſocietas: inter quos autem ratio, inter eoſdem etiam recta ratio B
communis eſt: quæ cum ſit lex, lege quoque conſociati homines cum dijs putandi ſumus: inter quos porro eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt: quibus autem hæc ſunt inter eos communia, & ciuitatis eiuſdē habendi ſunt: ſi vero ijſdem imperijs, & poteſtatibus, multo etiam magis. Parent autem huic cœleſti deſcriptioni mentique diuinæ, & præpotenti Deo, vt iam vniuerſus hic mundus vna ciuitas communis deorum atque hominum exiſtimanda ſit. Et quidam alius, Mundus vna ciuitas Deo & hominibus conſtat; ex quibus Deus imperium habet, homines ſubiecti ſunt. Societas autem inter ipſos eſt dia tu logu metechin, id eſt, ex commercio rationis, os eſti phyſi nomos. i. quæ natura lex eſt. Ex quibus ſuppoſitis illud omnino perſpicuum eſt, contra ſtultiſſimam Epicureorum doctrinam, Deum rerum C
humanarum habere procurationem: de qua re, cum Attico agens, ita loquitur Cicero, Das ne igitur, hoc nobis Pomponi; nam Quincti noui ſentētiam, deorum immortalium vi, natura, ratione, poteſtate, mēte, numine, ſiue quod eſt aliud verbum, quo planius ſignificem quod volo, naturam omnem regi? Nam, ſi hoc non probas, ab eo nobis cauſſa ordienda eſt potiſſimum. Do, inquit ille, ſi poſtulas. Et alio loco, cum & Deum eſſe, & hominum curam habere docuiſſet, hæc ſubiecit verba, vtiles eſſe autem has opiniones, quis neget? cum intelligat quam multa firmentur iureiurando, quantæ ſalutis ſint fœderum religiones, quam multos diuini ſupplicij metu a ſcelere reuocarit, quamque ſancta ſit ſocietas ciuium inter ipſos, dijs immortalibus interpoſitis, tum iudicibus, tum teſtibus. Habes legum proœmium: ſic enim D
hoc appellat Plato.

Pſal. 96. — *Arius, ex Didym.* — *Libr. 1. de leg.* — *Libr. 2. de leg.* — *Euripiam.* — *Pytha. lib. de uita.*

Tertium, in quo breuiter hominis, cui lex datur, natura, a qua, vt Cicero ſcripſit, iuris vis repetenda eſt, explicabo; quā hūc in modum elegantiſſime deſcripſit Tullius, Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutū, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem; pręclara quadā conditione generatum eſſe a ſummo Deo. Solum eſt enim ex tot animantiū generibus atque naturis particeps rationis, & cogitationis; cum cętera ſint omnia expertia. Eiuſdem hominis naturam regius Vates his verbis expreſſit. Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paullo minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti

Pſalm. 8.

eum,

A eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi. Volucres cęli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Sed vt paullo apertius quid in hoc paruo mundo, cui Deus ſuam indidit legem, inſit, exponatur, eius partes & vires, per quas, aut leges condit, aut ſeruat, recipitve explicandæ ſunt. Homo igitur ex animo & corpore conſtat: corpus ex terra eſt ſumptum, animus vero ex diuina natura eſt delibatus: Formauit enim dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciē eius ſpiraculum vitæ. In quo quattuor licet agnoſcere gradus; intelligendi cum Angelis, ſentiendi cum brutis, viuendi cum plantis, & exiſtendi cum rebus omnibus; atque omnes animarum rationes; vegetantem, per cuius facultates nutritur, Gen. .

B augetur, generat: ſentientem per cuius ſenſus externos res externas recipit, per communem ſenſum diſcerint, per æſtimantem iudicat, & per memorantem, rerum ſpecies apprehenſas, & iudicatas conſeruat: per intelligentem, res a ſenſibus ſumminiſtratas, vel ſimpliciter apprehendit, vel vnam cum alia coniungit, vel ex coniunctis ratiocinando aliquid de nouo cognoſcit, & iudicat. Id autem quo de iudicium fertur, per aliam facultatem, quæ voluntas nominatur, vel proſequitur vt bonum, vel refugit, vt malum. Quare, vt per intellectum percipit omnia, vt vera; ita per volūtatem appetit omnia, vt bona. Ex quibus conficitur, duplicem in homine eſſe cognitionem & appetitionem: vnam in parte ſentiente, qua apprehendit bonum particulare vt conſentaneum ad conſeruandam vitam: alteram in intelligentia, qua per-

C cipit bonum vniuerſale rationi congruum, quod honeſtū appellamus. Harum duarum partium hæc eſt naturalis lex, vt ſentiēs, quæ eſt inferior, quaſi Heua obediat ſuperiori, quaſi Adamo: Quod ſi ſecus fiat, vel naturæ conditione, vel prauitate, per leges hæ partes corrigendæ & in officio continendæ ſunt. Cauſſa autem cur pars inferior ſuperiori non obediat, ea eſt, quod in ea varię ſuboriantur affectiones, quibus mens a ſua rectitudine dimouetur. Nam, ſi appetitui ſentienti proponatur aliquid ſibi conſentaneum, ſine difficultate, illud per vim concupiſcendi, ſi cum difficultate per vim iraſcendi proſequitur, aut refugit. Quare omnis perturbatio, aut eſt circa bonum abſens, vnde oritur cupiditas: aut circa præſens, vnde delectatio: aut circa malum imminens, vnde timor; aut circa præſens, vnde triſtitia: ad quas, ſi quæ Cic. libr. 1. Offic.

D ſunt aliæ reuocantur. Hinc duæ animi partes; quarum vnam ſuperiorē vocant, quæ ſolas honeſtatis rationes percipit: alteram inferiorem, quæ ijs trahitur rebus, quibus ſenſus afficitur, ac proinde ſuperiori ſæpe repugnat. Hinc duæ illæ leges, de quibus his verbis meminit Paulus, Video autem, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c. Rom. 7.

Quartum, cum omnis iuſtitia a ſummo iuſto, hoc eſt a Deo, qui eſt iuſtitia ipſa, in hominem per leges, & ab homine in familiam atque remp. & humanos cætus iure ſocietatis deriuetur; ideo de familia atque rep. in quas per leges introducenda eſt iuſtitia, vt tandem omnes euadant iuſti, & ad ipſum iuſtum vnde dimanarunt, reuertantur, in hac tractatione aliquid ſupponendum eſt. Quoniam igitur non erat bonum hominem eſſe ſolum, data ei fuit

Gen. 1. ei fuit fœmina in ſociam,& ad procreandam ſobolem,vnde oritur familia; A

Ariſt. 1. Polit. Familia ergo maris & fœminæ coniunctione conſtat, quæ communis opis, & prolis procreandæ, atque alendæ cauſſa a Deo conſtituta eſt. Facti itaque ſunt duo ſexus,atque coniuncti,vt alter alteri eſſet auxilio,& ut humanum genus per procreationem conſeruarent & augerent. Ariſt. Sunt autem familiæ partes tres: Prima, quaſi interna,perſonæ ipſæ,maritus,uxor,& liberi:maritus ſolum imperat,filij ſolum parent,uxor partim marito paret, partim filijs imperat: ſecunda quaſi externa, res ad uitam tuendam neceſſariæ; quarum aliæ ſunt immobiles, vt agri;aliæ mobiles,ut agrorum fructus: aliæ quæ ſe mouent,ut animantia:Tertia quaſi media,domus ipſa & locus cum ſupellectili neceſſaria & miniſtris, ſiue ſeruis. Ad quas omnes res, uel acquirendas,uel conſeruandas,& recuperandas bona legum pars eſt ordinata. B Reſp. vero,eſt ordinata hominum multitudo ijſdem imperijs ſuperioribus parentium,& rebus inferioribus communiter utentium. Ad remp. igitur conficiendam plures homines cõuenire oportet, non temere, ſed certo ordine;qui omnes uni principi imperanti, Dei vicem gerẽti obedire debent;ac etiam communibus rebus,unde & reip. nomẽ ductum eſt,communiter uti. Vt, ſicuti,tanquam membra uni capiti parent,ita rebus communibus,quaſi pedibus utantur. Rurſus hoc modo remp. ſiue ciuitatem deſcriberes, eſt familiarum,rerumque inter ipſas communium ſumma potentia & ratione moderata multitudo:uel denique hoc pacto, Ciuitas eſt multitudo collecta ad rerum ſuarum ſtatum tuendum per ſe ſufficiens, communi uitæ genere,legumque uinculis, coniuncta. Et quemadmodum homo C conficitur ex corpore & animo; ita etiam, ſuo modo, ciuitas: cuius corpus ſunt,domus,muri & tes ipſæ,animus uero homines. Quorum alij alios gubernant, & ordinant, ut Principes: alij pacem conſeruant, ut iuſtitiæ adminiſtri,& qui hoſtem repellunt,ut milites:alij neceſſaria ad uitam tuẽdam ſubminiſtrant & curant,ut agricolæ,artifices,& mercatores. Primi ſolum imperant,poſtremi ſolum parent,medij vtrunque præſtant. Atque ex his intelligeres quæ ſint reip. partes:ad quam recte adminiſtrandam tria neceſſaria eſſe uidentur:potentia,quæ priuatim Regum eſſe cenſetur,intelligentia & ſapientia,quæ ſapientibus tribuitur,& ſanctitas ſiue bonitas quæ ſacerdotibus conuenit. Quæ tria,ſi in unum hominem coirent, is Termaximus nominari poſſet,ut olim qui a principio regebant nominabantur, aut D nominari poterant,cum ijdem eſſent Reges,ſapientes,& ſacerdotes: & una cum ſacerdotio coniunctum erat imperium;ut de Melchiſedech in diuinis literis legimus,& idem Moyſes princeps,propheta,ſiue intelligens & ſacerdos fuit:& ita duæ poteſtates,pontificia nimirum & regia coniunctæ erant: quarum poſtea factum eſt diuortium,ita ut alij eſſent Reges,alij ſacerdotes, ſiue Pontifices.

Hinc duo manarunt iurium & legum genera:unum pontificale,alterum regium, ſiue ciuile; quæ ita ſe habent, ut hoc ſit propter illud, ut imperfectum propter perfectum. Et quamuis facta ſit poteſtatum ſeparatio; tamen idem remanſit finis, bonum & æquum, iuſtumque, & communis hominum

A minum ſalus,ad æterni numinis gloriam:quo fit,ut omnia humana iudicia, & omnis adminiſtratio in Deum referenda ſit. Rurſus,factum fuit poteſtatis humanæ diuortium,vnde tres enatæ ſunt reip. formæ, quarũ prima dicitur Monarchia,cum tota imperandi poteſtas reſidet in uno: ſecunda Ariſtocratia,cum plures meliores imperant:tertia Democratia, cum omnes ciues ſunt dominij participes. Ad familiam & ciuitatem acceſſerunt leges, quæ uitam motumque eis tribuunt,& iuſtitiam in vrbem & orbem introducunt. Ex quibus colligeres,cur leges fuerint neceſſariæ,vt ſcilicet,& familiæ,& reip. multitudo, colligaretur, in officio contineretur, & ad ſuum finem dirigeretur: quæ neceſſitas adhuc ex inſequenti fundamento, multo manifeſtior fiet.

B Quin-ctum optimis rationibus,ſiquis cum homine non Chriſtiano ageret,quas nos alio loco attulimus,demõſtrari poſſet, id quod Chriſtiani certa fide tenent, naturam humanam non eſſe in eo ſtatu, in quo a prępotente Deo condita fuit. Fecit itaque perfectus artifex hominem perfectum & rectum: qui peccando ſe imperfectum, reddidit, & inflexit, atque multis quæſtionibus,ut ſcriptura ait,ſeſe miſcuit: & de perpetrato peccato meritas pœnas luit. Quare,tres poſſumus animaduertere hominis ſtatus, unum ante peccatum,alterum in peccato,tertium, poſt peccatum & inflictas pœnas. Homo in primo ſtatu ad Dei imaginem & ſimilitudinem creatus,erat perfectus & rectus,erga Deum;erga ſe,& erga alias creaturas; Erga Deum per gratiam, qua dignus erat, ut ſupernaturali amore ab eo diligeretur; & *Lib. 1. Introd. i Theolog.* *Eccl. 7.* *Gen. 2.*

C per caritatem, qua omnia propter Deum diligebat:cui per præceptum,quo indicatur amor, ſubditus erat. Erga ſe per iuſtitiam originalem, qua inferior pars ſuperiori erat ſubiecta;ita ut nullus in eo præter rationis imperiũ exoriretur motus:ac proinde poterat non peccare, & non mori:ac etiam per ſupernaturalẽ ſcientiam,quæ ad Deum colendum, & ad ſe cognoſcendum, erant neceſſaria,norat omnia. Erga alia per acceptum dominium, in hoc enim priuatim eius ſimilitudo cum Deo conſiſtebat, ut præeſſet rebus omnibus, ſicuti Deus præeſt; unde & fructibus terræ ſine labore conquiſitis, uti ei licebat; & a nulla re offendi poterat: atque in auxilium uxorem accepit, unde ſobolem procrearet, ut non ſolum rerum, ſed & familiæ & reipub. haberet dominium: ad quæ omnia gubernanda perfecta omnium *Gen. 1.*

D rerum cognitione fuit ornatus, per quam omnibus rebus nomina ponere potuit. His ergo rebus, animo & corpore perfectus, & in omnem partem recte conſtitutus, translatus fuit in locum ſibi conuenientem, in paradiſum, hoc eſt in locum amœniſſimum & delitiarum plenum; ubi, cum per certum temporis ſpatium, bene agendo, ſupernaturali beatitudine dignus eſſet effectus, gloriæ ueſte indutus, uiuus in cœlum traduceretur, ubi ſempiterno æuo diuinæ naturæ aſpectu perfrueretur. Sed quoniam hunc florentiſſimum ſtatum, & hunc honorem in quo erat conſtitutus, non cognouit, & ambitione diuinitatis, diuinum mandatum tranſgredi uoluit, in alium calamitoſiſſimum ſtatum delapſus eſt, qui ſtatus peccati nominatur: in quo, hoc pacto remanſit affectus. *Pſalm. 48*

Priuatus fuit omnibus donis ſupernaturalibus, & ira Dei dignus euaſit, ab eo auerſus, conuerſus ad creaturas, & aliquo pacto diabolo, cuius ſuaſu peccauit, ſubiectus: intellectus qui luminis plenus erat, factus eſt obſcurus; voluntas prona in peccatum, & inferior pars ſuperiori rebellis: contracta eſt moriendi neceſſitas, vt non poſſit non mori: & deniq; loco amoris Dei, ſucceſſit amor ſui, oīum malorum fons: quo qui ſuas viuendi rationes metitur, iuſtitiā videre, ac ſeruare nequit, ac proinde qui totus erat iuſtus & æquus, iniuſtus & iniquus, in Deum, in ſe, & in alios euaſit; ita vt mille indigeat legibus per quas ad ſuam æquitatem & rectitudinem reuocetur. Peccato itaque perpetrato, primum cognouit miſer (oculi enim eius aperti ſunt) calamitatem in quam erat delapſus, ſuamque turpitudinem, quam folijs tegere conatus eſt. Vocatur deinde tanquam reus in iudicium. Factum quod negare non poterat, confitetur; & tranſlatione illud minuere conatur, dum culpam in vxorem ſibi datam, & hæc in ſerpentem reijcit, atque ambo tāquam eiuſdem peccati participes, iuſta & congruenti pœna puniuntur. Et ne homo in hoc calamitoſiſſimo ſtatu, fructus ex arbore vitæ decerpti eſu, vitam ſibi perpetuaret, non ſine miſericordia, ueluti beſtia pellibus indutus, extra Paradiſum in hunc mundum beſtiarum habitaculum detruditur. Quare, hic cum Dauide concludere licet, Homo cū in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quamuis autem homo ob peccatum omnino exterminari debuiſſet: tamen nō fuit a Clementiſſimo Principe deſtitutus; ſed partim ſibi relictus, vt quid amiſiſſet, & quid poſſet cognoſceret; partim vero adiutus, vt quæ ei cognoſcenda erant, certiſſimo fidei lumine ea perciperet, & gratiæ auxilio melius exequeretur. Vnde nullam expreſſiorem legem qua extrinſecus eum doceret, ei dedit præter illam, quam naturæ indiderat: qua, & Deum eſſe, & rerum curam habere, & bonos præmio, & malos pœna afficere, & quod ſibi nollet, alteri nō faceret, cognoſcere poterat: ita vt, aliqua parte, in Deum & in alios ſe iuſte & honeſte gerere poſſet. Atq; hinc illę emanarunt leges, quæ humanæ & naturales dicuntur. Poſtea vero, cum vitia inualeſcerent, & rationis igniculi, ita eſſent obſcurati, vt vix vlla cerneretur æquitas, vlluſq; veri Dei cultus vigeret, aliā legem in tabulis ſcriptam, per homines hominibus Deus dedit: quos plenius, de iuſtitia erga ipſum diuinum numen, & erga alios docuit; ſed tamen ſub vmbris, & ſub rerum caducarum ſignis, vt imperfectis hominibus congruebat, vt hac ratione eos ad perfectionem præpararet. Tandem, cum iam eo ignorantiæ, & iniquitatis humana deueniſſet natura, vt nullum fere rationis, & iuſtitiæ lumen appareret, apparuit Oriens ex alto, Dei nimirum Filius in terram delapſus; qui per ſeipſum perfectam legem hominum cordibus impreſſit; per quam perfectam diuinæ naturæ tradidit doctrinam, ac perfectas viuendi rationes commōſtrauit, atque ad perfectionem colēdam gratiam & auxilium dedit. Per tres itaque quaſi vitæ gradus homo poſt exilium in patriam reuocatur: quorum primus legis naturę, ſecundus legis ſcriptæ ſine Moſis, tertius legis gratiæ dicitur: Atque de his tribus legum generibus poſtea a nobis late diſſerendum erit. In primo, quaſi infans, lacte nutritus

Margin notes: A; B (beside "Factum quod negare"); *Pſal. 48.* (beside "cum Dauide concludere licet"); C (beside "partim vero adiutus"); D (beside "ſub vmbris"); *Luc. 1.* (beside "tionis, & iuſtitiæ lumen")

A tritus fuit: in ſecundo quaſi puer ſub pedagogo inſtitutus: in tertio, vt adultus, ſibi relictus ſolido, ac perfectiſſimo cibo altus. Atq; ex his colligere licet, cur homini, in hoc exilij loco, priuata quadã ratione, & ſocietas, & communitas fuerit neceſſaria. Nam, cum cibum, veſtes, & tentoria ad vitã tuendam per varias artes ſibi parare, ac etiam ab aliorum iniuria ſe tueri deberet, nec vna familia hæc omnia præſtare poſſet; neceſſe fuit, vt plures prius in vicos, & tandem in vnam ciuitatem coirent; vbi eſſent alij qui neceſſaria ad vitam compararent, alij qui hoſtem repellerent, alij qui concordiam per iuſtitiæ adminiſtrationem conſeruarent. Ariſt.li.1. pol.

Quo antem pacto diſperſi homines in vnam communem ſocietatem fuerint vocati, eleganter, quamuis non omnino vere, in priore de Inuentione B libro expoſuit M. Tullius; & de artium inuentione in diuinis literis nõ vno in loco habetur mentio. Atque ex his, quæ diximus, legum ponendarum, & cognoſcendarũ manifeſta colligitur neceſſitas; vt videlicet natura debilitata, atq; infecta medicinis, viuendiq; regulis, ad ſuum integrum ſtatũ, quantum fieri poteſt, reuocetur: quem ſane ſtatum, illum inquam perfectum, qui leges ferunt, & remp. adminiſtrant, ſibi proponere debẽt; non ſecus ac Medici, qui in curandis corporibus valetudinem ipſam habẽt propoſitã: quem ſpectando, nunquam bonus errabit Nomotheta: cuius is debet eſſe ſcopus, vt ſtatus quietus conſeruetur, & ſummo Principi per religionem & mandatorum obſeruationem ſeruiatur, vt ſeruiendo fęlicitatem quam peccando homines amiſere, recuperare queant. Sed de his fundamentis hucuſque.

C *De quibuſdam principijs, ex quibus leges dimanarunt.* *Diſput.* II.

OMNES ſcientias, & artes ex certis primis principijs, quaſi ex quibuſdam fontibus dimanare, recte qui ſapiunt, & cum ratione ſcribunt, prius ponenda & cognoſcẽda eſſe affirmant omnes. Namque, illi tandem ſcire dicuntur, qui quod norũt, in ſua principia certiſſima poſſunt reuocare. Nonnulla igitur in hac diſputatione explicabo principia, ex quibus legum & iuris doctrina ſuam originem duxit: ſunt autem iſta. Ariſtot. 1. poſt. c. 2. Lo. 1 Phyſ. t. 1.

Primum, bonum eſt amandum, malum fugiendum. Bonum autem nihil aliud eſt, quam id quod eſt naturæ cuiuſcunq; rei cõſentaneum, quod rem D perficit; vnde ſequitur, vt ſit appetibile, & vt finis rationem habeat: malum vero contra. Hoc principiũ, ſcripturus de officijs, Cicero mihi propoſuiſſe videtur, cum dixit, Principio generi animantium omni eſt natura tributum, vt ſe, vitam, corpuſq; tueatur, declinetq; ea, quæ ei nocitura videantur: idem in initio ſuæ philoſophiæ de moribus poſuit Ariſtoteles. Eſt autem bonum triplex; vnum ſummum rebus omnibus creatis cõmune; & hoc nihil aliud eſt, quam rerum omnium auctor, ad quem omnia, ſuo modo, remeant, cum inde defluxerint: vel planius, diuini numinis laus & gloria, cum omnia ſui cauſſa facta a Deo fuerint. Alterum commune quidem multis, ſed nõ ſummum, vt bonum reip. vel alicuius communitatis, & aliquarum rerum. Tertium, priuatum cuiuſcunq; rei, & eſt id, quo res illa in ſua natura perficitur: Lib. 1. Prou. 16.

vt hominis in hac vita, Dei amor; & in alia cõſũmmata perfectio, ſtatus quidam omnium bonorum aggregatione perfectus. Rurſus, bonum triplex; honeſtum, & eſt id quod eſt cum recta rõne conſentaneum, quod per ſe expetibile, & laudabile eſt; ipſa nimirũ virtus, aut res cum virtute geſtæ: Vtile, qđ per ſe non eſt expetibile, ſed ideo expetitur, quia ad aliud confert; vt pecuniæ, vt potentia: propter quod bonũ nunquam eſt deſerendũ honeſtũ: Delectabile, quod naturam reficit, conſeruat, & ad agendũ quaſi eſca allicit, & in agendo detinet; quo fit, vt agendi cauſſa ſit inſtitutum. Cæterum, id quod eſt honeſtũ eſt ẽt per ſe vtile, & delectabile. Huic triplici bonorum generi tria contraria mala opponuntur, turpe, inutile, & id quod triſtitiam affert. Quorum bonorum vim & naturam ij profecto debent habere perſpectam, qui leges ferre, earum naturam cognoſcere, & iuſtitiam adminiſtrare volunt. Et ſane, quod ad honeſtũ attinet, tanta eſt eius pulchritudo, vt ſi oculis cerneretur, mirabiles ſui amores in nobis excitaret: Vñ aliud colligeres principiũ. A B

Cic 1. de fin.

Secundum, honeſtum eſt per ſe expetendum: Ideo Cicero de legũ principijs ponendis loquendo dixit, eiuſmodi eſſe ponenda, quæ probentur ijs, qui omnia recta atq; honeſta per ſe expetẽda dixerunt, & aut nihil omnino in bonis numerandum, niſi quod per ſeipſum laudabile eſſet: aut certe nullum habendũ magnum bonũ, niſi quod vere laudari ſua ſponte poſſet. Quare, qui honeſto non mouetur, bonus eſſe, vt idem docet, non poteſt: omnia enim perturbat, qui ſuis commodis metitur omnia. Vt ergo quiſq; maxime ad ſuum commodũ refert quæcunq; agit, ita minime eſt vir bonus. Neq; hic audienda eſt Academia, omnium rerũ perturbatrix, quæ id bonũ & honeſtum putat, quod quiſq; opinatur; ita vt non in re, ſed in opinione ſit ſitum. Ipſum.n. bonum, inquit Tullius, non eſt in opinionibus, ſed in natura: nam, ni ita eſſet, beati quoque opinione eſſent: quo, quid dici poteſt ſtultius? & alio loco, Atq; nos legem bonam a mala, nulla alia niſi naturæ norma diuidere poſſumus, nec ſolum ius & iniuria natura diiudicatur, ſed oĩno oĩa honeſta, ac turpia. Nã & cõis intelligentia nobis notas res efficit, eaq; in animis noſtris inchoauit, vt honeſta in virtute ponantᷣ, in vitijs turpia. Hęc autem in opinione exiſtimare, nõ in natura poſita, vere dementis eſt. Quare, optime Iuriſcõſultus in ſuis pceptis ſiue principijs, hoc primũ poſuit, Honeſte viuere. C

Lib. 1. de leg.

Libr. 1. de leg.

Tertium, principium poſſumus facere illud, quod ſapientiſſimus legiſlator Chriſtus poſuit, & prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter: illud nimirum quod eſt in ore omnium, quod tibi non vis, alteri ne feceris: quo vno clariſſimo naturæ lumine ſi homines vterentur, ſi quæ agũt inſpicerent, nihil non iuſte facerẽt. In quo principio alia duo quæ Iuriſconſultus poſuit præcepta, plane continentur, quę ſunt, Neminẽ lędere, & ſuũ cuiq; tribuere. Salubria ſane pręcepta ad oẽm humanã ſocietatẽ cõſeruãdã, ac tuendã: q̃ ſi ſeruarentur, bona legũ ſcriptarũ pars nõ eſſet neceſſaria. D

Mat. 7. Luc. 6.

Quartum, Deum amandũ proximumq; diligendũ eſſe. Quod hoc ſit omniũ legũ fons & origo, ac ẽt finis, legiſlatorũ princeps Chriſtus nos docuit, cũ hinc legẽ & prophetas pendere dixit. Hoc itaq; principio duo continentᷣ de caritate mandata, de diligẽdo Deo ex toto corde, & ꝓximo ſicut ſeipſum: quorum

Mat 12. Deut. 6.

A quorum ſecundum nos ad primũ traducit; cum is diligere Deum quem nõ 1.*Ioan.* 4.
videt,non cenſeatur,qui non diligit proximum,quem videt: vt etiam illud
tertium,quod paullo ante poſuimus, ad hoc ſecundum. Ex quibus tribus
principijs ſequitur Aequum,quod æternæ menti eſt cõſentaneum, & quod
omnes legislatores & iudices ſpectare debent. Quare,cum aliquid facien-
dum,atque iudicandum eſt, per hæc principia iudicandum erit. An velles
hoc tibi fieri; An ſit ſecundum dilectionem proximi: & denique, An cum
dilectione Dei conueniat,cũ qua nihil conuenire poteſt,quod ſit eius præ- *Io.*14.
ceptis contrarium; cum is qui non ſeruat mandata, nõ diligat:quorum tria
ad Dei dilectionem nos dirigunt,quæ ſunt,de non colendis dijs alienis, de
non aſſumendo Dei nomine in vanum,& de ſabbato ſanctificando: ſeptem
B vero ad dilectionem proximi: de honorandis parentibus, de non occiden
do,de non mœchando,de furto non faciendo,de teſtimonio falſo vitando,
de non concupiſcenda aliena vxore, & de non deſideranda vlla alia re
quæ ſit alterius. Quæ decem capita etiam naturæ lumine cognita fuiſſe, ſi
vellem,ex varijs Ethnicorum ſcriptorũ monumentis demonſtrare poſſem;
ſed ſatis mihi erit, ſi illud principium de caritate,in quo iſta plane continẽ-
tur,ex vno Cicerone breuiter demonſtrauero. Hic itaque vir æterna laude
dignus,cum diſputaret contra eos,qui vtilitate omnia metienda putant,atq;
oẽ ius a recta ratione q̃ eſt naturæ infixa,non ab opinione pendere doceret,
hunc in modum ſcripſit,Atqui,ſi natura confirmatura ius non erit, virtutes
oẽs tollantur. Vbi enim liberalitas? vbi patriç caritas? vbi pietas? vbi,aut be
C nemerendi de altero,aut referendæ gratiæ voluntas poterit exiſtere? Nam
hæc naſcuntur ex eo quod natura propenſi ſumus ad diligendos homines;
quod fundamentum iuris eſt. Neq; ſolum in homines obſequia,ſed etiam
in Deos ceremoniæ,religioneſque tolluntur:quas non metu, ſed ea condi-
tione,quæ eſt homini cum Deo,conſeruandas puto. Idem cum de duplici
patria,deque caritate erga vtranque mentionem feciſſet, ſed neceſſe eſt, in- *Lib.* 1. *de*
quit, caritate eam præſtare, qua reip. nomen vniuerſe ciuitatis eſt: pro qua *leg.*
mori,& cui nos totos dedere,& quaſi conſecrare debemus. Sed peteret hoc
loco quiſpiam, cur nullum datum ſit præceptum de dilectione ſui. Facilis
eſt reſponſio,vel quia ad ſe amandum homo eſt omnino, aut etiam nimiũ
propenſus; ita vt nullo fuerit mandato de hac dilectione opus: vel quia nõ *Ephe.*5.
D poteſt non ſe amare, qui Deum & proximum amat: vel quia in dilectione
proximi continetur,cum dicitur,Dilige proximum tuum,ſicut teipſum: cũ
quiſque ſit ſibi maxime proximus, & prius ſibi ipſi cõſulere, quam alijs ſi-
ne vllius iniuria poſſit,& nemo ſuam carnem deſpiciat.

Quinctum principium,quod ex Tullij doctrina paullo ante allata colli-
gitur,Religionem eſſe colendam,eſſe homini a natura inſitam,& omne ius
humanum religionis cauſſa eſſe factum atq; inſtitutum. Sed ò bone Deus,
quot quantaſque tragœdias, quot turbas? quot bella? quot errores? quot
ſchiſmata,& hęreſes huius clariſſimi,certiſſimi omniũ legum,omnium iu-
rium, principij contemptus excitauit? Omnes itaque legislatores, om-
nes iudices,& denique omnes homines ex hoc fonte bibãt, in hunc ſolem

oculos conuertant, ad hanc amuſſim omnia examinent, & in omnibus hac A
Cic. lib. 1. de nat. vtantur regula, hanc legem omnes legant, & relegant, aut certe hoc vinculo ſe ligent, qui religioſi dici & eſſe volunt, vt omnes velle deberent, cum ſine religione nulla vera poſſit eſſe virtus. Eſt autem religio nihil aliud, quam
In Epin. Dei cultus, vel virtus, quæ Deo cultum cęremoniamque exhibet. Huc pertinet illa diuina diuini Platonis ſententia, Omni crimine legislator carebit, ſi melius de ijs, quam priſci, ſentiat, & optima vſus diſciplina, Deum hymnis colat, beatitudineque extollat, atque ita vitam tranſigat: ac etiam lex illa
Libr. 2. de leg. initio omnium legum, quaſi aliarum fons & origo a M. Tullio poſita, Ad diuos adeunto caſte: pietatem adhibento: opes amouēto: qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. Hinc eſt quod a mundi exordio primos primorum parentum filios Deo munera obtuliſſe legimus; quamuis nulla adhuc eſſet fundata ciuitas, quæ religione contineri debet: cuius ædificandæ auctor primus fuit Chain, qui Enoch, quod diſciplinatum ſignificat, ędificauit: ſic fortaſſe dicta, quod communio & diſciplina politica, tunc primum cœperit. Et de Enos, quod hominem ſignificat, nomen Domini inuocare cœpiſſe legimus: qui fuit Sech filius, quem Abelis iuſti loco Deus Adamo dedit. B

Denique, ne plura ſtatuam principia, illud addiderim, ius iuſtum ve, & æquum, in quo ſtatuendo, explicando, & adminiſtrando vniuerſa iuris legumque doctrina verſatur, eſſe quiddam per ſe expetendum: quod his non minus doctis, quam elegantibus verbis docuit M. Tullius. Etenim omnes boni ipſam æquitatem, & ius ipſum amant: nec eſt viri boni errare & diligere quod per ſe non ſit diligendum: per ſe igitur ius eſt expetendum, & C colendum: quod ſi ius, etiam iuſtitia: ſic in ea reliquæ quoque virtutes per ſe colendæ ſunt. Illud ad extremū tanquā corollarium addiderim, eam eſſe omnium rerum conditionem, vt vna ſine alia conſiſtere nō queat; ac proinde eas cōtabulatas, atque concatenatas eſſe oportere, cū nulla res ſit adeo abſoluta, vt alia non egeat: non ſecus ac animantis corpus quod varijs membris indiget. Quo fit, vt quodam naturæ iure, ac etiam neceſſitate, non ſolū vna familia, & vna ciuitas cum alia, ſed etiam vnus populus, vna regio cum alijs aliquo pacto debeat eſſe coniuncta: cum unus locus non omnia ſuppediret, ſed vt aliquas res habet illa alijs indiget. Quamobrem, vt inter virum & vxorem, inter parentes & filios, inter gentiles & ciues, quædam debet eſſe caritas atque coniunctio; ita etiam inter populos omnes; qui quibuſdam D communibus legibus colligandi ſunt: vt ſicuti ex omnium rerum uniuerſitate vnus fit mundus; ita ex omnium populorum cętu una quaſi ciuitas: quę ſane fieret, atque conſeruaretur, ſi ſinguli homines & populi una uterentur naturæ ingenita lege; ex cuius iam principijs, atque ex quibuſdā alijs, quæ ex illis facile quiſque colligeret, omnis legum doctrina manauit.

Atque de legum principijs hucuſque. Antequam autem ad ea quæ in hoc ſecundo libro explicanda reſtant, tranſitum facio, dicenda proponam, & ſuſceptæ methodi rationem aperiam. Cum itaque omnes diſciplinæ & artes, quædam, tanquam certiſſima & explorata ſupponant, habeantq; principia, ex quibus ea quę docent ratiocinando colligunt, de quibus nos hacte

nus

A nus ſcripſimus,ſequitur modo, vt quarundam dictionũ ſignificationes explicemus, quibus,vel huius doctrinę ſubiectum,vel proprietates,aut etiam principia deſignantur: cum inter alias alicuius doctrinæ præcognitiones hanc Dialectici numererit,ad quam etiam præcognitionem,quid rei,reuocares. Quare deinceps de legis quæ eſt huius tractationis ſubiecta materia ac etiam iuſtitiæ,iuriſque,& æquitatis,quæ neceſſario ſunt cum lege coniũcta;nomine,definitioneque,diuiſioneque agemus. *Ariſt.li.1. poſt. c.1.*

De nomine legis. Diſputat. III.

B NON modo rerum pulcherrimarum rationes, ſed etiam nomina cognoſcenda eſſe,ſcite apud Platonem Athenienſis hoſpes, conſentiente Clinia,mihi affirmaſſe videtur:Nam,vt alio loco idem auctor ſcripſit, Nomina rerum cognoſcẽdarum ſunt inſtrumenta. Vt ergo legis naturam, de qua noſtra eſt inſtituta diſputatio, melius explicare poſſimus, de ipſo legis nomine priore loco vt etiam Tullius fecit,aliquid ſcribendum eſſe putauimus. Quæ vero dicenda ſunt ad tria capita reuocabimus. Primum de legis notatione agemus. Deinde de vario huius vocis vſu: poſtea de varijs rei ſubiectæ appellationibus: poſtremo, vnde leges ſuas appellationes ſortiri ſoleant, docebimus. *Libr. 1. de leg.*

De primo, legis etymologia varie a varijs ſcriptoribus aſſignari ſolet: Quibuſdam, vt Iſidoro, legem a legendo, quod publice legenda proponatur,dictam fuiſſe placuit:quam cõſuetudinem,demonſtrat hic Plauti locus; *Lib. 5. etymol. c 3.* *In Trin.*

C

Ex miſera etiam
Ad parietem ſunt affixæ clauis ferreis, vbi malos mores
Adfigi nimio fuerat æquius.

Et hic alius ex Ouidio ſumptus,

Nec verba minantia fixo
Aere legebantur.

Alij, in quibus Diuus Thomas, putarunt legem ſit dictam eſſe a ligando, quod homines liget, & obliget; in qua etiam ſententia fuit Caſſiodorus in primum Dauidis Pſalmum, vbi ſic ait, lex dicitur, quod animos noſtros liget. Atqui M. Tullius, quem nonnulli alij ſequuntur, legem a legendo,hoc eſt a deligendo dictam fuiſſe docuit; quod nos quid ſit eligendum, quidve fugiendum ſit moneat: quam notationem etiam Diuus Auguſtinus approbauit,cum ſcripſit,In latina lingua,quid aliud negligitur, niſi quod non legitur? id eſt,non eligitur.Vnde & legem a legendo,hoc eſt ab eligendo Latini auctores appellatam eſſe dixerunt. Quod nos legem vocamus, Græci nomon dicunt: vel, apo tes gomas.i.a diſtributione, ſiue apo tu gomegin, quod eſt diſtribuere, vel certe apo tu nemin, quod eſt honorem tribuere, magnique pendere: Hinc nomizin.i.lege ſancire, & moribus inſtituere. Vnde Cicero de vtriuſque nominis ſignificatione agens,ita ſcriptum reliqt, eamque rem illi græco putant nomine a ſuum cuique tribuendo appellatã: ego,noſtro,a legendo.Nam,vt illi ęquitatis,ſic nos delectus vim in lege po- *1.2.q.90.* *Quæſ.10. in Leu.* *Bolog. lib. de leg c.3.* *Bud. in comm.* *Lib. 1. de leg.*

D

nimus:

nimus:& proprium tamen vtrunque legis eſt.De nominis Græci præſtantia A
Dial. 11. de leg. hæc ſcripſit Plato, Neque enim temere miranda diuinaq; lex nomen menti proximum poſſidet;noos enim mentē,nomos vero legem ſignificat. At vero
Rab. Io ſeph. Hebræi, thorah appellant, a verbo Iarah, quod docere ſignificat, cnm lex
Rab. Abr. facienda & non facienda doceat: vel, vt alij volunt, a verbo, ſiue noīe thur, quod diſpoſitionem ſignificat;cum lex ſit pręceptorum forma & diſpoſitio:
R.ab. Dauid. ac etiam per excellentiam, Kara, id eſt, ſcriptura. Arabes, ſiue Mahometani Alkoran, quaſi diceres, ten graphen,quorum tamen lex per excellentiam, impietatis nomine digna eſt, quod ſit ſcripturarum omnium maxime impia,& indigniſſima,quæ etiam a beſtijs recipiatur. A lege,dicitur legiſlator, legifer,Græce, nomothetes, Hebraice mechokek, qui legem ſancit: & legirupa, vel legirupio, græce paranomos, qui legem frangit. Sed de primo B hactenus: nunc de ſecundo capite dicamus, in quo varios huius vocis vſus indicabo.

Tuſc. 3. Primo igitur,lex ſumitur,pro conditione,ſiue pacto,vt apud Tulliū,cum ait, ea lege nos eſſe natos, vt nemo in perpetuum eſſe poſſit expers mali. Secundo,pro certa ratione ſiue modo agendi; vt cū dicimus,hanc mihi legem in agendo præſcripſit, id eſt, hunc modum. Tertio,pro certa regula,certave ratione cuiuſcunq; artis;quam regulam artis præcepta tradunt:vnde & Ars dicitur recta eorum quæ fiunt ratio: quo pacto Plato aliquādo legis nomen vſurpauit.Quarto,pro quacunque recte gubernandi ratione: qua ſignificatione continetur omnis gubernandi ratio, ſiue ſit humana, ſiue diuina, ſiue naturalis. Quincto, pro regula quadam, vel in diuina mente exiſtente, qua C Deus omnia regit & gubernat, vel in hominum natura impreſſa, vel diuinitus tradita,vel humana ratione conſtituta,ex qua regula actiones humanę dirigūtur in finem: & in hac ſignificatione potiſſimum a nobis hoc nomen vſurpandum eſt; pro ſubiecta tamen materia,iuxta varias legum formas, de quibus acturi ſumus. Denique, lex interdum ſumitur pro eo quod ex norma legis fit, ſeu pro re a lege præcepta, & pro aliqua tota diſciplina,ſiue religione quæ leges continet; quōmodo dicimus,lex chriſtianorum,lex gratiæ; ac etiam pro codicibus in quibus lex continetur. At ſpecialis ſignificatio eſt illa qua deſignatur regula publica auctoritate communitati propoſita ob commune bonum. Nec me latet hoc commune nomen varijs modis apud Iuriſperitos vſurpari, quos ſingulos numerare nihil eſt neceſſe. Vnde D
L. Caſar de Public. vect. aliquando lex, ſumitur pro pacto, aliquando pro priuilegio, alijſque modis, vt Gloſſæ varijs in locis adnotarunt. Sunt etiam & alia nomina, quibus idem ſignificamus, quod nomine legis. Vt conſtitutio, Decreta, ſanctiones,
L. Ant. ff. de priu. conſuetudines, placita, & ordinationes, quarum vocum variæ aſſignantur ſignificationes, quas nihil eſt neceſſe vt nunc explicemus. Et quoniā noſtra de legibus diſputatio potiſſimum ſacra,futura eſt,ideo priuatim, quo pacto diuinæ literæ hoc nomine vtantur, paucis docebimus. Primo, per legem,
Quaſ. 12. Gloſ. Rom. 10. d. 1. cap. 5. interdum deſignatur quidquid in ſacris codicibus continetur:Ita adnotauit Iuſtinus martyr in quęſtionibus ad gentes,& Sedulius in caput tertium epiſtolæ ad Romanos,Turrecremata,& alij.Secundo pro omni eo quod eſt de

iure

A iure diuino, ſub qua ſignificatione continetur etiam lex diuina non ſcripta, quæ traditione conſeruatur; vt cum dicitur, lex Domini immaculata, conuertens animas. Tertio, priuatim ſumitur pro lege veteri; vt cum dicitur. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. *Heb. 7.* Quarto, pro lege veteri, ut diſtinguitur contra Pſalmos & Prophetas; ut apud Lucam accepit Chriſtus cum dixit, *Cap. ult.* Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſis, & Prophetis, *Mat. 7.* & Pſalmis. Quincto, pro legis antiquæ doctrina, quę ad obſeruantiam diuini cultus pertinet, ut hoc in loco, lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. *Rom. 5.* Sexto, vt obſeruauit Iuſtinus, per Metonymiam Moſes antiquæ legiſlator, lex nominatur: quo etiam modo in iure ciuili ipſe Imperator, ut quæ- *Q. 34. ad orth.* dam Gloſ. adnotauit, lex uocatur. Septimo, lex, ſtricta ſignificatione, ſumitur *L. cum lex ff. de leg.*

B pro præceptis decalogi; ut cum dicitur, qui diligit proximum legem adimpleuit: *Rom. 8.* quomodo hoc nomen accipiendum eſſe adnotauit Turrecremata, in definitione, quæ in Decreto de iure naturali datur. *Diſt. 1.* Octauo, ſpeciatim ſumitur pro lege noua a ſummo legiſlatore Chriſto lata, & per Apoſtolos promulgata, ut cum dicitur. De Sion exibit lex, lex nimirum euangelica, ex templo in Sione ædificato, ubi a Chriſti diſcipulis promulgari cœpit.

Diuina lex in ſacra pagina multas ſortita eſt appellationes, quæ paſſim in *Iuſt. loc. cit.* pſalmis reperiũtur, & ſpeciatim in pſalmo 118. ubi de huius legis præſtãtia agitur; quæ ſunt fere iſtæ, lex verbũ, eloquiũ, ſermo, veritas, doctrina, diſciplina, teſtimoniũ, teſtamẽtum, iuſtificatio, ſemita, via, porta, ordinatio, mandatum, præceptum, pactum, iuſtitia, iudicium, & æquitas. *Hopper. l. 1. tit. 20.* Quarum appel-

C lationum ratio hoc pacto a quibuſdam aſſignatur. Ad legis ſubſtantiã tria pertinent, Intellectus, cuius ratione, dicitur doctrina & veritas: Voluntas, unde iuſtitia & æquitas nominatur: Potentia ob quam cauſſam, diſciplina & iudicium vocatur, & vniuerſe, Lex. Et quia eſt veluti vox quædam Dei loquentis ideo dicitur, Verbum, eloquium, ſermo, teſtimonium & teſtamentũ Rurſus, ad legis virtutem pertinet, vt iubeat & prohibeat; ideo dicitur mandatum, præceptum, & ordinatio. Quatenus vero reſpicit ſubditos, quibus datur, pactum, & fœdus. Denique, ratione effectus legis, qui eſt, homines bonos efficere, & per uiam rectam ad finem ducere, via, porta, ſemita, & iuſtificatio nominatur. Sunt & aliæ appellationes, ab effectis per tranſlationem ſumptæ, quas ad iam enumeratas reuocares; vt ſunt, Malleus, virga,

D Ignis, vincula, onus, & aliæ quædam. Si legis nomen coniuncte cum alijs verbis ſumatur, quidam manarunt loquendi modi, quibus in hac tractatione interdum vtemur; vt ſunt hi, Leges componere, dare, imponere, ſcribere, iubere, ſancire, conſtituere; & contra, leges perrumpere, diſſoluere, perſtringere, abolere, &c. In ſacris etiam literis ſunt quidam loquendi modi a lege ſumpti, vt, legem implere ideſt mandata ex caritate ſeruare: legem ſtabilire ideſt implere: legem infirmare ideſt non implere: legem irritam facere ideſt abrogare, tollere: legem ponere ideſt docere: ſub lege eſſe, et legi uiuere, ideſt legis imperio teneri, & eam implere non poſſe: contrarium, ſignificat, a lege liberari, & lege mori, hoc eſt liberum fieri ab accuſatione legis.

Quod ad vltimum caput attinet, Legum nomina ex varijs ſumuntur lo-

cis: A legum latoribus; vt Chriſti, Moſis Solonis, Draconis: A tabulis in qui A
Plut. in ui bus ſcriptæ, aut inciſæ erant, vt duodecim tabularum, & Draconis, & Solo-
ta Sol. & nis axones, et kirbis, ideſt, tabulę quadratę. Ab eo quod iubetur, vt Oſtraciſ-
Diog. mus .i. exilij pęna apud Athenieſes, amneſt ias .i. obliuionis lex, apud eoſdẽ
Diſt. 2. et apud Romanos, Agraria, ſumptuaria, maieſtatis, ambitus, et id genus alię.
can. qua A loco, vel modo rogandi, vel ab auctoritate, vt Romanorum ſacratę leges,
dam can. Rhodia de iactu, curiatæ a curiatis comitijs latæ, Tribuniuæ, & aliæ: A rerũ
Satyra. & varietate, vt lex ſatyra, lex Iulia Miſcellanea, & harum ſimiles.
Rhodia.
Ant. Aug.
lib. de leg.
cap. 5.

De legis diuiſione. Diſput. IIII.

QVAESTIONE de legis nomine explicata, cõſequens eſſet, vt B de eius definitione ageremus. Sed quoniam variæ a uarijs ſcriptoribus lex definita fuit, quorum definitiones varijs legibus conueniũt; ideo ad eas melius intelligẽdas operæpretium eſt, vt prius de legis diuiſione agatur: vnde etiã maior huiuſce vocis vſus habebitur notitia. Et quamuis diuerſi ſcriptores diuerſa ratione legem diuiſerint, nos tñ ad hunc modum non male diuidi poſſe arbitramur.

Lex duplex eſt, una æterna & increata; altera increata, & producta. Lex æterna nihil aliud eſt, quam rerum ordinandarum, gubernandarum, & in ſuos fines dirigendarum ratio, ab ęterno in mente diuina exiſtens; quam, diuinam appellauit Plato: de qua loquens M. Tullius, dixit, Legem non eſſe hominum ingenijs excogitatam, ſed æternum quoddam, quo omnia regun- C tur. De hac æterna in Deo ratione intelligi poteſt illud diuinæ ſcripturæ, Dominus poſſedit me initio uiarum ſuarum, antequam quicquam faceret a principio: Lex creata, eſt ea, quæ in tempore eſſe cæpit: quæ, vel eſt rebus ipſis infixa & ingenita, uel de nouo ab homine, uel a Deo inſtituta. Illa triplex eſt, prima quæ ſpectatur in ordine, & connexione ſerieque omniũ partium uniuerſi, atque cauſſarum ſuperiorum, & inferiorum, quam Platonici cœleſtem & fatum uocant, & in anima mundi collocant: ſed an bene, poſtea dicetur. Secunda ſpectatur in cuiuſque rei intima natura; cum res omnes a diuina mente uim quandam ſint ſortitæ, per quam, certa cum ratione,
Sap. 11. ſuas functiones exercent: fecit enim Deus omnia in menſura, & numero, &
Prou. 8. pondere. Hanc legem Plato naturalem appellat; de qua intelligeres illud D
Pſa. 103. ſcripturę, Quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: & illud, qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem; Tertia, quæ humanis mentibus eſt ingenerata, quam Plato humanam uocat; alij communi nomine, legem naturalem appellant. Illæ igitur primæ intelligentiæ hominum generi a natura tributæ, quibus homo ſeipſum & alios recta cum ratione gubernat; huius legis
Pſal. 4. nomine deſignantur: de qua intelligitur illud pſalmographi, ſignatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.

Lex de nouo inſtituta eſt illa, quæ ad legem naturalem hominis perficiendam, aut corrigendam, de nouo ſuperadditur. Hæc duplex eſt: altera hu-

A mana, quam humana poteſtas ſancit: altera diuina a Deo data, quà docemur ea quæ ad beatitudinem conſequendam pertinent: de qua dictum eſt, Lex Domini immaculata conuertens animas. *Pſal. 18.*

Humana ſubdiuiditur in Regiam, quæ a poteſtate pure humana conſtituitur, & in Pontificiam, ſiue eccleſiaſticam, quam is ſancit, qui rebus ſacris & diuinis præeſt. Rurſus, regia lex triplex; alia communis multorum populorum, uel unius regni: alia priuata unius ciuitatis, quæ ciuilis & municipalis dicitur, & ſtatuti nomine deſignatur: alia particularis unius hominis, uel certæ familiæ, & ſocietatis, quæ priuilegium nuncupatur. Atque eodem modo Pontificiam ſubdiuideres; cum legum eccleſiaſticarum, aliæ ad uniuerſas, aliæ ad unam eccleſiam, aliæ ad certas perſonas referantur. Diuina
B ſubdiuiditur in ueterem, & in nouam: de illa dicitur, Lex uſque ad Ioannem: de hac, Dabo legem meam in uiſceribus eorum. Illam tradidit *Ier. 31.* Deus per hominem priuatim populo Hebræo; hanc uero uniuerſis mortalibus per Filium ſuum. Ideo de utraque loquens Paulus, aiebat, Multifariè, multiſque modis, olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime *Heb. 1.* diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio. Rurſus, omnis lex de nouo inſtituta, ſiue humana, ſiue diuina ſit, diuiditur in ſcriptam, & non ſcriptam, quæ cõnſuetudo, & mos nominatur. Hęc diuiſio, quod attinet ad humanam, miſſis alijs auctoritatibus, probatur ex primo Inſtitutionum libro, vbi dicitur, conſtat autem ius noſtrum; quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: vt *Tit. 2. § Conſtat.* apud Græcos, τῶν νόμων οἱ ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι. Quod attinet ad diuinam;
C hanc diuiſionem expreſſe indicauit Paulus, cum dixit. Itaq; fratres ſtate, & *1 Theſ. 2.* tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonē, ſiue per epiſtolam noſtram. Hinc varij in iure ſcripto tituli, de conſtitutionibus, & de cõſuetudine: quæ duo legum genera apud omnes ferè nationes ſemper uiguerunt.

Atque has legum diuiſiones nunc attuliſſe ſufficiat: alias, partim omittimus, quia vel ſunt in prõptu, vel non ſunt cognitu neceſſarię, partim ſuis locis afferentur, cum de primis legis ſpeciebus, ſiue partibus agetur, quæ ſunt lex æterna, lex naturalis, lex humana, & lex diuina. ſubijciam tamen diuiſionem illam, quam fecit Plato, & nos paullo ante inſinuauimus, cū de ea aliquid ſpeciatim ſim dicturus. Plato, vt ex varijs eius dialogis colligere licet, quattuor numerauit legum ſpecies, quæ ſunt hæ, Prima diuina, quam
D prouidentiam vocat, ſecunda cœleſtis, quam fatum, tertia mouens, quā naturam, quartam humana, quam prudentiam naturalem appellat. Prima eſt in mente diuina, quam Saturni legem Orpheus & Plato eſſe uolunt: Secunda in ſuperiori animæ mundi parte, quam Iouis, tertia in mouente in inferiorique illius potentia, quam primæ Veneris, poſtrema in hominis mente, quam ſecundæ Veneris legem uocant. Prima a ſummo bono, quod ſupra mentem eſt, profluit, ſecunda a mente & ſummo bono, tertiam a ſummo bono, mente, & vniuerſali anima, quarta a ſummo bono itidem, a mente & ab anima: omnes autem ad ſummum bonum reflectuntur. Prima in ideis circa ſummum bonum ſupra rationes: ſecunda in rationibus, circa ideas ſupra ſemina: tertia in ſeminibus circa rationes, ſupra formas: quarta in notionibus

tionibus circa rationes ſuper actus & artes,quam regiam legem nominant, A
ſuperni regis imitatricem. Vt hanc Platonis doctrinam,& quæ de legum diuiſione diximus,breuiter examinemus,quaſdam ſubijciam poſitiones.

Prima poſitio,cum mundus nulla ſit informatus anima, nulla datur lex, quæ ſit in anima mundi: Hanc poſitionem late probare liceret, ſi quis contra iſtam platonicam opinionem de mundi anima late diſputare uellet; ſed nou eſt hic locus. Cum ergo nulla detur mundi anima, quod tanquam certiſſimum ex vera philoſophia ſupponitur, nulla in ea lex ponenda erit. Secunda poſitio,ordo ille qui in mundi partib. & in cauſſis naturalibus cernitur,potiùs fatũ, quã lex,ſi proprie loqui uelimus,nominari dẽt. Nomine
Boet. autem fati,non aliquod numen,non aliqua uis, quæ rebus neceſſitatem imponat,& a qua omnia neceſſario fiant,ſed cauſſarum efficientium ſeriem,atque ordinem intelligimus,cum vera ſapientium hominum ſententia. Quæ B
ſeries (ſi legis nomen,nõ pro ordinatione,ſed pro re ordinata ſumatur) lex dici poterit. Atque idem dicas de illa ui ſingulis rebus etiam ſenſu carentibus indita,quæ proprie natura nominatur,quam, ſi ſimpliciter loqui velimus,legem non appellabims. Tertia poſitio,prouidentiæ diuinæ ratio, & recte uiuendi inſita nobis notitia, atque etiam, humana, & diuina ordinatio,ſiue ad religionis cultum,ſiue ad ciuilem gubernationem pertineat,proprie legis nomen meretur. Hæc poſitio ex ijs nota fiet, quæ poſtea de legis definitione tradentur. Quo fit, vt lex maxime proprie in has diuidatur partes,in æternam,naturalem,humanam,ciuilem,pontificalem, & in diuinam veterem,& nouam, de quibus ſpeciebus nos ſcripturi ſumus. Huius C
diuiſionis ratio hæc reddi poteſt. Omnis lex eſt ordinatio in aliquem finẽ: qui,vel eſt vniuerſalis omnium creaturarum, in quo conſiſtit vniuerſitatis rerum perfectio;& ratione huius finis lex eſſe debuit in auctore totius naturæ:qui cum ſit æternus,lex quoque iſta erit æterna. Vel finis eſt particularis ſed naturalis ipſius hominis. Cuius cauſſa,vt etiam Cicero fatetur,reliqua facta ſunt; & ratione huius finis data eſt lex naturalis;qua quiſque ſeipſum cum ratione gubernat. Vel finis eſt quidem naturalis, nõ tamen huius vel illius hominis, ſed communis, & reſpectu huius finis datur lex humana:quæ refertur,vel ad diuinum cultum, vnde oritur lex pontificia; vel ad quietum ciuitatis ſtatum,& ad humanæ vitæ commoditatem, vnde lex regia, ſiue ciuilis: Vel finis ad quem lex ordinatur, eſt ſupernaturalis, vnde D
lex diuina;quæ,vel tanquam pedagogus hominem ad perfectionem ducit, qualis fuit lex vetus:vel hominum perficit,vt lex noua. Quarta poſitio, lex analogice dicitur de diuina,naturali, & humana. Quoniam,vt ſacri Theologi docent,omnia quæ de Deo & de creaturis proprie dicuntur, per analogiam & quandam proportionem ſimilitudinẽque dicuntur; cum quæ ſunt
D.Th. 1.p. q.4.ar.3. in rebus creatis perfectiones,ſint participationes & umbræ quædam, ut ita dicam,diuinarum perfectionum. Quare, ut Deus ſolus dicitur bonus,ſolus magiſter,& ſolus pater,a quo omnis paternitas nominatur; ita ſolus legiſlator,& eius ordinatio ſola lex,per naturam nimirum, & ex ſe, dici debet. Hanc doctrinam non obſcure mihi ſignificaſſe uidetur M. Tullius

cum

A enim ſcripſit, Quamobrem lex vera, atque princeps, apta ad iubendum, & ad
vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis. Ergo, vt illa diuina mens lex eſt, item, *Lib. 2. de leg.*
quod in homine eſt perfectum, eſt in mente ſapientis: quæ ſunt autem va-
rie, & ad tempus deſcripta populis, fauore magis, quam re, legum nomen
tenent. Sed de legis diuiſione nunc ſatis: cuius ſingula membra ſuis locis
plenius explicabuntur.

Afferuntur & explicantur variæ legum definitiones. Diſput. V.

VT variæ ſunt legum ſpecies, ita variæ earum afferuntur defini-
tiones: immo vna, & eadem ſpecies diuerſo modo a diuerſis
B ſcriptoribus definita fuit. Nos eas in hunc locum congeſſi-
mus, quas cognitu digniores iudicauimus. Vt autem quæ al-
laturi ſumus definitiones melius intelligant, prius legis cauſ-
ſas, actus, & effectus ob oculos proponam, de quorum ſingulis poſtea late
diſputabitur. Legum itaque materia debet eſſe res aliqua honeſta, vtilis,
non mala: Forma, eſt ordinatio ſeu decretum quod vim obligandi habeat:
Efficiens, is qui in alios habet imperium: Finis commune bonum: effectus,
efficere ſubditos bonos, vel ſimpliciter, vel ex parte: Actus denique, præci-
pere, prohibere, permittere, punire. His ita notatis primum eas ſubijciam
definitiones, quæ in Pandectis habentur.

Lex, inquit Papinianus, eſt commune præceptum: virorum prudentium *L lex. ff. de*
C conſultum: delictorum quæ ſponte vel ignorantia cõtrahuntur coercitio: *Caſt. lib. 1.*
communis reip. ſponſio. Circa hanc deſcriptionem hæc occurrunt obſer- *de lg. pæn.*
uanda. Primum, ſi proprie loqui velimus, hæc non eſt legis definitio, ſed *cap. 3.* *Ant. Aug.*
potius quædam commendatio ad oſtendendum quam diligenter lex in ci- *lib. de leg.*
uitate ſit conſeruanda: id enim voluit Demoſthenes ex quo iſta deſcriptio *cap. 3.*
collecta fuit, cum eam pronunciauit. Quare, nec etiam, proprie loquendo,
poteſt appellari deſcriptio, cum legis naturam non explicet: nam aliud eſt
dicere, quid ſit lex; aliud vero quæ ſit legis natura, & vt Ariſtoteles loqui-
tur to inar legis. Et licet non ſit proprie definitio: tamen ea continet, quæ ali
quo modo legis naturam exponunt. Dicitur lex, præceptum, quia conſi-
ſtit in quadam ordinatione cum imperio: Dicitur commune, vt diſtingua-
D tur a priuatis præceptis & a priuilegijs, quę verba non ſunt in ea deſcriptio-
ne quam attulit Demoſthenes, ab eodem tamen ex eodem loco ſumuntur.
Dicitur, virorum prudentium conſultum, quibus verbis deſignatur cauſſa
efficiens: dabant enim olim liberi populi viris prudentibus facultatẽ con- *Ariſt. li 1.*
dendi leges; qui multum diuque cogitando, ſine vlla animi perturbatione *rhe. c. 1.*
& affectione, leges ſancirent. Ideo Ariſtoteles legem, nun aneu orexeos, i. *Lib. 3. Po-*
mentem ſine appetitione vocat. Dicitur, coercitio, græce epanorthoma, i. *lit.*
compreſſio & ad ęqualitatem reuocatio, qua voce explicatur, quidam legis
actus, quo delicta coercentur. Cum ait, vel ignorantia, intellige de ea igno- *Ariſt 3.*
rantia, quæ non excuſat culpam. Verum paullo aliter loquutus eſt Demo- *Eth.*
ſthenes; dixit enim ecuſion & acuſion, ideſt, quæ a volentibus, & inuitis.

Dicitur communis reip. ſpõſio, quia leges communibus populi ſuffragijs, A
addita ſponſione cõfirmabantur, & in eas populus iurabat: græce ſyntheke,
ideſt, conuentio. Neque ex hac definitione colligeres, quod Bartolus con-
L. ſecunda finis meus collegit, Non eſſe mulierum leges condere, nec remp. admini-
de reg. iur. ſtrare, ex eo quod in hac definitione ſolum viri nominantur: quia licet fœ-
minæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis ſint remotæ, tamen id ex
hac lege non colligitur. Quia, ſi vim verbi græci anthropon, quo vſus eſt
Demoſthenes ſpectemus, etiam fœminæ continentur, cum ſit uox cõmunis.
Adde etiam, quod pari ratione inferre liceret, ſolos uiros prudentes ad ſuf-
fragia ferenda admittendos eſſe, cum in eadem definitione ſolum uirorum
prudentium fiat mentio.

L. Nam. ff. Martianus vero vniuerſum Demoſthenis locum afferendo, hunc in mo- B
de leg dum Demoſthenem legem definiuiſſe ait, Hoc eſt lex, cui omnes homines
Vent. Cac. *de orig. iu.* conuenit obtemperare, multis de cauſſis: maxime, quoniam omnis lex eſt
inuentum quidem & donum Dei: decretum autem hominum prudentium:
correctio autem eorum, tum quæ ſponte peccãtur, tum quæ ab inuitis: ciui
tatis autem conuentio communis: ex cuius præſcripto viuere par eſt omnes
qui ſunt in ciuitate. Quæ deſcriptio continet cauſſam efficientem primam
& adminiſtram, formam, & finem legis. Sumitur hic locus ex priore ora-
tione aduerſus Ariſtogitonem. Ait, definire, ſed impropriè, vt ſupra dixi-
mus. Neque, vox, Homines apud Demoſthenem legitur: vocat, theon, ideſt
deorum inuentum, ob innatam perſuaſionem, & perpetuam opinionẽ, Om
nia bona diuinitus nobis dari: & quia populi omnes ſuas leges in Deo refe C
rebant. Addit præterea aliam ex Chryſippo philoſopho deſcriptionem, quę
talis eſt: Lex omnium regina eſt diuinarum, humanarumque rerum: quo ẽt
Eurip. modo eam deſcripſit Pindarus. Sed hic, ſicuti & alij poetæ, errore adducti,
Homer. legem uocabant neceſſitatem quandam fatalem, cui nec Deos quidem ob-
ſiſtere poſſe putabant: & ideo omnium rerũ domina ab ipſis uocabatur. Ean
dem & fatum, & iuſtitiam, & prouidentiam, & mundi opificem faciebant;
Can. Lup. vt & Parmenides & Democritus. In iure canonico apud Gratianum hæc ha-
d. 2. betur legis definitio, Lex eſt conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cũ
plebibus, aliquid ſanxerunt. Quæ deſcriptio continet genus & cauſſam ef-
Xenoph. li. ficientem. Ciues enim olim eligebant præſertim in liberis ciuitatibus, ali-
2. rerum *Græc.* quot prudentes uiros, qui leges patrias conſcriberent, quas poſtea populus D
Lib. 2 de approbabat. Nunc quaſdam ſubijciã definitiones ex Cicerone collectas.
nat. Deor. Lex, eſt recti præceptio prauique depulſio: quæ definitio datur per actus,
& conuenit legi communiter ſumptæ. Item, lex eſt ratio menſque ſapien-
Libr 2. de *leg.* tis, ad iubendum, & ad terrendum idonea: quæ ad ſuperiorem addit ge-
Libr. 1. de nus, ſiue formam, cum ait, eſſe rationem: Item, lex eſt ratio ſumma inſi-
leg. ta a natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria: hæc
Phil. 2. conuenit legi naturali, vt etiam conſequens, Lex nihil aliud eſt, niſi re-
Clem. Ale. *1. Stom.* cta & a numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibens con-
Lib. 1. de traria. Quibus enim ratio natura data eſt, ijſdem etiam recta data eſt: ergo
leg. & lex, quæ eſt recta ratio in iubendo & vetando, vel imperandi atque pro-
hibendi.

A hibendi. Item lex eſt iuſtorum iniuſtorumque diſtinctio, ad illã antiquiſſimam, & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuētur bonos; a qua hæc alia non diſcrepat, lex eſt naturæ uis, mens ratioque prudentis, iuris atque iniuriæ regula. At vero Ariſtoteles hunc in modum legem finiuit, lex eſt ratio (non oratio, vt aliqui uertunt) quæ communi ciuitatis conſenſu definita iubet, quo pacto vnumquodque agendum ſit. Quæ definitio conuenit legi humanæ, & aſſignatur per genus & cauſſam efficientem, effectumque proprium, qui eſt, docere quid ſit faciendum. Alibi uero hoc pacto, Eſt ſermo ſiue operátio ab aliqua prudentia atque mente profectus, quæ vim habet cogentem. Ex Platone vero hanc aliqui collegerunt de- *Rhet. ad Alex. Franc. Phil. Lib. 10. Eth c. 9. Athen lib. 11. c. 22.*

B finitionem, lex eſt vera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per optima media gubernata dirigit, tranſgredienti pęnam, obedienti prēmium ſtatuens. Quæ definitio humanæ legi quadrat, daturque per genus, quod eſt, Ratio vera ideſt recta regula ac norma, non quæcunque, ſed regendi, quæ particula ponitur loco differentię: additur cauſſa finalis, cum duobus legis actibus. Ex Stoicorum ſententia, hæc alia aſſignatur legis deſcriptio, eſt ratio ſiue oratio grauis ac recta, quę facienda imperat, non facienda prohibet. Quidam iuriſperitus hanc a ſe factam aſſignat legis definitionem, Lex eſt ſumma diuinæ mentis ratio, & uox, cum bonitate ac potentia coniuncta; quæ poſita in rep. iubet ea quæ facienda ſunt, & prohibet cõtraria: ut exhauſta iniuſtitia, iuſtitiæ particeps efficiatur. Quam deſcriptionem ex eodem *Marſ. Fici in Min. Ca. Rod. li. 10. c. 19. Stob. ſer. de leg.*

C ſic breuiter declarares. Dicitur, ratio, ut eius ſubſtantia oſtendatur; quia in ratione exiſtit; & uulgo lex & ratio conuertuntur: unde & mens, & ueritas, & prudentia ac ſapientia appellatur. Dicitur diuinæ mentis, ut prima oſtenditur lex, quæ vt in mundum profluit, dicitur lex naturalis; vt deriuatur in hominem, dicitur humana, quæ a diuina ex naturali eſt deducta. Vnde leges humanæ, vt Socrates ait, ſunt veluti ſorores minores, legis diuinæ & naturalis. Dicitur, vox, quia omnis lex eſt tanquam quædam viua vox in rep. ideo in ſacra pagina vocatur, Sermo, eloquium, & verbum. De quo verbo, quantum ad Deum, dicitur, In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum: quantum ad mundum, Omnia per ipſum facta ſunt: Quantum ad hominem, In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris *In Crit. Ariſt. Ioan. 1.*

D lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Dicitur, cum bonitate & potentia coniuncta, quia ad eius intelligentiam, in qua conſiſtit legis ſubſtantia, neceſſe eſt vt accedant hæc duo adminicula, potentia, & voluntas, ſiue iuſtitia. Dicitur, in repub. vt demonſtretur legis ſubiectum, ob quam cauſſam dicta eſt, Communis ſponſio reip. cuius leges, ſunt tanquam nerui, quibus mouetur. Eſt autem quaſi triplex reſp. vna in diuinis, altera in mundo, tertia in hoīe, Ideo lex dr̄ rerum diuinarũ & humanarũ regina. Reliquæ particulæ ſunt manifeſtæ, ideo eas omitto. Hãc deſcriptionem, ſi quis nõnullis de cauſis reprehẽdere, vellet, liceret; quia habet nõnullas particulas minus proprias, lõgior eſt, quã bona eſſe dẽt definitio. Vt omittã, q̃dam alia q̃ in eius declaratione, non ſatis conuenienter proprieque dicuntur. *Papin.*

Guliel-

Tract. de leg. Gulielmus Pariſienſis, vir valde pius atque eruditus, ita legē finiuit, Lex eſt honeſtas integra, ſeu completa legibilis, & deſcripta literis, & ad obſeruantiam imperata. Quam definitionem late & erudite ipſe exponit, nos breuiter. Appellat legem honeſtatem, quia continet regulas honeſti, eius nimirum, quod ſecundum rectam rationem agendum, fugiendum ve eſt. Ait, eſſe honeſtatem integram ſeu completam, quia vna tantum poteſt eſſe lex perfecta, cuiuſmodi eſt lex Euangelica, quæ eſt aggregatio uirtutū omnium, naturalium & ſupernaturalium: quæ damnat omnia uitia, præcipit uirtutes omnes, cunctaſq; perfectiones ſuadet. Ait, eſſe legibilem & deſcriptam literis, quia definit legem, ut eſt iam uoce aut literis manifeſtata. Sed, tamen, ut ipſe erudite demonſtrat, Lex ſcripta, aut uoce prolata non eſt proprie lex; ſicuti, nec ſignum, res ſignata. Pluribus itaque argumentis docet, B legem non eſſe eam quæ eſt in ſcriptura, uel uoce, ſed quæ in animo exiſtit. Eſt ergo lex honeſtas humanæ uitæ, quæ eſt in anima regulata & ordinata, Addit, ad obſeruantiam imperata: quoniam, non omnis honeſtas, literis a quouis commendata, lex eſt, ut quæ a M. Tullio ſcripta de honeſtate fuere: ſed eius qui imperauit, uel eius qui ad populū detulit. Vnde lex Hebræorum, & Dei, & Moſis dicitur, cum a Deo per Moſen illi populo data fuerit. Quaſdam alias definitiones adducam, cum infra de legum cauſſis diſputa- *Cæl. lib. 4.* bitur. In ſumma, hæc eſt optima & uniuerſaliſſima legis definitio, lex eſt *Orig.* regula dirigens actiones, uel ut Pindarus dixit, Cunctorum dux: quod munus præſtat, dum quid fieri, & quid caueri debeat, decernit.

Lib. 6. in Epiſt. ad Rom. Ideo autem multas & varias legis definitiones in hunc vnum locum con- C geſſi, vt earum colligendarum laborem alijs minuerem, & vt per varias definitiones eius natura ſatis obſcura planius pateficeret.

De iuſtitiæ æquitatiſque natura & partibus. *Diſput. VI.*

QVONIAM lex, vel eſt filia, vel mater iuſtitię, vel diuerſa ratione vtraque; idcirco, vt quę de lege deinceps dicturi ſumus, melius intelligantur, cum de iuſtitia ſæpe mentio facienda ſit, ſicuti de iure iuſto, & æquitate, de his omnibus quaſi de huiuſce noſtræ tractationis prænotionibus aliquid prælibandum eſſe cenſuimus; & primum de iuſtitia ita ſtatuo. D

Prima poſitio, iuſtitia, quæ ſic dicta eſt, quod ius, ſiue iuſtum ſtatuat, qua ſi a iure & ſtatione dicatur, quod ibi ius conſiſtat, duplex eſt; altera æterna, *Claud. Prat. lib. 1. tit. 1. & 2.* quæ eſt ipſa infinite bona & potens Dei uoluntas, qua omnia æquabiliter fiunt, & diſtribuuntur; Vnde omnes uiæ, ideſt omnia opera Domini, miſericordia, & ueritas, hoc eſt iuſta dicuntur: qua omnia fiunt in menſura, pondere, & numero; & ut ait Philoſophus, his rebus clarius, illis uero *Lib. 1. de cæl. t. 100.* obſcurius eſſe datur. Atque de hac iuſtitia præcipue dici poteſt, quod ſit conſtans & perpetua uoluntas, a qua omnis iuſtitia in omnes creaturas dimanat. Altera eſt creata, & hæc eſt recta & in omnem partem bene propēſa, rationalis uoluntas, cuiuſmodi producta fuit a Deo, qui hominem creauit re-

A uit rectum, ſed poſtea ſeipſum per peccatum ab hac rectitudine inflexit.ac proinde in humana uoluntate nunc eſt imperfecta quædam iuſtitia;cum ui ribus naturæ,quod agnoſcit bonum & rectum,non uelit,non efficiat. Quare, varijs virtutibus,tum diuinis,tum humanis perficienda fuit; ut de ea dici poſſit,Eſſe conſtantem & perpetuam uoluntatem dandi cuique ſuum.In hac itaque uoluntate,perfecta conſiſtit iuſtitia,& ipſa boni ſubſtātia; quam deſcribens Epictetus,dicebat,eſſe,Proęreſin pian,i.bene affectam uoluntatem:a qua omnis humana proficiſcitur iuſtitia, & omne iuſtum. Secunda poſitio,humana iuſtitia duplex eſt,altera uniuerſalis,altera particularis.No mine uniuerſalis iuſtitiæ continentur omnes habitus & perfectiones, tum diuinitus datę,tum humanis uiribus acquiſitæ,quibus homo omnē in par- *Apud Adria.*

B tem rectus iuſtuſque redditur; ita ut & Deo, & ſibi, & alijs, quidquid aliquo modo debet,omniū uirtutū beneficio tribuat,& nihil detrahat. Vel no mine iuſtitiæ communis,ſiue uniuerſalis intellige habitum quendam,quo omnes uirtutes ordinantur in commune bonum, ſicuti a caritate in honorem Dei:quam iuſtitiam Ariſtoteles uocat legalem;quia per eam homo cō ſentit cum lege,cuius eſt omnes uirtutum actus in publicam utilitatem ordinare.Et hæc dici ſolet mater & finis iuris:cum ab ea omne dimanet ius,& ad eam tandem redeat. Particularis,ſiue ſpecialis iuſtitia eſt perfectio ſiue virtus quædam,qua quis recte afficitur,ut æqualitatem inter ſe & aliū, uel inter alios,uelit.Quare,hæc iuſtitia,proprie loquendo,eſt ad alterum; cum per eam homo recte erga alios afficiatur;ut per alias uirtutes præcipue erga

C ſeipſum bene afficitur.Atque de iuſtitia hoc modo ſumpta diſputari ſolet ab ijs qui de iuſtitia agunt, præſertim a Iuriſperitis. Quidam inter has duas partes,generalem iuſtitiam collocant,qua volunt cōtineri, omnes bonos uoluntatis habitus, ſecluſa prudentia, & illis uirtutibus quæ intelligentiam perficiunt: quod tamen non placet, cum omnis iuſtitia prudentiam, ſiue rectam rationem, tanquam moderatricem & normam neceſſario includat. *Hopper.*

Tertia poſitio, iuſtitia, quod ad eius finitionem attinet,eſt conſtās & perpetua uoluntas ius ſuum,cuique tribuendi.Quę deſcriptio,etſi aliquo modo accommodari poteſt iuſtitiæ diuinæ,& humanæ uniuerſali:tamen exiſtimandum eſt Iuriſconſultum his uerbis ſolam iuſtitiam ſpecialem finire

D uoluiſſe;ut eſt uirtus qua recte ad alterum afficimur. Quæ autem ſit huius finitionis ſententia,libro de Reſtitutione late docuimus, is uideatur locus. Quam rurſus breuiter ad hunc modum deſcriberes, Iuſtitia eſt virtus, ſiue habitus bonus,ſuum cuique tribuens: quæ finitio datur per genus & effectum proprium. Quare,cum iuſtitia proprie habitum, uel actum deſignet, improprie dicitur uoluntas,pro habitu,vel pro voluntatis actu, vt loco citato planius expoſuimus. *Quaſt. I.*

Quarta poſitio,vniuerſalis iuſtitię partes perfectæ ſunt omnes uirtutes, quibus proxime ad bene beateq; viuendum homo perficitur, ſiue ſint diuinitus infuſę,vt tres virtutes theologicæ & gratia,una cum ſeptem donis Spiritus ſancti,ſiue acquiſitæ,ut quattuor uirtutes,q̄ morales uocātur: Omnes

D inquam

inquam virtutes, quibus, vel erga Deum & res diuinas, vel erga nos ipſos, A
vel erga alios recte conſtituimur, & aliæ quæ ad has tanquam ad perfectas
iuſtitiæ abſolutę partes reuocantur. Quibus omnibus tandem homo rectus,
totus teres atq; rotundus, & vt Hebræi loquuntur, tam, redditur, veluti quadratum, aneu pſogu. i. ſine errore & vitio. Et hæc eſt iuſtitia illa quæ paſſim in diuinis literis celebratur: a qua efficitur vir ille iuſtus, quem in centuria de viro iuſto centum capitibus laudauimus, ſed non pro dignitate. De
Pſal. 91. quo dictum eſt, Iuſtus vt palma florebit, & ſicut cedrus Libani multiplica-
Prou. 10. bitur in domo Domini. Item, Non affliget dominus animam iuſti, & bene-
Can. non dictio Domini ſuper caput iuſti: in bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas, & in
omnis. 5. q. perditione impiorum erit laudatio. Radix iuſtorum proficiet, & effugiet iu-
5. *Prouer. 11.* ſtũs de anguſtia. Domus impiorum delebitur: tabernacula iuſtorum germi- B
12. 14. nabunt. Fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidẽs,
abſque terrore erit. In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: cum im-
Capit. 25. pij ſumpſerint principatum, gemet populus. Quia viri ſanguinum oderunt
& 29. ſimplicem: iuſti autem quærunt animam eius. Et iuſtorum animæ in manu
Sap. 3. & Dei ſunt, & non tanget eos tormentum mortis. In perpetuum viuẽt, & apud
5. Dominum merces eorum. Atque aliæ huius generis ſexcentæ ex diuinis literis poſſent citari ſententiæ, quibus viri iuſti commendantur, & eorum feliciſſimæ viuendi rationes explicantur: quarum integrum catalagũ alio opere, Deo fauente faciam. Has vero paucas ideo hunc in locum attuli, vt breuiter indicarem quantus ſit, & quanti fieri debeat vir ille, ad quem inſtituendum, & formandum omnes ſunt inſtitutæ leges. Quincta poſitio, ſpecialis C
iuſtitiæ, quæ eſt ad alterum, duæ ſunt præcipuæ partes, ſiue ſpecies, diſtribu-
Ariſt. libr. tiua, & commutatiua. Diſtributiua eſt, qua pro meritorum ratione, habita
5. Eth. perſonę, loci, temporis, cauſſæque ratione, præmia ſecũdum proportionem geometricam, qua ſolum figuræ ſine quantitate ſpectantur, diſtribuuntur: quæ ſecundum dignitatem, æqualitatem perficit, non ſecundum numerum, vnde plus ei tribuit, q̃ui plus meritus eſt, & cęteris paribus, plus duci, quam militi. Commutatiua, eſt, quæ conſtituit æqualitatem in re ſecundum proportionem arithmeticam, hoc eſt ſecundum numerum, & in æquali commutatione rerum verſatur, mediantibus contractibus; q̃ibus hominũ commercia certis regulis definita, ab æqualitate, quæ eſt in rudi rerum permu-
tatione, aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, ad æqualitatem reuocan- D
tur. Addunt aliqui hic aliam ſpeciem, quam vocant miſtam; quæ æqualibus æqualia, & inæqualibus inæqualia ſm proportionẽ harmonicã diſtribuit, ſed non fuit neceſſe, cum non ſit a duabus iam explicatis ſpeciebus diſtincta. Ad iuſtitiam ſpecialem reuocantur quædam virtutes, quæ imperfectam iuſtitiæ rationem habent, quas potentiales vocant, In commune itaque quæ poſita pars eſt, ait Cicero de virtutibus agendo, iuſtitia dicitur ea, quæ erga Deum religio, erga parentes pietas, vulgo autem comitas: creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas; amicitia in beneuolentia nominatur. Nec minus dicendum eſt de obſeruantia, obedientia erga maiores, comitate, affabilitate, blanditie erga minores; de fide, veritate, conſtantia

in dictis,quibus vel dando,vel referendo,vel miſto quodã modo ius ſuum
cuique tribuitur. Nam quemadmodum cum prudentia, ſapientia, ſcien- *Hopper.*
A tia,ſolertiæ ars,& intelligentia;cum fortitudine animi, magnitudo,genero-
ſitas,& potentia;cum temperantia humilitas,manſuetudo,modeſtia, conti-
nentia,pudor,verecundia,lenitas,& moderatio;ita hæ cum iuſtitia ſunt con
iunctæ. Sexta poſitio,iuſtitia rurſus diuidi ſolet, in rectam, ſtrictam, laxam.
Quæ diſtinctio ſumitur ab iuſtitiæ vſu. Recta eſt,cum totum id fit,quod re-
cta ratio poſtulat,& nihil prorſus a lege,vel a iure receditur. Stricta, ſiue ri-
gida & dura,cum quaſi ad extremum acceditur,& ad viuum aliquid reſeca-
tur, ſalua tamen ratione. Laxa & moderata, quæ ex quadam lenitate & eu-
docia ius tribuit, & adminiſtrat, vnde naſcitur illuſtris illa forma, quæ Ae-
quitas nominatur. Primam angulo recto, ſecundam acuto,tertiam obtuſo
B comparares. Hos tres iuſtitiæ modos indicauit Imperator, cum dixit, Pla- *Conſt.*
cuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ (rectæ nempe) æquitatiſque,
quam ſtricti iuris rationem. Huc pertinet quod in ſacra pagina de Deo di- *Pſal. 10.*
citur,eſſe iuſtum rectum,& eius oculos æquitatem videre. Septima poſitio, *24.*
iuſtitiæ mater, eſt ipſa veritas, qua inuenta, figendum eſt iudicium cum æ-
quitate. Siquidem,vt ſcriptura loquitur,In iudicio veritatis non eſt iniquũ; *1.Eſo.4.*
ſed fortitudo,regnum,& maieſtas,& poteſtas omnium æuorum. Ideo Deus
iuſſit,vt eligerentur iudices ex omni plebe,in quibus eſſet veritas. Eiuſdem *Exod 17.*
filiæ,vt quidam voluit poeta, ſunt tres, Euenomie, Dice, Irine,id eſt,ſcripta *Heſiod.*
lex,iudicium,& pax. Eidem alij duos tribuerunt adminiſtros; legem,& Iu-
dicem:quorum vterque debet eſſe incorruptus; vt & ipſa quoque, quæ in-
C corrupta virgo a Cryſippo nominatur. Octaua poſitio, iuſtitia eſt vna ex
pręcipuis virtutibus & maxima laude digna,vt domina & regina virtutum,
quæ inter alias ita micat, vt heſperus, & lucifer,hoc eſt venus inter cæteras *Lib.5.Eth. c.1.*
ſtellas reſplendet: quod ſpeciatim intelligendum eſt de legali iuſtitia: quæ
ideo alijs præfertur virtutibus, quia communem reſpicit vtilitatem, quæ *Diu.Th.1.*
longiſſime priuatum commodum antecedit. Iuſtitia quoque particularis *2.q.58.art.*
alijs morum virtutibus præit;tum quia eſt in nobiliſſima potentia,nimirum *12.*
in voluntate: tum quia aliæ virtutes laudantur ſolum ob priuatum bonum,
hæc vero etiam ob alterius commodum, quod per ſe ſpectat commendan- *Ariſtot. 1.*
da eſt;cum ſit quædam benefica virtus. Nona poſitio, æquitatis nomen va- *rhe.c.9.*
rias habet ſignificationes, Interdum idem valet quod æqualitas, æquabili-
tas,& paritas:interdum idem quod iuſtitia:alias moderationem, & conſtan
D tiam ſignificat; vt cum dicimus,animi æquitatem,hoc eſt æquabilitatem, &
moderationem, cum animus nulla re perturbatur,aut effertur,deprimitur
ve: Denique interdum ſumitur pro quadam iuſtitiæ ſpecie, ſecũdum quam,
non vt ius requirit,ſed vt moderata ratio poſtulat,aliquid iudicatur, & hoc
modo in præſentia accipitur, & a nobis explicanda eſt. Quæ his nomini-
bus appellari ſolet. Aequitas, græce epijcia, bonitas, benignitas, humani-
tas, ſimplicitas, gratia, miſericordia, moderatio, lenitas, & alijs ſimilibus. *Ar. 5. Eth. c.10.*
Decima poſitio, æquitas hoc modo deſcribi ſolet, Aequitas eſt perfecta ra- *D.Th.2.2.*
tio, quæ omne ſcriptum, dictum, geſtumve benigne interpretatur, & qua- *q.120 art.*

dam populari trutina non aurificis ſtatera ponderat, vel, eſt iuſti iuriſque A moderatio, quæ recti iuris rationem intendit, vel remittit; Vel, legitimi iuris epanorthoma, id eſt, emendatio; qua, non tā quod legis verba ſonant, quā Ariſtot. 5. Eth. legiſlatoris ſpectatur intentio, eſt enim iuſtum duplex, alterum ſecundum leges, alterum ſecundum æquitatem: Illud eſt terminatum, ac proinde facile flecti non poteſt; vnde ſummum & rigidum dicitur: hoc interminatum, quod ob varias circunſtantias admittit delectum, & ab æquitate, & libera determinatione pendet; quæ quod decet, & bene conuenit, decernit. Hæc iuſtitiæ, modificatio, in peccatis condonandis, gratia & miſericordia, in rebus vero moderandis æquitas nominatur. Vndecima poſitio, æquitas eſt maxime neceſſaria in iudice.

Quoniam cum non adeſt auctoritas ſoluendi legem ex cauſſa, aut diſpen B ſandi ex gratia, ſi ius ſtatutum ad vnguem ſeruaretur, ſumma fieret iniuria, niſi admittatur æquitas, quæ ius illud temperet, & ex bono & æquo iudi- Cod. de leg. & cōſt. cet, Nam, vt Iuriſperitus ait, Non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legiſlatoris nititur voluntatem. Duodecima poſitio, æquitas eſt præcipua iuſtitiæ pars, & ita iuſtitia prius dicitur de æquitate, quam de iuſtitia legali, ſiue vniuerſali, quæ ſecundum æquitatem dirigitur: & ideo eſt veluti regula communis humanorum actuum. Decimatertia poſitio, ſi iuſtitia legalis dicatur ea, quæ obtemperat legi, ſiue ſecundum eius verba, ſiue ſecundum legiſlatoris voluntatē epijcia eſt potior pars iuſtitiæ legalis: ſi vero legalis dicatur ea, quæ ſolum ex lege iudicat, non eſt pars iuſtitiæ legalis, ſed communis; eſtque diuiſa a legali, vt excedens ip- C ſam. Bonitas itaque, ſiue æquitas latior eſt, quam iuſtitia iuris: & extra iu- Marti. ris regulas circunſcriptioneſque legum imperium exercet. Ius enim finitum eſt, propter circunſcripta mandata: at bonitas, ſiue æquitas finita non eſt in ſe; ſed veluti fons perpetuo ſcatens, & perennis ſuas pro modo negociorum occurrentium promit leges, nec enim articuli omnes legibus com- L. Non poſ. ff. de leg. prehendi poſſunt, vt præclare docuit Iulianus; ac proinde multa ex æquitate. Iudicum arbitrio finienda relicta ſunt. Atque hæc de iuſtitiæ & æquitate nunc dicta ſufficiant.

Quo autem modo ex vtraq; iudicium ſit ferendum, aut ius interpretandum, alio dicetur loco.

D

Quid, & quotuplex ſit ius, iuſtum, & æquum.
Diſput. VII.

Cvm iuri operā daturo, vt recte Vlpianus docuit, vnde ius deſcendat, cognoſcendum ſit; ideo de iure, tanquam de iuſtitiæ obiecto acturus, ab huius vocis origine initium capiam.

Prima poſitio, ius dictum eſt a iuſtitia, a qua tanquam a principio ſtatuitur, & in quam, vt in finem tendit: vel a iuſſo, per Plat. in Crat. Apocopen; cum nihil aliud ſit ius, quā quod recta ratio iubet, vel, vt Iſidoro placet

A placet a iuſto:Græce dikæon,quaſi diæon diſcurrens,& permeãs,quod per omnia diſcurrere poſſit,& ei nihil obſiſtat.Secunda poſitio,huius vocis variæ ſunt ſignificationes,ſed hæ quas recenſebo præcipuæ. Prima,aliquando ſumitur pro libertate, licentia, auctoritateque; vt cum dicitur,homo ſui iuris; pro ſuo iure fecit,dixitve quidpiam. Secunda,pro cognatione,& neceſſitudine conſanguinitatis &amicitiæ. Tertia pro iuſto, & pro eo quod ſibi debetur, atque iuſtitia; vt,cum dicitur,ius obtinere non potui. Quarta, per Metonymiam pro loco ipſo, in quo ius dicitur, hoc eſt bonum & æquum redditur. Quincta,pro arte ipſa; vt cũ quis dicitur doctus iuris,hoc eſt iuris arte peritus.Sexta pro bono,æquo,& vtili.Septima,pro iuſto & æquali.Denique,ius ſæpiſſime idem eſt,quod lex,& præceptum, & eo modo diuidi ſo

B let,ſicuti & lex,quamuis,proprie loquendo,non ſint idem:nam lex eſt quędam iuris ratio, & prudentiæ obiectum: ius vero iuſtitiæ,vt ſtatim dicetur. Hæc vox applicari ſolet rebus & actionibus; vnde dicimus, ius paternum, ius obligationis, & ſic de alijs,in quibus aliquid boni & æqualitatis, iuſtiq; continetur. Secunda poſitio, ius analogice dicitur, de ijs, quibus hæc vox attribuitur. Vnde primo videtur ſignificare rẽ ipſam iuſtam: deinde artem, qua cognoſcitur iuſtum:poſtea id, quod redditur ab eo, qui iuſtitiam exercet,& denique locum in quo ius dicitur.Tertia poſitio,ius eſt virtutis iuſtitiæ obiectum. Quoniam ius proprie eſt quoddam iuſtum: at hoc eſt iuſtitiæ obiectum,eſt enim rectum in quod iuſtitiæ rectitudo,ſiue actio terminatur; igitur.Vnde inferres,legem diuinam nõ poſſe proprie dici ius,ſed fas, quia

C Deo non poſſumus reddere æquale, ſed ſatis eſt Deo, vt id faciamus, quod poſſumus.Quarta poſitio,ius pro reipſa ſumptum ſic definiri ſolet,ius eſt honeſta vtilitas generaliter omnibus conſulens, non priuato commodo, vel hoc pacto, eſt opus adæquatum alteri,ſecundum aliquem æqualitatis modum.Quo fit,vt omne ius reſpiciat,vel Dei cultum,vel noſtrum, vel proximorum commodũ. Quincta poſitio,ius pro iuris doctrina,hunc in modum deſcribitur, ius eſt ars boni & æqui,vel (vt aliqui loquuntur, & ſatis recte) boni æqui,eius nimirum boni,vnde reip. ſalus & conſeruatio pendet,quod eſt commune,& naturale:cum vnaquęque res naturæ vi ſalua & incolumis in ſuo genere eſſe velit.Quare iuris ars eſt quæ cõtinet pręcepta boni æqui, & eſt veluti via,quę tendit in bonum & æquũ,quę ſunt artis finis,ſiue obie-

Diſtin. 4. can. lex.

Cic. libr. 4. de fin.

D ctum.Semper enim vt Cicero ait,illud extra eſt,quod arte comprehenditur: cum ars non in ſe, ſed circa aliquid verſetur. Sexta poſitio,ius conuenienter diuiditur in ius naturale, & legitimum, quod poſitiuum vocant. Quoniam omne iuſtum, quod idem eſt cũ iure, aut ex natura rei cernitur,& hoc proprie dicitur naturale; quamuis in lege ſcripta repeti ſoleat: aut ex voluntate, & placito. Hoc ſubdiuiditur in diuinum & humanum: diuinum eſt illud quod eſt iuſtum voluntate & ratione diuina : humanum vero quod voluntate humana;cum vnus aut plures aliquid pro iuſto eſſe volunt.Poteſt enim humana voluntas, ex ſe facere aliquid iuſtum, quod cum naturali iuſtitia repugnantiam non habet. Septima poſitio,ius gentium non differt ſubſtãtia a iure naturali,ſed ſolum ſecundum prius & poſterius. Explico,de iure na-

Libr. 5. de fin.

Ariſt. libr. 5. Eth. c. 7.

turali, quod vocant primæuum & abſolutum,ſunt omnia quæ primo natu- A
ræ lumen dictat,nulla facta hypotheſi;vt quod homo ſit liber,rerum dominium ſit commune,& vniuerſe omnia,quę ſine vlla neceſſaria ratiocinatione,tanquam bona & æqua ab omnibus hominibus eſſe cognoſcuntur;vt bonum eſſe amandum,& id genus alia. At vero ad ius gẽtium id pertinere cenſetur,quod ex aliqua hypotheſi ex naturali iure colligitur; vt ad cõmunem vtilitatem, bonorum proprietas: ad pacis conſeruationem,ſeruitutes;ad libertatẽ retinendã bellum;ad vitæ cõmodũ,contractus & cõmercia,& huius generis alia,quæ apud oẽs gẽtes pro iure naturali,habẽtur;ac ꝓinde de iure gentiũ eſſe dñr:quod ius,ex ſe,nulla priuata eget inſtitutione,ſicuti nec ius naturę:de quibus ſuo loco plura. Octaua poſitio, ius diuinum,quod partim conſtat ex his quæ ſunt naturaliter iuſta,quamuis eorum iuſtitia nos lateat, B
partim voluntate & inſtitutione diuina, diuidi poteſt ſicuti & humanum : quod in vtroque alia ſint præcepta,qnia bona,alia prohibita,quia mala: &
Ariſtot 5. Eth. c 6. quædam bona quia præcepta,alia mala,quia prohibita. Nona poſitio, ius conuenienter diuiditur in politicum & deſpoticum. Quoniam ius ſiue iu-
D.Thom. 2.2. q. 57. ar. 4. ſtum dicit ordinem ęquitatis ad alterum:alterum autem dicitur aliquid,vel ſimpliciter,cum vnum non eſt ſub alio, ſed ambo ſub tertio; vt duo homines ſub vno Principe:& circa hos eſt ius ſimpliciter,ſiue politicum:vel non ſimpliciter,ſed eſt potius quid alterius,ſicuti filius eſt quid patris,ĩter quos
Ariſt. li. 1. pol. c. 7. eſt ius paternum: & ſeruus eſt aliquid domini, inter quos eſt ius herile: at vero inter maritum & uxorem, cum vterque habeat proximam relationem ad communitatem domeſticam, non eſt ſimpliciter iuſtum politicum, ſed C
œconomicum. Denique,ius eo modo diuidi poteſt,ſicuti & lex creata ſupra diuiſa fuit. Sed iam de iuſto dicamus. Decima poſitio, iuſti uox, has fere ſignificationes habet. Primo ſumitur pro æquabili & complanato; ut iuſtum pauimentum,iter iuſtum,hoc eſt planum minime inæquale & ſale-
Pſal. 22. broſum. Quo modo accipitur illud, Deduxit me per ſemitas iuſtitiæ, ſiue iuſtas,hoc eſt æquas,& planas. Secundo, pro moderata mediocre,cũ & ipſum ius mediocritas quædam ſit:& contra, pro magno, vt apud hiſtoricos, cum dicunt,iuſtum bellum,& exercitũ,& iuſtam partem, pro bona & ma-
Galen. Hip. gna.Tertio,pro conuenienti & accommodo; in qua ſignificatione interdũ medici vſurpant. Quarto,iuſtum a iuriſperitis dicitur, quod a iure probatur; vt cum dicitur iuſtus cõtractus,nuptiæ iuſtæ,iuſta cautio. Quincto,iu- D
ſtum dicitur medium inter exceſſum & defectum, & idem eſt quod ius; vt
Plaut. iuſtum dicatur id,in quo ius ſiue iuſtitia conſiſtit. Denique,iuſta,in numero multitudinis dicuntur ſacrificia,quæ mortuis impenduntur; ex eo quod iuſte fiant:vnde iuſta facere. Ex his omnibus ſignificationibus duæ in tractatione de legibus & iure ſunt frequentiores, cum paſſim ſumatur pro legitimo,& pro æquali,medioque inter exceſſum & defectum:quod iuſtum qui ſeruat, ſuum cuiq; tribuit. Vndecima poſitio, iuſtum a quibuſdam hoc modo deſcribitur, Iuſtum eſt bonum conueniens cuiq; rei, perſonæ, & negocio,ſecundum propriam naturam,dignitatem, vſumque cuiuſque ex circunſtantiarum legumque examinatione natum. Ex quo iuſto,tanquam ex obiecto

A obiecto ars,quæ iuſti regulas nouit,ſic deſcribi ſolet, Iuſti atq; iniuſti ſcien-
tia. Duodecima poſitio, non quoduis iuſtum eſt idem quod cõtra paſſum, *Ariſtot. 5.*
ſiue talio. Quoniam,talio importat æqualitatem compenſationis perpeſ- *Eth.c 5.*
ſionis ad actionem præcedentem,ſeu rei ad rem : at in iuſtitia diſtributiua *D. Tho. 2.*
non attenditur proportio rei ad rem , ſed in commutatiua tantum : Quare *2.q.61.*
idem erit cum iuſto commutatiuo,non autem cum diſtributiuo. Decima-
tertia poſitio,etſi iuſti tot ſint modi,quot iuris ſpecies, vt aliqui ſcribunt, ta
men,commode prius in duas partes diuiditur,in naturale & legitimum:na
turale eſt illud quod ipſa ratio docet,& quod ſemper durat, & vbique ean-
dem vim ex ſe habet. Legitimum vero,quod a lege ſancitur, & ex lege iu-
ſtum nuncupatur,quod a principio nihil refert,quod hoc,vel illo modo ſe
B habeat:cum autem ſancitum fuerit,ſeruandum eſt : quod tamen æquitas ad
ſanam rationem accommodat,prorogat,& ſupplet. Rurſus, aliud eſt iuſtũ
per ſe,ſine comparatione vlla ad aliud ; vt eſt bonum & æquum : aliud per
relationem ad aliud,& hoc eſt iuſtũ,ſiue æquale iuſtitiæ : æquale enim non
eſt,niſi comparatione facta ad aliud:& hoc eſt proprie iuſtum ciuile: quod
in commutatiuum & diſtributiuum diuiditur : illud in proportione,hoc in
numero & re ſpectatur. Decimaquarta poſitio,æquum interdum idem ſigni
ficat quod æquale,& iuſtũ ; æquos animos dixit Cicero:ęqua lance, æquis,
hoc eſt,paribus paſſibus:interdum vero,pro moderato & temperato;ſic di-
ctum ab æquitate,de qua ſupra egimus. Decimaquincta poſitio,æquum,ſi
primo ſumatur modo,eodem pacto deſcribitur, vt iuſtũ, ſi vero altero, hac
C ratione,Aequum eſt ius ſiue iuſtum temperatum ac moderatum. Decima-
ſexta poſitio,æquum vniuerſe ſumptum,diuidi poteſt,vt iuſtum, in natura-
le & legitimum:vnde,& æquitas duplex,altera naturalis,altera ciuilis:quæ
& ſecundum diſtributiuam , & ſecundum commutatiuam attenditur iuſti-
tiam:in qua tres conſiderantur gradus,æquum,æquius,æquiſſimum ; quod
magis ſequendum eſt ; quamuis quod æque fit,reprehendendũ non ſit. Sed
tñ cauendum eſt,ne dum minus ęquum ſequimur,in iniquum,non intelli-
gendo quid ſit ſatis,labamur,& iudicium non rectum feramus. Iudicium ,
quod a iure nomen habet , eſt actus intellectus tanq̃ principij proferentis ,
ſententiamq; dicentis,& medium inuenientis. Quia iudicare eſt pronũtiare
& dicere,qui actus ab intellectu producuntur. Eſt aũt magis actus iuſtitiæ ,
D quam prudentiæ , vel alterius virtutis ; quia a virtute iuſtitiæ intellectus ad
recte iudicandum inclinatur:& quia circa ius verſatur, ſicut & ipſa iuſtitia.
Poteſt tñ iudicij actus ad alias quoque virtutes pertinere,imperatiue, vt lo-
quuntur,prout aliqua alia virtus hunc actum imperare poteſt. Quod ſi iudi
cium ſumatur pro proceſſu iudiciali,hunc in modum definiri poteſt. Iudi-
cium eſt actus trium perſonarum iudicis , actoris , & rei in iudicio,vel foro
contendentium,vel contendere parantium. Quæ ſint iudicij primo, vel ſe-
cundo modo ſumpti ſpecies,& quæ ad iudicium utroque modo acceptum
recte exercendum requirantur, non eſt huius loci exponere ; in quo ſolum
vocum rerumque quarundam rudem notitiam tradimus, quæ ad hanc le-
gum materiam melius intelligendam eſt neceſſaria.

Explicatis ergo legalis materiæ ſuppoſitionibus atque principijs,nominiſque & rei præcognitionibus expoſitis: ac etiam eorum terminorum; quibus in hac tractatione ſæpe utendum erit,notitia tradita: ſequeretur modo,ut rem ipſam aggrederemur,id quod faceremus, niſi hæreticorum importunitas ad duas alias diſputationes tractandas nos cogeret. Duas itaque dubitationes diſcutiemus; quarum explicatio,nullo modo fuit prætermittenda,cum ſæpe in toto hoc opere ſit futura uſui: in quarum priore uidebimus,an in Christiana politia vllus admittendus ſit magiſtratus, poteſtaſque iudiciaria,quia,hac ſublata, omnes humanę leges corruunt:in poſteriore uero,an magiſtratus & populorum rectores vllas de nouo leges condere poſſint:quibus poſtremo loco,adijciemus aliquid uniuerſe de origine iuris; ut his expoſitis,ad ea quæ de legibus tractanda propoſuimus,percipienda,lectores paratiores ſint. A B

An in Eccleſia admittendus ſit principatus atque politica poteſtas. *Diſput.* VIII.

Cice.3.de leg.

NIHIL eſt tam ſtulte dictum, quod ab aliquo homine hæretico non fuerit pronuntiatum. Quamuis ergo luce meridiana clarius ſit, nullam poſſe hominum ſocietaté exiſtere,ni aliquis ſit princeps,ſiue magiſtratus a quo gubernetur,& in officio contineatur: tamen,quædam noctuæ, quę in tanta luce nihil uident, hanc veritatem, quibuſdam argumentorum nebulis obſcurare conatæ ſunt. C

Matt. 17. Luc.22. 1.Cor.7. 2.Cor.8.

Primo, auctoritate ſcripturæ dicentis,filios, hoc eſt Chriſtianos, liberos eſſe a tributis: Reges Gentium dominari ſuis,non ſic erit inter uos: nemini nos quicquam debere,niſi caritatem:nos eſſe emptos pretio magno, & non bere fieri ſeruos hominum: & denique,vnum eſſe Dominum. Secundo, a principatus auctore,qui fuit Cain prima hominum lues: & poſt diluuium Nemrod.ut obſeruauit Auguſtinus:qui tyrannice introduxerunt dominiũ, cum nullibi legamus Deum a principio fuiſſe auctorem regni; ſed per uim Nemrod, Nabuchodonoſor,Ninus,Alexander,Romani,Iulius Cæſar, & alij fere omnes regnum occuparunt. Tertio,ab Euentu, quia ob principum malitiam omnia regna corruerunt, & nullum longo tempore perſeuerauit,etiam apud Hebręos,apud quos facta fuit regni diuiſio, & ex Regibus Iſrael nullus fuit bonus:ſicuti nec omnium primus Saul. Quare, magiſtratus qui fuit permiſſus Iudæis,tanquam pueris & imperfectis,magna parte illis male ceſſit.Nos aũt qui in ſtatu perfectionis ſumus,unctio,i.Spũs ſanctus docet omnia;ac proinde nõ egemus carnali duce. Quarto, Deus creauit hominem liberum,& non dedit ei dominium in homines, ſed ſolum in alias creaturas:& ſi quid eſt ſubiectionis,id naturę eſt poſt peccatum:& cum per Chriſtum liberi ſimus ab omni peccato,debemus etiam eſſe ab omni ſeruitute liberi. Quincto, Chriſtiani homines non ſunt magis domini huius mundi,nec eſſe debent,quam Chriſtus fuerit;cum non ſit,melior diſcipuli, D

Gen 6. Gal.4. Gen.1.

quam

A quam magiſtri conditio:at Chriſtus expreſſe dixit, ſuum regnum non eſſe de hoc mundo:igitur. Hoc argumentum facere ſolent Turci, dicentes, non ad Chriſtianos,ſed ad ſe huius mundi imperium pertinere. Sexto,auctorita te quorundam Patrum, Auguſtinus dixit,hominem factum fuiſſe rationalẽ, *Lib. 19. de* non ut homini,ſed ut irrationalibus dominaretur: & primos iuſtos fuiſſe *ciu. c. 15.* pecorum paſtores,non reges hominum:vt Deus inſinuaret, quid naturæ or do,& quid peccatorum exigeret meritum. Gregorius etiam,cum docuiſ- ſet homines eſſe natura ęquales, addidit, inæqualitatem ob peccati meritũ *Lib. 21.* fuiſſe introductam. Rurſus,ſunt qui inter Chriſtianos damnent has uoces, *Mor. c. 11* dominus,& ſeruus,cũ omnes ſimus fratres. In hac difficultate Anabaptiſtę & Trinitarij huius temporis,Reges & magiſtratus in Chriſti eccleſiam non B admittunt: Contra quem errorem non modo catholici pugnant,ſed etiam ipſi hæretici,vt Melanchthon in ſuis locis, Caluinus, & Lutherus in viſitatione ſaxonica;quamuis ex eius doctrina Anabaptiſtæ hunc exhauſerint er rorem. Nos hãc diſputationem,cum verſemur in re manifeſta,& ad ea quæ proxime ad ſuſceptam materiam pertinent,properemus, breuiter quibuſ- dam poſitionibus perſtringemus.

Prima poſitio, in Eccleſia Chriſti agnoſcenda eſt aliqua poteſtas eccleſia ſtica,ita ut in ea ſint aliqui magiſtratus & principes eccleſiaſtici,qui præſint rebus ad diuinum cultum & animæ ſalutem pertinentibus. Hanc doctrinã, quam forte aduerſarij non negarent, ſola auctoritate diuinæ ſcripturæ con firmo. Pſalmo ſecundo,Chriſtus conſtitutus fuit Rex a Patre ſuper monte C Sion ad prædicandum præceptum;cui debuit ſuccedere aliquis uicarius ad quem Reges accederent,vt Chriſti diſciplinam apprehenderent;ad quod fa ciendum ibi eos hortatur Dauid:unde etiam confirmare regnum politicũ. *Pſal. 71.* Alibi prędicitur fore ut omnes Reges terræ adorent Meſſiam,& ut ſint eius *Iſa. 49.6* nutricij. Dominus conſtituit fideles & prudentes ſeruos, ſuper familiam *Mat. 24.* ſuam. Item alios conſtituit paſtores,alios doctores:& ſuos Apoſtolos fecit principes terræ. Denique, Petro dedit claues quæ ſunt regiminis Symbolum;dixitque ut paſceret oues ſuas: & eum qui priuata correctione emendari non uult,deferendum eſſe ad eccleſiam,quam qui non audit,eum pro publicano & ethnico habendum dixit. Eſt igitur in eccleſia Chriſti imperium aliquod Eccleſiaſticum. Secunda poſitio,in ſtatu naturæ integræ fuiſ- D ſet politicus principatus. Primum,quia etiam tunc homo fuiſſet animal ciuile & ſociale:igitur egebat rectore:Quoniam ibi fuiſſet generatio,cũ Deus *Gen. 1.* dederit præceptum de prole multiplicanda:fuiſſet ſexus,ætatum, ingeniorum,atque ſapientiæ & probitatis diſparitas:at ratio dictat, vt inferior a ſuperiore regatur:igitur. Confirmatur,in illo ſtatu fuiſſet multitudo, non con fuſa,ordinata igitur: at ordo ſine ſubiectione & prælatione eſſe non poteſt: igitur. Deinde,Deus fecit vnum hominem non plures, & ex uno homine *D. Th. 1. p.* unam mulierem,ut unum indicaret moderatorem,unumque totius multi- *q. 96. &* tudinis caput,ut recte adnotauit Chryſoſtomus. Præterea,inter Angelos ſũt *105.* qui præſunt,& qui ſubſunt: igitur etiam inter illos homines fuiſſet princi- *Ho. 34. in* patus: Antecedens eſt manifeſtiſſimum,cum ex ſanctorum doctrina,tum ex *1. ad Cor.*

diuina

Dio. de cal. hier. diuina ſcriptura, quæ Belzebub uocat principem dęmoniorum, quẽ princi- A
patum, ut naturalem, retinuit, ēt poſt peccatum, nec.n. acquiſiuit peccando.
Greg. hom. 30. i euāg. Tertia poſitio, in lege naturę poſt peccatũ fuit dominiũ politicũ legitimũ &
D. Tho. de reg. princ. iuſtũ. Primũ, quia, ſi eſt de ratione naturæ humanæ integræ ut in politia ui-
uat, ut iam eſt probatum, multo magis natura iam debilitata poſt peccatũ:
unde factum eſt, vt plurib. egeat, ueſte, domo, nutrimẽto, magiſtro, defenſo-
re, atque rectore, ſi uerum eſt, quod Sapiens ait, Vbi non eſt gubernator po-
Prou. 11. pulus corruet. Poſtea idem confirmatur exemplis, Melchiſadech, qui, vt pu-
tatur, fuit ipſe Sem, vir bonus, ac proinde Rex iuſtitię nominatus, & figura
Chriſti. Iob etiam fuit vir ſanctiſſimus, & imperio maximus inter oriẽtales
Iob. 1. Ioſeph, nõ ſine diuino numine, utiliter & iuſtiſſime Aegypto præfuit. Idem
cenſendum eſt de Adamo, qui fere uſque ad diluuium uixit, quem non eſt B
cenſendum ſine imperio uixiſſe, aut ſaltem imperium & politiam, ut qui
ſapientiſſimus erat, inſtituiſſe. Quare, non eſt credendũ id, quod M. Tullius
Lib. 1. de inu. & quidam alij de uita primorum hominum omnino agreſti atque ferina
ſcribunt: quaſi a principio inter homines nulla fuerit coniunctio iure ſo-
ciata. Quarta poſitio, in ueteri lege fuit uerum dominium, & ciuilis prin-
cipatus a Deo inſtitutus. Hanc doctrinam multis ſcripturæ auctoritati-
Deut. 17. bus, & exemplis, ut de Moiſe, Ioſue, Iudicibus, & Regibus probare lice-
ret, ſed nihil eſt neceſſe, cũ ēt aduerſarij hoc illi populo, ut imperfecto, cõ-
ceſſerint. Quincta poſitio eccleſia Chriſti ciuilẽ admittit magiſtratũ, huma-
noſque iudices, & politicos miniſtros. Primum, confirmatur hæc ueritas
Iſa. 60 49 auctoritate diuinæ ſapientiæ, quæ uniuerſe loquendo ait, Per me reges re- C
gnant; de quibus, vt diximus, prænuntiatum fuit, fore ut eccleſiæ ſe ſub-
dant, eique inſeruiant: quos Chriſtus approbauit, cum dixit, Reddite quæ
ſunt Cæſaris Cæſari: ac eius diſcipulus Paulus, cum ſcripſit, Omnis anima
poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non enim eſt poteſtas niſi a Deo: do-
cuitque eis tributa eſſe ſoluenda: & Diuus Petrus, Deum timete, Regem ho-
norificate. Huc facit, quod olim illi boni Chriſtiani pro Principib. ethni-
cis orabant: atque ſancti patres calumniam illam refellebant, quod dicerẽt,
Chriſtianiſmũ Imperiũ deſtruere. Quod ſi hic hęreticus dicat, licere quidẽ
Ethnico principi parere, nõ tamẽ fas eſſe Chriſtianis regna poſſidere, & ma-
giſtratus gerere; id nihil eſt, Primũ, ſi eccleſia admittit regimẽ eccleſiaſticũ,
ut eſt probatũ, & hoc nõ tollit chriſtianã libertatẽ, cur nõ admittat ēt ciuile,
ꝙ minus dictæ libertati repugnat? Deinde, ſi licet parere Ethnico principi, D.
cur nõ ēt Chriſtiano, & fratri? apud quẽ, ſi quid oritur cõtrouerſiæ, iure age-
re liceat, ꝙ Paulus faciendũ monet. Ad hæc, ſi licet ſubeſſe, cur nõ ēt præeſſe
cũ hoc maiorẽ libertatẽ indicet? qđ ſi in lege noua nõ fit ita expreſſa mẽtio
de regno ciuili, id mirũ nõ eſt, quia Chriſtus nõ uenit ad cõſtituẽdũ regnũ
politicum & carnale, ſed eccleſiaſticum & ſpirituale in quod amplifican-
Pſalm. 1. Aug. Epiſt. 50. do deſudarunt Apoſtoli. Voluit itaque Deus, vt Eccleſia inciperet a uili-
bus hominibus, vt per humilia vinceret fortia, & vt prius aſtarent Reges cõ-
Ioan. 4. tra, & eam oppugnarent, a iuuentute, vt poſtea adimpleretur illud, Et nunc
Reges intelligite. Deinde, confirmatur exemplis, Regulus quidam credi-
dit

A dit in Chriſtum, nec iuſſus eſt principatũ deponere, ſicuti nec magiſtratum *Act. 13.*
Proconſul a Paulo conuerſus, Fabianus Pontifex & martyr Philippum Imperatorem in Eccleſiam admiſit, retento imperio: idem de Conſtantino diui nitus ad religionem uocato dicas, & de alijs optimis ſanctiſque Regibus, & Principibus. Denique, lex gratiæ non deſtruit, ſed perficit legem naturæ: at iſta lex, vt eſt probatum, admittit hunc principatum: igitur. Ex quibus colligere licet, politicam poteſtatem, vniuerſe conſideratam, eſſe proxime a Deo, cum proxime conſequatur naturã, quæ a Deo eſt; ac proinde eſſe de iure diuino, cum ius naturæ ſit diuinum. Hæc autem poteſtas immediate reſidet in tota multitudine, tãquam in ſubiecto, propterea, ſublato humano iure, non eſt maior ratio, cur potius vnus, quam alius gubernet: erit igi- *Euſ. lib. 6. hiſt. c. 21. Euſ. lib. 5. de uita cõ-ſtãt.*
B tur in tota multitudine: quæ cum debeat conſeruari, debet habere ius puniẽdi eos qui eam volunt deſtruere; & idcirco, velint, nolint homines ab aliquo regendi ſunt. Et quia tota multitudo ſimul communi bono conſulere non poteſt, ideo neceſſe fuit, vt hanc quam habet poteſtatem, in vnum, vel in plures transferret. Et hoc etiam modo ciuilis poteſtas eſt de iure diuino: ita vt nec totum ſimul humanum genus contrarium ſtatuere poſſit, ne ulli ſint Principes, vel magiſtratus. Quod vero ad varias regiminis ſpecies attinet, iſtæ ſunt de iure gentium, & dependent a conſenſu multitudinis: quæ ex legitima cauſſa, poteſt mutare vnam ſpeciem in aliam; vt regnum in democratiam, & hanc in ariſtocratiam. Quo fit, vt hæc poteſtas in particulari dicatur quidem eſſe a Deo, ſed mediante conſilio & electione humana, vt
C cætera quæ ad ius gentium pertinent. Ex quibus rurſus inferres, verum eſſe, vniuerſe loquendo, de omni poteſtate, tum eccleſiaſtica, tum politica, eſſe a Deo, & vere a Paulo vniuerſe pronuntiatum fuiſſe, Eum qui poteſtati *Rom. 13.*
reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtere. *Sexta poſitio*, licet omnis poteſtas, tum eccleſiaſtica, tum ciuilis ſit a Deo; tamen non eodem modo. Nam politica, ſua natura, eſt in tota multitudine tanquam in ſubiecto: Eccleſiaſtica vero in vno homine immediate: politica, licet uniuerſe ſit de iure diuino, in particulari tamen eſt de iure gentium: at eccleſiaſtica omni modo eſt de iure diuino, & a Deo. *Septima poſitio*, gubernandi poteſtas, ſiue ſit eccleſiaſtica, ſiue politica, eſſe poteſt in homine alias non bono, ita vt per peccatum non amittatur: Quidquid Armacanus, Vuiclefus, & Ioannes Huſſus aliquando
D dixerint. Hanc veritatem fide tenendam, & alibi late demonſtrandã hoc loco breuiter confirmo. Primo auctoritate ſcripturæ in qua legimus datam *Sap. 6.*
eſſe poteſtatem miniſtris, qui non omnino recte iudicabant: & Deus voca- *Iſa. 45.*
bat Cyrum Perſarum regem Chriſtum ſuum, qui tamen non erat omni ex *Ier. 27.*
parte bonus: idem Deus dedit multas terras in manum Nabuchodonoſoris. Deinde Petrus & Paulus dixerunt Regum poteſtatem eſſe a Deo, & illis eſſe obediendum; cum tamen eſſent infideles: igitur cum peccato poteſt eſſe poteſtas: Chriſtus etiam malis Iudæorum miniſtris obediendum eſſe docuit. Poſtea, ratio dominij fundata eſt in natura, & ratione, per quam rebus inferioribus homo dominatur: ergo manet etiam remota per peccatum gratia. Denique, cum de nullo homine poſſimus eſſe certi, an ſit in gratia,

de cu-

A bus loquutionibus non ſignificatur, alios eſſe malos, vel non eſſe magiſtros
& patres. Sunt ergo alij domini, ſed non vt ille qui eſt Dominorũ domi-
minus. Vnde Auguſtus, vt quidam referunt, nunquam voluit appellari do- *Tert. in a-*
minus, quod ſuperbe affectauit Domitianus, qui etiam Deus nominari vo- *pol. c. 34.*
luit. Ad ſecundum, confitemur Cainum primò ædificaſſe ciuitatem, ſed ta-
men politicus principatus poteſt eſſe ſine ciuitate: qualem in primo paren-
te in ſuos poſteros fuiſſe exiſtimandum eſt. Quod ſi aliqui dominium oc
cuparunt, id ſolum probat de dominij ſpecie iure humano, vel particulari
introducta: nos autem loquimur de dominio uniuerſe conſiderato, non de *Aug. li. de*
certa forma: & vt diximus, diuina ſapientia ſe regni auctricem facit. Quod *grat. et lib.*
aliqui iniqui homines obtinuerint regna, diuina prouidentia factũ eſt, quæ *arb. c. 20.*
B malorum iniquitate ſolet ad aliquem bonum finem vti, vel ad peccata pu- *& 21.*
nienda, vel ad bona quædam remuneranda. Vnde permiſit male occupa- *Ezech. 19.*
ri regnum Iſraelitarũ, vt eos puniret: permiſit Cyrum inique potiri monar- *20.*
chia, vel eam ei dedit vt per eum populum liberaret. Romani regnandi *Iſa. 45.*
cupiditate monarchiam adepti ſunt, quam Deus illis dedit, ob eorum bona
opera moraliter geſta, & vt tãdem principatus ueniret ad vnum; vt ſub vno
principe facilior pateret uia ad promulgandum Euangelium; vt Auguſti- *Lib. 5. ciu.*
nus, & Leo Papa adnotarunt: Adde etiam, quod licet aliqui a principio male *c. 12.*
& iniuſte occupauerint regna: tñ quia poſteri conſenſerunt eorũ ſucceſſori *Ser. cap. de*
bus, iuſti facti ſunt dñi, vt Francones in Gallia: Gothi in Hiſpania, Angloſa- *ſanct.*
xones in Anglia, & Imperatores Romani, qui a Cæſare patriæ obſeſſore re-
C gnum acceperunt: vnde Chriſtus ſucceſſori Cæſaris cenſum reddendum di
xit. Ad tertium; cur ſæpe regna tranſmutentur, iam diximus: & argumen-
tum ſolum probat de regno in particulari: Et mali principes ſæpe fuerunt
alijs vtiles; vt de Salomone patet: & melius eſt reip. malum habere princi-
pem a quo populus in unione contineatur, quam nullum, ne corruat, vt Sa
piens. Adde etiam quod multi ſunt & fuerunt boni: a quorum exemplo
poſſumus probare principatum non eſſe malum, cum boni non vtantur ma
lis: at vero exempla malorum non probant non eſſe bonum, cum iſti etiam
rebus bonis abutãtur. Quod autem poſt diuiſionem multi in regno Iſrae
litico fuerint mali, quid mirum, ſi veram religionem reiecerunt? At vero
in regno Iudæ in quo ſeruatus fuit veri Dei cultus, multi fuere boni. Quod
D dicitur, Iudæis fuiſſe permiſſum ob im perfectioně, & nos ob diuinũ ſpiri-
tũ nõ egere rectore falſum eſt: quia idem ſpiritus nos docet opus eſſe mode
ratore, & multa nobis eſſe neceſſaria, quæ ſine principatu habere non poſ-
ſumus. Ad quartum, politica ſubiectio non eſt contraria libertati in qua
creati ſumus, ſed diſpotica: quia politice ſubiectus ꝑ ſe agit, & ſui cauſſa re-
gitur: at ſeruus verus eſt cauſſa ſui domini, & domino acquirit, quidquid *Aug. l. 19.*
acquirit. Quare in politico regno potius Princeps debet dici ſeruus, ſi vlla *de ciu. c.*
eſt hic ſeruitus, quã ſubditus; quia dum regit, non ſuam ſed populi vtilitatě *14.*
quærit, in quo verus Princeps a tyranno differt. Vnde ſummus Pontifex ſe *Ariſtot. 8.*
ſeruum ſeruorum Dei vocat: ex qua conſideratione ſapienter Franciſcus Pe *Eth. c. 10.*
trarca, gloriantem de adepto Pontificatu, comprimit, dicendo, Noli glo- *Lib. de v-*
traq; fort.

riari,

riari, ſeruus ſeruorum es. Dominium quod datum fuit in creaturas eſt deſpoticum:politicum autem fuiſſet etiam in ſtatu innocentiæ; quod poſt peccatum habuit quaſdam alias cauſſas cur eſſe debuerit. Quare, licet ſimus liberi a peccato, non tamen ab omni dominio politico, cui etiam debemus eſſe ſubiecti, vt imitemur Chriſtum, qui cum liber eſſet, ſubiectus eſſe, & ſeruire voluit. Ad quinctum, quidquid ſit de dominio Chriſti reſpectu mundi, & politicæ poteſtatis, dicendum eſt, eum qui venit ad danda cœleſtia regna, non ſuſtuliſſe terrena, quæ ſunt de iure naturæ: & non negauit ſuis ſuum verum dominium, cum dixit, ſuum regnũ non eſſe de hoc mundo: nec propterea eſt melior diſcipulorum, ſeu Chriſtianorum regum conditio, cum ſic regnare, ſit ſeruire. Et regnum Chriſti non fuit de hoc mũdo, quia venerat conſtituere regnum Dei, quod eſt Eccleſia. A

B

Ad vltimum, Auguſtinus loquitur de ſeruitute deſpotica proprie dicta, vt ex toto illo loco patet: & ita accipit nomen Regis, vt ſignificat deſpoticũ principatum, & abuſum regiæ poteſtatis: cum, vt idem alibi dixit, Rex dicatur a regendo, & conſulendo, quo modo Abraham, Iſaac, & alij boni ouiũ paſtores reges dici potuiſſent, non autem a regnando & dominando; iuxta illud, Reges gentium dominantur eorum: ad quem modum illi boni Patriarchæ non hominum Reges, ſed paſtores ouium dicti ſunt. Gregorius, non loquitur de principatu politico ſimpliciter, ſed vt habet annexum metum & triſtitiam; quomodo inductus eſt ob peccatum: per quod eſt etiam introducta maior inæqualitas accidentalis, licet ratione naturæ omnes ſint æquales: ob quam cauſſam non debet vnus dominari alteri dominio deſpotico, vt homo dominatur beſtijs. Vnde ait, contra naturam eſſe ſuperbire, & ab æqualibus velle timeri. Sed quia per peccatum homo comparatus eſt iumentis inſipientibus, ideo opus eſt dominatu cum timore & pœna coniuncto. Illi vero patres qui inter Chriſtianos damnãt, appellationes illas, intelligendi ſunt contra eos, qui ex quadam vanitate, & inani gloria aut ſuperbia his abutuntur titulis. C

An in rep. Chriſtiana ſit poteſtas condendi nouas leges, tum eccleſiaſticas, tum ciuiles. *Diſput.* IX.

QVONIAM nonnulli ſunt, qui admiſſa politica & eccleſiaſtica gubernatione, negant tamen facultatem condendi nouas leges; propterea hoc aliud nobis huius noſtri ędificij fundamentũ ſtabiliendũ proponimus: Quia fruſtra de legibus, prę- D
ſertim humanis, inſtitueretur diſputatio, ſi hominibus leges
1. Pet. 1. ſtatuere non liceret. Quidam ergo olim, etiam temporibus Apoſtolorum,
Ioſ. lib. 18. exiſtimarunt Chriſtianos liberos eſſe ab omni lege humana præſertim po-
Antiq. litica. Similis erroris meminit Clemens Alexandrinus in tertio Stromatum libro, leges admittendas non eſſe. In eodem errore fuerunt Vualdenſes, quem poſtea amplexus eſt Vuiclefus, & de nouo excitauit Lutherus, & qui ab eo hauſerunt Anabaptiſtæ: qui hæc affirmãt.

Primum,

A Primum, Chriſtianum hominem ſolum eſſe obligatum ad credendum, & reliqua omnia eſſe libera,& indifferentia:ſecundum,hominem iuſtū eſſe liberum ab omni lege & mandato: Tertium, omnes leges quæ fiunt de iſs quæ non continent verbum Dei,eſſe ſuperſtitioſas, & uanum eſſe eas ſerua re,ſiue ſponte,ſiue ex præcepto id fiat: Quartum,Chriſtum non fuiſſe datū nobis in Legiſlatorem cuius præceptis obediamus,ſed in Redemptorem in quem credamus. Poſtremum,quod neceſſario infertur ex dictis, non licere Chriſtianis iudicia exercere. Denique,quod ad errores attinet,Gnoſtici vt quidam ſcribunt, omnes leges, tum naturales, tum humanas malas eſſe dixerunt. Longum hic facerem, ſi omnes citatos errores ex profeſſo refellere,ac ueritatem catholicam confirmare vellem;breuiter igitur agā,& pri- *Red.li.10. c.19.*
B mum quid ſit hac in parte tenēdum ſtatuam: poſtea aduerſariorum ſophiſmata refellam.

Prima poſitio,Chriſtus dominus non ſolum vt Redemptor, ſed etiam vt legislator agnoſcēdus eſt: Eſt doctrina fide tenēda,alio loco accuratius probāda;hic breuiter agam. Primum auctoritate ſcripturæ,Moſes fuit uerus legiſlator antiquæ legis & figura legiſlatoris legis nouæ:ideo primas legis acceptæ tabulas fregit, vt indicaret fore alium legiſlatorem, qui aliam legem ferret. Huc facit illud Iſaiæ,Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter. Debuit itaque aduenire nouus legiſlator, & rex, quem Deus conſtituit ſuper montem ſanctum ſuum, qui non ſolum præceptum Domini prædicaret,ſed etiā per leges humanos principes in virga ferrea regeret. Quod *Cap.33.* *Pſal.2.*
C leges tulerit,patet; quia,ut recte arguit Paulus, tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat;vbi clare demonſtrat, ita Chriſtum antiquam legē abrogaſſe,vt nouam inſtituerit. Et alio loco dixit,Chriſtum euacuaſſe legē non ſimpliciter, ſed in decretis, hoc eſt per noua decreta, per illa nimirum, quæ ſermone in monte habito, tanquam nouus legiſlator ſanciuit, vt ſancti patres adnotārunt. Denique,ipſe aliquando expreſſe dixit, Mendatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem:Qui habet mandata mea & ſeruat ea,ille eſt,qui diligit me. Tulit etiam expreſſam de baptiſmo legem,cum dixit, Neminem ſine eo poſſe renaſci; ac etiam de ſacrificio faciendo, & de ipſius carne ſumenda:quod etiam mādatum a Chriſto ſe accepiſſe teſtatus eſt Paulus. Deinde,eadem veritas confirmatur Eccleſiæ determinatione: ita habe- *Auguſt. Chryſoſt. Theoph. Io.13.& 14* *Seſ.6.c.21.*
D tur in Concilio Tridentino, vbi ſpeciatim contraria doctrina vt hæretica damnatur. Denique accedat communis omnium catholicorū contra quorundam impiorum hominum phanaticam exiſtimationem conſenſus.

Secunda poſitio,in Chriſtiana rep.eſt facultas condendi leges eccleſiaſticas,ſiue uiri eccleſiaſtici facultatem habent condendi leges. eſt doctrina fide tenenda: quam ſequentibus rationibus confirmo. Primo auctoritate ſcripturæ.Qui uos audit,ait Chriſtus ſuis Apoſtolis,me audit,qui uos ſpernit,me ſpernit:quod non poteſt intelligi,niſi ratione præcepti & legis,quæ ſubditis imponitur: ubi notandum eſt, Chriſtum uniuerſaliter loqui: & in veteri lege,lex erat,vt morte moreretur,qui ſacerdoti non obediret. Secundo, Chriſtus fuit legiſlator, & quam habuit condendarum legum poteſta- *Luc.10.* *Deut.17.*

Matth.28. tem ſuis Vicarijs tribuit, cum dixit, Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & A
Ioa.20. in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos: quos alibi dixit, ſe mittere ſicuti Pater eum miſerat. Tertio, idem confirmares ex appellatio-
Ioa.ult. nibus quas ſcriptura miniſtris eccleſiaſticis tribuit. Primo vocantur paſto-
Epheſ.4. res, qua etiam appellatione Plato & Ariſtoteles politicos principes nomi-
1.Cor.12. narunt, paſtorum autem eſt paſcere, coercere, & in officio continere, bacu-
Pſal. xxij. loque vti; ideo Paulus aliquando aiebat, ſe accepiſſe poteſtatem ad Eccle-
Pſal.44. ſiæ ædificationem. Deinde vocantur principes & iudices: de quibus prædictum fuit, conſtitues eos principes ſuper omnem terram: qui ſedent ſuper cathedra, non ſolum ad docendum, ſed etiam ad iudicandum, & ad exercen
Mat.18. dam poteſtatem acceptam, & ad excommunicandum. Tertio, appellantur
1.Cor.5. *Act.20.* prælati, præpoſiti, Epiſcopi, & patres, quæ appellationes ſolum ijs tribuun- B
1.Pet.5. tur, qui poteſtatem habent præcipiẽdi, & legem ſanciẽdi alijs ſibi ſubditis.
1.Cor.4. Quarto, idem confirmatur perpetua Eccleſiæ traditione, & ex vſu talis po-
Theſ.ij. teſtatis, quia ſemper viguerunt ſtatuta pertinentia ad gubernationem eccle ſiæ, vltra ea quæ habentur in lege diuina. Hãc poteſtatem exercuerunt om-
Act.15. nes Apoſtoli in Concilio Hieroſolymitano, cum legem tulerunt de abſti-
Tit.1. nendo a ſanguine, & ſuffocato. Paulus ſtatim aliquid de bigamia, ac etiam
1.Cor.11. quædam circa Euchariſtiam. Extant etiam varij canones ab Apoſtolis ſancitis circa Eccleſiæ adminiſtrationem, quos ſancti patres recipiunt, vt Atha-
Fran.Tur. naſius, Epiphanius, Iſidorus, Damaſcenus, Leo Primus, Zephirinus, & alij in quorum defenſionem vide quæ Turrianus, & alij ſcripſerunt. Apoſtolis ſucceſſerunt ſanctiſſimi Pontifices, qui pro temporum & negociorum op- C portunitate varias leges ſanxerunt, & fideles eas vſu comprobarunt. Quincto, idem confirmares multorum, aut potius omnium Pontificum auctoritate, qui non modo hanc veritatem docendo defenderunt, ſed etiam vſu, leges ſtatuendo, comprobarunt: ſimiliter omnium conciliorum, tum vniuerſalium, tum particularium doctrina & vſu, in quibus ſingulis ſemper ſtatutum eſt aliquid a fidelibus obſeruandum: a quorum conciliorum citatione in re nota breuitatis gratia abſtineo: ac poſtremo, omnium ſanctorum patrum conſenſu, qui idem docuerunt, & qui fuerũt viri eccleſiaſtici vſu etiã acceptam poteſtatem confirmauerunt, quorum hic nolo longum texere catalogũ, ne in re manifeſtiſſima ſine neceſſitate ſim nimius. Denique, eadem doctrina hac confirmatur ratione, In eccleſia, vt eſt demonſtratum, debue- D runt eſſe principes eccleſiaſtici cum facultate condendi leges, quandoquidem Chriſtus non omnia docuit Apoſtolos; alias enim non prouidiſſet ſufficienter ſuæ eccleſiæ: igitur, cum neceſſitas vrgeat, ne talis poteſtas ſit fruſtra, ad vſum traducenda eſt. Tertia poſitio, in Eccleſia eſt poteſtas ciuilis condendi leges humanas. Primo, quia ſi noſtra reſp. vt eſt probatum, admittit dominium politicum, ne talis poteſtas ſit vana, leges ferre poterit, pro temporum, locorum, & negociorum opportunitate; cũ hoc ſit præcipuum
Pro.8. Regis munus, leges ſtatuere, & ex illis iudicare. Secundo, ex eo quod cum
Iſa.33. aliqui populi, fiunt Chriſtiani, nõ deſinunt eſſe ciues & reip. partes; & ideo debent habere aliquam regulam actionum ciuilium, cum lex naturæ non

ſufficiat,

A ſufficiat, & lex euangelica non ſtatuat de rebus humanis; & vt alio demonſtrabitur loco, melius eſt remp. gubernari legibus, quam ſolius principis arbitrio. Tertio, ni licet Chriſtiano Principi leges condere, maxime ob libertatem Chriſtianam, vt aduerſarij dicunt: at ſeruitus politica nō pugnat cum *Ioan.8.* hac libertate; quæ proprie opponitur ſeruituti peccati, a qua per Chriſti gra *Rom.6.* tiam liberati ſumus; vt poſſimus facere bonum, & vitare malum; quam li- *2.Tim.2.* bertatem potius lex iuuat; igitur. Adde etiam, quod lex diuina non pugnat cum libertate, cum primo homini in maiore libertate, quam nūc habemus, creato, Deus legem impoſuerit: quare nec humana, quæ non magis obſtringit, quam diuina. Quarta poſitio, falſa eſt opinio eorum qui dicunt, leges non eſſe neceſſarias, ſiue vtiles, quod ablatis legibus, auferatur occaſio pec-
B candi, & condemnatio ad mortem. Hanc poſitionem alibi probabo, cum de legum condendarum cauſſis agam, &, ſi eſt verum huius ſententiæ fundamentum, tollatur lex diuina, auferatur naturalis, quæ talem occaſionem impingere volentibus præbent. Quincta poſitio, Chriſtianis publica iudicia exercere licet.

Primum, quia hoc eſt vnum ex præcipuis Principis muneribus, vt ius dicat: igitur licebit ſubditis, iuris ſui cauſſa, in foro iudiciali verſari. Quare, ſi *Pſalm.2.* Chriſtianis, vt eſt probatum, licet habere principem, licebit etiam eius pote *Iſa.33.* ſtate vti. Deinde, in lege veteri erant iudicia, & de illis recte exercēdis Deus *Ier.23.* leges tulit: igitur, etiam in noua erunt, cum ad legem naturæ, vel gentiū eorum tractatio pertineat. Denique, id confirmare licet expreſſa Pauli doctri-
C na, qui fideles monebat, vt in iis cauſſis, in quibus non tenebantur Gentium tribunalia adire, aliquem ex fidelibus iudicem conſtituerent, qui iudicare *1.Cor.6.* poſſet fratrem ſuum. Idem aliquando dixit, Aduerſus proſelytum accuſatio- *1.Tim.5.* nem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus: vbi vides forum eccleſiaſticum, & iudicij formam. Omitto hic varias antiquorum patrum auctoritates, ac perpetuam eccleſiæ traditionem. Quod ſi Chriſtus monuit, vt *Matth.* volenti contendere tunicam relinquamus, id intelligitur de animi pręparatione, ſicut illud de præbenda altera maxilla, vnam percutienti, cū ipſe percuſſus, non prębuerit; vt doceret exemplo, quo modo illud monitum intelligendum eſſet. Quod vero Apoſtolus ait, Delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos, nō vrget. Primum, quia verbum græcum, etthema, non *Theodor.*
D peccatum, ſed imperfectionem deſignat: quaſi diceret, in ignominiam ve- *Nicol.* ſtram cedit, hoc ipſum quod tribunalia quæratis, exerceatis inter vos, qui *L. Ambro. Chryſ.* pacis & concordiæ eſtis diſcipuli. Quod ſi peccatum deſignet, cum quibuſ- *Aug. in En* dam patribus diceres, vocari delictum, non quia in ſe ſit peccatum, ſed quia *ch.c.78.* raro ſine peccato iudicia exercentur, ex parte modi agendi. Denique, diceres non damnari iudicia ex parte iudicis, ſed litigantiū. Atqui prior reſponſio magis arridet; cum paullo ante de verecundia mentionem feciſſet Apoſtolus. Sed iam aduerſariorum argumentis reſpondeamus: & cum ſint varia, ea ad quædam capita reuocabo.

Primum caput, in quo continentur auctoritates ſcripturæ, quæ prohibēt *Deut. c. 4.* additionem ad diuina præcepta; vt cum dicitur, Non addetis ad verbū quod *12.*

Apoc. ult. ego loquor vobis, neque minuetis ex eo: vbi ſermo eſt de cęremonialibus A
& iudicialibus. Ad hoc argumentum quod quidam hæretici magni faciũt,
facilis eſt reſponſio. Dupliciter fieri poteſt additio, vno modo quantum ad
numerum, vt addatur præceptum præcepto, aut minuatur: altero modo, vt
ſine multiplicatione pręceptorum plus fiat, vt ſi Deus præcepiſſet offerendũ
vnum agnum in Paſchate, aliquis ſtatueret offerendos eſſe duos, ita vt adda-
tur ad opus: hac diſtinctione poſita, dicimus, prohiberi additionem ſecũdo
Eſth. 9. modo ſumptam, nõ autem iuxta primũ modum: cum ad cęremonialia præ-
Iudi. ult. cepta, multa addita ſint, vt ex multis locis demonſtrare liceret: idem diceres
1. Mat. 4. de iudicialibus. Deinde dicerem non eſſe prohibitam additionem quæ fa-
1. Reg. 30. cit ad conſeruationem & obſeruationem legis, ſed eam quæ facit ad corru-
4. Reg. 18. ptionem, & eam quæ eſt contraria legibus prioribus. Et hanc ſolutionem ex B
19. 2. Par. 25. 26. ipſa ſcriptura colligimus, quæ cum de ſermone diuino mentionem feciſſet,
Prou. 30. hæc adiecit verba, Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inuenia-
riſq; mendax. Vides ne, quam additionem prohibeat? eam nimirum per quã
aliquis mendax & falſarius dici poteſt, diuinum verbum corrumpendo &
deprauando, vt hæretici faciunt. Vbi nota, duobus modis fieri poſſe corru-
ptionem: primo ſi quis verbo diuino, præceptove addat, aut ex eo minuat,
vnde naſcatur præcepti corruptio; vt ſi quis in ſacrificio ſolum panem ſine
vino, vel pro vino, lac offerret. Secundo, ſi pro libro diuino, non diuinum
venditaret, aut pro vero ſacramento, cęremoniam introduceret. Et quidem
hæretici vtroque modo Dei verbum corrumpunt, dum libros diuinos pro
non diuinis habent, aut eoſdem deprauant, dum alia verba affingunt: Quæ C
falſarij faciunt, dum vel cum bono argento ſtãnum miſcent, aut monetas a
ſe cuſſas, pro veris monetis obtrudunt. Ad hæc, diceres, Deum in veteri lege
ſtatuiſſe cęremonialia, & iudicialia; quæ Chriſtus ſtatuẽda reliquit ſuæ ſpõ-
ſæ, cui dederat ſpiritũ aſſiſtentẽ. Adde, q̃d præceptũ de parendo legibus con
tinetur in illo, Honora parentes, vel in illo, cole Deũ. Deniq;, pro vno popu
lo potuerunt dari certa præcepta, nõ aũt pro vniuerſo terrarum orbe: cui po
pulo prohibendũ fuit, ne adderet, quia erat valde propẽſus ad Deorũ cultũ.
2. Cor. 3. Secundum caput continet loca in quibus demonſtratur Chriſtianorum
Gal. 3. 5. libertas, ſpirituſq; a ſeruitute liber. Huic argumẽto primũ reſpondemus, vt
Gal. 4. 5. ſupra, libertatẽ chriſtianã conſiſtere, in eo q̃d ſimus liberi a peccato: deinde,
in liberatione a ſeruitute legis diuinæ moralis; quia lex non põt impleri, ſi- D
ne gratia quã non dabat, & iñ minabatur pœnam: ſed Chriſti gratia libera-
mur a timore, quia per caritatẽ & gratiã acceptam legẽ ſeruamus: poſtremo
Act. 15. in liberatione a ſeruitute cęremonialium & iudiciorũ, & a iugo legis quod
ferri vix poterat. At, contra iſtam libertatẽ quam aduerſarij volunt introdu-
cere, Petrus & Paulus ſe ſe oppoſuere, cũ magiſtratui parẽdũ eſſe ſtatuerũt.
1. Pet. 2. Tertium caput continet alia loca in quibus dr̃ ſufficere ſolã obſeruatio-
2. Pet. 2. nem pręcepti caritatis, & virum iuſtũ eſſe liberum a lege: vnde Auguſtinus,
Gal. 5. Dilige, & fac quod vis. Huic argumento reſpondeo, eum qui eſt in caritate,
Rom. 13. ſeruare omnia præcepta, & eſſe animo parato ad ſeruanda, quę a Paſtoribus
1. Tim. 1. præcipi iure poſſunt: & qui eſt caritate munitus, omnia ſeruat ex amore iu-
ſtitiæ,

A ſtitiæ,non ex timore pœnæ,& ideo dicitur,iuſto non eſſe impoſitam legem.
Quartum caput, continet loca quibus dicitur vnũ eſſe legiſlatorẽ Deum, *Iſa.33.*
& mandata hominum non eſſe ſeruanda, & nos non debere eſſe ſeruos ho- *Iac.4.*
minũ.Reſpondeo,quod attinet ad vnum legiſlatorem,intelligendum eſt eo
modo, quo ſupra diximus, de vno Domino, nimirũ de ſummo legiſlatore,
qui ſua propria auctoritate leges facit, & iudicat: qui ſuos habet vicarios. *Mat.7.*
Quod attinet ad mandata hominum,illa dñr hominum mandata,quæ nulla *Mat.15.*
Dei auctoritate data ſunt,quorũ alia contraria ſunt diuinæ legi,alia inutilia; *Iſa.29.*
vt ſunt inutiles & futiles obſeruantiæ ſpiritu humano inuentæ,quæ diuinis *Coloſ.ij.*
præceptis vane præferuntur.Quare illi damnantur qui pluris faciunt huma *Iren.lib.4.*
na,quã diuina præcepta. Leges vero prudenter & vtiliter latæ,licet humanę *c.13.*
B dici poſſint,non tñ eo modo,quo loquuntur diuinæ ſcripturæ.Ad maiorem
explicationẽ nota, tria Dominum ſolitũ eſſe reprehendere in cęremonijs Iu
daicis.Primum quod nonnullæ pugnarent,cũ mandatis Dei;vt illa,de dãdo
ſacerdotibus eo, qđ parentibus erat neceſſarium. Secundo,qđ aliquæ erant
inanes & inutiles prorſus, vt crebra manuũ lotio.Atq; hæc duo genera vo-
cantur hominũ mandata:in quorũ numero non cõtinentur cęremonię man
datave eccleſiæ. Tertio,qđ quaſdam bonas,& vtiles ſeruarent,ſed peccabãt
in modo,cum pluris iſtas facerent, quã diuina mãdata; & de his intelligitur *Mat.23.*
illud, Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Neq; eſt ſeruus hominum,
qui humanas leges ſeruat propter Deum. Et vt aliquid priuatim dicam ad il
lud Pauli dicentis. Nolite fieri ſerui hominũ,non negat ſeruitutẽ,qui paul- *1.Cor.7.*
C lo ante dixerat,ſeruus vocatus es?non ſit tibi curę:vnde ſenſus eſt,Ne exiſti-
mes ita te eſſe ſeruũ hominũ,vt non poſſis habere libertatem in Chriſto:eſto
igitur ſeruus,ſed ne relinquas Chriſtũ:alias alibi non pręcepiſſet vt ſerui do
minis obedirẽt. Rurſus,vrget aduerſarius rõne:ſi præter legem diuinã opus *Ephe 6.*
eſſet legibus humanis,ſequeretur Chriſtum fuiſſe legiſlatorẽ imperfectum,
cum eas leges non dederit, quæ in ſua rep. eſſent neceſſariæ, & magis Deus
conſuluiſſet populo Hebręo,quã Chriſtiano.Rñdeo,Chriſtus nõ fuit legiſ-
lator carnalis,ſed debuit dare legẽ ſcriptã in corde per ſpiritũ: quẽ in ſua ec
cleſia reliquit,vt ea ſancire poſſet,quæ ad obſeruationẽ legis a ſe traditæ pti
nerent:& expreſſe dixit,ſe non dediſſe oĩa, & ſe daturũ ſpiritũ,qui alia doce
ret. Vnde ſufficiens fuit legiſlator, dando facultatem ſuis miniſtris qui quæ
forẽt pro tpe neceſſaria ea ſtatuerẽt;dãdoq; pceptũ de obediẽdo maioribus.
D Rurſus,vrget exẽplis: nam Achaz dãnatus fuit,quod addiderit tẽplo alta *4.Reg.16.*
re,qđ Deus non iuſſerat.Verũ,non pp nouũ altare,cum ẽt Salomon aliqñ al
tare Domini mutauerit, & ob hoc factũ laudatus fuerit; ſed quia altare Dñi
mouerit a ſuo loco,& aliud ad ſimilitudinẽ altaris idoli,cui illud cõſecraue
rat,ſtatuerit.Eodem modo dicendũ eſt ad exemplũ Manaſſes Regis, q altare *4.Reg.21.*
cõſecrauit in honorem omnium ſyderum.Quod vero dicitur de Babylonijs
in Samaria a Deo punitis, quod nouis cęremonijs Deum coluerint, conſtat *4.Reg.17.*
eos fuiſſe idololatras. Vane igitur & impudẽter ex hoc loco arguit Calui-
nus.Sed de hac difficultate nunc ſatis: quia ſi quæ ſunt alia,ea alibi afferam,
cum de legum humanarum poteſtate diſputabo.

E 2 *De*

A

De legum iuris ve origine. *Diſput.* X.

PROPOSITAM, de legum iuris ve origine diſputationem ad ſubiectam materiam melius cognoſcendam, vtilem eſſe, ex eo
Venit. Cæc. de orig. iur. intelligi poteſt, quod Pandectarum collectores, eam ſibi initio explicandam eſſe exiſtimarint; quorum veſtigia ſequētes, nos
Ant. Aug. lib. de leg. c. 2. etiā idem breuiter faciemus. Omnium itaq; legum, iuriumq; quorum naturam expoſituri ſumus, originem, cum hic nulla occurrat maior dubitatio, conſequentibus poſitionibus complectemur.

Prima poſitio, ius omne primam originem habet a Deo, qui vt eſt omniū
L. iter cler. c. de ſum. Trin. creatarum rerum auctor, ita & omnium legum ac iurium fons & origo. Do B
ctrina eſt certiſſima in Chriſtiana religione: quam etiam facile gētium doctores admitterent; cum legem Dei donum eſſe exiſtimauerint, & omnes ſe
Cic. Phil. 11. ſe legiſlatores ſuas leges in aliquod numen reuocare conati fuerint: vt Mi-
L. 2. ff. de leg. nos, qui Cretenſibus leges dedit, in Iouem: Numa, qui Romanis, in Aegeriā Nympham: Zoroaſter, qui Bactrianis & Perſis, in Horomaſin: Triſmegiſtus,
Cæl. Rod. l. 18. c. 19. qui Aegyptijs, in Mercurium: Charondas, qui Thurijs, in Saturnum: Lycurgus, qui Lacedæmonijs, in Apollinem: Draco & Solon qui Athenienſibus,
Plat. in Min. in Mineruam: Mahometes qui Arabibus, in Angelum Gabrielē: qui hac in
Flor. lib. 1. c. 15. parte, multo prudentius ſe geſſit, quam Lutherus, qui ſuam doctrinam de abrogādā Miſſa a Dæmone ſe accepiſſe fatetur, & quā Zuinglius, qui quaſ-
Ouid. lib. 15. Met. dam probationes ad confirmandam eandem falſitatem a quodam ſpiritu, C an atro, an albo ignorauit, ſe accepiſſe gloriabatur. Ex quibus colligeres,
Prou. 8. proprium eſſe Dei leges & iura condere; hominū vero, vt ſunt Dei miniſtri, & ab eo hanc poteſtatem accepere: cum ratione naturæ, omnes ſint pares, & par in parem poteſtatem non habeat. Qui ergo leges iure ſtatuunt,
Plut. de doctr. prin. hac in parte Dei officio funguntur: cuius, qui homines gubernant Principes, ſunt ueluti quædam imagines & Vicarij. Exploratum itaq; omnino habeamus, Deum opt. max. vel per ſe, vel per alios fuiſſe & eſſe omniū legum auctorem, ac fontem: & per eū Principes iuſta decernere; ſi modo ab eo ſint ad regendum vocati, ſeq; ab eodē regi & doceri ſinant. Secunda poſitio, qui ex hominibus primum leges tulerit, apud humanos ſcriptores nō eſt om-
Lib. 3. ant. nino exploratum, Ioſephus contra Apionē, & Cæſarienſis Euſebius omniū D
Lib. 10. legiſlatorum antiquiſſimum Moſen faciunt, qui etiā, excepto Chriſto Do-
prep. mino, fuit legiſlatorum optimus. Diodorus Siculus, & Ouidius Cererem; ideo aliquando cecinit,

Lib. 5. Met. *Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus.*

Aen. lib. 8. Alij Rhadamantum antiquiorem putāt. Alij Saturnum, vt Virg. qui cecinit,

Primus ab æthereo venit Saturnus olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſq; dedit, Latiumq; uocari
Maluit, his quoniam tutus latuiſſet in oris.

Saturnus

A Saturnus autem, vt quidam volunt, idem fuit, qui Noe, ſiue Nochus. Verum *Io. Gerop.*
exiſtimandum eſt vnumquemque populum ſuos primos legiſlatores cele-
braſſe, quod alios fortaſſe ignorauerit. Qui autem ſingulis populis, vt Hiſpa *Volat. lib.*
nis, Gallis, Anglis, & alijs primum leges dederit, docere, parum ad inſtitu- *29 Ariſt. ij.*
tum noſtrum attinet, & noſſe non multum refert. Quod ſiquis noſcere volue *Pol. c. 10.*
rit, alios auctores conſulat. Cæterum de Romano iure, quo fere totus Chri- *Theod. lib.*
ſtianus orbis vtitur, infra priuatim dicetur. Tertia poſitio, diuina ordinatio, *9. de cur.*
ſiue lex omnibus rebus a Deo impreſſa, (omnia enim etiam ratione caren- *græc. affec.*
tia, ad Dei præſcriptum agunt) vna cum ipſis rebus originem habuit. Etenim
Deus omnibus rebus dum eas fabricauit præceptum poſuit, quod non præ- *Pſal. 145.*
teribunt. Sed de hoc iure plura inferius, cum de legibus ſpeciatim agetur. *Iob. 28.*
B Quarta poſitio, ius diuinum, quod Deus aliquid hominibus præcipiendo
dedit, initium habuit a mundi exordio. Dedit enim Deus homini mādatum *Ge. ij. & 9.*
de filiorum procreatione, & de non edendo pomo. Et cū hominem rectum
creauerit, cenſendum eſt ei religionis aliquam dediſſe doctrinam; ac etiam
aliquid de rebus ſupernaturalibus, & futuris ei reuelaſſe. At vero ius diui- *Exod. 19.*
num per homines hominibus datum, quamuis expreſſius per Moſem tradi- *& 20.*
tum fuerit: tamen cēſendum eſt etiam antea antiquioribus patribus aliqua
præcepta data fuiſſe, quæ alios docerent; vt ex ſacra Geneſi colligere licet; &
expreſſe de circumciſione conſtat. Perfectum vero & abſolutum ius Chri-
ſtianis datum, originem habuit a ſummo legiſlatore Chriſto. Quincta poſi-
tio, ius naturale homini, cum ipſo homine originem habuit. Deus enim illu
C minat omnem hominem venientem in hunc mundum, hoc eſt, vt Diuus
Cyrillus expoſuit, non docendo vt homines illuminat; ſed potius creando
vnicuique ſemen ſapientiæ, hoc eſt pietatis, atque intelligendi radices inſe-
rit. Et M. Tullius de lege naturali loquēdo, dixit. Eſt enim hæc, iudices, non
ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex na *Pro Mil.*
tura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti;
non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Sexta poſitio, ius gentium, tunc primum ori
ginem habuiſſe exiſtimandum eſt, cum homines inter ſe conuenire & con-
trahere cœperunt. Tunc enim vi iuris naturalis obſeruatum eſt, quędam iu-
ra apud omnes gentes ſeruanda eſſe; vt quæ ſunt omnibus populis neceſſa-
ria, ſine quibus hominum, ſocietas & populorum commercium conſeruari
D minime poteſt. Quod ius proxime ex lege iureq; naturali proficiſcitur. Vn-
de præclare dixit Cicero, omni in re, conſenſio omnium gentium, lex natu- *Tuſc. 1.*
ræ putanda eſt. Septima poſitio, ius humanum atque ciuile, vt eſt a naturali,
& iure gentium diuerſum, tunc habuit originem, cum plures homines in
vnam ſocietatē primū conuenere, qđ ſub mundi exordium factum fuiſſe exi
ſtimandū eſt; cū a Caino primū ciuitas ędificata fuit. Quare, tunc iura ciuilia
ortū habuiſſe putādum eſt, cū ciuitates condi, & magiſtratus creari, legeſq;
ſcribi cęperunt. Cum ius ciuile illud proprie ſit, quod vnaquæq; ciuitas ſibi
conſtituit; quod in iure naturali poteſtate continetur; a quo ob locorum, & *L. omnes*
perſonarum, temporumq; varietatē, quaſi a quodā fonte varij deducūtur ri- *pop. ff. de*
uuli. Octaua poſitio, ius pontificiū, ſiue ſacerdotale ſub mundi initium ori- *iuſt. & iur.*

 ginem

ginem habuiſſe exiſtimandum eſt;cum nimirum homines in vnum coacti, A
publico cultu Deum colere cęperunt. Nam,cum nulla ciuitas ſine alicuius
numinis cultu & religione conſiſtere queat,& in ipſum Dei cultum,vt ali-
Gen. 4. bi late docebo,omne ius humanum referatur;profecto in reip. ſiue ciuita-
tis prima conſtitutione leges ad ſacerdotiū pertinentes ſtatuere neceſſe fuit.
Et cum conſtet homines a principio,Deo primitias obtuliſſe,& ſacrificaſſe,
tenendum eſt aliquod ius de Deo colendo exſtitiſſe. Quare, cum eo quo-
que tempore eſſet vera piorum eccleſia,ac etiam vera ſacrificia, & vt aliqui
docent,etiam vera ſacramenta, aliquod ius eccleſiaſticum fuiſſe putandum
eſt. Quod multo clarius ſub lege Moſis exſtitit. Nona poſitio, ius ponti- B
ficale,ſiue canonicum in rep. Chriſtiana,non habuit origenem eo tempore,
quo primum Concilia uniuerſalia celebrari cęperunt, nimirum ſub Con-
ſtantino,vt aliqui exiſtimarunt,ſed a temporibus Apoſtolorum:qui multos
canones ad diuinum cultum,& ad animarum ſalutem pertinentes ſanciue-
runt; vt etiam multi Pontifices ante Syluestrum, ſub quo conuerſo ad reli-
gionem Conſtantino,

Regis ad exemplum totus conuertitur orbis.

Claud. Atque hæc ſunt quæ vniuerſe breuiterque de legū iuris ve origine dixiſſe
uolui:plura ſuo loco,cum de ſingulis legum partibus agetur,dicturus. C

Nunc iactis legum fundamentis,indicatiſque principijs,legumque natu-
ra,& partibus generatim expoſitis;ſequitur,ut priuata tractatione, primum
omnes legis cauſſas,conditiones, effectuſq; explicemus, ut poſtea ſingulas
eius ſpecies priuatim explicare poſſimus. Conſequenti itaque libro,ad rem
ſubiectam exacte pleneque examinandam ſtylum conuertemus : & priore
loco legis naturam ſubſtantiamq; ſatis obſcuram uarijs diſputationibus pa-
tefacere nitemur.

Libri Secundi finis.

DIVINARVM HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER TERTIVS.

In quo legum naturaq; cauſſæ, effectus, uniuerſe explicantur.

An lex pertineat ad intellectum, vel ad voluntatem. *Diſput. I.*

A INTER cæteras docendi methodos ea probari ſolet, vt eius rei de qua inſtituta eſt diſputatio, definitione tradita, ſingulæ in ea poſitæ particulæ accurate poſtea explicētur: quā docendi rationem, nobis hoc loco tenendam eſſe duximus. Cum ergo earum definitionum quæ de lege traduntur, quas proximo libro attulimus, aliæ ad vim intelligendi, aliæ ad appetēdi facultatem eam pertinere indicare videantur; iure optimo, priore loco, legis naturam explicaturi hanc difficultatem explanandam propoſuimus. Et quod lex ſit potius voluntatis actus, quam intellectus, his argumentis demonſtro.

Primo nonnullis auctoritatibus diuinæ ſcripturæ: Cum Chriſtus domi-
B nus nos orare docuit, inter alia monuit vt Deo diceremus, Fiat voluntas tua *Mat. 7.*
ac ſi dixiſſet, lex tua ſeruetur: & alio loco, qui fecerit volūtatem Patris mei: *& 12.*
item alibi, Deus det vobis vt faciatis eius voluntatem: vt omittam illud Pau- *2. Mac. 1.*
li dicentis, ſe ſentire aliam legem in membris ſuis: non igitur in intellectu. *Rom. 5.*
Huc accedat illud Iuriſperiti, aientis, Quod Principi placuit, legis vigorē habet: quod etiam ex Auguſtino confirmares, qui ſcriptum reliquit, Antiquitus arbitria principum pro legibus habita fuiſſe. Secundo, ex illa optima legis etymologia, quam M. Tullius aſſignauit, quod lex dicta ſit, a deligēdo, ſeu eligendo: eligere autem proprium eſt uoluntatis: huius igitur erit
C facultatis actus. Tertio maxime proprium ac intrinſecum legi eſt, mouere ſubditos ad agendum: atqui mouere præcipue eſt appetitus, ſiue voluntatis opus, vt libro tertio de anima docet Ariſtoteles; ita vt cognoſcendi vis *Tex. 49.*
ad animalis motum ſolum requiratur, vt conditio quædam: lex igitur volūtatis erit. Quarto, lex nihil aliud eſſe videtur, quam ordinatio quædam humanarum actionum in finem, hoc eſt in bonum, quod eſt voluntatis obiectum: ergo iſta ordinatio pertinebit ad voluntatem; cum eiuſdem facultatis eſſe videatur, velle finem, & ordinare in finem. Quincto peccatum ex Auguſtino, eſt aliquod dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei

æternam; & ideo dicitur contra legem, quia eſt cõtra voluntatem diuinam, quæ eſt noſtrarum actionum norma: & noſtra voluntas ideo eſt recta, quia cum diuina cõſentit: vnde Theologi quærere ſolent, An nos obligati ſimus noſtram voluntatem cum diuina conformare: Lex igitur erit voluntas ipſa diuina, vel humana, vt vult inducere obligationem ad aliquid faciendum, vel non faciendum. Sexto, ſi lex ad intellectum pertinet, vel eſt ipſa potentia, & hoc non, vt eſt manifeſtum: vel habitus, neque hoc affirmari poteſt, cum lex ſit præceptum quoddam: vel actus; verum, cum lex maneat, & actus ceſſet, neque actus eſſe poterit: non eſt igitur in intellectu. A

In hac difficultate tres notare licet auctorum ſententias. Prima eſt eorum qui affirmant, legis ſubſtantiam in actu voluntatis conſiſtere: ita in ſuis moralibus exiſtimauit Almaynus, ea ratione nixus, quam penultimo loco fecimus. Duo itaque hic auctor affirmare videtur: primum legis naturam in hoc eſſe ſitam, vt legiſlator, velit nos aliquid velle: alterum, per legem exterius latam ſuam nobis voluntatem, hoc eſt legem proponere, atque explicate. Eandem ſententiam ſequitur Alphonſus a Caſtro in ſuo opere de lege pœnali, vnde legem definiendo, dixit eſſe rectam voluntatem eius qui vicem populi gerit, voce aut ſcripto promulgatam, cum intentione obligandi ſubditos ad parendum illi. Quam etiam illi amplecterentur, qui actũ imperandi voluntatis eſſe arbitrantur. Secunda ſententia ſuperiori contraria, quæ docet legem potius eſſe actum intellectus, quam voluntatis; ita Alexander Alenſis in tertia parte, Gulielmus Pariſienſis in ſuo tractatu de Legibus capite primo, D. Thomas in prima ſecundæ quæſt. 90. ex articulo primo, in reſponſione ad tertium argumentum: Gabriel libro tertio ſent. d. 37. quæſt. vnica: Ioannes Maioris ibidem, quæſt. 1. Ioannes Gerſon de poteſtate eccleſiaſtica, conſideratione vltima: Sotus libro primo de Iuſtitia & iure, quæſt. prima, & eſt communis ſententia. Tertia quaſi media Gregorij Ariminenſis, diſt. vltima primi ſent. qui ait legem ex æquo ad voluntatem & intellectum pertinere: idque probat ex quodam Auguſtini dicto: qui cum peccatum definiuiſſet, ut paullo ante diximus, hæc adiecit uerba; Lex æterna eſt ratio, uel uoluntas diuina: vnde infert, nos eſſe obligatos ad conformãdam noſtram uoluntatem cum diuina, cum non minus diuina uoluntas ſit lex, quam ratio diuina. Ad huius difficultatis explicationem, quædam fundamenta ponenda ſunt. B C D

[Margin: Lib. 1. c. 1. — q. 29. m. 1. — Lib. xxij. cõt. Fauſt. c. 27.]

Primum, cum omnes, qui hanc difficultatem examinarunt, affirment, ad legis conſtitutionem conuenire utriuſque potentiæ, uoluntatis nimirum & intellectus actum, idque omnino pro confeſſo haberi debeat, ut ſtatim patebit; ideo tota difficultas in eo ſita eſt, an ex æquo, hoc eſt pari ratione uterque actus conueniat; an uero unus ſit præcipuus, & quaſi forma; alter vero, quaſi materia, & ſi hoc concedatur, uter potiorem locum occupet, aut in quo præcipue legis ſita ſit ſubſtantia.

Secundum fundamentum, quamuis ad aliquam humanam actionẽ producendam multi requirantur actus, ut alio docetur loco: tamen tres præcipue, quorum notitia ad hanc difficultatem explicandam eſt neceſſaria.

Primus

A Primus, eſt conſideratio & cogitatio, qua poſt finis appetitionẽ, quæruntur media apta atque idonea, ad finem deſideratum conſequendum, & quodnã melius ſit per euboliam, qua recte conſultatur circa media, & per ſyneſim, quam ſagacitatem aliqui vocant, rectum iudicium fertur. Secundus, eſt ipſius voluntatis; qui, medium ſiue decretum tanquam idoneum iudicatum acceptat. Tertius, eſt exequutio & imperium; de quo dubitari ſolet, an ſit electio illa efficax voluntatis acceptantis medium; an vero alius actus rationis præcipientis, vt nos exiſtimamus, quem etiam Ariſtoteles agnouit, & eſt quidam præcipuus virtutis prudentiæ actus. Quare, ſi quis, exempli gratia, vellet doctrinam conſequi, prius conſilium caperet de medijs neceſſarijs, & de meliore iudicium ferret: poſtea illud acceptaret, & denique per B imperium ad exequutionem traduceret, vt id conſequeretur bonũ, quod ſibi propoſuit conſequendum. Quod ergo accidit in aliquo homine ratione eorũ quæ deſiderat & appetit, vt illa conſequatur; idem euenit in eo, qui vult legem ſtatuere, ratione aliorum quos recte vult gubernare, & ad aliquem finem perducere. Qui, primum conſultando, inquirit idonea media: deinde ea acceptat & approbat: ac poſtremo eadem per imperium ad uſum traducit. Et hinc eſt, quod leges per imperandi modum, exprimi ſolent, vt, Ad diuos caſte adeunto: pietatem adhibento: opes amouento.

Ariſtot. 9 Eth. c. 10.

Cic. 2. de leg.

Tertium fundamentum, in humana intelligentia, vt ad rem noſtram pertinet, duo animaduertendi ſunt actus, quorum alter eſt apprehenſio alicuius veritatis, quæ, vt Ariſtoteles non uno in loco ſcripſit, eſt in intellectu cõ C ponente: alter eſt iudicium de re apprehenſa, per aliquem diſcurſum ex re notiore factum. Hoc iudicium, ſi ſit de re quæ ſolum ſub cogitationem cadit, & ad opus non refertur, vt quod elementa ſint quattuor, quod cœlũ moueatur, denominat intellectum ſpeculatiuum: ſi uero ſit de re practica, hoc eſt de re facienda, vel non facienda denominat intellectum practicum. Hoc de re practica iudicium, duobus modis in intellectu reperiri poteſt; uno modo prout intellectus docet aliquid eſſe conueniens, aut inconueniens factu; & ſub hac conſideratione iudicia practica ſunt veluti propoſitiones quædam ſpeculatiuæ, in eo qui non habet vim imperandi, vel ſi habet, non imperat, & ad exequutionem non traducit: Altero modo, ut non ſolũ quid ſit conueniens apprehendit, ſed etiam, imperat, & præcipit quippiam faciẽ D dum. Quod ſi tale iudicium ſit de ijs quæ ad hominum utilitatem pertinent & in eo qui poteſtatem regendi alios habet, & accedat promulgatio, tunc veram ac plenam legis naturam ſuſcipit. Ex quibus intelligi poteſt, huiuſmodi propoſitiones imperatiuas, quæ leges ſunt, non eſſe ſimpliciter iudicatiuas, ſed eas ſupponunt, & ſequuntur: ac proinde ſunt ueluti earum modi. Quod ſi hoc loco peteres, cur ad uoluntatis electionem non ſequatur exequutio, & imperium: dicerem, ad imperium, ſiue ad exequutionem duo eſſe neceſſaria: primum, ut medij approbatio & acceptatio ſit efficax, & firma: alterum; ut intellectus, qui debet moueri a uoluntate ad imperandum & exequendũ ſit bene affectus per prudentiam, cuius eſt imperare: alias enim uel non ſequeretur imperium, uel cum difficultate. Quartum fundamentum

Lib. 3. de an.

Lib. 1. peryer. c. 1.

Ariſtot. 2. Eth. tum, ad alicuius rei naturam indagandam, ut Dialectici præcipiunt, ea ad A
ſuam categoriam, eſt reuocanda, eiuſque proximum genus & differentia ſunt indaganda, quorum complexu, ea fit oratio, quæ definitio nominatur, rerum nimirum opertarum patefacio. Et quoniam exploratum omnino eſt, legem eſſe aliquid quod ad animum humanum pertinet, in quo tria notari poſſunt, potẽtia, habitus, et operatio, explicandũ erit, quod nam horum lex ſit: quod in poſitionibus, quas nunc ſubijciam, perſpicue docebo. (Lib. 4.)

Prima poſitio, lex non eſt ſubſtantia, ſed accidens intelligẽda eſt hæc poſitio de lege creata: nam lex increata & ęterna, idem eſt cum ipſa ſubſtantia & natura diuina, vt alio dicetur loco. Doctrina eſt manifeſta apud omnes; quam ea cõfirmat ratio; quia ab humana facultate pẽdeat, a qua quidquid producitur, eſt accidens. B

Secunda poſitio, lex non eſt vlla animi potentia, intellectus nimirum, ſiue voluntas. Hoc dixerim contra quendam legiſtam, quem iure optimo refellit Bolognetus: ad cuius doctrinæ cõfirmationem, cum in re uerſer manifeſtiſſima, nolo ſine neceſſitate, multa quæ poſſem argumenta in medium afferre. Illud igitur ſolum dixerim, legem, ut ex allatis definitionibus cõſtat, eſſe quiddam, quod ab humana vi proficiſcitur: at potentiæ nobis a natura tribuuntur: non erit igitur lex potentia vlla. Quod ſi obijcias M. Tullium & alios graues auctores, qui dicunt, legem, præſertim naturalem, eſſe nobis inditam & ingeneratam, & eſſe rationem ipſam; quare, vel erit animę ſubſtãtia, aut aliqua eius facultas, facilis eſt ſolutio: dicitur lex inſita in natura, ratione earum notionum, quas ſine vlla doctrina cognoſcimus, quib. C
nonnulla eſſe iuſta, & recta, nullo docente, intelligimus; ob quam etiam cauſſam lex per Metonymiã uocatur ratio, ponendo cauſſam pro effectu. (Socin.; Lib. 1. de leg.)

Tertia poſitio, lex proprie loquendo, non eſt habitus. Nã habitus proprie deſignat aliquam qualitatem per actus acquiſitam, quæ ſuam retinet rationem, etiamſi exterius non manifeſtetur; at lex non acquiritur, per actus, ſed potius fit, ſeque extra prodit: igitur: poteſt tamen aliquo modo dici habitus, ut poſtea docebo.

Ariſt. li. 3. de anima. Quarta poſitio, lex proprie loquendo, conſiſtit in quodam actu. Hæc doctrina patet ex dictis: Quoniam, cum lex ſit aliquid, quod ad rationẽ pertinet, nec ſit potentia, uel habitus, vt eſt probatum: erit igitur actus. Quinta poſitio, ad legis conſtitutionem requiritur uoluntatis actus, ita ut ſine eo eſſe non queat: atque idem dicas de actu intellectus. Eſt communis doctrina, quam hunc in modo declaro. Vnus & idem actus a duabus poteſt pendere potentijs, licet ſemper ab una magis, quã ab altera; ut motus progreſſionis in animali, magis ab appetente; quam a cognoſcente potentia; & electio magis a uoluntate, quam a rationis iudicio, ſine quo eſſe non poteſt. ſimiliter lex, licet magis pertineat ad intellectum, vt ſtatim probabo; tamen non eſt ſine actu uoluntatis acceptantis iudicium, quod tanquam viuendi regula per imperium proponendum eſt. Quod lex uoluntatis actum includat (nam de actu intellectus res certa eſt) ſic probares. Primo ex nonnullis legis definitionibus, in quibus voluntatis actus exprimitur, quod nõ D

fieret,

A fieret, ni ad eam aliquo modo pertineret. Huiuſmodi eſt illa in argumento quarto poſita: & hæc alia, lex eſt recta uoluntas illius, qui curam reip: gerit: quæ eſt communis definitio & vtrumque actum includit. Deinde, lex eſt quoddam commune præceptum, quod ſine uoluntate eſſe non poteſt, ut ex primo argumento ſupra allato intelligere licet: igitur. Poſtremo idem probares ex effectibus legis; qui ſunt coercere; & obligare, ut alibi dicetur, idque Iuriſperitus non uno in loco docet: atqui coercitio & obligatio ad uoluntatem pertinent: igitur. Sexta poſitio, licet uoluntatis actus ad legem conſtituendam requiratur; tamen lex formaliter, non eſt ille uoluntatis actus, quo legiſlator ſibi deuotos ſiue ſubditos obligare vult. Explico, ſi quis diceret, legem non eſſe quemcumque voluntatis actum, ſed eum quo
B qui legem ſancit vult ſibi ſubiectos obſtringere, & hanc eſſe legis ſubſtantiam affirmaret, id nos in hac poſitione tanquam falſum reijcimus. Primo a ſimili de eo, qui uoueret, aut iuraret, & nollet ſe obligare, adhuc, ut Theologi tradunt, iſte remaneret obligatus ad iuramentum ſeruandum & uotũ perſoluendum: ergo obligatio non ex ipſa naſcitur uoluntate, ſed ex voti & iuramenti uinculo. Deinde, quoniam, modo Princeps præcipiat, etiãſi nunquam de obligatione cogitaret; immo etiamſi nollet obligare, adhuc in ſubditis uera naſceretur, ex ſola legis poſitione, ad eam ſeruandam obligatio: alias enim cum de eius voluntate non omnino cõſtet, poſſet aliquis, ſalua religione, leges non ſeruare. Septima poſitio, lex magis pertinet ad intellectum, quam ad uoluntatem, ita ut eius intrinſeca & propria ratio in in
C telligentiæ actu, hoc eſt in ipſa ordinatione & imperio ſit poſita: idque pro communi ſententia retinenda ſtatuimus, quam hæ confirmant rationes. Prima ratio ſumitur ex quibuſdam diuinæ ſcripturæ locis, in quibus lex uocatur, lucerna, lux, ueritas, mandatum, lumen; vt cum dicitur, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: Lex tua ueritas: Lex tua lucerna pedibus meis: & per diuinam ſapientiam legum conditores iuſta decernunt: & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi, hoc eſt legi reſiſtit. Secundo auctoritate ſanctorum Patrum; ut Theophili Epiſcopi Alexandrini dicentis, legem eſſe operum normam: & Gregorij, qui dixit, Legem eſſe aſſertionem ueritatis: at ueritas ad intellectum pertinet: & denique Iſidori affirmantis conſuetudinem eſſe legem, quæ ratione conſtat. Tertio Philoſophorum doctrina, quorum legis definitiones potius ad intelligentiã, quam
D ad uoluntatẽ pertinere aperte demonſtrant; ut omnes quæ ex M. Tullio ex Ariſt. & ex Platone allatæ fuere: Vnde Plato aiebat, eſse tu ondos heureſin, ideſt, veritatis inuentionem. Huc etiam pertinent nonnullæ legis etymologiæ, ut Hebræorum, Græcorum, & aliquæ Latinorum. Quod ſi Ciceronis etymologiam obijcias, dicerem, dictam eſſe ab eligendo, prout docet eligere, & eſt eligendorum regula. Huc quoque facit, quod Auguſtinus, in illud pſalmi, Moab olla ſpei meæ, ſcriptum reliquit, Græcos melius per maſculinum genus, quam Latinos per fœmininum legem declinaſſe, quod maſculi ſit regere: regere autem eſt intellectus operatio: Quod ſi eius ſubſtantia eſſet in uoluntate, melius explicaretur per genus fœmininum.

Pſ. 118. 4. *Rom. 13.* *Diſt. 1. can. conſuet.* *Pſal. 59.*

Quarto,

Quarto, ratione, qua vſus eſt Diuus Thomas; lex eſt veluti menſura & regu A
1. 2. q. 90. la humanorum actuum, per quam homo in agendo dirigitur: erit igitur in tellectus actus, cum menſurare, & normam præſcribere, ſit oſtendere qualiter actus ſint faciendi, quod ad intellectum pertinet. Quincto, ex effectibus legis, qui ſunt, ordinare vnum in aliud, hoc eſt media ad finem dirigere, præcipere, prohibere, at iſta omnia, vt ex Ariſtotele diſcimus, ad intellectum pertinent, in voluntate enim ſolum eſt velle & nolle, ſeu acceptare, & rennuere: erit igitur lex intellectus actio. Quare, etiamſi ſcirem Principem aliquid velle, non ſum ad id efficiendum obligatus, donec eius accedat pręceptio. Sexto, ſi lex eſt actus voluntatis, exempli gratia, diuinæ, maxime, eſſet ille, quo vult nos proximum diligere; ex quo inferre liceret, legem eſſe eum actum, quo vult aliquem damnare, qui non poſſet non damnari: eſſet enim contra legem, ſi ſaluus fieret, quod eſt omnino abſurdum. Septimo, ſemper homo eſt obligatus cõformare ſe diuinæ legi, imperioque di- B
D. Th. 1. 2. uino; non autem uoluntati diuinæ, vt communiter Theologi docent: igitur potius erit intellectus, quam uoluntatis actus. Huc pertinet exemplum de Abrahamo, qui erat obligatus ad ſacrificandum filium iuxta imperium diuinum: tamen voluntas diuina erat in contrarium. Denique, conſcientia & ſynteresis ſunt leges quædam: ſed iſtæ pertinent ad intellectum, quod prudens negaret nemo: igitur & lex. Octaua poſitio, lex eſt in intellectu practico. Hæc poſitio patet ex ijs, quæ in tertio fundamento diximus: Quam hæc quoque confirmat ratio; quia eſt quædam propoſitio de agendis, vel non agendis, ac etiam imperata, igitur: Eſt enim practicæ rationis C
munus operationes dirigere. Adde etiam, quod lex eſt prudentia quædam gubernandi: prudentia autem eſt uirtus practica, cum eius ſit ordinare atque præcipere: igitur. Atque ex poſtremis poſitionibus colligere licet; quonam pacto de lege philoſophandum ſit, nimirum vt de re quapiam ad duas potentias pertinente: vt de imperio quodam, quod ſecundum ſuam vim, & per ſe primo, ad rationem pertinet: de quadam regula, quodamque lumine: vt & de quadam vi mouente & obligante, & hoc voluntatis eſt. Verum, etſi lex aliquid vtriuſque facultatis includat: tamen id eſt præcipuum, quod ab intellectu habet, vt ſunt ordinare, dirigere, regulam dare: ad quæ ſequuntur alia, obligare & coercere, quæ ſunt voluntatis; quæ ideo pręſtat, quia docet, & dirigit. Quare lex non eſt merus actus intellectus D
practici, quia eſſet ſolum regula; vnde opus eſt vt accedat actus voluntatis volentis obligare, vt quod eſt indicatum fiat. Rurſus ex dictis hanc colligeres legis definitionem, Lex eſt practica propoſitio, ſiue iudicium quoddam practicum vniuerſale, præceptorium, exiſtens in intellectu per modum habitus. Dicitur, practicum iudicium, quia eſt norma ac regula actionum: Dicitur, vniuerſale, quia lex non fit de rebus particularibus, vt poſtea docebo; vt de Deo colendo, de non furando: Dicitur, præceptorium, quia non eſt iudicium mere practicum, ſed per modum præcepti, & imperij: Dicitur, per modum habitus, quia lex perſeuerat, etiam intellectus operatione ceſſante. Vel breuius dicas, Lex eſt quædam regula qua ratio-

A nalis creatura ſuo conformatur fini. Denique ex dictis facile in contrarium allata ſolueres argumenta.

Ad primum, lex appellatur voluntas, quia includit etiam actum voluntatis: vel per Metonymiam, quia eſt ſignum voluntatis: & ideo Iuriſperitus dixit, quod principi placuit; quibus verbis legem aliquid aliu d eſſe ſignificatur, nimirum intellectus iudicium: Vnde etiam ſolueres, id, quod ex Auguſtino affertur. Ad ſecundum, iam de illa Ciceronis etymologia diximus, quo pacto accipienda ſit. Ad tertium, hoc argumento ſolum probatur legem eſſe aliquid voluntatis, quod concedim us: eſt enim quidam motus ordinans, & hoc eſt intellectus. Adde etiam, quod vt voluntas mouet potentias alias, eas efficaciter ad ſuas operationes applicando; ita intelle-
B ctus mouet illuminando, ac præcipiendo. Ad quartum, eſt quidem voluntatis finem appetere, ſed media ad eius conſequutionem ordinare, quod per legum ſanctionem fit, pertinet ad rationem. Ad quinctum ideo peccatum dicitur eſſe contra voluntatem diuinam, quia eam Deus per ſuam legem nobis declarauit: Et cum in lege contineatur voluntas, qui contra legem agit, etiam contra voluntatem facit, ſed non tantum; cum etiam contra ordinationem intellectus agat. Quod autem, vniuerſe loquendo, nos ſimus obligati noſtram voluntatem cum diuina ſemper conformem reddere, id omnino negatur, & tanquam exploratum, in præſentia haberi debet.

Ad poſtremum, quid dicendum ſit, ex allatis patet poſitionibus: dicimus itaque legem ſecundum ſuam ſubſtantiam eſſe actum quendam, non
C potentiam, non habitum.

An lex a præcepto & conſilio differat. *Diſput.* II.

VT adhuc plenius legis natura nobis innoteſcat, eam cum ijs rebus quibuſcum affinitatem habet, conferamus oportet; cuiuſmodi ſunt, conſilium, atque præceptum. Quod autem lex a præcepto, & conſilio non differat, his rationibus probares:

Primo, quæ in decalogo ſunt ſancita, ſunt ſimul præcepta & leges: igitur iſta duo inter ſe non erunt diſtincta: atque idem de conſilijs diceres,
D quæ in lege continentur euangelica, quacum idem eſſe uidentur. Secundo, legiſlator dum leges ſancit, nihil aliud facit, quam præcipere & conſulere: ergo eius conſtitutiones erunt præcepta atque conſilia. Tertio, paſſim in ſacris literis lex diuina vocatur præceptum, & mandatum, ut in pſalmo centeſimo decimooctauo: erit igitur idem quod præceptum. Cum, hæc dubitatio in qua nunc uerſamur ſit facilis, eam breuiter exponemus.

Quod igitur ad auctorũ opiniones attinet, Gulielmus in ſuo tractatu de legibus exiſtimare videtur, præceptum eſſe quiddam a lege diuerſum, & legi ſuperadditum, ita vt lex ſit ordinatio quædam eius quod fieri debet, præceptum autem id quod obligationem inducit. Quare, hac de re agendo ſic ſcribit. Similiter & regulæ, (leges nimirum) præceptis & prohibitioni- Cap. 1.

bus

bus numero æquales ſunt: quoniam iuxta vnamquamque rationem honeſtatis eſt reſpondens ei præceptum, aut prohibitio. Quemadmodum iuxta regulam, qua dicitur Deus diligendus, eſt præceptum de diligendo Deo: & iuxta regulam quæ dicit, neminẽ eſſe odiendum, eſt prohibitio de nõ odiẽdo proximo. Poſtea, concludens ait, ex quo manifeſtum eſt, quia præcepta vel prohibitiones quæcunque fiunt, vel facta ſunt, prę̨ter hanc, non ſunt lex ſimpliciter, ſed cui & quando, & ideo nec vere lex, nec ſimpliciter lex. At vero nos hac in parte diſtinctione opus eſſe exiſtimamus. Dicimus itaque legem dupliciter conſiderari poſſe: vno modo, vt dicit ſimplicem ordinationem & regulam: altero, vt etiam includit obligationem & imperium. Rurſus, præceptum duobus modis ſumitur: vno modo generatim, vt idem eſt cum lege, qua aliquid cum obligatione præcipitur: altero vero ſpeciatim, pro quadam applicatione legis communis, quo pacto communiter a Theologis accipi ſolet. His adnotatis, has ſubijcio poſitiones. B

Prima poſitio, lex non eſt mera cuiuſque rationis ordinatio. Quoniam, ſi in hoc ſolo ſita eſſet legis ratio, cuiuſcunque rationis ordinatio de re aliqua agenda, legis ſortiretur naturam, quod falſum eſt. Neque enim Platonis in ſuis de legibus ordinationes, leges, proprie loquendo, ſunt; cum ad ſui obſeruationem ex imperio ligent neminem. Quare, ad plenam legis naturam, neceſſe eſt accedere conſenſum & voluntatem eius, qui aliorum curam gerit, & obligare poteſt. Erit itaque lex ordinatio cum imperio. Secunda poſitio, ſi nomine præcepti intelligatur ordinatio procedens ex voluntate ſuperioris volentis illud, quod ex volũtate procedit, leges ſunt intrinſece præcepta. Quoniam, vt dicebamus, nulla eſt lex, vbi non ſunt hæc duo coniuncta, præcipientis uoluntas, atque imperium. Quare, quantumuis leges uniuerſe tradantur, adhuc præcepta dicentur, cum aliquid faciendum, aut non faciendum ex uoluntate ordinent. Tertia poſitio, ſi præceptum ſumatur, vt communiter accipi ſolere diximus, dici poteſt, legem non eſſe idem quod præceptum. Lex itaque dicetur ordinatio quædam cũ vniuerſali obligatione: præceptum vero communis ordinationis applicatio, & determinatio. Hæc exempli gratia erit lex, Parentes honore afficiantur; ſeu parentibus obediatur: at vero ſi pater filio dicat, hoc effice, hoc uita, præceptum nuncupabitur. Lex eſt de parendo Principi, at quando Princeps dicit, arma ſume contra reip. hoſtes, aut quid tale, præceptum eſt. Quarta poſitio, lex & præceptum, etiam in hac ſignificatione poſſunt eſſe idem, hoc eſt, vt præceptum dicit legis applicationem: quando leges uniuerſaliſſimæ, limitantur & adhuc manent uniuerſales. Exempli gratia, præcepta decalogi ſunt leges, quia ſunt regulę communes: ſed quia ſunt quędam applicationes uniuerſalium legum, præcepta dicuntur. Nam tria priora ſunt determinationes communis legis de religione colenda: poſteriora vero, illius, quod tibi non uis, alteri ne feceris, & quod tibi uis alteri feceris. Quincta poſitio, conſilium non eſt idem, quod lex, ſi lex ſumatur, ut idẽ eſt quod pręceptum, hoc eſt, pro ea ordinatione, quæ ad aliquid faciendum obligat. Doctrina eſt manifeſta: quoniam conſilia non obligant, ut patet ex Paulo dicente,

Guliel. c. 4.

A C D

A cente, De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do: &, Virginem bene facere ſi nubat; & beationem fore, ſi ſic permanſerit ſecundum ipſius conſilium. Præceptum igitur non erit idem quod conſilium; cum illud obliget, hoc non item. Ex his quæ diximus colligeres nõ eſſe omnino bonas eas legis definitiones per quas lex non diſtinguitur a cõſilio; vt illæ in quibus ſimpliciter dicitur eſſe ordinationem, & non indicatur obligationis vinculum, in quo leges a conſilijs diſcernuntur: ſiquidem conſilia omnia diuinitus data ordinationes ſunt, ſed uim ligandi non habẽt vt Hieronymus libro tertio contra Iouinianum, & Ambroſius libro de Viduis ſpeciatim docent: at legis virtus, vt Modeſtinus ait, eſt imperare. Hinc eſt quod Diui Thomæ definitionem ad conſilia transferri poſſe putant, ni B ordinationis particula in ea poſita, ad id genus ordinationis trahatur, quod neceſſitatẽ includat. Argumenta in contrariũ allata, facile ex dictis ſolueres. 1. Cor. 8. 1. Cor. 7.

Ad primum, hoc argumentum remanet explicatum ex ijs quæ diximus: concedimus itaque legem eſſe, & non eſſe præceptum pro uaria huius vocabuli ſignificatione & vſu. Ad ſecundum, huius etiam rationis ſolutio colligitur ex dictis. Ad tertium, ideo lex diuina paſſim uocatur præceptum, quia eſt ordinatio quædam; in qua ordinatione, ut diximus, ſita eſt legis natura: non tamen omnia quæ in lege ſunt, pro præceptis habentur, ſi præceptum ſtricte ſumatur.

An lex debeat eſſe propter commune bonum, ſeu de legis fine.

C

Diſput. III.

EXPLICATA legis natura, cõſequens eſt, vt ad eius maiorẽ dilucidationem, de eiuſdem cauſſis agamus, quarum princeps cenſetur cauſſa finalis: ac proinde de ea priore loco diſputandum duximus. Quærimus igitur, an in lege ferenda communis ſpectanda ſit vtilitas: & quod hoc non ſit neceſſe, his rationibus probari poteſt.

Primo, lex eſt humanarũ actionum regula: atqui humanæ actiones ſunt ſingulares, & ad circunſtantias contractæ: quare leges ad ſingulare bonum debent eſſe accommodatæ, ſicut menſura ad rem menſurandã. Secundo, D accidit legi, quod multorum, vel paucorum ſit; ac proinde ad eius rationẽ non pertinebit, vt ſit in multorum vtilitatem ſancita. Quod ſumptum fuit, patet: quoniam quando in mundo erat ſolus Adam, erat quidem lex, ſed nõ in commune bonum. Tertio, lex naturalis de ſe tuendo vera lex eſt; & tamen non cedit in commune bonum: idem diceres de lege dandæ eleemoſynę, & correctionis fraternæ, ad quam ſeruandam tenetur nemo, niſi priuata eius qui corrigitur ſperetur vtilitas. Quarto, ſi lex ſemper conſtituta eſſet in commune bonum, ſequeretur, quod, ſaluo communi bono, liceret cõtra legem facere; vt ſi quis contra legem noctu ferret arma, non perturbaturus pacem publicam, vel ſi libros prohibitos, ſalua religione, in aliquẽ bonum finem legeret, quod tamen eſt falſum. Quincto, lex nemini nocere debet,

debet, id quod ſæpe contingeret, ſi tantum bonum commune in ea ferenda A ſpectare oporteret: quia lex de re aliqua non vendenda, aut emenda, vniuerſaliter lata, multis obeſſe poteſt. Poſtremo, leges de exigendis tributis & vectigalibus, ſunt veræ leges; & tamen in ſolam Principis utilitatem cedunt: igitur.

In hac diſputatione, quæ eſt eadem cum illa, qua quæritur, an lex debeat ſpectare Principis, an vero ſubditorum commodum, ut Ventura Cæcus in altero ſuo Monarcho refert, tres fuerunt dicendi modi. Primus eorum, qui, ut eſt apud Platonem in Gorgia, exiſtimarunt leges Principis vtilitatem ſpectare debere: Secundus aliorum, qui cenſuerunt in legibus ferendis conſulendum eſſe popularium commodis: Tertius quaſi medius, quorundam exiſtimantium tum in Principis, tum in priuatorum utilitatem leges ferendas eſſe. Cæterum communiſſima eſt bonorum ſcriptorum opinio, legum finem eſſe commune bonum, publicamque vtilitatem. Antequam autem quid ſentiendum ſit ſtatuo, illud adnotauerim, propoſitam difficultatẽ duplicem poſſe habere ſenſum: vnum, an lex reſpicere debeat vltimum hominis finem; nec refert, an nomine finis intelligatur finis naturalis, vel ſupernaturalis: quia iſti, vel ſunt unum & idem ſecundum aliquam conſiderationem, vel vnus refertur ad alterum: Secundum, vt reſpiciat vtilitatem totius ſocietatis, ad quam lex fertur. Et quamuis hic ſpeciatim quæratur iuxta hunc ſenſum; tamen etiam iuxta primum dicẽdum eſt, legem reſpicere debere commune bonum. Primum, quia lex eſt regula qua ordinantur humani actus, quibus homo accedit ad ſuum finem: igitur. Deinde, lex eſt ordinatio rationis: at ratio non eſt ordinata, niſi cum homo eſt cõformis cum ultimo fine: igitur. Poſtremo, quæcunque lex, vel proxime, uel remote oritur ex lumine diuino: ac Deus ſuo lumine ordinat & mouet ad ſe, vt ad vltimum finem: igitur. Sed iam quid iuxta ſenſum magis intentum tenendum ſit ſtatuamus. B C

Aegid. l. 3. p. 2. c. 27. Cic. lib. 2. de leg. Archita, lib. de lege & iuſt.

Prima poſitio, lex debet eſſe propter vtilitatem publicam, bonumq; commune. Eſt doctrina communis, hæ confirmant rationes. Primo auctoritas ſcripturæ, huc facit in primis illud Iſaiæ, lex a me exit, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet: deinde multa alia loca, in quibus docetur, Principes eſſe ueluti populi miniſtros: quæ loca ſequenti diſputatione afferam: & poſtremo alia, in quibus ij reprehẽduntur miniſtri, qui ſeipſos paſcunt. Deinde patrum auctoritate eandem veritatem confirmare licet: Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum, legiſlator, inquit, tanquam bonus paſtor, quærit humanum bonum: rurſus, ait, legiſlatoris finem, eſſe efficere homines bonos & honeſtos. Chryſoſtomus in illa verba Pauli, Habentes autem eundem ſpiritum: Baſilius in principium libri prouerbiorũ. Bernardus libro de conſiderat. ad Eugenium, Parui inquit deiectique animi eſt, de ſubditis non profectum quærere ſubditorum, ſed quæſtum proprium. Diuus Iſidorus, cum legis conditiones numeraſſet, hæc adiecit verba, Nullo priuato cõmodo, ſed communi ciuium utilitate conſcripta. Poſſem & alias, in medium multorum Patrũ afferre auctoritates; ſed in re perſpicua D

Cap. 51. Sap. 6. Rom. 13. Lib. 2. Etymol. Diſt. 4. can. erit.

A ſpicua has attuliſſe ſufficiat. Deinde, auctoritate externorum auctorum. Inter alias decemuirales leges ea erat, ſalus populi, ſuprema lex eſto: Cicero eas non eſſe leges dixit, quę ad communem vtilitatem non referuntur. Idem ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominũ quietam, & beatam leges conſtitutas eſſe docuit: Item, ea virtute & ſapientia, inquit, maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendis, nihil ſibi, niſi ſalutem atque vtilitatem reip. proponerent. Hermogenes, omne ius hominum cauſſa conſtitutum eſſe aiebat, hoc eſt, ad bonum vtilitatemque communẽ. Nec mirum videri debet, cum, vt Tribonianus ſcripſit, & omnes res eorum cauſſa ſint. Ariſtoteles libro primo Politico, in principio, dixit, politicam coniectare præcipuum bonum, cuiuſmodi eſt commune; quod magis amandum
B eſſe quam priuatũ, alio loco ſcripſit. Plato, idem varijs in locis docuit; vt cum dixit, Leges debere condi in vtilitatem totius reip. non vnius partis. Idem haud obſcure indicauit, cum legiſlatori tria reſpicienda eſſe affirmauit: Vt ciuitas quæ legibus inſtituitur libera ſit, ſibiipſi amica, & mentem habeat. Et ne plures auctores recenſeam; Charondas, vt eſt apud Stobeum, & Plutarchũ in ſuis apophthegmis; vt omittam multos recentiores, quos refert, Vaſquius, Alphonſum, Guererium in ſuis theſibus, Boerium, Alberigum, Fernandum, Lucam de Penna & alios. Poſtea, lex ſeu legiſlator debet ordinare homines ad bonum, quatenus ipſi ſunt quędam partes reip. quare, cum bonum partis ordinandum ſit ad bonum totius, prius inſpicere debet communem vtilitatem, & conſequenter priuatam; ne naturæ ordinem peruertat.
C Præterea, lex, vt infra probabitur, debet eſſe communis & vniuerſalis, vt diſtinguatur a præcepto: vniuerſale igitur bonum ſpectare debebit. Confirmatur, lex debet ordinare hominem in finem humanum, qui finis eſt commune bonum; omnes enim hominum actiones habent eundem finem: igitur. Ad hæc, legiſlator humanus eatenus eſt verus legiſlator, quatenus ſupremum legiſlatorem Deum imitatur, ſeque ad eius imaginem format, cuius vicem gerit: atqui Deus in mundi fabricatione atque procuratione bonum ſpectat commune, cuius cauſſa corruptionem intendit in natura, & nonnulla præter priuatam inclinationem fieri voluit; vt quod graue aſcendat, ne detur vacuum, quo dato, rerum vniuerſitas tolleretur: igitur. Denique, ne in re aperta, maxime tamen neceſſaria, pluribus immorer, eandem
D veritatem, præter omnium bene inſtitutarum ciuitatum exempla, quibuſdam ſimilibus confirmare libet. Lex eſt veluti medicus, qui membra ſingula ad totius corporis conſeruationem ordinat, & ſi opus eſt, etiam abſcindit: Lex eſt veluti regina, ſiue rex, qui potius regni, quam vnius ciuitatis, & ciuitatis, quam pagi, & pagi, quam vnius familiæ bonum propoſitum habet: eſt etiam veluti paterfamilias, qui potius totius familiæ, quam vnius, vel alterius domeſtici conſiderat vtilitatem. Ideo Plato aiebat, oportere ita leges ſcribi, vt patris, matriſque perſonam legiſlator gerat: vnde, per allegoriam, vt Clemens Alexandrinus ſcribit, patria, mater & nutrix dicitur, leges vero patres.

D. Thom. ad Ducis. Brab. S. Brig. lib. 4. ren c. 3. — Lib. ij. de leg. — Lib. 1. de inu. — L. 1. de ſtat. hom. — Lib 1. Eth. c. ij — Lib. ij. de leg. in Critia. epiſt. 8. — In Theat. — Lib qq illuſt. c. 1. — Cap. 54. — D. Tho. de regim. — Pindar. — Cle. Alex. lib. 1. & 2. Strom. — Lib. 9. de leg. — Li. 4. Stro.

2 Scđa poſitio, lex q̃ ſpectat ſolũ priuatũ & particulare bonũ, eſt lex iniuſta

F &

& mala, vt hoc ſolo capite reijcienda ſit. Doctrina eſt manifeſta,q̃ ex dictis A neceſſario conficitur: quam ea confirmat ratio, qua vſus eſt Panormitanus *Cap. cum ceſſant. de appellat.* in capite canonum, de conſtitut. Quoniam ceſſante bono communi, cuius cauſſa leges feruntur, lex ceſſare debet; iuxta illud axioma, ceſſante cauſſa, *Lib. 5. pol. c. 11.* ceſſat effectus. Quare, ſi quæ lex ordinaretur in ſolam principis vtilitatem, eſſet iniqua,& tyrannidem ſaperet,vt præter alios Ariſtoteles,& Baſilius do *Hom. de invit prouc.* cent. Tertia poſitio, vt lex ſit iuſta, non eſt neceſſe vt ſit ſingulis ciuibus vtilis,ſed ſat eſt,ſi maiori parti proſit,& vt plurimum,etiamſi aliqui priuati hõmines, aliquid damni ex ea referant, & non vigeat vtilitatis ratio in omnibus. Vt ecce, lex eſt, ne minores natu poſſint alienare res ſuas, idque propter commune bonum: quia,vt plurimum,male ſuis rebus conſulunt,cum prudentia careant: quæ tamen lex alicui minori, qui iudicio polleat, & explorate agat, aliquando oberit. Allata poſitio ſic probatur. Primo,humanæ B leges ſunt circa contingentia, quæ ſub humanam prouidentiam omnino *Lib. 1 Eth. c. 2.* non cadunt; & ita neceſſe eſt, vt in aliquibus deficiant. Ideo Ariſtoteles de humano bono agendo dixit, Multos in eius conſequutione errare atque perire. Deinde, ſi ad legis humanæ iuſtitiam non ſufficeret,vt pluribus eſſet vtilis,ſequeretur omnes fere humanas leges eſſe iniuſtas;& earum iuſtitiam eſſe inconſtantem, quia pro rerum varietate nunc iuſtæ, nunc iniuſtæ euaderent:quare nulla eſſet earum hac in parte certitudo,& firmitas.Ex quibus primum inferres,non propterea quod lex in aliquorum damnum cedit,eos ob hanc cauſſam eſſe a legis obligatione, exemptos; cum eorum damnum in bonum commune cedat:quod bonum ſinguli,tanquam reip.membra & C partes,cum ſuo malo conſeruare debent.Deinde,ex eadem doctrina intelligeres, quænam ſit cauſſa limitandi, declarandique, leges atque in eiſdẽ diſpenſandi, hæc videlicet,q̃a legiſlator non põt priuatos euentus cernere: & *Infra lib. 7.* ideo cum aliquibus,non ſine ratione, diſpenſat. Quarta poſitio, priuilegia, quæ,vt Iſidorus ait,ſunt quædam priuatę leges,non ſunt ſtatuenda,aut concedenda,niſi aliquo pacto cedant in commune bonum. Huius doctrinæ ratio eſt in promptu,quoniam aduerſantur legi cõi; quæ,quãtum fieri poteſt, *Lib. 4. de rep.* integra & intacta cõſeruanda eſt.Quare,vt inter alios Nicolaus Bieſius ſcribit,raro ſunt concedenda,cum leges tollant;ſed tamen ob publicam vtilitatem non ſunt neganda: de quibus ſuo latius dicetur locô. Quincta poſitio, in legibus condendis vna reſp. alterius reip. ſiue populi commoditati proD ſpicere debet;licet magis ſibi,quam alijs cõſulere poſſit. Explico,nulli reip. talem legem ſancire licet,quæ,ſine ſuo commodo,alijs ſit nocumento. Primum, huius poſitionis confirmatio ex ipſa natura depromitur; in qua ita ſe res omnes conſeruant, ac tuentur,vt vna non obſit alteri,imò vt vna ſit pro- *Lib. 2. diſp. 1.* pter aliam:& ita inter ſe communicant,ac iuuant. Huc pertinet fundamentũ illud,quo dicebamus,hunc vniuerſum terrarum orbem eſſe veluti quãdam magnam ciuitatem, & omnes homines eſſe quaſi vnius ciuitatis ciues. Deinde,ex lege caritatis,qua omnes mortales inter ſe obligantur; & ita ſinguli ſingulos,& omnes diligere debent: caritas autem nemini nocet:ſit itaq; homo homini Deus,non lupus.Huc etiam facit poſitum fundamentum de caritate

A titate inter homines ſeruanda, quod etiam Tullius poſuit. Poſtremo, quæuis reſp. eſt veluti pars totius communitatis humanæ: at vna pars alteri nocere non debet, ſed potius prodeſſe, vt ipſa natura docet: igitur. Intelligẽda eſt allata doctrina, quando id fieri poteſt, & quando aliter ſuæ cõmoditati conſulere licet. Verum, in pœnam, liceret legem condere, quæ alteri reip. vel populo noceret; vt ſi ſtatueretur lex, ne hæreticæ ciuitati venderetur frumentum. Vt dicta magis confirmentur, argumentis contrarijs reſpondeamus.

Ad primum, eſt lex regula humanarum actionum, ſed vniuerſe conſideratarum: & ſingulorum bonum quantum poteſt, curat, idque dum intenditur, & conſeruatur commune. Ad ſecũdum, accidit quidem legi, quod pluribus, aut paucioribus detur; ſed ei non accidit, vt quod eſt pluribus vtile
B ſpectare debeat. Et quę data fuit Adamo lex, in communem poſterorum vtilitatem cedebat. Ad tertium, falſum eſt, leges illas non cedere in commune bonum, quod ex priuatis ciuium bonis pẽdet. Nam, ſi ſinguli homines non conſeruarentur, ſi omnes egerent, ſi ſua bona dilapidarent, commune tolleretur bonum, quod legiſlator in lege ponenda propoſitum habet; licet in legis exequutione ciues priuatam vtilitatem intendant. Quod de lege correctionis dicebatur, hæc etiam eſt introducta ob commune bonum, cum reip. expediat ciues habere bonos: quamuis eius exequutio, vt plurimum, in particulari bono verſetur. Et cum ſit lex affirmans, non obligat ſemper, ſed ſuis temporibus, & locis: quamuis eius vis ſemper vigeat. Ad quartum, dum lex viget, & eius vtilitas communis apparet, nõ ceſſat, ac proinde obli-
C gat etiam eos, qui, etſi contra facerent, legis finem non tollerent. Ad quinctum, patet ex dictis: licet ergo aliquibus noceat, tamen, ſi per eam bono cõſulatur communi, vt bona & vtilis retinenda, & ſeruanda eſt.

Ad poſtremum, leges de ſoluendis tributis in commune bonum cedunt: quia tributis alitur publicus miniſter; qui an habeat in priuatorum bonorum ius aliquod, ſequenti diſputatione examinabitur.

An Princeps, ſiue legislator, poſſit legem ſtatuere, qua ſubditorum bona in ſuam vtilitatem cedant. Diſput. IIII.

D QVAMVIS ex proxime diſcuſſa quæſtione, quid in hac, quam præ manibus habemus, tenendum ſit, aliqua parte conſtet: tamen, tum ad ea quæ docuimus magis confirmanda; tum ad nonnulla priuata argumenta diſſoluenda, priuatam diſputationem inſtituendam putauimus. Quod autem Princeps poſſit talem legem condere, ſic probatur.

Primo, auctoritate ſcripturæ, Samuel ſub Dei perſona hac de re verba faciendo, dixit, Hoc eſt ius regis, Filios veſtros tollet, & ponet in curribus 1. Reg. 8.
ſuis, & quæ ſequuntur, vbi plane affirmari videtur, regem poſſe omnia in ſuam vtilitatem conuertere. Huc pertinet etiam illud Chriſti, Reges gentium dominantur eorum, & poteſtatem exercent inter illos; non autem ſic inter vos: quibus verbis, diuerſas indicauit poteſtates, regiam nimirum, &

eam quam ipſe traditurus erat: quarum diſcrimen in eo poſitum videtur, vt A
ciuilis ſit in Principis commodum: ea autem, quam ipſe dare debebat, in
aliorum vtilitatem.

Sap. Secundo, Principes Dei perſonam referunt, poteſtatemq; a Deo habent:
atqui Deus eſt omnium rerum dominus, & omnia in ſuam gloriam tranſ-
ferre poteſt; & ita potuit præcipere Abrahamo, vt filium ſibi ſacrificaret, &
Exod. Hebræis, vt vaſa ab Aegyptijs auferrent, quæ non reſtituerent: quare etiam
Princeps talem poterit condere legem, qua aliorum bona in ipſius cedant
vtilitatem. Tertio, vt ſe habet paterfamilias ad domeſticos & ſeruos; ita
Princeps ad ſubditos: ſed paterfamilias eſt omnium rerum domeſticarum
dominus, & quidquid ſeruus acquirit, domino acquirit: igitur pari ratione
Princeps erit dominus omnium quæ a ſubditis poſſidetur; & eo magis, quo B
maiorem poteſtatem habet. Et hinc eſt, quod apud omnes nationes Domini
Lib. 1. Po- nuncupantur. Quarto, ex Ariſtotelis doctrina, ſunt quidam populi, ſiue ho-
lit. c. mines adeo barbari ac feri, vt nō poſſint, nec debeant regi niſi dominio de-
ſpotico, hoc eſt ad nutum & voluntatem regis; quod in libro tertio de regi-
Cap. 11. mine Principum approbauit Diuus Thomas: ergo, ratione iſtorum ſaltem,
talis lex fieri poterit.

Poſtremo, Principes iure belli multa ſolent acquirere bona, de quibus ta
lem legem poſſent ferre, vt in ſuam tantum cederent vtilitatem: & cum effi-
ciantur eorū quos capiunt domini, multo magis bonorum quæ ab illis poſ-
ſidentur: quare, de illis pro ſua voluntate, poterunt diſponere. Et quod huc
facit, cum Princeps ſit dominus bonorum regni & imperij, quæ etiam alie- C
nare, & alijs pro ſua voluntate tradere poteſt; cur etiam tale ius in vniuerſa
ciuium bona non habeat?

In hac difficultate, eſt prima ſententia, ſeu potius error grauiſſimus eo-
rum, qui putarunt Principem abſolutum habere omnium bonorum domi-
nium, ita vt pro ſua voluntate poſſit illa adminiſtrare, & in ſuam vtilitatem
conuertere. In quo errore fuerunt olim apud Perſas iudices illi, qui Cam-
byſi regi dixerunt, quandam reperiri legem, Regi id licere, quidquid ei li-
beret. In eodem verſantur errore Turcorum principes, qui ſe omnium
bonorum plenum dominium habere arbitrantur: vt in eos vere cadat, quod
ſapienter a Liuio pronuntiatum fuit, Reges, domini rerum, temporum, quia
trahunt cuncta, non ſequuntur. D

Secunda ſententia priori contraria, quę apud omnes populos, apud quos-
cum ratione dominatum eſt, ſemper viguit, Principes non eſſe dominos re-
rum ſubditorum, & per nullam iuſtam legem poſſe eas in priuatum com-
modum conuertere. Huic dubitationi, cum nihil occurrat notandum, ſe-
quentibus poſitionibus ſatisfacio.

Prima poſitio, nulla humana poteſtas tale in ſubditorum bona dominiū
habet, vt per aliquam legem poſſit ea in ſuam priuatam vtilitatem conuer-
tere. Doctrina eſt certiſſima, & contrarium docere eſt error grauiſſimus, vn-
de oīum humanarū atq; diuinarum rerum, ſi introduceretur, manaret euer-
Cap. 17. ſio. Primū hæc doctrina confirmatur ex diuinis literis, in Deuteronomio, cū

regni

A regni & iudiciorum forma præſcribitur, ita habetur, cum conſtitutus fuerit *Lege Diuiſ.*
Rex, non multiplicabit equos, nec reducet populum in Aegyptum, equita- *Tho. lib. 3.*
tus numero ſublatus: non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animam *de regim.*
eius, nec argenti, aut auri immenſa pondera, & quæ ſequuntur: vbi inter alia *c. 11.*
præcipitur, ne ſuperbia efferatur ſuper fratres ſuos, & ne declinet ad dexte-
ram, vel ſiniſtram, id eſt, vt æquitaté ſeruet, & hoc, vt longo tempore ipſe &
eius filij regnent. Apud Ezechielem, de Principe legimus, Non accipiet Prin *Cap. 46.*
ceps de hæreditate populi, nec de poſſeſſione eorum: ſed de hæreditate ſua
dabit filijs ſuis. Idem, alio loco acriter inuehitur in rectores, qui ſubditorũ *Cap. 44.*
bona in ſuam vtilitatem conuertũt. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemet-
ipſos; non ne greges paſcuntur a paſtoribus? & quæ ibi ſequuntur. Huc fa-
B cit, quod Iezabelem, & Achabum, regem grauiter punitos fuiſſe legimus, qa *3. Reg. 21.*
Nabothi vineam per vim occuparunt. Deinde auctoritate humana: Ariſto- *Lib. 3. Polit.*
teles ſcriptum reliquit, Regnum eſſe propter regem, & regem propter po- *c. 1.*
pulum: & in hoc differre regem a tyranno, quod ille bonum reip. curat, hic *Lib. 8. Eth.*
ſuum: vnde ait tyrannidem eſſe peſſimam. Idem varijs in locis docuit eius *c. 10. & 11.*
magiſter Plato, M. Tullius, & alij quos ſupra citauimus. Idem bonorũ prin-
cipum exemplo cõfirmare licet. Antigonus ideo laudatur, quod cuidam di-
centi omnia Regibus honeſta & iuſta eſſe, reſponderit, Ita per Iouem, Bar-
barorum regibus, nobis autem ea duntaxat honeſta ſunt, quæ & ea iuſta
ſunt. Reges Gothorum chriſtiana religione imbutorum, ad hunc modum *Conc. Tol.*
principatum ineundo iurabant, erunt actibus iudices, vita modeſti, non re- *8. c. 10.*
C ſpicientes proprij iura commodi, ſed conſulentes patriæ & genti. Huc per-
tinent multa exempla eorum Regum, quibus male ſucceſſit, quod cõtra na
turæ legem ſubditorũ bona voluerint occupare; qui, vel vi extincti, vt Tar-
quinius, vel depoſiti a regno fuerunt. Vnde Auguſtinus exponens illud,
Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, inquit, Quod Cæſar præcipit, ferendum
eſt, quod imperat, tolerandum: ſed fit intolerabile, dum prædas exactores
accumulant. Idem, quod Ioannes Baptiſta de militibus, eos ſuis ſtipendijs
contentos eſſe debere dixerat, de cunctis rectoribus, affirmat: qui, ſi præter
decreta ſtipendia, aliquid quærant, vt calumniatores & concuſſores Ioannis
ſententia condemnandi ſunt. Præterea, Principes habent ius dominandi a
rep. & a populo, qui non inſtituit regem in illius vtilitatem, ſed vt tanquam
D publicus miniſter, commune bonum conſeruet: igitur. Denique, reſp. &
ciuitas, regnũmve, eſt veluti quoddam corpus, quod ſuis membris conſtat;
cuius caput eſt Princeps, qui ſi membra deſtrueret, & ſuccum ſanguinemq;
per membra diffundendum in ſe conuerteret, proculdubio totum corpus
corrueret. Secunda poſitio, ad bonum Principem potius pertinet, vt in alios
ſit beneficus, quam vt aliquid a ſubditis detrahat, aut accipiat.
Primum, quia Dei perſonam repræſentat, qui pluit ſuper iuſtos & iniu- *Pſal. 102.*
ſtos, qui eſt miſericors, & miſerator: qui replet omne animal benedictio-
ne, hoc eſt muneribus. Deinde, quia Princeps debet in omni virtute ſubdi-
tos excellere & maxime in beneficentia, a qua Principes benefici vocantur,
iuxta illud Domini, Reges gentium dominantur eorum: & qui p̃tãtẽ habẽt *Luc. 22.*

ſuper eos,Benefici vocantur,ideſt ſunt. Huc facit etiam hoc eiuſdem pronunciatum,Beatius eſt magis dare,quam accipere:Poſtremo, quoniam hac potiſſimum de cauſſa multi inter bonos Principes cõnumerati fuere, quod liberales atque prolixi in ſuos ſubditos fuerint; vt Alexander, Cæſar, Auguſtus,& eorum ſimiles:& qui hac virtute fuerunt ornati, diutius & ſecurius regnarunt,ac regnare meruerunt; quam ob cauſſam, inter alias, quas Diuus Auguſtinus aſſignauit,regnare meruerunt Romani.Paſcere itaq; debet,non ſolum paſci ouium Paſtor, vt hac ratione ſuorum ſibi beneuolentiam conciliet,ſuumque imperium ſecurum, reddat, & ad æterna paſcua a ſummo Paſtore Deo vt admittatur dignus euadat:ad quod efficiendum,eos bonus quidam his verbis hortabatur paſtor. Paſcite, qui in vobis eſt gregẽ Domini:vt cum venerit, princeps Paſtorum, ideſt, Rex Regum Chriſtus, percipiatis immarceſſibilem gloriæ coronam. A B

Act.20. *D.Tho.1. de reg.c.8.* *1.Pet.5.*

Ad primum,verba illa, vt præter alios Cyprianus & Hieronymus exponunt,non ſunt intelligenda de eo, quod ex iuſtitia reges efficere ſunt obligati,ſed de eo quod per vim facere conſuenere, vt patet ex eo quod erat Samueli propoſitum, hoc videlicet vt Hebræos a Regis petitione deterreret. Similiter Chriſti verba, de peruerſa dominandi ratione intelligenda ſunt: quam ideo damnauit,vt bonam introduceret. Ad ſecundum,concedimus Dei locum tenere,ſed vt proſint,non vt noceant, & non omnem habent poteſtatem in omnes, & omnia, vt Deus habet: qui eſt dominus etiam vitæ. Non itaque Dei perſonam gerunt in omnibus, ſed in ijs quæ ad munus ſuſceptum pertinent,vt ſint boni aliorum miniſtri, non mercenarij, non deglubatores,& carnifices.Concedimus tamen legiſlatorem,in pœnã, & boni publici cauſſa,ſubditos & bonis & vita poſſe priuare.Ad tertium,dominium politicum & deſpoticum, ſiue paternum longe inter ſe diſtant; vt ex Ariſtotele & alijs viris doctis diſcimus, & ſupra nos docuimus, quare ab vno ad aliud,ſimpliciter loquendo,argumentari non licet. Sunt itaque ciues inferiores & ſerui,ſed liberi:qui vt bene eis ſit, in ſeruum ſeruorum poteſtatem tranſtulerunt. Dicuntur itaque domini dominio libero, ingenuo, & politico,non deſpotico,quo aliquis ijs qui ſunt vere ſerui dominatur. Ad quartum,nolumus hoc loco late eam difficultatẽ examinare, ſit ne aliquis natura ſeruus, de qua,præter alios, vide quæ in ſuis quæſtionibus diſputat Buridanus; nunc breuiter cum aliquibus dicimus Ariſtotelem intelligendum eſſe de hominibus omnino barbaris, qui vitam viuunt ferinam, & ex rapinis: qui poſſunt in ſeruitutem redigi. Ad quinctum,maxima eſt de re quæ in hoc argumento tangitur dubitatio,de qua nolo in præſentia diligẽtius quicquam ſtatuere. Breuiter igitur & vniuerſe dixerim,non poſſe priuari ſuis bonis priuatos ciues debellatæ vrbis, ſed ſolum politico dominio ſubijci: poſito bellum iuſte fuiſſe ſuſceptum. Vnde expugnator ſolum publicorum bonorum fieret dominus:& quod acquireret, id totum in ius regium veniret,& eadem ratione id poſſideret, quo id poſſidet, quod per ciuium,populorum ve facultatem,ſibi fuit a principio conceſſum, ſed de iure regio alibi fauente Deo. C D

Lib.1. Polit. *In lib.1. pol.q.6.*

An ſit

A *An ſit ſolius Principis leges condere.* *Diſput. V.*

DIximvs de cauſſa finali legum, nunc de efficiente diſputaturi ſumus: & quidem primum vniuerſe, poſtea priuatim. Quod autem cuiuſque ſit leges condere, his rationibus probatur.

Primo, lex nihil aliud eſt, quam quædam recta ratio: ergo, quiſque, modo prudentia polleat, poterit legem condere: vnde dux in exercitu, magiſter in ludo, faber in officina, dominus in familia; & denique quiſque in eos, quorum dominium, aut curam aliquam gerit, immo

B omnes in omnes cum Deus cuique mandauerit curam de proximo ſuo, leges ſancire poterit. Secundo, ſi cuiuſquam ratio non poteſt leges facere, maxime fœminarum, quæ iure naturæ, vel gentium a publico regimine arcentur: at hoc non eſt omnino verum, cum fœminæ prudentiſſimæ ſępe apud populos regnauerint, & leges tulerint: & in noſtra repub. eccleſiaſtica Monialiũ magiſtræ, quas Abbatiſſas vocamus, leges ſtatuere poſſunt: igitur. Tertio, principes ſunt ſæpenumero ignari, & eam non habent doctrinã, quæ ad bonas leges ſtatuendas eſt neceſſaria: non eſt igitur verũ, quod dicitur, eius qui regit rationem legem facere, quod ſumptum fuit; multis exemplis demonſtrari poſſet: & ſpeciatim Iuſtiniani, qui, ut quidã ſcribunt, fuit analphabetos, & amuſos, i. ſine literis, & ſine muſis; & de Suidas.

C Carolo VI. Francorum Rege, ſcribitur fuiſſe iuuenem ſtultum. Quarto, Genebr. quo argumento probo, rempub. ſiue populum non poſſe legem condere; in Chr. quoniam, iuxta celebratum axioma, Par in parem, non habet auctoritatẽ; nulla igitur gens poterit ſibi legem ponere; quod ſi dicas, transferri poteſtatem in aliquos, qui leges ſciſcant, hoc nihil eſt, quia non poſſunt transferre niſi eam, quam in ſe habent: vt ergo per ſe nihil ſancire queũt; ita nec per alium. Quod autem maiorem quandam poteſtatem non transferant, ex eo patet, quoniam ex multitudinis conſenſu pendet obligatio. In hac diſputatione nullæ occurrunt neceſſario citandæ ſententiæ; quare, quibuſdam præmiſſis diſtinctionibus, quid in hac parte tenendũ ſit, nõnullas afferendo poſitiones breuiter docebimus.

D Prima diſtinctio, duob. modis aliqua lex fieri poteſt; uno modo ſtatuẽdo, docendo, atque ordinando, quid faciendum ſit; quod ſine doctrina atq; prudentia, humanarumque, & diuinarum rerum notitia fieri nõn poteſt; altero modo, proponendo, & promulgando id quod tanquam lex ab omnibus ſeruari debet, quod ſine iuriſdictione & dominio fieri nequit. Secunda, duobus modis poteſt ordinari aliquid in multitudinis vtilitatem; primo, admonendo, hortando ad efficiendum, quod reipub. eſt vtile; cuius incolumitatem, naturæ propenſione, deſiderant, atque curant, aut certe curare deberent omnes: altero, præcipiendo, & ſi opus eſt, cogendo, vi & poteſtate; efficaciter, inquam, ordinando, vt quę pro communi bono ſunt ſancita, omnino ſeruentur. Tertia, duplici ratione poteſt quiſpiam reipub. cu-

ram habere;una,cum ab ipſis ſubditis, populove accipitur, ut Principes & Reges habent;&,vniuerſe loquendo,a poteſtate humana:altera,ab aliqua poteſtate ſuperiore & eminentiore,ut Chriſtus a Patre,a quo ei omnis poteſtas data fuit. Vnde dicere potuit, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo:quam poteſtatem reliquit in Eccleſia ſuo Vicario. Verum, etiam Ciuilis poteſtas quæ eſt in Rege,aliquo pacto a Deo eſſe dicitur; iuxta illud Sapientis, Per me reges regnant: & illud Pauli, Non eſt poteſtas,niſi a Deo. Quarta,de cauſa efficienti legis duobus modis diſputari poteſt: vno modo vniuerſe,de omni lege apud omnes nationes:altero de priuatis legib. a quibuſdam magiſtratibus latis, & priuatim de magiſtratibus apud Romanos; vt de Prætoribus Aedilibus,& alijs,de quibus Iuriſperiti quęrere ſolēt.His diſtinctionibus,has ſubijcio poſitiones. A B

Pſalm.2. *Rom.13.*

Prima poſitio,Lex æterna nullam habet cauſſam efficientem. Doctrina eſt manifeſta,quia eſt idem cum ipſa natura diuina quæ eſt æterna:at ſi efficientem cauſſam haberet,non eſſet æterna. Secunda poſitio, prima ac independens cauſſa efficiens legum omnium eſt diuina ratio. Hæc poſitio manifeſte colligitur, ex illis æternæ ſapientiæ verbis, Per me reges regnāt, & legum conditores iuſta decernunt:quam hac ratione confirmares:Illa ratio eſt vera legis cauſa,quæ ſapientiam,prudentiam,voluntatem, poteſtatemque habet coniunctam,hoc eſt,is poteſt vere legem condere,qui ſapiēs eſt,ut facienda cognoſcat;qui prudens,ut recte dirigat: qui denique velit, & poſſit obligare: atque omnes hæ perfectiones eminentiſſime ſunt in ratione diuina,ſiue in Deo:igitur.Ex his intelligi poteſt,in Deo reſidere ſummam poteſtatem condendi leges reſpectu cuiuſcunque creaturæ, & populi.Quia gerit curam vniuerſitatis rerum omnium.Huc facit illud Iſaiæ,Dominus enim iudex noſter,Dominus Legifer noſter. Verum,aliquarum legum eſt cauſſa proxima, aliarum remota, prout dedit homini rationem ac dominium ad quaſdam leges conſtituendas. Tertia poſitio,leges condere per modum ordinationis,ſiue doctrinæ,ac regulæ,non eſt cuiuſque humanæ rationis,ſed eius,quæ ſapientia & prudentia ornata ſit. Huc facit,quod dici ſolet, Philoſophos leges ſtatuiſſe; cum ſine maxima ſapientia & prudentia ſanciri non queant. Ideo Plato ad bonum reip. regimen requirebat, vt principes philoſopharentur:& aliqui in legislatore iuris ciuilis diſciplinam deſiderant,qua recta ratio a natura inſita,& ad leges ferēdas idonea ſummopere excolatur. Ex quibus colligeres, vniuerſe loquendo,paucorum eſſe leges facere,cum legis perfectio a ſapientia atq; prudentia pendeat:quibus uirtutibus,ſi Princeps,vel populus eſſet orbatus, legis faciēdæ prouinciam doctis atque prudentibus viris mandare deberet. Quarta poſitio,legum conſtitutio per modum imperij atque præcepti, ita ut publice ſeruandæ proponantur,eſt ſolum eius,ſiue eorum qui publicam habēt poteſtatem,per quam non ſolum poſſunt ad obſeruationem hortari,ſed etiam cogere.Primum,quia hoc conſonum eſt cum legis fine, qui eſt commune bonum;ad quem finem conſequendum is viam demonſtrare debet,qui poteſtatem habet publicam;Nam inter cauſſam finalem & efficientem,vt Ariſtoteles C D

Prou.8.

A ſtoteles ſcripſit, debet eſſe aliqua proportio. Is igitur dirigere communitatem debebit, qui communem perſonam gerit. Deinde, actus legis, ſunt imperare, vetare, permittere, & punire; quos ſolum is exercere poteſt, qui publicam habet auctoritatem: igitur legum ſanctio ad eum pertinebit. Huc facit quod in legis definitione à quibuſdã ponitur particula illa, Coercitio; quaſi coercere ſit de ſubſtantia legis: quare ab eo ſolũ ferri poterit, qui coercendi poteſtatem habet. Denique, legem facere, ut docte ſcribit Bartolus, quem alij ſequuntur, eſt actus iuriſdictionis: ad eos igitur ſolos pertinebit legum latio, quia iuriſdictionem habent, vt ſunt publicæ perſonæ Confirmatur, quia non minor poteſtas requiritur ad legem ſtatuendam quam ad eius obſeruantiam introducendam, & conſeruandam: at hoc non eſt niſi
B eius qui curam publicam gerit: igitur.

Atq; ex his colligeres, vnam iniuſtam legis cauſſam, eſſe defectum poteſtatis; qua deficiente, vt in tyranno, lex nulla eſt. Quo loco, vna cum Innocentio adnotauerim, poſſe aliquem Principem in eos, in quos iuriſdictionem non habet, legem ſtatuere, ſi illi eas acceperent. Quincta poſitio, legum præceptio & ordinatio per modum hortationis, & admonitionis poteſt pertinere etiam ad eos, qui poteſtate carent: ſine qua tamen, quidquid præcipitur, proprie loquendo, lex nominari non poteſt. Huc pertinet quorundam philoſophorum præcepta, vt Pythagoræ, Epicteti, & illa, quæ tribuuntur Catoni, atque quorundam aliorum alia. Sexta poſitio, omnes qui habent aliquid dominij, aut iuriſdictionis poſſunt leges condere, ratione eorum, quos ſibi
C ſubiectos habent. Verum, conſtitutiones illæ, ſiue pręcepta, quæ feruntur ab ijs, qui non habent talem iuriſdictionem, vt poſſint in ſubditos animaduertere, non ſunt proprie leges: ſicuti nec illæ, quæ non diriguntur in commune bonum: obligant tamen ad ſui obſeruationem. Septima poſitio, commune populi, aut reip. & communitatis votum non obligat poſteros ad ſui obſeruationem, niſi accedat commune pręceptum. Declaro, ſi communitas aliqua ob calamitatem, qua premitur, vt propter peſtem, commune votũ Deo nuncupaſſet, huius voti obligatio non tranſiret ad poſteros, niſi ſanciretur lex de hoc voto in poſterum ab alijs ſeruando. Ratio huius doctrinæ ea eſt, quia voti obligatio eſt perſonalis, & ideo non tranſit in alios: eſt etiam actus voluntatis, qua quis non poteſt alium obligare, niſi ipſe velit. Verum ratione conſuetudinis, poſſet etiam alios obligare; cum conſuetudo pro lege
D habeatur. Octaua poſitio, nihil repugnat, vt alicuius fœminæ ratio legem faciat. Poſſunt enim interdum eſſe prudentes, ac etiam ſunt, habentque a populo iuriſdictionem; vt cum in regno ſuccedunt; igitur. Verum, vt id obiter dicamus, rerum ciuilium cura & adminiſtratio fęminis committenda non eſt. Primum, hoc docet communis apud nationes omnes conſuetudo, quam viri docti, vt Ariſtoteles, Plato, & alij confirmant: vt illud omittam, quod ſapiens ait, Melior eſt.n. iniquitas uiri, quam mulier benefaciens. Deinde, quia non eas habent partes, q̃ in bono legiſlatore & rectore requiruntur; vt ſunt, maximus rationis uſus, prudentia ſingularis, perturbationũ animi dominium, humanarum rerum peritia, & id genus alia. Licet ergo

I. oẽs pop. ff. de leg.

Cap. a nobis, primo, de ſent. ex. com & c. 1. de locat.

Stephan Furc. de regu. mul.

Eccle. 42.

Lege Bur. q. 26. in 3. polu.

fęminæ

fęminæ ſint eiuſdem ſpeciei cum homine,& eandem habeant ſimilitudinē A
cum Deo:tamen homini tanquam ſuo capiti in actibus ad exteriorē domi-
nationem pertinentibus debent eſſe ſubiectæ,vt ex Paulo diſcimus. Itaque
Lud. Ario. ſi vir eſt caput mulieris in domo,multo magis debet eſſe in rep. Et,licet in-
terdum iudicio polleant,& bona dent conſilia;tamen potius caſu,& ex tem
pore,non ex matura cogitatione,id habent. Sed de hac re ſatis;quam,quæ
de conditionibus boni legiſlatoris dicemus, adhuc planius confirmabunt.
Nona poſitio,cōdendarum legum poteſtas olim apud Romanos varia fuit.
Patebit hæc doctrina ex ijs quæ de iure ciuili Romanorum poſtea dicemus
qui autem priuatim hāc facultatem habuerint, dubitari ſolet a Iuriſperitis:
quibus hoc terminandum nunc relinquimus. Decima poſitio, in eo qui
leges laturus eſt,præter conditiones ſuperius inſinuatas;nonnullæ aliæ vi- B
dentur neceſſariæ,& ſunt fere iſtæ. Prima,ut ſit bona voluntate affectus,vt
uere in omni lege ſancienda id velit præſtare, quod eſt boni Principis pro-
prium;ita vt,ſi ſecus accidat,ſi quod legem ſanciendo efficere vult,non ſuc-
cedat,ei vitio tribui non poſſit,eumque conſcientia non redarguat,aut ſaltē
Plat. in non ita ſeuere. Secunda,religio;quoniam cum omnium legum finis ſit di-
Epin. uinus cultus,quod etiam philoſophi docuerunt,nunquam poterit iuſtas le
ges ſancire, qui non fuerit religione ornatus: quam ob cauſſam nonnulli
Principes interdum iniquas leges ſtatuerunt,præſertim contra Eccleſiaſticā
libertatem,iuſque pontificale. In hac conditione explicanda & probanda,
ſi quis ſine neceſſitate nimius eſſet, & quod experientia nō raro docuit,vel-
let pluribus verbis confirmare, longus contra noſtrorum temporum Poli- C
ticos fieri poſſet ſermo. Tertia,diuerſarum rerump. notitia, ſtatus, ac ſuc-
Ariſt. 2. ceſſus. Is itaque erit Nomotheta præſtantior atq; ſolertior, qui viderit,col
pol. legerit,memoria tenebit diuerſarū rerūp. mores, leges, & qd boni, mali ve
eis acciderit. Sic enim ea reijciet,quæ remp. perturbant, aut euertunt, & ea
retinebit,quæ conſeruant: cum minus ſit expoſitus periculo, qui poſt alios
Odiſſ. vadum ingreditur. Huc pertinet laus illa ab Homero Vlyſſi tributa,Quod
multorum vrbes & mores nouerit. Quare, iuniores, vt minus prudentes,
non ſunt ita idonei ad leges condēdas,& ad populos regendos. Vnde opti-
Dion. Caſ. mus princeps Octauius Tyberio optimum dedit præceptum, vt remp. ho-
lib. 56. minibus,qui prudentia & rerum gerendarum peritia eſſent præditi, com-
mitteret. Ex omnibus autem conditionibus quæ in bono legiſlatore de- D
ſiderantur,illæ duæ ſunt illuſtriores, quas in principe legiſlatorum omniū
Moſe fuiſſe ſacra ſcriptura docet,caritas,& manſuetudo.Hic enim tanta ca-
ritate erat incenſus,vt pro populi ſibi commiſſi incolumitate, ex libro vitæ
deleri deſiderauerit;& vt diuina pagina docet, fuit omnium mitiſſimus.

Sed peteret hoc loco quiſpiam, an legiſlator in lege ferenda populi vel
Can. decē. multitudinis iudicium requirere debeat? Cui petitioni reſpondendo dice-
d. 42 rem,non debere. Eſt itaque docendus populus, non ſequendus; nec eius
L. decurio vanæ voces audiendæ. Nam,
C. de pœn.
Virg. lib. 5. *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*
Aen. Nec eſt,inquit Tullius,conſilium in vulgo,nō ratio,non diſcrimen:ſine cō-

paratione

A paratione populus probat: eſſe melius non ſentit: illud quod eſt, qualecunque eſt, probat; quia ex ueritate pauca, ex opinione multa æſtimat. Vnde viri ſapientes, vt Ariſtoteles, vt Plato, vt Seneca, vulgi mores & approbationes approbare non ſolent. Et cum olim Athenienſes ex oraculo didiciſſent vnum eſſe in ciuitate hominem, qui omnium ſententię aduerſaretur, eumq; quærendum iuſſiſſent, Phocion, vir ſapientiſſimus, qui nec lacrymare, nec ridere vnquam viſus eſt, ſe eum eſſe confeſſus eſt. Nam ſoli ſibi nihil eorum placere, quæ vulgus & ageret & diceret. Et cum aliquando, ſententiam pronuntiaſſet, quam omnes approbabant, Nunquid mali, inquit, forſitan imprudens dixi? Non itaque tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant; & argumentum peſſimi turba eſt: ſed de his hactenus. *Pro Cluē. Pro Roſcio. Plat in Alcib. Lib. x Eth. Lib. de uita beata. Plut. in apoph.*

B Ad primum, patet ex allata doctrina in diſtinctionib. & poſitionibus. Ad ſecundum, patet ex poſitione ſeptima. Quod uero attinet ad Abbatiſſas, de quibus quæri poteſt, an aliquam iuriſdictionem habeant, vide quid Summiſtæ dicant: nos infra cum de ſtatutis agemus, quid dicendum ſit, docebimus. Ad tertium, ſi princeps ſit ignarus, debet alios conſulere, quod attinet ad legem ſanciendam per modum doctrinæ: quod vero ad impoſitioné pertinet, non eget doctrina: Ideo Iuſtinianus in colligendis, ordinandis, & faciendis legibus, viris vtebatur doctis. Ad quartum, quamuis vnus ex multitudine priuatus homo non habeat facultatem in alium priuatum: tamé omnes ſimul, cum in eis, vt ſupra docuimus, proxime iure naturæ & diuino reſideat dominium, poſſunt in vnum vel plures regendæ multitudinis confer- *Pacenſ. Lib. 1.*

C re poteſtatem, qua euadit ſuperior, ac proinde maiorem habet auctoritatem qua leges in alios valeat ſtatuere.

An Pontifex Romanus poſſit vllas leges condere, quibus uniuerſum Chriſtianum orbem obliget. *Diſput. V I.*

IN ampliſſimum ingrederer multarum diſputationum campú, ſi quæ circa difficultatem propoſitam dici poſſent omnia huc afferre vellem, dicam ergo breuiter, & multa in pauca cóſtringam: & prius aliquot poſitiones, quæ erunt quaſi aliarú fundamentum ponam: deinde quaſdam alias, quæ proxime rem

D propoſitam explanabunt.

Prima poſitio, ex tribus ſimplicibus gubernãdi formis, monarchia, ideſt, vnius principatus cui opponitur tyrannis, ariſtocratia, ideſt, optimatum regimen, cui contraria eſt oligarchia, ideſt, paucorum factio, & democratia, ideſt, totius populi imperiú, cui opponitur multitudinis, ſiue plebis factio, prima eſt omnium optima: quidquid omnium hæreticorum peſſimus contra optimos ſcriptores, communemque ſententiam ſenſerit Caluinus. Huic itaque hominú impuriſſimo opponeres omnes veteres ſcriptores, Hebręos, Græcos, & Latinos, tum Theologos, tum Philoſophos, tum Oratores, tum Poetas, & Hiſtoricos; vt Philonem, Platonem, Ariſtotelem, Plutarchum in

ſuo de

ſuo de hac re opuſculo, Iſocratem, & Homerũ, cuius hoc celebratiſſimum A
ab omnibus approbatur carmen,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς.

Pier. Quod quidam hunc in modum traduxit,

Multos eſſe duces, haud quaquam proderit, eſto
Rex unus, princeps unus, qui publica tractet.

Quod male a Caluino hunc in modum exponitur, dum ait, Homerum ſignificare voluiſſe, Regnum duos non capere, principes, nõ quod vnus omnes gubernare debeat: quoniam iſte ſenſus eſt ridiculus, ad quem pronuntiandum non fuiſſet opus Vlyſſis ſapientia; idem enim eſt, ac ſi diceretur, vnius regnum, non admittere duos. Quod ſi per regnum intelligit multitudinem, quæ regi debet; tunc id ipſum dicit, quod nos dicimus; Monarchiam præſtare Ariſtocratiæ, quod multitudo non commode regatur a multis, & poteſtatem impatientem eſſe conſortis. At ſi per regnum certam aliquam intelligit prouinciam, cui vnus præeſſe debeat, non totum orbẽ: tunc non aſſequitur Homerici Vlyſſis ſententiam: cui, non ad vnum populum, ſed ad vniuerſum Græcorum exercitum in quo varij erant populi, concionabatur; quos vno rege gubernandos eſſe docuit. Omittimus hoc loco, cum rem ex profeſſo non tractemus, antiquorum patrum auctoritates, vt Iuſtini, martyris, Cypriani, Hieronymi, Athanaſij, & aliorum: cum hac in parte plus rationis bruta habeant animalia, quæ optimæ gubernationis nobis exempla præbent, cum uno duce gaudeant, quam Caluinus, qui inepte, argumẽtum a natura quorundam animalium ſumptum, ridet; dum ait, Hoc argumento ſolum probari, uni cætui, ſiue gregi, vnum præeſſe debere, nõ vnum omnibus: ſed nõ animaduertit incautus homo, eccleſiam cuius monarchiã euertere volebat, vnum eſſe ouile, ac proinde vnum requirere paſtorẽ. Vt omittam, quod plures animalium cætus non poſſunt inter ſe aliqua ratione copulari, vt homines poſſunt. Omitto etiam, quod Deus in ſuo populo voluit eſſe Patriarchas, Duces, & Reges, qui oẽs regia poteſtate præditi erant. (D.Thom.lib. 1. de reg. prin.) B C

1. Reg 8. Quod ſi damnauit Hebræos, Regem ſibi petentes, id nihil eſt, quia reprehẽdere voluit, quod non eſſent contenti ea monarchiæ ratione, quam ipſe inſtituerat; ſed Regem volebant, qui omnia pro ſuo arbitrio faceret, apud quẽ ſumma eſſet poteſtas, & non eſſet veluti prorex vice Dei, vt erant duces tẽpore Iudicũ: quaſi Deus eſſet primus & proprius illius populi Rex, cui aliũ vt ſuum Vicarium & Proregem dabat, quem adire poſſent. Et licet illa petitio Deo non placuerit, adhuc tamen eis optimum monarcham deſignauit. Denique, omittimus eas proprietates quæ optimo regimini cõueniunt, quę in monarchia manifeſtius reperiuntur; vt ſunt, ordo, finis aſſequutio, qui eſt ciuium coniunctio, robur ac potentia, ſtabilitas & diuturnitas, & deniq; gubernationis facilitas. Cæterum, ob humanæ naturæ conditionem, ex tribus formis temperatum regimen vtilius eſſe videtur, in hac vita. Vt ſi daretur vnus princeps nulli ſubiectus: & ſingulis ciuitatibus aut regnis ſui darẽtur Præſides, non annui, & quaſi Regis vicarij, ſed veri principes, qui ſum- D

mo prin-

A mo principi obedirent; ſed regnum, uel ciuitatem, ut ſuam, non tanquam alienam adminiſtrarent. Quod ſi omnes hi moderatores nō ſucceſſione has dignitates acquirerent, ſed ex uniuerſo populo optimi ad eas legerentur, iā miſtum ex tribus formis daretur regendi genus; quale fuit olim in populo Hebræo, & nunc eſt in Eccleſia. Hæc etſi uera ſint: tamen, abſolute loquendo, & omnibus remotis, quod ſcilicet unus homo non poſſit eſſe ubique, & per ſe omnia agere, ſimplex monarchia eſt alijs regnandi formis melior: qualis eſt in Deo, & in Chriſto: ex quo loco ſancti patres Deorum multitudinem impugnarunt. His itaque ſecluſis circunſtantijs, non eſt præferenda ariſtocratia, vt Caluinus facit.

Secunda poſitio, Eccleſiæ gubernatio, non eſt ſimplex democratia. Po- *Cant. 6.*
B nimus hic pro certo, in eccleſia quę eſt veluti caſtrorū acies ordinata, eſſe ali *Act. 20.* quod regimen: & hoc eſſe ſpirituale, a politico diſtinctum: quod, vt abſolutum & liberum, eſt in Chriſto, qui fuit conſtitutus rex a patre, & regni eius *Pſal. 2.* non erit finis: illud autem, quod Chriſtus Eccleſiæ commiſit, non eſt, ut in *Luc. 1.* hac poſitione aſſeueramus, democraticum. Primum, quoniam Deus, ſiue Chriſtus pro ſua ſapientia debuit in ſua Eccleſia optimum regimen conſtituere: at democraticum nō eſt tale, cum ex tribus regendi formis bonis democratia cenſeatur minus bona: igitur. Vnde Anacharſis Scytha, referente *Ariſt. li. 8. Eth. c. 10.* Plutarcho in Solone, mirabatur quod in Græcia Sapientes, id eſt, oratores dicerent, & ſtulti, id eſt, populares iudicarent: & nos ſupra docuimus, quam populi iudicium ſit parui faciendum. Et ſanè, vt ſapienter ſcriptum reliquit
C Auguſtinus, non poſſunt ſtulti beatius viuere, quam ſi a Sapientibus regantur. Deinde, quia in democratia magiſtratus a plebe conſtituitur, & ab ea auctoritatem habet; a quo in rebus grauibus ad plebem appellatur: leges a magiſtratū propoſitæ a plebe iubentur: plebs magiſtratū priuat, & in exiliū pellit, punitque morte: quorum nullum in rep. Chriſtiana fit a plebe, vt per ſe eſt manifeſtum, & idcirco a probatione abſtineo. Denique, ſi plebs talē auctoritatem haberet, non a ſe, ſed a Deo haberet; quod nullibi ſcripturarū reperitur. Tertia poſitio, Eccleſiæ regimen non eſt apud principes ſeculares. Primum, patet hæc poſitio ex Paulo dicente, Deum poſuiſſe in Eccle- *1. Cor. 12.* ſia primum Apoſtolos, deinde prophetas, tum paſtores, & doctores; nō Reges & Principes, vt impie Brentius exiſtimauit, qui Epiſcopos Principum
D quaſi mancipia eſſe dixit, & Eccleſiæ curam ad optimates tranſtulit. Huc pertinet illud Dauidis vaticinium, Pro patribus tuis nati tibi ſunt filij, con- *Pſal. 44.* ſtitues eos principes ſuper omnem terram, id eſt, pro Apoſtolis, vt Auguſtinus & Hieronymus, exponunt, nati ſunt multi fideles, quos Deus conſtituit principes ſuper omnem terram. Apoſtoli itaque tanquam patres Eccleſiæ filios genuerunt, qui conſtituti ſunt principes. A qua expoſitione, non diſcrepat multum quorundam Græcorum patrum interpretatio, qui per Pa- *Chryſ. Theod.* tres, intelligunt veteres Patriarchas, & per filios, Apoſtolos, quibus ſuccedunt Epiſcopi. Atqui primi Eccleſiæ moderatores non fuerunt Reges & optimates: igitur. Deinde, confirmatur auctoritate citatorum patrū, ad quos accedat Apoſtolorum diſcipulus Ignatius in epiſtola ad Smyrnēſes, Dama-

ſcenus

ſcenus in oratione ſecunda pro imaginibus, Gregorius libro quarto epiſto- A
Epiſt.31. larum,vbi ait,Sacerdotes eſſe quoſdam Deos inter homines.Denique,idem
confirmares ex Epiſcoporum geſtis, quibus probare licet ſeculares Princi-
pes in rebus ad eccleſiaſticũ regimen pertinentibus ſemper Epiſcopis fuiſ-
Euſeb. lib. ſe ſubiectos,quod multis exemplis, quæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ paſſim ſup-
6.c.25. *Ruf.lib.1.* peditant, demonſtrarem, ſi nunc id agerem. Quod ſi interdum Eccleſiæ
cap.2. miniſtri vocantur ſerui,& ſummus Pontifex ſeruus ſeruorum Dei, id intel-
Sulpit. in ligendum eſt ratione eius ſeruitutis,qua in aliorum commodum laborant,
uita S. uigilando, regendo, ſacra miniſtrando, non autem obediendo, & paren-
Mart. do alijs,quaſi ſubiecta mancipia; quo etiam ſenſu, Principem ſeruum pu-
blicum appellare ſolemus. Et in hunc ſenſum intelligeres illud Domini,
veni miniſtrare,non miniſtrari. Ideo Paulus aiebat,Per euangelium uos ge- B
nui. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate & ſpiritu man-
ſuetudinis? Vnde colligere licet, ſi Principes non ſunt eccleſiæ optima-
tes, quod nec eius regimen ariſtocraticum ad eos pertinet: cum ſit diui-
2. Par.19. num, nunquam boni Principes ſibi vſurpare auſi ſunt, & qui tentarunt,
& 26. grauiſſime puniti fuere. Et ſane, dicat hic miſer hæreticus, a quibuſnam
Ambr. ep. Principibus vſque ad Imperatores Chriſtianos Eccleſia per tot annos gu-
33. bernata fuerit. Et qui fuerunt religioſi & pij Principes, nonnulla nego-
tia ad ſuam poteſtatem pertinentia,Epiſcopis tribuerunt,vt cauſſarum ciui-
lium cognitionem,vt infra plane demonſtrabo. Quod ſi hæreticus veteris
teſtamenti Principes obijciat,qui cum eſſent Duces, vel Reges, ſe in rebus
ad religionem pertinentibus immiſcuere;vt Moſes,Ioſue,Dauid, Salomon, C
& Ozias:Moſes ſacerdos fuit, alij extraordinaria poteſtate aliquid, non tã,
Deut. 27. vt Reges, quam vt prophetæ fecere:cum tamen ſcirent in lege præceptum
2.Par.26. eſſe,vt in rebus dubijs de religione, non ad Regem, ſed ad ſacerdotem ire-
tur. Ozias ſuæ temeritatis pœnam retulit. Hinc eſt quod Ioſaphat rex maxi-
me pius aliquando dixit, Pontificem præſidere debere, in rebus ad Deum
pertinentibus. Quare, cum Paulus ait, Principem eſſe Dei miniſtrum &
vindicem, intelligendus eſt in rebus ſecularibus, &, vt eſſe debet defenſor
ac uindex rerum diuinarum,ad quarum conſeruationem ciuile regimen re-
ferẽdum eſſe, qui non uidet,is omnino cęcus eſt:cum etiam gentium cęcu-
Lib.2. de tientes oculi hoc viderint. Ideo iure optimo, aliquando queſtus eſt Cice-
leg. ro,quo iuris ciuilis doctrina,pontificale ius aliqua parte eluderet. D

Quarta poſitio, Eccleſiaſticum regimen non eſt præcipue apud Epiſco-
pos,& persbyteros;ut male docuit Caluinus,Ioannis Huſſi hac in re ſecta-
tor, qui ſupremam Eccleſiæ poteſtatem apud ſeniorum cętum reſidere uo-
luerunt. Primum, nunquam reperiet hæreticus locum in ſcriptura, qua
ſola,omnia probari debere docet, ubi omnium ſacerdotum cętui tributa ſit
ſumma Eccleſiæ gubernandæ poteſtas;cum tamen,omnes & ſinguli Epiſco-
pi,ſicuti & Apoſtoli ſua munera,vt docere,baptizare,ſoluere, & ligare ſine
ſeniorum cętu exercere potuerint,& fecerint.Deinde, ſæpe contingeret Ec-
cleſiam eſſe ſine rectoribus, cũ optimates qui ſunt poteſtate pares, nõ poſ-
ſint conuenire;ac proinde,aliquem,aut aliquos ſolent eligere, quibus cu-

ram

A tam publicā;veluti conſulibus committant.Cum itaq; in Eccleſia rariſſime optimates congregentur,& in primis trecentis reip. Chriſtianæ annis,nulla fuerit publica optimatum congregatio, & poſtea raro etiam habeantur publici eorum conuentus,Eccleſia ſuo perpetuo,quo indiget, careret regimine; præſertim iuxta hæreticorum dogma,cum dicant. Pontificem Romanum non habuiſſe poteſtatem perpetuam creandi optimates:quam ſane nulli alij patriarchæ habuerunt. Ideo Hieronymus aliquando dixit,Palæſtinam,ad Alexandrinum patriarcham nihil pertinere: qui, ex Chriſoſtomo,nec eos iudicare debet, qui ſunt in Thracia. Deinde,ſi apud optimates eſſet Eccleſiæ regimen, ſequeretur, ut quo maior eſſet eorum cœtus, maior quoque eſset auctoritas atque poteſtas: & tamen Ariminenſe Concilium, *Epiſt.ad Pam.* *Epiſt.ad Innoc.I.*

B in quo plures fuerunt Epiſcopi, quam in prima Synodo Conſtantinopolitana, nunquam vllius fuit auctoritatis: cuius rei nulla alia poteſt reddi ratio, niſi quia illud ſine Pontificis auctoritate, congregatum fuit, hoc uero maxime. Quod ſi dicas,ideo illud reijcimus, hoc approbamus, quia illud errauit; iam hoc eſt ſe Eccleſiæ vniuerſalem iudicem facere. Poſtremo,etſi Democratia ſit minus bona gubernandi forma: tamen Ariſtocratia pernicioſior eſſe uidetur; cum ſummum Eccleſiæ malum,nimirum hæreſes, potius ab optimatibus, hoc eſt, ab Epiſcopis & presbyteris originem ducat, quam a plebeis: & factiones,in quibus hæreſes poneres,facilius oriuntur, cum optimates regunt. Neq; noſtræ doctrinæ obſtat, quod in primo Concilio apoſtolico et ſeniores conueniſſe dicatur; quia ibi erat Petrus tanquā *Act.15.*

C caput: quod ex eo patet, quia alias in aliena Eccleſia primus ſnīam dicere nō auſus fuiſſet,proprio præſente Epiſcopo Iacobo. Et nulla eſt implicatio, quod in monarchia cōueniant ſeniores, ut cōſultores, & adminiſtri Regis.

Quincta poſitio,eccleſiæ regimen potiſſimum debet eſſe monarchicum. Primum,quia hoc gubernandi genus eſt optimum: igitur Chriſtus legiſlator & princeps optimus hanc gubernationis formam debuit in ſua Eccleſia relinquere;ne hac in parte eſſet Synagoga inferior,in qua viguit monarchia,quod neque aduerſarij negant.Deinde, quia conueniens fuit vt viſibilis & militans Eccleſia gubernaretur ad ſimilitudinem Eccleſiæ triumphantis,iuxta illud,Vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cœlo: atqui in illa præter ſummum Monarcham Deum, eſt vnus qui alijs *Apoc.3.21.* *Iſa.14.*

D præeſt,ut fuit antequam peccaret, Lucifer, & poſt eius caſum S. Michael, qui eſt princeps cęleſtis militiæ: igitur.Pręterea idem confirmatur ex ſimilitudinibus,quibus deſcribitur Eccleſia,quæ humano corpori,regno,ouili,domui, naui, arcæ Noë, & ordinato exercitui dicitur ſimilis: quæ omnia vno ſummo rectore gubernantur. Denique, vt ſingulis ciuitatibus,ſinguli Epiſcopi pręſunt,& pluribus Epiſcopis,vnus Archiepiſcopus,& vni prouinciæ vnus primas,& Patriarcha, qui non ſolum dignitate, ſed etiam auctoritate alijs præſtant ; cur non etiam his omnibus unus ſummus paſtor ad maiorem , & neceſſariam Eccleſiæ gubernationem præficiendus fuit? Neque fit vlla iniuria Chriſto,ſi vnum ponatur viſibile Eccleſiæ militātis caput, quod Chriſti vices gerat, ab eodem inſtitutum; quamob *Apoc.12.* *Cant.6.7.* *Dan.2.* *Ioan. 20.* *1.Pet.3.*

cauſſam

cauſſam Eccleſia dicitur corpus Chriſti. Neque repugnat, vt vnus præſit A omnibus, qui in varijs regnis ſunt, præſertim in re ſpirituali & religione, cum reges ſeculares multis prouincijs præſint, vt olim Aſſue rus Perſarum Rex, & Auguſtus, quo nemo vnquam felicius regnauit, qui vniuerſo orbi præerat: qui tamen ſub ſe non veros principes, vt Pontifex habet, ſed Vicarios & pro reges habebant. Vnde colligeres, quod ſi commode fieri poſſet, melius eſſet, vt omnibus mundi prouincijs vnus præeſſet.

Sexta poſitio, diuus Petrus fuit ſummus totius Eccleſiaſtici regiminis monarcha, cui in eadem poteſtatis plenitudine Pontifices ſuccedunt Romani. Nolo ad huius poſitionis probationem in latiſſimũ campum digredi, cum hæc a nobis obiter attingantur, & pro certis ponantur. Satis ergo nobis ſit, Petro dictum fuiſſe, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, hoc eſt ſuper Petri confeſſionem & fidem, ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues B regni cœlorum: paſce oues meas: huic reuelata fuit veritas de Chriſti confeſſione: eidem dictum, Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: pro eius fide rogatum eſt ne deficiat: hic primus inter Apoſtolos uocatur: primus in Concilio loquitur: hic ſolus cum Chriſto ſuper aquas ambulat: ſolus, ut quidam ſcribunt, a Chriſto fuit baptizatus, in Epiſcopum ordinatus: primus primum hæreſiarcham Simonem damnauit, & ſuſtulit: Romæ ex iuſſu diuino ſedem collocauit, & ne inde recederet, a Chriſto impeditus fuit: eius ſedes vt patriarchalis ſemper eſt habita: dies feſtus eius cathedræ ab Eccleſia celebratur: denique, cum in carcere detineretur, tota eccleſia pro eo orabat: ad quem videndum Paulus Ieruſalem ſe contulit. Atque hæ C ſunt præcipuę Petri prærogatiuæ, quæ eius ſupremam indicant poteſtatẽ: in qua Romani Pontifices ſuccedunt: qui his præclariſſimis titulis ab antiquis & religioſis patribus ornantur, Papa, ſiue Pappa, hoc eſt, pater primo & perpetuo appellatus eſt: Pater patrum, Pontifex Chriſtianorum, Princeps Sacerdotum, Vicarius Chriſti, caput Eccleſiæ, Fundamentum Eccleſiarum, Doctor ouilis Chriſti, Rector domus Dei, Pater & doctor omnium Chriſtianorum, Sponſus Eccleſiæ, Apoſtolicæ Eccleſiæ præſul, & Epiſcopus vniuerſalis: a nemine vero Antichriſtus, niſi a recẽtibus Antichriſti miniſtris: quia Antichriſtus nondum venit: quia nõ eſt certus quidam homo: quia non Ieruſalem, ſed Romæ ſedet: non negat Ieſum eſſe Chriſtum: non ait ſe eſſe verum Chriſtum, neque Deum, neque ſolum Deum: non eſt natione & religione Iudęus: non ceſſant vlla eius perſecutione publica ſacrificia: D non facit falſa miracula & mendacia ſigna; quod ignis cadat de cœlo, quod beſtia loquatur, quod a mortuis ſurgat: non eſt homo abiectus, qui per fraudes ad regnum veniat: non pugnat cum tribus regibus diuerſarum regionum; nec ſeptem reges occidit, ut euaderet monarcha: non totum orbem Chriſtianum ſuo exercitu proſequitur, tanquam Gog. i. princeps, Magog. i. gentis Scythicæ: quę omnia de Antichriſto dicuntur. Hanc Romanæ Eccleſiæ Monarchiam antiqui ac pij Pontifices ad alias rationes, uel Epiſcopos & Principes ſcribendo demonſtrarunt, vt Iulius Primus epiſtola ad Orientales, Damaſus epiſtola ad oẽs Epiſcopos; Syricius epiſtola ad Himericum;

Mat.16.

Euodius.

Tur.Cre.

Anclet.

A ricũ,Zoſimus epiſtola ad Heſichũ,Innocen.epiſt.ad Epiſcopos Macedoniæ,
Leo epiſt.ad Anaſtaſiũ Theſſalonicẽſem Epiſcopũ,ad Anatholiũ, ad Dioſco
rũ,& in ſerm.primo de natali Apoſtolorũ,Gelaſius ad Epiſc.Dardanię, Ioã-
nes II.ad Iuſtinianũ ſeniorẽ Auguſtũ,Anaſtaſius II.ad Anaſtaſiũ Imperat. Go
laſius II.ad Epiſcopos orientis,& Greg.I. epiſtola ad Gennadiũ.Hanc eandẽ
Gręci patres agnouerunt,Ignatius in epiſt.ad Romanos,Ireneus lib.3.cõtra
hæreſes:Epiphanius hæreſis 68.Athanaſius apologia ſecũda, Baſil. in epiſt.
ad Athanaſiũ:Greg. Nazian.in carmine de ſua vita,Chryſoſt.epiſt.prima ad *Lib. 1.*
Innocent.Papã:Cyril.in epiſt. 10.& 11.& in libris Theſaurorũ, quos aliqui *Cap. 3.*
citãt,Theodoret.epiſt. ad Leonẽ Papã:ex Latinis,Cypr.multis in locis,maxi *Lib. 1. ep. 3*
me in libro de vnitate Eccleſiæ,& in uarijs epiſtolis : Optatus libro ſecũdo *8. lib. 2. ep. 10.*
B contra Parmenianum, Ambroſius in caput tertium primæ ad Timotheũ,& *Cap. 1.*
libro tertio de Sacramentis,Hieronymus epiſtola ad Agenchiam,& ad Da-
maſum,qui tamen presbyter Antiochenus erat;ex quo loco etiam Eraſmus
parum alias æquus in Romanam eccleſiam idem colligit. Auguſtinus in *Epiſt. 92.*
epiſtola ad Optatum,ad Innocentium:Proſper libro de ingratis, & libro ſe *157. 162.*
cundo de uocatione Gentium:Vincentius Lyrinenſis in ſuo commentario: *Li. 11. ep. 2*
Caſſiodorus epiſtola ad Ioannem Papam : Venerabilis Beda in ſua hiſtoria *Lib 2. c. 1.*
Anglicana:Anſelmus lib.de incarnatione Verbi,capite primo, Hugo de S. *Part 3. ca. 15.*
Victore libro ſecundo de Sacram. Denique Bernardus, quem ſanctum virũ
vocat Caluinus.Hic ergo ſanctus vir,his egtegijs titulis Romanum Ponti-
ficem commendauit,Sacerdos magnus,ſummus Pontifex,princeps epiſco- *Ad Eug.*
C porum, hæres Apoſtolorum, primatu Abel,gubernatu Noè, Patriarchatu
Abrahã,ordine Melchiſedech,dignitate Aaron,auctoritate Moſes,iudicatu
Samuel,poteſtate Petrus,vnctione Chriſtus. At,Caluine, quomodo potuit
eſſe vir ſanctus,is qui eum tot laudibus exornauit,quem tu omnino dãnan
dum & ſpernendum putas? Si Romanus Pontifex Monarchicum regimẽ a
Chriſto non habuit,oſtendant aduerſarij a quo,& quando, & ubi accepe-
rit;cum tamen ſemper fuerint,qui hanc poteſtatem labefactare uoluerint:
per quam alios Epiſcopos,etiam Antiochenum, Alexandrinum, Ieroſoly-
mitanum,& Conſtantinopolitanum,inſtituit,reſtituit,deponit;cum omni
bus diſpenſat,in omnes leges fert,communione priuat : in varias regiones
Legatos mittit,appellationes omniũ audit,de cõtrouerſijs fidei & morũ ſo-
D lus iudicat,& deniq; regna & imperia trãsfert.Septima poſitio, sũmus Põt.
ni directe,ſaltẽ indirecte hẽt poteſtatẽ tẽporalẽ monarchicã;hoc eſt,diſpo-
nere põt in reb. tẽporalib. omniũ Chriſtianorũ in ordinẽ ad bonũ ſpiritua
le totius Eccleſiæ.Quare,vt ſe habẽt in homine ſpiritus, & caro,ita in rep. *Greg. Nazian. orat.*
Chriſtiana & in Eccleſia,q̃ eſt unũ corpus,hæ duæ poteſtates, ſpiritualis & *ad popul.*
tẽporalis.Sũt.n.caro & ſpiritus quaſi duo homines, interior & exterior, &
duæ reſp.quæ ſeparatæ & coniũctæ reperiri poſſunt.Habet.n.caro ſenſum
quo cognoſcit,& appetitũ quo mouetur, & hæ potentiæ ſua habẽt propria
obiecta,& ſuos actus,quorũ finis eſt corporis incolumitas & perfectio. Si-
militer ſpiritus habet ſuperiorem rationis partem,quæ vt Ariſtoteles docet,
in vero cognoſcendo non errat,ac ẽt rationalẽ appetitũ;quarũ potentiarum

G actus

actus pro fine habent honeſtum & rationis bonum . Et vt in brutis eſt caro A
ſine ſpiritu , ita in intelligentijs ſpiritus ſine carne ; in homine tamen ambo
ſunt coniuncta ; & ita ad rectum hominis regimen, caro debet in ijs,quæ ad
[*Ariſt. loc. cit.*] honeſtum pertinent,eſſe ſubiecta ſpiritui:qui vt ſuperior ſphęra inferiorem
trahit,ita appetitum ſenſitiuum ſecum trahere debet.Licet ergo iſtę poteſta-
[*Diſt.96.c. duo. c. ſolita,de maior. & obe.*] tes poſſint eſſe ſciunctæ in diuerſis regnis , & rebuſp. tamen cum in vno &
eodem copulantur, ciuilis debet eſſe ſubordinata ſpirituali,cũ ciuitatis con
ſeruatio & quies ad Dei cultum referenda ſit.Quamuis ergo ordinarie & di
recte Pontifex, vt multi ſcribunt,non poſſit Principes deponere, aut eorum
leges abrogare, & de ſecularibus iudicare;tamen ſi id neceſſariũ ſit ad bonũ
ſpirituale fideliũ, vtiq; poterit; vt ſi lex ciuilis opponeretur ſpirituali bono,
[*Glo.c. Poſſeſſor de regul.iur. lib.6.*] ſi Princeps in hęreſim incideret,aut ſubditos oĩo peſſime tractaret,aut duo B
ſummi Reges inter ſe contenderent.Huc pertinet illa Bernardi ſentẽtia,Ha-
bent hæc infima & terrena iudices ſuos,reges,& Principes terræ.Quid fines
[*Ber. lib. 1. de conſid.*] alienos inuaditis? Quid falcem in alienã meſſem extenditis? Item,in crimi-
nibus,non in poſſeſſionibus ptãs veſtra. Item,ſed aliud eſt excurrere in iſta,
aliud vero incumbere iſtis,tanquam dignis tali,& talium intentione rebus.
[*Cap. per-uen. qui fil ſint legit.*] Huc etiam pertinet, quod Innocentius tertius dixit,Põtificem ſolum caſua-
liter temporalem iuriſdictionem exercere. Quod aũt talis poteſtas in ſum-
mo ſit Pontifice,hæ rõnes confirmant.Primo,ſumitur rõ ex fine vtriuſq; po-
teſtatis , quia ciuilis regiminis finis refertur ad finẽ gubernationis ſpiritua-
lis:nã fęlicitas tpalis,cũ non ſit vltima,referri debet ad ęternã.Confirmatur,
[*Rom. 12. 1.Cor. 12.*] quia Pontifices & Reges, ſeculares & laici non faciunt duas reſp.ſed vnã,cũ C
ſint vnum corpus:Quare,ſi Princeps ſecularis impediret ſua ptãte ſpũale bo
num,teneretur mutare ſententiã,& pati detrimentũ ad illud retinendũ:ſunt
igitur vnum corpus.Itaq; iſtæ duæ ptãtes non ſecus concordes eſſe,& vnum
& eundẽ finẽ ſpectare debent,ac ſi in vna eſſent perſona,vt olim erãt:diuor-
tio tñ facto,finis remanſit idem.Scdo,reſp.eccleſiaſtica debet eſſe perfecta,&
ſibi ſufficiens in ordinẽ ad ſuũ finẽ:ſed ad hoc opus eſt auctoritate diſponẽ-
di de rebus tpalibus ; quia alias mali Principes poſſent impune fouere fidei
hoſtes,& religionẽ euertere: igitur. Confirmatur,põt vna reſp.aliã non ſibi
ſubiectã cogere ad mutandã adminiſtrationẽ,& eius Principẽ dñio priuare,
cũ non põt aliter ab eius iniurijs ſibi cauere:ergo multo magis ſpũalis reſp.
tpali reip.ſibi ſubiectę imperare poterit,ſi aliter nõ queat ſuum bonũ ſpũale D
[*Bern. lib. 4 de cõſid.*] tueri.Et hoc pacto intelligitur illud,qđ in poteſtate Papæ ſint duo gladij; qa
põt impedire & auferre ex cauſſa vſum tpalis gladij. Quã ſñiam Bonifacius
[*extr. unã ſanct. de maior. & obed.*] Octauus vſurpauit, ſed a Bernardo accepit: & ita, q illũ repherendũt,hũc ẽt
dãnant. Tertio , nõ licet Chriſtianis tolerare regẽ infidelẽ,aut hæreticum,ſi
eos puertere conet:at iudicare,an Rex ſit infidelis,vel hæreticus pertinet ad
[*Deut. 17*] Pontificẽ:igit̃ idẽ ſtatuere debebit,deponẽdus ſit necne.Cõfirmatur,vt peri-
culũ eſt eligere principẽ non fidelem,qđ in veteri lege prohibitũ erat,ita nõ
deponere,non Chriſtianũ,ſi conetur auertere populum a fide(quia,alias,vt
quidã volunt,non Chriſtianus,qui prius habuiſſet dominium anteq̃ popu
lus fieret fidelis,nõ poſſet dñio priuari) igitur. Qđ ſi olim nõ fuerũt depoſitũ

A Principes Eccleſiæ perſequutores,id accidit ob impotentiam. Et quod li-
cuiſſet, patet ex Paulo iubente vt alij iudices conſtituantur, qui fidelium
cauſſas audiant. Confirmatur, quia tolerare talem Principem, eſt expo- *1.Cor 6.*
nere religionem euidenti periculo,cum ſubditi, Principum mores facile *3.Reg 12.*
ſequantur;vt exempla multa demonſtrant. Cum ergo hic duo iura con-
currant,diuinum,de fide conſeruanda,& humanum,quod hic, uel ille re-
gnet;illud quod maius eſt,ſeruandum erit. Et ſi coniux fidelis libera eſt a *1.Cor.7.*
lege manendi cum coniuge infideli,nolente cum ea manere ſine fidei iniu- *cap.Gau.* *Ex.de diu.*
ria,cur non etiam populus a iugo Regis infidelis? Quarto,cum Petro data
eſt facultas paſcendi oues,id omne ei conceſſum eſt, quod ad gregem tuen
B dum eſt neceſſarium:ad hoc autem triplici opus eſt facultate; una circa lu-
pos,ut omni ratione qua poteſt eos arceat:altera,circa arietes, vt ſi quando
cornibus lædant poſſit eos recludere & prohibere: tertia, circa reliquas
oues,vt eis congrua pabula tribuat:igitur has omnes poteſtates habebit.Po
terit ergo eum q factus eſt lupus.i.ex fideli hæreticus,eijcere,& dominio in
ſubditos priuare,& Principes ſe male in plebem gerentes coercere, & re- *Cap.ſuper.*
cludere,aut in ouium ordinem redigere,& omnibus ea præcipere, quæ ad *Rex cõſue.*
ſuum officium recte exercendum pertinent,ut conuenienter Deo ſeruiant: *in extrau.*
atqui ad Reges & Principes pertinet ſeruire Deo in puniendis hæreticis & *commun.*
ſchiſmaticis,ut Auguſtinus ſcribens ad Bonifacium,ac etiam Leo & Grego
rius docent: ergo. Nam eo ipſo,quod aliquis Princeps ad eccleſiam uenit, *Epiſt 50.*
vel expreſſe,vel tacite ſuũ ſceptrum Chriſto ſubijcit, & ſe religionem de- *Epiſt.75.*
C fenſurum pollicetur. Cum non ſit idoneus ad baptiſmum ſuſcipiendum, *Lib.2. epi. 61.*
qui non eſt paratus omnia pro Chriſto exponere,& patrem ac matrem, ac *Luc. 14.*
etiam animam ſuam odiſſe.

Denique,hanc poſitionem ex factis ſiue exemplis multis confirmare li-
ceret.Primo ex ueteri lege,Samuel Saulem regem creauit,& peccantem pu *1. Reg.*
blice depoſuit,& Dauidem ſubſtituit.Idem fecit Elias diuino ſpiritu actus,
non modo in Iſrael,ſed ẽt in Syria. Ieremias accepit poteſtatẽ ſuper regna, *3.Reg. 19.*
ut ædificaret,& deſtrueret,cuius auctoritate non debuit eſſe minor illa,quã
ſuis Apoſtolis & eorũ ſucceſſorib. in ſua Eccleſia reliquit Chriſtus.Ozias, *2.Par.26.*
cũ ſacerdotũ officiũ vſurpare voluiſſet,a Pontifice fuit e tẽplo eiectus; & cũ
ob hoc peccatũ fuiſſet a Deo lepra pcuſſus, coactus fuit ex vrbe diſcedere,
D & regnũ filio renũciare:qđ ſi iſte ob leprã corporalẽ potuit Pontificis ſentẽ-
tia regno priuari;multo magis aliquis Princeps ob graue peccatũ, ut eſt hæ
reſis,poterit a ſũmo Põtifice principatu ſpoliari.Ioada Põtifex,vocatis cẽtu-
rionib. Athaliã interfici iuſſit,cũ regnũ tyrãnice occupaſſet, & Baalis cultũ
foueret.Secũdo idẽ confirmatur exẽplis ex nouo teſtamẽto sũpiis. Greg.II.
Leonẽ Imperatorẽ iconomachũ excõmunicauit,& ei vectigalia ſolui ab Ita
lis prohibuit;& ita imperij parte mulctauit;ꝙ factũ Cedrenus,& Zonaras,
& alij hiſtorici laudarũt,quãuis male Cẽturiatores dãnent. Zacharias Põt.
Rom.Childericũ Frãcorũ regẽ depoſuit,& in eius locũ Pipinũ creari iuſſit,
ob ſocordiã in regno adminiſtrãdo rogatus a Frãcorũ Primoribus.Quod ẽt
factũ multi ſcriptores laudarũt,vt Ado,Sigibertus,& Rhegino in chronicis

Leo Tertius, tranſtulit Imperiũ a Græcis ad Germanos; quod Græci nullum A
auxilium occidentali eccleſiæ laboranti, afferre poſſent. Quo fit, vt licet Im-
peratoria dignitas, ſua natura, non ſit a Pontifice, ſed a Deo mediãte iure gen
tium, ab hoc tamen tempore, qui conſequuti ſunt, Imperatores, eam Ponti-
fici etiam acceptam referre debeant: vnde factum eſt, vt Imperator a Pontifi-
Cap. Venerab. de elect. ce confirmetur, eique fidelitatis iuramentum præſtet. Neque hæc tranſlatio
tanquam iniqua damnari debet, vt Magdeburgenſes, & Theodorus Biblian
Cle. unic. de iur. der facit. Primum, quia omnes Chriſtiani Carolum magnum, & qui eũ ſe-
quuti ſunt, pro veris Imperatoribus habuere: neque vllus Rex eſt vnquam
Tab. 10. Chron. inuentus, qui ei præcedere ſit auſus, licet potentia & regni antiquitate eſſet
ſuperior: ſed ſoli Lutherani primi de ſua ſede deturbare ſunt conati. Adde
etiam, quod feliciſſimis ſucceſſibus Deus hoc factum approbauit, dum Ca- B
rolum feliciſſime, cum maxima eccleſiæ vtilitate regnare voluerit. Huc
etiam facit, quod Græci Imperatores hoc factum non improbarunt. Vnde
Irene Imperatrix cum Carolo nubere voluit, idque feciſſet, niſi quidã eius
Zonaras. Cedren. in uit. Iren. Eunuchus perfide eam impediuiſſet. Nicephorus Imperator, qui ei ſucceſ-
ſit, & qui eum ſequutus eſt Michael, legatos ad Carolum miſerunt, & vt Im
Ado in Chro. Otho Friſing. Blond. peratorem ſalutarunt. Emannuel eorundem Græcorum Imperator, vt Plati-
na ſcribit, Alexandro Tertio in anguſtias a Friderico Imperatore redacto, au
xilium ingens obtulit, ſi Conſtantinopolitanis vellet Imperium reſtituere:
cui reſpondit, ſe nolle ea coniungere, quæ maiores ſui de induſtria, & opti-
ma ratione diuiſiſſent. Et tamen Emannuel ſolum titulum a Pontifice re-
quirebat. C

Li. 3. hier. c. 14. Quod autem Marſilius de Padua, referente Pighio, ait, Imperium non
a Pontifice, ſed a populo Romano fuiſſe tranſlatum, ignoranter dicit, quia
Hier. epiſ. ad Euan. Romani Imperatores, vel iure hæreditario ſuccedebant, vel ab exercitu crea
bantur, vt Claudius, Veſpaſianus, & alij: At eo tempore quo Carolus crea-
tus fuit, in Italia erant ſolum exercitus Græcorum & Lombardorum Caro-
lo infenſi: quare neutro modo ad Imperij dignitatem peruenit, ſed ſola Pon
tificis auctoritate. Vt omittam, quod Romanus Senatus a tempore Conſtan-
tini vſque ad Carolum, nihil hac in parte vnquam egit. Ideo omnes Hiſto-
rici, & Chronologi, vt Marianus Scotus, Hermanus Contractus, Lambertus,
Sigebertus, Rhegino, Palmerius, Blondus & alij, imperij tranſlatorem Leo-
Inno. c. Venerab. de elect. nem Tertium faciunt. Rurſus Gregorius Quinctus ſanctionem edidit de Im D
peratore eligendo, quæ in hanc vſque diem ſeruatur: de qua Nauclerus, &
Platina in vita Gregorij, præter alios ſcripſerunt. Item Gregorius Septimus,
Henricum Quartum depoſuit, & aliũ eligi iuſſit, quod & factum eſt. Quod
autem iſte iure optimo ob ſua ſcelera fuerit priuatus, conſtat ex Trithemio,
Mariano Scoto, qui eo tempore floruit, & ex Diuo Anſelmo in epiſtola ad
Dec. 2. lib. 6. Vualramũ, vt alios mittã. Itẽ, Innocẽtius Tertius Othonẽ Quartũ Imperato-
rẽ depoſuit, vt Blõdus ſcriptũ reliquit, Innocẽtius Quartus in Cõcilio gñali
Cap. grandi de ſup. pl. neg. præl. Lugdunenſi Fridericũ Secũdũ depoſuit, vt patet ex c. Ad Apoſtolicæ, de ſñia
& re iudicata, libro ſexto. Idem Põtifex Regi Luſitaniæ adiutorẽ, qđ ob eius
negligẽtiã reſp. & religio in eo regno detrimẽtũ caperẽt. Itẽ, Clemẽs Sextus
Ludo-

A Ludouicum Sextum Imperatorem ab Ioanne Vigeſimoprimo & Benedicto Duodecimo excommunicatum, depoſuit, vt Pighius, & Robertus Arboricenſis referūt. Deniq;, vt noſtrorum temporum exempla omittamus, Diuus *Tom. 2.* Ambroſius Theodoſium Imperatorem ob editam cędem excommunicauit, *Theor. 7.* & ad legem faciendam, de ſententia de cęde & bonorum publicatione non *de utroq; gladio.* niſi poſt triginta dies ferenda, coegit: quod ſane non feciſſet, ſi in externo fo *Theodor.* ro in ea vrbe in qua Imperator ſedem ordinariam habebat, legitimus iudex *lib. 5. hiſt.* non fuiſſet. Octaua poſitio, nihil implicat, quod, in eodem homine ſit ſpiri- *c. 17.* tualis & temporalis poteſtas. Primum ſanctorum patrum exemplis hoc con firmare licet Melchiſedech, qui vt conſtanter docent Hebræi eſt ipſe Sem, *Gen. 14.* erat rex Salem, & idem Pontifex, qui centum annos eccleſię Dei curā habuit *Heb 7.*
B præcipuam. Noè etiam, Abrahā, Iacob, & Iobus, qui ijs rebus præerant, quæ *Gereb. in* ad religionem & vitam politicā pertinebant, vt oēs primogeniti. Moſes ſum *Chron.* mus princeps temporalis, ac ſacerdos erat, vt ex diuinis diſcitur literis. Rur- *Hiero. ad* ſus Heli ſummus Pontifex & iudex fuit annos quadraginta. In ſumma, Ma- *Euagr.* chabæi vſq; ad Herodem erant populi Duces & Pontifices. Deinde, qm̄ hæ *Exod. 18.* duæ poteſtates inter ſe non pugnant; vtraq; bona, vtraque a Deo, vna alteri *Leu. 8.* inſeruit. Et ſi vnus Princeps pōt gubernare diuerſos populos, lingua, mori- *Phil. lib. 3.* bus, & legibus differentes, & vnus Eps̄ plures eccleſias, cur non vnū princi- *de uita Mo* patum & Epiſcopatum in vtroq; regimine? Deniq;, optimi Principes tpalē *ſis.* iuriſdictionē tradiderunt Romano Pontifici, vt Conſtantinus, Carolus Magnus, Ludouicus filius cognomento pius, & alij, qui ab oībus hiſtoricis lau *Ado in*
C dantur; vt contra vituperantur, qui talem iuriſdictionē auferre, aut minuere *Chron.* voluerunt, vt Aiſtulphus Longobardorū Rex, Henricus Quartus, & Quin- *Platin.* ctus: Otho Quartus, atq; Fridericus Primus & Secundus. Pari rōne, qui eam *Sigeber.* receperunt Pōtifices ſanctitate vitę & miraculis illuſtres fuere, vt Leo Quar *Otho Fri-* tus, Leo Nonus, Gregorius Septimus, & alij. Et multæ ciuitates olim, ſpecia- *ſing.* tim in Germania ſuis Eps̄ vtrunq; regimen tradiderunt. Vnde, vt quidā ſcri bunt, prima iuriſdictio in fideles, ēt in cauſſis ciuilibus eſt epiſcoporū. Nam Chriſtus fundamentum iuriſdictionis in laicos iaciens, eos hortatur, vt, ſi ſe aliqua in re læſos putent, non ad curiam, ſed ad eccleſiam eant. Et Paulus de *Mat. 18.* examinandis in eccleſia cauſſis, præceptū dat, vt id fiat apud Epiſcopum; vt *1. Cor. 6.* intellexerunt, & expoſuerunt olim veteres Patres, & Concilium Carthagi- *1. Tim. 5.*
D nenſe tertium, præſente Auguſtino, Magnus Conſtantinus iuriſdictionem *cap 9.* in clericos Epiſcopis mandauit, & appellandi a ciuilibus iudicijs ad Epiſco *Nic. lib. 7.* pos ptātem fecit. Magnus Theodoſius idē ſtatuit, vt, ēt lite conteſtata, liceret *c. 46.* forū eccleſiaſticū adire. Arcadius & Honorius patrem ſequuti, actoribus & *Soz. lib. 1.* reis dant optionē, vt cauſſas ſeculares ad Eps̄ deferant. Carolus Magnus Ec *c. 9.* cleſiaſticorū cauſſas, non apud ſeculares, ſed apud eccleſiaſticos iudices cō- *L. ſi quis.* poni debere decreuit. Idē fecit Iuſtinianus, §. ſiquis contra 123. Nouel. Con- *C. de epiſ.* cilium Carthaginenſe tertiū capite nono, prohibet ne clerici in iudicio lai- *aud.* corū de re ciuili litigēt, cum Priuatorum, hoc eſt laicorū, cauſſas Apoſtolus ēt eccleſiæ deferri, & ibi determinari pcipiat: qui ſanę locus eos oīno dānat, qui cōtra ſentiunt. Hinc eſt qđ Auguſtinus multas multorū lites ſe audiuiſſe

ſcripſit: & Chryſoſtomus quartam officij partem in hoc poſitã eſſe ait: De- A
Epiſt. 1. nique, Clemens Primus, apud eccleſiæ presbyteros negotia fratrum, hoc eſt quorumcunque chriſtianorum quæcunque illa ſint, iudicanda eſſe docuit. Huc etiam facit quod libro ſecundo conſtitutionum, capite quadrageſimoſeptimo idem ſcriptum reliquit; ac etiam Anacletus epiſtola prima. Vnde perpetuam infamiam ſibi comparauit Petrus Cunerius aduocatus regius in ſenatu Pariſiẽſi, cum iuriſdictionem temporalem eccleſiaſticam infringere conatus eſt: id quod etiam hodie quidam Caluinitico veneno tincti facere non uerentur, dum Principibus adulari volunt. Addi etiam po-
Deut. 17. teſt, quod olim in veteri lege ad eccleſiaſticum tribunal ſontes citabantur:
Num. 5. quinimo nulla fiebant iudicia, niſi duobus Leuitis aſſiſtentibus, vt Ioſephus
Lib. 9. libro quarto Antiq. capite octauo, ſcribit. Quam legem, ut idem refert, ſe- B
4. *Reg.* 3. quutus eſt Ioſaphat rex optimus. Et concilium quod Hebręi Thalmudici Sy
Par. 19. nedrion vocant, etiam temporibus Chriſti, fere totum è ſacerdotibus con-
Orat. pro ſtabat. Et apud Paganos, etiam Sacerdotes ſuam habebant iuriſdictionem,
Domo. vt ex Cicerone diſcimus: & nunc ſub Turcarum principe Græci Epiſcopi
De Aruſp. reſp. nonnihil iuriſdictionis habent. Nona poſitio, Pontifex Romanus poteſt leges condere in ijs quæ proxime ad religionem pertinent, vt ſunt quæ ſpectant ad fidem & mores, quibus omnes fideles obliget. Patet hæc poſitio ex eius ſumma poteſtate in rebus ſpiritualibus, de qua ſupra diximus. Decima poſitio, Pontifex Romanus poteſt leges cõdere obligantes omnes principes ciuiles in ijs quæ pertinent ad ciuile regimen, cum id eſt neceſſarium in ordinem ad ſpirituale bonum. Hæc doctrina manifeſta eſt ex ijs quæ in ſepti- C
ma poſitione docuimus. Vndecima poſitio, Romanus Pontifex, & omnes Epiſcopi, qui cum ſpirituali regimine habent annexum temporale, poſſunt leges ſancire ad vtrunque regimen pertinentes. Doctrina eſt certa, & patet ex dictis. Et quoniam per ea quæ poſuimus ſatis propoſitæ difficultati factum eſt, ad alia pergamus.

An promulgatio ſit de natura ſiue de ratione legis. *Diſp. VII.*

AD legis naturam plene planeque cognoſcendam, ea etiam diſputatio cognitu eſt neceſſaria, quã examinandam propoſuimus. Cum ergo hucuſque demoſtratum ſit, in quemnam D
finem leges ſint ferendæ, & qui nam eas ferre poſſint: ſequitur vt de eius promulgatione agamus; qua, veluti quadam obſtetrice in lucem editur. Et quoniam aliquis facile exiſtimaret, legem quacunque ratione a ſubditis cognitam, vim ſuam habere; ꝑpterea diligenter examinandum eſt, an ad eius abſolutionem neceſſaria ſit promulgatio; qua de re multa a multis, & ſpeciatim a Iuris utriuſque perius dici ſolent; nos multa in pauca conferre nitemur: nihil tamen prætermittendo quod ſit cognitu dignum: dabimuſque operam, vt rei non admodum claræ aliquam lucem afferamus. Cum ergo hæc de legum promulgatione diſputatio plura habeat capita, propterea in tres diſputationes eam ſecabimus: in quarum

A rum prima, diſcutiemus, an promulgatio ſit de natura legis: in ſecunda, quo tempore lex ciuilis incipiat obligare: in tertia quo tempore lex eccleſiaſtica, facta promulgatione, vim habeat obligandi. Quod autem promulgatio non ſit de eſſentia legis, ſic probo.

Primo, promulgatio nihil aliud eſt, quam manifeſtatio, & quaſi regulæ ad rem metiendam applicatio: at rei alicuius notitia, vel applicatio, non eſt de illius natura: igitur. Confirmatur, promulgatio pro locorum diuerſitate varijs modis fieri ſolet; vt per publicum præconem voce, & cum in loco publico lex affigitur: qui actus, cum fiant per miniſtros, non videntur pertinere ad legis ſubſtantiam. Secundo, lex æterna, & lex naturalis ſunt veræ leges; & tamen habent ſuam vim ſine ulla promulgatione; neque enim in-
B uenies vbi, & quando promulgatæ fuerint: igitur & humanæ leges, quæ ab iſtis originem, naturamque habent: Vnde, repudium habetur pro inualido, & ſi qui repudiauit, conuerteretur ad fidem, ad priorem redire cogeretur: idem dicas de lege, de unica vxore habenda: quæ duo ad legem naturæ pertinere videntur. Confirmatur, lex naturalis, ex parte ſaltem, poſt peccatum ignorabatur, & ante Moſen non fuit promulgata: ideo Paulus aiebat, ſe non cognouiſſe peccatum, niſi per legem; & tamen obligabat: igitur promulgatio eſt extra naturam legis. Tertio, ſi promulgatio eſſet neceſſaria, maxime, quia ignorantes non poſſunt adſtringi lege, vt aliquando docuit Innocentius Primus: at hoc nihil obſtat; quia re ipſa, lex diuina euangelica, obligat omnes quotquot ſunt in mundo homines: quam tamen multi ſine cul- *D.82.cap. propoſuiſt.*
C pa ignorant: igitur. Lex ergo Chriſti ſtatim poſt eius mortem, vel in ipſa morte, vim habere cœpit, cum eodem tempore lex vetus ceſſauerit: & tamē non fuit promulgata, niſi cum, poſt acceptum ſpiritum ſanctum, Apoſtoli in templo publice eam docere cęperūt: & tunc impletum eſt illud, De Sion exibit lex. Quarto, leges humanæ obligant diſtantes, ratione loci & temporis, & eos quibus non eſt facta promulgatio, nec fiet, igitur: vt ſi lata eſſet lex ne percutiens clericum eſſet excommunicatus, qui non audita lege percuteret, liber eſſet ab excōmunicatione: & vniuerſe dicas idē de omni lege quæ aliquid irritum faceret. Quincto, quo argumento probo debere eſſe notam ſingulis, ut uim in omnibus habeat: Quoniam lex eſt norma agendorū: igitur, ut omnes obliget, omnibus debet eſſe perſpecta: alias enim inutilis eſſet. Confirmatur a ſimili de lege naturali, quæ ideo omnes obligat, quia *Iſa. 2.* *Ioa. 1.*
D eſt nota omnibus, cum per eam illuminentur omnes homines in hunc mū dum uenientes.

In hac difficultate duæ ſunt ſcriptorum ſententiæ: Prima eorum qui cenſent quemque eſſe obligatum ad ſeruandam legem ſtatim atque Principem eam ſtatuiſſe nouerit, etiamſi nondum ſit promulgata: ac proinde promulgatio, ex iſtorum ſententia, non eſſet de natura legis: Ita in digeſtis non uno in loco vir doctiſſimus ſenſit Bartolus, quem in lege ſecunda, C. de periculo & commodo, ſequutus eſt Baldus; ac etiam Felinus, in cap. cognoſcentes, de conſtitutionibus: quam doctrinam hac facti ſpecie declarant. Princeps ſtatuit legem de vendendo frumentum minore precio poſt tres dies promul- *L. Quaro de action. empt. l. contra, de leg.*

gandam:quidam hanc legem nouit,et interim ſuum uendit frumentum cur A
renti pretio,maiore nimirum: is,ex iſtorum ſentẽtia,ante promulgationem
eſt obligatus ſeruare legem quam ſancitã eſſe nouit; ac proinde reſtituere
debet quod plus accepit precij. Secunda ſententia ſuperiori contraria eſt
communiſſima,quæ docet,promulgationem eſſe de eſſentia legis;ita vt ante
promulgationem nullam vim habeat ad obligandum:quando autem incipiat
obligare,non eodem modo exponitur ab omnibus,de quo poſtea dicetur.
Ad hanc difficultatem exponendam hæc pone fundamenta.

Primum, ad legis conſtitutionem in legiſlatore aliqui præcedunt actus,
qui ſunt, Conſultatio,ſiue conſilium,iudicium,ſiue electio,atque imperiũ,
per quod lex recipit vim,vt applicetur,& obliget: ſed non obligat, niſi applicatio
per promulgationem intercedat.Quare,hic conſiderandi ſunt qua B
ſi tres legis ſtatus. Primus,cum nondum eſt applicata,ſed applicari poteſt,
cum iam ſit conſtituta. Secundus,cum eſt ſufficienter applicata, quod fit
per promulgationem,quæ eſt veluti legis applicatio; vt quę manifeſtat regulam
Principis,eam ſeruari volentis: Verum in hoc ſtatu adhuc eam multi
ſine culpa ignorare poſſunt:qui,etſi ob ſufficientem promulgationem lege
obligentur; tamen,ſi contra eam faciant,ſunt a peccato immunes. Tertius,quando
ita eſt promulgata,vt eã omnes ſciant; &,ſi qui ſunt,qui ignorent,
id accidit ob craſſam & culpabilem ignorantiam: & tunc æqualiter
omnes obligat,& in omnes vim ſuam exercet; ita vt nemo excuſetur. Hæc
doctrina, hoc ſimili ab igne ſumpto, illuſtrari poteſt. Ignis tribus modis
conſideratur: primo,vt habet vim calefaciendi, ſed nondum eſt proximus C
rei patibili: ſecundo,vt eſt iam ad rem patibilem applicatus, ſed ne comburat,aliquod
intercedit impedimentum: poſtremo, cum cauſſa impediente
ſublata, vim ſuam calefaciendo exercet.

Secundum fundamentum,in quo explicanda eſt quędam difficultas,quę
ex dictis naſcitur. Diceret ergo quiſpiam, ſi lex ſtatim poſt promulgationem
obligat;& tamen ignorantes,vt diximus,excuſantur,cur qui legem cõſtitutam
eſſe nouit,nõ ſtatim obligatur ſicut qui eam ignorant excuſantur?
Vt hic remoueatur ſcrupulus,animaduertendum eſt,legem eſſe conſtitutionem
quandam communem, ac proinde per actum aliquem publicum ſe
prodere debere,vt uim ſuam communiter exercere queat. Quare,ſi priuato
modo innoteſcat; non ſit nota tanquam lex: vnde naſcitur, vt publica D
ſit neceſſaria manifeſtatio, quæ promulgatione fit. Eſt itaque promulgatio
publica legis manifeſtatio;vt cum per publicum miniſtrum in publicis
& conſuetis locis edicitur, aut publico in loco affigitur. Et hæc ſufficiens
cenſetur promulgatio,ad hoc,vt lex vim ſuam obtineat.Neque enim eſt neceſſe,
vt ad ſingulorum deueniat notitiam,vt obligare dicatur: tum quia id
eſt impoſſibile: tum etiam,quod rariſſime vim ſuam obtineret, ſi priuatim
per priuatas promulgationes applicanda eſſet. Atque ex dictis intelligi licet,quodnam
ſit legis principium,qui progreſſus, qui finis, ſeu quæ legis
conſummatio. Incipit ab inquiſitione,progreditur ad iudicium & electionem,imperiumque,&
in promulgatione perficitur.

Tertium

A Tertium fundamentum,in quo explicabo,an idem ſit, aliquem excuſari
a legis obſeruatione,& a tranſgreſſionis culpa , & per legem non obligari:
nam quidam iuriſperiti , vt Baldus in lege leges ſacratiſſimæ C. de legibus,
Ioannes Andreas,& Panormitanus,in cap.cognoſcentes, dicunt iſta duo nõ *De conſt.*
differre, quibus dominus Caietanus conſentire videtur; ita vt lex tunc obli
get,quando ad notitiam eorum peruenerit,ad quos pertinet,vel per eos ſte
terit,quo minus peruenerit. Atqui alij contra exiſtimant,in quibus Medi-
na,ita vt aliquis poſſit eſſe obligatus ad legem ſeruandam ; quã ni ob igno-
rantiam quæ culpa caret,obſeruet, nihil peccabit; & a tranſgreſſionis cul-
pa excuſabitur. Id autem verum eſt,& quantũ ad tempus, ſiue ſit paruum,
ſiue magnum,vt ſi iandiu , aut recens facta ſit promulgatio; & quantum ad
B perſonas,quod ſit docta,vel illitterata; & quantum ad legem, ſiue ſit diui-
na,ſiue humana,ſiue naturalis,quamuis hæc rarius ſine culpa ignoretur,hu
mana vero ſæpius. Cæterum, quod dicimus, aliter in foro conſcientiæ,
aliter in foro externo & contentioſo,in quo multa præſumuntur,accipien-
dum eſt. Rurſus,aliter intelligi debet,quoad obligationem culpæ, & ali-
ter quoad alios effectus legis; vt ſunt reuocationes, irritationeſque contra-
ctuum. Nam,etſi qui legem ignorant a culpa & a pœna , ac ſi legem non
haberent,ſint liberi: tamen,ſi quis contra legem ſufficienter promulgatam
faciat,id pro irrito habebitur; vt, ſi lex ſtatuiſſet de aliqua re minore pre-
tio vendenda; quia quod plus eſſet acceptum,reſtitui deberet. Idem dice-
res de legibus,quæ conſuetudines,& leges antiquas reuocant.Efficit igitur
C aliquid lex ignorata: quo fit,vt non ſint idem legẽ non obligare, & ab eius
obſeruatione excuſari; vt in poſitionibus planius dicam.

Quartum fundamentum, quamuis hoc loco de legum promulgatione
vniuerſe ſtatuere poſſemus,de diuina,naturali,& humana; tamen ſolum de
legis humanæ promulgatione agemus, de alijs infra acturi: Quæ autem de
ea in præſentia quæruntur,ſunt tria:an promulgatio ſit de natura legis:quę
legitima cenſeatur promulgatio: & an ſit neceſſe ut ad ſingulos legis noti-
tia per promulgationem perueniat.

Prima poſitio,lex non habet vim obligandi ante ſolemnem publicam-
que promulgationem; ac proinde lex non eſt ſine promulgatione , quæ
eſt de natura legis. Doctrina eſt communis, quam conſequentes demon-
D ſtrant rationes. Primo arguo ex iure canonico,Diſt.quarta, Can. In iſtis,
vbi dicitur, Tunc leges inſtituuntur, cum promulgantur: cap. Cum ad
hæc,de poſtul. prælatorum: cap. Cognoſcentes,de conſtit.quo loco Gloſ-
ſa nonnullos Canones affert. Accedit etiam ius ciuile,in Authen. vt nouæ
conſtitutiones,ubi dicitur,ex quo in commune omnibus manifeſtæ factæ
ſunt,atque exinde tempus illis computari:& in lege,leges C.de legibus,le
ges ſacratiſſimæ,quæ conſtringunt hominum vitas,intelligi ab hominibus *Rom. 10.*
debent. Secundo, auctoritate Diui Pauli dicentis,non poſſe credi ei, quẽ *Exod. 20.*
quis non audiuerit;& non poſſe audiri,niſi eum,qui prædicauerit: quare, *Act. 2.* *Ioa. 15.*
vt ad credendum , & ad fidei legem recipiendam opus eſt proponente, ita *Aug. trac.*
ad legem ſeruandam neceſſaria erit eius promulgatio. Et lex uetus, pari- *82. in Ioa.*
ter &

ter & noua, non ſine diuina uoce & ſignis cœlitus datis, manifeſtatæ fue- A
runt. Tertio, leges ſunt veluti regulæ rationis, quæ homines dirigunt: at regula, vt ſuam vim exerceat, applicanda eſt ad rem, quam dirigere debet; quamobrem, & leges; quarum applicatio promulgatione fit. Confirmatur, quia nemo poteſt obligari ad id, quod facere non poteſt; at ſine promulgatione homo non poteſt exequi, quod lex iubet; cum id ei non innoteſcat per communem modum, per quem nota fieri debet, cum ſit communis regula in communem vtilitatem conſtituta: igitur. Poſtremo, priuatæ leges, & particularia præcepta non habent vim obligandi, niſi priuatim nota fiant, nec præcepta dici poſſunt, niſi præcipiantur: igitur nec leges, quæ ſunt quędam pręcepta communia. Quare, cum vis obligandi ſit de ratione legis, & hanc vim non habeat ſine promulgatione, profecto promulgatio erit de ratione legis: ac proinde recte in eius definitione ponitur bene B
que dicitur, Tunc leges fieri, cum promulgantur; vnde poterit quidem ante promulgationem eſſe ordinatio rationis, ſed lex non erit ſine promulgatione. Secunda poſitio, vt lex per promulgationem vim obligandi omnes habeat, promulgatio debet eſſe ſolennis, & ſufficiens. Erit ſolennis, ſi publice auctoritate publica fiat, & cum illis ſolennitatibus, quę ex communi vſu adhiberi ſolent, pro locorum conſuetudine; vt ſi per publicum pręconem certis in locis edicatur, aut affigatur; ſufficiens vero, cum moraliter loquẽdo, ad omnium notitiam peruenire potuerit, ita ut poſſit præſumi contra ignorantes; & denique cum certa regula dari non poſſit, ad iudicium boni viri confugiendum erit. Sed hac de re adhuc planius infra. Tertia poſitio, C
vt lex per promulgationem vim ſuam habeat, non eſt neceſſe vt veniat ad notitiam ſingulorum. Primo probatur ex communi doctrina, omniumque ciuitatum vſu, & ex legibus ſupracitatis; ubi priuatim dicitur, non eſſe neceſſarium, vt per ſpeciale mandatum ſingulorum auribus inculcetur. Secundo, quia ſequeretur legem diuinam, immo & naturalem, non obligare omnes, cum non ſint notę ſingulis; at conſequens eſt abſurdiſſimum; igitur. Tertio, quoniam alias non daretur factum, in quo quis diceretur excuſari per ignorantiã inuincibilem; quia aut omnes ſcirẽt, aut ſi non ſcirẽt, id eſſet per ignorantiam affectatam, quã craſſam & culpabilem uocant; ac proinde inuincibilis nullum haberet locum. Poſtremo, quia contraria doctrina eſt contra naturam legis, quæ eſt pręceptum commune; ergo contenta eſt imperio communi, poſt quod obligandi vim obtinebit. Quarta poſitio, ſufficiens promulgatio ad hoc ut lex obliget ſubditos ad peccatum, D
hęc eſt, ut in eorum ueniat notitiam, aut per eos ſteterit, quo minus ueniat. Quoniam, ſi non adſit talis notitia; legis tranſgreſſio non erit uoluntaria, cũ huiuſmodi ignorantia efficiat inuoluntarium; ac proinde non erit culpæ capax: & hoc fortaſſe voluit Caietanus. Quincta poſitio, excuſari a legis obſeruatione, & per legem non obligari non ſunt idem. Primum, quia certum eſt omnes mortales obligatos eſſe ad legem baptiſmi: & tamen multi excuſantur, ſi eam non ſeruent. Deinde, quia vis obligandi ab ipſa lege pendet, non autem a ſubditorum notitia: quare, ſi ſufficienter ſit propoſita,

A etiam ſine notitia obligabit. Præterea,qui inuincibiliter ignorat, excuſa-
tur a legis tranſgreſſione:at nemo dicitur excuſari,ni faciat id, ad quod fa-
ciendum non eſt obligatus: igitur.

Ex his quæ diximns, nonnulla inferre licet. Primum,opinionem Bar- 2.2.q.73.
toli de illa facti ſpecie ſuperius poſita,eſſe falſam:quare,qui uendidit, non ar. 3.
erit obligatus ad reſtitutionem,cum non lędat iuſtitiam ; ut aliquando do-
cuit Diuus Thomas;poterit tamen peccare contra caritatem,ſi multũ emen
ti noceat. Deinde,promulgationem proprie non eſſe ipſam legis notitiã,
quæ ſe tenet ex parte ſubditorum,nec proprie loquendo eſſe legis applica-
tionem,cum ſit de eius ſubſtantia,ſed eſt ueluti intimatio, ut præſefert le-
gis imperium,& manifeſtatio præcipientis legem. Præterea legem aliter
B ſe habere quantum ad obligationem pœnæ, & obligationem culpæ: cũ ob
ignorantiam inuincibilem aliquis ſemper excuſetur a culpa, non autem a
pœna. Ad hæc,in hac materia diſtinguendum eſſe de lege quæ præcipit,
& de ea quæ reuocat:quia illa requirit notitiam;hæc nõ item: quoniam illa
inducere debet obligationẽ;hæc uero tantum abrogat,legiſlator autem ſua
tantum voluntate & dicto poteſt legem tollere,vt qui habet dominium ſu-
per tali materia.Cæterũ,reuocatoria q̃ irritat contractus,vel perſonas inha
biles facit, notitiam requirit:ac propterea ſolet fieri cum conditione, ut nõ
obliget,niſi poſt promulgationem.Rurſus,patet ex dictis promulgationẽ,
vniuerſe loquendo,non conſiſtere in inſtanti, ſed requirere aliquod tem-
pus,vt in notitiam ſubditorum veniat;pro quorum ratione poterit dici ſuf
C ficienter, uel non ſufficienter promulgata,& poſt ſufficientem promulga-
tionem,aliquem eam ignorare poſſe:& eum non obligari lege,cum in ſuo
loco non fuerit promulgata,licet alibi manifeſtata fuerit; vt planius ex ſe-
quẽtibus patebit. Quare,ſemp verũ eſſe putaui,quod omnes quibuſcumq;
id communicaui ſemper negarunt,Legem de matrimonio clandeſtino tol
lendo,non habere vim in ea parochia, in qua forte nondum facta eſt eius
promulgatio,cum Concilium Tridentinum expreſſe ſtatuat,non habere ro
bur,niſi poſt triginta dies a promulgatione facta in illa parochia.Denique
ex dictis facile,argumentis reſpondetur.

Ad primum , hoc argumentum ſoluitur ex dictis in ſecundo corollario:
licet ergo promulgatio, vt eſt manifeſtatio per aliquem miniſtrum, accidat
D legi : tamen, vt eſt intimatio & veluti iuſſio legiſlatoris, eſt de natura legis.
Ad ſecundum,lex æterna & naturalis ſuam habent promulgationem,vt po-
ſtea dicetur.Neque eſt mirum quod aliquid ab aliquibus factum fuerit,aut
fiat contra naturę legem,ob eius ignorantiã;ac proinde emendatione egeat:
vt ſunt illa duo,de repudio,& de vxorum pluralitate. Ad confirmationem,
patet ex dictis: quia obligatio poteſt eſſe cum ignorantia inuincibili: vt gra
tia exempli,potuit aliquis ignorare ſine culpa pręceptum illud decalogi,de
non concupiſcendo : cum tamen, decalogi præcepta maiore parte ſint om-
nibus nota; per ipſum naturæ lumen, ante promulgationem per Moſen fa-
ctam. Ideo legimus,Gentes ea quæ legis ſunt,feciſſe,ſine lege,ſcilicet ſcripta Rom. 1.
& a Moſe promulgata. Ad tertium,promulgatio ſua natura eſt neceſſaria,in
cum

eum finem, vt lex ex ſe, ſit manifeſta, licet ex accidenti aliqui eam ignorent: A
qui etſi excuſari poſſint a peccato ob ignorãtiam; obligantur tamen ob ſufficientem promulgationem. Quid autem ſentiendum ſit de ceſſatione legis antiquæ, & de promulgatione nouæ, infra ſuo loco docebitur. Ad quartum, huius argumenti ſolutio patet ex dictis, cum poſſint obligari etiam ignorantes: & lex reuocatoria, ſuum habet effectum, etiamſi non ſit nota per promulgationem; cum Princeps ſola voluntate poſſit legem abrogare: ſed qui ante reuocationis notitiam contra ageret, ex conſcientia erronea peccaret. Ad quinctum, ſatis eſt vt regula communis nota ſit per manifeſtationem communem. Ad confirmationem, non eſt par ratio de lege naturali, & de humana, cum lex naturalis ſit maxime uniuerſalis, & ex ea omnes viuere debeant, contineatque omnium humanarum legum principia. B

An lex ciuilis ſtatim poſt promulgationem incipiat obligare. Diſput. VIII.

Authen. ut noua cõſtit. HVIVS quæſtionis examinandæ occaſionem præbet id, quod Imperator dicit, legem incipere obligare poſt duos menſes a publicatione facta in prouincia. Vt autem melius huius quæſtionis ſtatus intelligatur, ñota, legis obligationem pendere a volũtate legiſlatoris, cuius eſt determinare conditionem temporis, quoad obligationẽ, ſicuti quoad alias cõditiones: vnde fit, vt lex ſufficienter per promulgationem conſtituta, dicatur habere uim obligatiuam, C
quaſi in actu primo ut loquuntur, ſed non quantum ad actum ſecundum, cum eius obligatio reſpicit tempus futurum a legiſlatore requiſitum, quo adueniente, qui contra legem faceret, pro præuaricatore haberetur, niſi inuincibili ignorantia excuſaretur a culpa. Cum ergo Imperator in dicta lege tempus definiat, hinc oritur dubitatio, an ſtatim obliget ſcientes poſt promulgationem, an vero poſt duos elapſos menſes. Quod autem reſpectu ſcientium non obliget niſi poſt duos menſes, his rationibus demonſtratur.

Primo, quia id expreſſe docere videtur legiſlator, cum diſertis verbis dicat, incipere obligare poſt duos menſes: ita vt id clarius dici non potuerit. Secundo quoniam non poteſt alia reddi ratio, cur concedantur duo menſes; niſi vt lex ſufficienter innoteſcat; & vt ubi perſpecta fuerit, omnes æqualiter obliget, & non prius hos, quam illos. Tertio, a ſimili; ante promulgationem non obligat ſcientes, vt ſupra docuimus: igitur nec poſt promulgationem, donec tempus ſtatutum aduenerit. Quarto, quando in lege determinatum eſt obligationis tempus, ſtandum eſt legi ſic determinanti: atqui hic habemus tempus a lege definitum: igitur: maior propoſitio eſt certiſſima D
De cõſtit. ex communi doctorum ſententia, in cap. cognoſcentes: minor uero habetur expreſſa in hac ipſa lege, quam examinamus. Poſtremo, ex differentia quæ ponitur inter leges quas Princeps, vel ſuperior ſtatuit, & inter eas, quas
Lect. 1. facit poteſtas inferior, & principis miniſter: quod hæ ſtatim obligare puten
nu. 41. tur, vt præter alios docet Decius ſuper cap. cognoſcentes; illæ vero non itẽ.

In hac

A In hac controuerſia prima opinio fuit Antonij de Butrio capite citato, & Turrecremaīæ, & quorundam aliorum, pro qua acriter pugnat Vaſquius *Col. 4. Gig. c. 41. n. 5.* contra Sotum; qui doctores ſuſtinent, legem ciuilem non obligare ante duos menſes, quam Decius ait eſſe ſuſtentabilem, eamque quidam docendo defendunt. Secunda, quam pro communi citat Decius, & Syluester, in addit. ad Decium, & eam ſuſtinet Bartolus in lege Omnes populi: Abbas in cap. primo, de poſtulat. prælatorum, columna ſecunda: quæ opinio contra ſentit, ſcientes eſſe obligatos ad legem ſeruandam, ante lapſum duorũ menſium. Vt huic difficultati ſatisfaciam, quaſdam præmitto diſtinctiones. Prima, aut in lege eſt tempus determinatum, a quo debet incipere, aut non eſt præfinitum: Secunda, aut lex eſt lata a Principe, & poteſtate ſuperiore; aut B ab aliquo miniſtro, & poteſtate inferiori: Tertia, aut qui legem promulgat vnum tantum habet locum, vnam ve prouinciam, aut plures, & diuerſas: Quarta, aut loquimur de obligatione in foro interno, aut in foro iudiciario. His præmiſſis diſtinctionibus has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, quando in lege eſt determinatum tempus, ex quo legislator vult legem vim habere, ſtandum eſt illi tempori, non promulgationi: Verbi gratia, ſi diceret, ex nunc; vel poſt menſem habeat robur. Exemplum habetur in cap. cum ſingula, de præbendis, libro ſexto, vbi ſtatuitur, vt religioſus regularis qui habet duas curatas, teneatur vnam dimittere, intra mẽſem, alias fit inhabilis ad beneficia: is non tenetur ſtatim dimittere, etiamſi legem nouerit. Alterum exemplum habes in Concilio Tridentino, de ma- *Seſſ. 24.* C trimonio clandeſtino, vbi dicitur, decretum habere robur poſt triginta dies a promulgatione facta in parochia. Hæc poſitio eſt manifeſta, & nulla eget probatione. Secunda poſitio, lex imperatoria & regia, ſiue ſuperioris prin- *Sylueſt. Sotus. Greg. Val.* cipis, quæ ſolum eſt publicata in regia, ſeu in vrbe, non obligat alias prouincias antequam ibi fiat promulgatio: quare, vt obliget in toto regno, in omnibus prouincijs promulgari debet. Primum patet hæc doctrina ex lege imperatoria ſuperius citata, vbi hoc expreſſe docetur. Deinde, ex communi ſcribentium auctoritate; quam ea confirmat ratio, quia diuerſæ prouinciæ ſunt veluti diuerſæ congregationes, & reſp. quare, vt lex omnes obliget, debet omnibus manifeſtari: neque enim ex eo quod uno certo loco fuerit promulgata, facile ad omnium notitiam poterit peruenire. Si itaque le- D giſlator varia habeat regna, ſeu prouincias in illis omnibus lex proponẽda erit. Tertia poſitio, leges ciuiles imperatoriæ, ſiue ſuperioris Principis, ſi nõ præſcribunt aliquod tẽpus, ſtatim a promulgatione facta in prouincia obligant ſcientes in foro cõſcientiæ, at vero in foro exteriore non, niſi poſt duos *Imol. Felin.* menſes. Primum probatur hæc doctrina ex communiore doctorum ſen- *Gloſ. c. 2. de reb. eccle. non alien.* tentia, in cap. cognoſcentes, a qua ſine certa & firmiſſima ratione, in re morali, non eſt recedendũ. Deinde, ex ipſomet legiſlatore, qui non ſemel hunc ſenſum indicat, vt adnotauit Syluester: & maxime cum ait, dari illud tempo- *Cap. cognoſ.* ris, Ne quis excuſet ignorãtiam: quare, ſi quis ante illud tempus legem ſciat, proculdubio obligabitur: quia fruſtra expectatur tempus, cuius euentus *Lib. 6 c. om- nis.* nihil operatur, vt Felynus ait: & qui certus eſt, nõ debet certiorari amplius, vt ha-

vt habet regula iuris. Et rurſus cum ait, ſi paullo poſt ſcriptam legem, quis teſtamentum fecerit ualebit, ſi ignorabat: igitur ſi ſciebat, non valebat. Poſtea probatur ex natura promulgationis, quæ eſt, obligare ſcientes: ergo cū promulgatio facta in prouincia ſit ſufficiens, lex erit perfecte applicata: obligabit igitur. Quare, illi duo menſes in eum finem dantur, vt illis exactis, præſumatur ſcīa in foro exteriore: quod ſi quis poſt hoc tp̄s cōtra legem ex ignorātia, fecerit, ſuā ignorantiā probare debebit: ad quod ante dictum tp̄s obligatus non erit. Datur ergo hoc tēpus ad introducendam ſcientiam, quā moraliter loquendo, quiſque habere poteſt, & vt poſt duos menſes, etiam ignorantes obligentur: qui tamen ratione conſcientiæ adhuc excuſari poſſunt. Quo fit, vt illa differentia quæ ponitur inter legem ſuperioris & inferioris, de qua ſtatim dicemus, & inter ius canonicum & ius ciuile, intelligē da ſit, ratione fori exterioris. Denique eandem opinionem confirmare videtur auctoritas Innocentij III. capite, Ad hæc: qui ait, non eſſe neceſſarium cum conſtitutio ſolenniter editur, aut publice promulgatur, ipſius notitiā ſingulorū auribus per ſpeciale mandatū, vel literas inculcare. Cæterū, licet quod diximus, ſit magis probabile: tamen cōtrarium probabilitate nō caret. Sunt enim qui dicunt Imperatorem eo loco dare voluiſſe duos menſes ad introducendam & ſtabiliendam ſcientiam, & præſumptionem contra omnes uniformiter; ita vt per illos duos menſes voluerit quodammodo legem ſuſpendere, eo modo, quo fecit Concilium Tridētinum loco citato. Quarta poſitio, leges ciuiles latæ ab inferiore poteſtate & ab aliquo miniſtro, ſtatim poſt legitimam promulgationem omnes obligant: vt ſi Prætor aliquid in ciuitate ſeruandum promulget. Primum pro hac doctrina facit communior opinio: ita ſentit Bartolus, in lege omnes populi, ff. de iuſt. & iure: Baldus in lege leges, C. de legibus; Felinus, Panormitanus in cap. cognoſcentes, Decius, & Sebaſtianus Medices. Deinde, confirmatur ratione, quia cum inferiores non habeant admodum latam iuriſdictionem, vna ſolemnis publicatio videtur ſufficiens ad præſumendam ſcientiam: quæ tamen, non poteſt ſtatim præſumi, ſed aliquo temporis ſpatio, quantū ad forum exterius; quod in iudicis arbitrio quidam poſitum eſſe tradunt. Sunt tamen aliqui, qui hanc doctrinam non approbant; & aiunt eandem eſſe rationem cum lege ſuperioris, & expectandos eſſe duos menſes ad obligationem introducendam: quorum fundamentum eſt hoc; Quia quæ dicuntur de lege ſuperioris, trahuntur ad leges inferiorum, & ad ſtatuta. Verum hoc fundamētum euertitur ex lege citata in Authen. quia, ſi ſuperior vult legem a ſe latam & in prouincia promulgatam ſtatim obligare, profecto inferiorum leges in certo loco latæ ſtatim obligabunt. Quinta poſitio, ſalubre eſſet conſilium, vt leges, præſertim illæ quarum rarior eſt vſus, ſæpius promulgarentur. Ita monent Archidiaconus, & Felinus. Sed peteres, an lex quæ promulgata fuit in Regia, obliget eos qui ſunt in prouincia, antequam fiat promulgatio in ſingulis ciuitatibus. Reſpondent aliqui non obligare: id quod maxime verum eſt, ſi ſit conſuetudo, vt in ſingulis ciuitatibus fiat promulgatio: idemque dicunt de lege priuilegia reuocante. His ita poſitis, ad argu-

Margin notes: A; B (beside "intelligē"); *De poſt. prælat.* (beside "detur auctoritas"); C (beside "Prætor"); *Lect. 1.*, *Par. 4. q. 34.* (beside "gnoſcentes"); *Oſt. de cōſt.*, *Bal.*, *Sebaſt.* (beside "rum exterius"); D (beside "Quia quæ dicuntur"); *De elect. lib. 6.* (beside "rentur").

A argumenta reſpondeamus. Ad primum, qua ratione illa legiſlatoris verba accipienda ſint,& quem ſenſum faciant,patet ex dictis. Ad ſecundum, alia poteſt aſſignari factæ determinationis ratio, quam nos aſſignauimus; nimirum ad præſumendam legis notitiam, quæ aſſignato tempore haberi poteſt. Ad tertium,non eſt par ratio in allato ſimili: quia ante promulgationem non habet vim obligandi, vt poſt legitimam promulgationem. Ad quartum, tempus illud non datur ad introducendam obligationem quaſi interim ſit ſuſpenſa,ſed ob cauſſam iam aſſignatam. Ad quinctum,illa differentia non attenditur iuxta obligationem, ſed penes præſumptionē ſcientiæ latæ legis ob locorum varietatem.

B *An leges Pontificiæ ſtatim obligent ſcientes poſt ſufficientem promulgationem, an vero aliquod requirant tempus, vt obligare dicantur.*
Diſput. *VIIII.*

GRAVEM difficultatem & maxime vtilem explicandam, aggredimur;an æqua ſit ratio regiæ & pontificiæ legis in ui obligandi,quod ad tempus attinet. Et quod ſit æqua hac in parte ratio,his argumentis probo.

Primo,ſi non daretur aliquod tempus,ſed ſtatim lex aliqua etiam ignorantes,obligaret iſti grauarentur præſumptione ſcientię,& ſuam ignorantiam tenerentur probare;quod videtur iniquum. Secundo, quo-C niam hac in parte habemus ius ciuile, quod tanquam iuſtum & æquum ab omnibus approbatur; & non eſt ſancitum contrarium in iure canonico:ergo illud ſequendum. Tertio,cum leges eccleſiaſticæ magis obligent conſcientiam, quam ciuiles, profecto maius tempus ad habendam ſcientiam concedere deberent.

In hac controuerſia prima ſententia eſt eorum, qui parem faciunt vtrarumque legum hac in parte rationem. Ita dominus Caietanus in articulum quartum quęſtionis nonageſimæ,diui Thomę,cui ſubſcribit Sotus libro primo de iuſtitia & iure,quem tamen alij in ſecundam ſententiam citant; quos ſequitur Medina. Huius ſententiæ fundamentum eſt hoc, quia Pontificis iuriſdictio latius patet,quam Imperatoris,vel Regis: nulla igitur eſt cauſſa, *Angelic. in 1.2. q.1.ar.4.*
D cur ſtatim leges pontificiæ obligare debeant. Secunda aliorum,qui exiſtimant ſtatim obligare a promulgatione facta Romæ. Ita Panormitanus in cap.nouerit,de ſententia excommunicat.qui alio loco de hac re agendo aliter dixit,ſed intelligendus eſt,cum agitur de reciſione contractus. Sylueſter verbo lex,§. ſexto, Ioan.Andr.de regulis iuris,in illa verba, Datum Romæ, & Roſella. Sunt tamen qui cum diſtinctione reſpondent,vt patebit ex poſitionbus,quas nunc ſubijeiam. *cap.cogno.*

Prima poſitio,ſi lex pontificia habeat præfinitum tempus, pro temporis definitione vim habebit ad obligandum. Doctrina eſt certa,& patet ex ijs quæ proxima diſputatione diximus, in prima poſitione,& exemplis ibi allatis. Secunda poſitio, leges pontificiæ,quando nullum habent expreſſum

tempus,

tempus, ſtatim poſt promulgationem factam in curia obligare incipiunt. A
Probatur primum hæc poſitio ex magis communi ſententia, de qua aliqui
teſtantur. Deinde, multum valet ad hanc ſententiam confirmandam vſus
communis & cõſuetudo, quæ vim habet legis: conſuetudine enim factum
eſt, vt ſtatim obligare putentur: quam conſuetudinem Pontificis mens ſta-
bilit. Poſtea, ad eandem rem confirmandam facit doctrina Innocentij cap.
Ad hæc, de poſtulatione prælatorum, vbi ait. Non eſſe neceſſarium vt leges
ſingulorum auribus inculcentur, & ſatis eſſe ſi leges ſolenniter edantur, aut
publice promulgentur. Præterea, aut leges iſtæ cum ſint promulgatæ om-
nes obligant, aut nullos: ſi omnes, habeo intentum: alterum dici non poteſt
cum re uera aliquos obligent: igitur confirmatur hæc ratio, quia alias, vt be
ne ait Syluester, multæ decretales Pontificis non obligarent, cum multę ſint, B
quæ in multis prouincijs non ſunt promulgatæ; in quibus tamen obligant
& ſeruantur. Poſtremo, quia eccleſiaſtica gubernatio ad vnum finem com-
munem omnibus fidelibus refertur, ſub uno paſtore Chriſto, & eius Vica-
rio Pontifice Romano, & cum ex omnibus una fiat communis reſpub. do-
mus ve, ſatis eſt ſi promulgẽtur Romæ. Et ſicuti lex poteſt ignorari in aliqui
bus prouincijs, ſi ſolum Romæ promulgetur; ita in aliquibus ciuitatibus, ſi
promulgatio fiat in prouincia: Atque idem dicendum eſt de legibus Con-
cilij generalis, obligare ſtatim poſt promulgationem factam in Concilio:
quoniam ſunt leges ſuperioris poteſtatis & totius Eccleſiæ: Quamuis ob
ignorantiam multi excuſari poſſint. Cæterum, contraria ſententia non ca-
ret probabilitate, leges pontificias, ni aliter ſtatuant, non obligare, niſi a pro C
mulgatione facta in prouincia: cum Pontifex quando vult aliquam perſo-
nam, inhabilem reddere, ſoleat addere, ex nunc, vel ex tunc, vt adnotauit So
tus. Et ſane expediret, ad omnem difficultatem remouendam, ſi Pontifex
curaret, vt communes leges per Epiſcopos, ſaltẽ in ſingulis prouincijs pro-
mulgarentur: id ni fiat, facile ſubditi excuſantur. Quod ſi probata teneatur
ſententia, retinenda quoque erit illa differentia inter leges imperatorias &
pontificias, quantũ ad vim obligandi: quæ tamen pari ratione obligant ſciẽ
tes in foro conſcientiæ a tẽpore debitę promulgationis, ni aliquod pręfigãt
tempus, ut communiter doctores tradunt. Tertia poſitio, leges eccleſiaſticæ
latæ ab inferiore poteſtate; vt ab Epiſcopo, vel a Concilio prouinciali, ſta-
tim obligant a promulgatione facta. Patet hæc poſitio ex ſupra dictis. Quar- D
ta poſitio, leges irritatiuæ alicuius actus ſtatim habent uigorem a die pro-
mulgationis, etiam reſpectu ignorantium. Exempli gratia, ſi feratur lex,
ne natus ex illegitimo cõcubitu poſſit obtinere beneficium eccleſiaſticum
omnes collationes factæ a die promulgationis irritę ſunt, etiam apud igno-
rantes: quæ doctrina procedit in utroque foro. Probatur hæc poſitio, pri-
mum ex communi ſententia, & ſpeciatim ex Gloſſa in Clementina, Nolen-
tes, de hæreticis, verbo, Ex nunc: & in eadem conſtitutione, irritantur actus
hæreticorum. Idem docent Felinus, & Panormit. in cap. cognoſcentes, cita-
to. Deinde ratione, quoniam retractatio, ſeu irritatio actus, non eſt pœna,
quæ infligatur pro culpa, vt adnotauit Innocentius, cap. Si vero, de ſenten-
tia ex-

Lege Panor. c. Nouũ de ſent. excommunicationis.

Cap. ſingula de præb. li. 6. Clem. Nolẽtes de hæret.

cap. cogno.

A tia excommunic. Ioan. de Anania, cap. ex inſinuatione titulo eodem. Felin.
& Panormit. loco citato; & Sotus libro primo de iuſt. & iure: qui addit vnũ,
& bene, quando retractatio eſt actus cum iniuria perſonæ, conueniens eſt,
vt concedatur tempus ad habẽdam ſcientiam; vt ſi Pontifex prohiberet ma-
trimonium in quincto gradu, de rigore ſtatim iſta lex ſuam uim habere de-
beret; quod tamen nõ uidetur omnino æquum; cum hic intercedat aliqua
iniuria. Rurſus, addit, iuxta ſuam ſententiam, eſſe mentem Pontificis, quan-
do tempus non exprimitur, vt lex non obliget ante promulgationem fa-
ctam in prouincia; licet non plane exponat, an vniuerſe de omni lege, an
de irritatoria tantum loquatur: quæ cum hac tacita conditione uidetur fa-
cta, ſi in notitiam uenerit ſubditorum. Adde etiam, quod irritatio infertur
B per legem nouam, quæ non habet vim niſi ſit nota: præſertim, ſi de Impera-
toria loquamur, quæ ut aliqui uolunt, non habet ſtatim ſuum robur: actus
igitur tenebit, niſi aliter in lege fuerit expreſſum. Poſtremo, pro allata do-
ctrina facit hæc ratio, quia ad hoc, vt quis fiat ad aliquid ineptus, non requi
ritur eius ſcientia: ſed id pendet ex voluntate legislatoris, in cuius manu eſt
materia illa talis contractus, quam poteſt inutilem reddere. Cæterum, non
deſunt qui contra ſentiant, vt nõnulli moderni Scriptores, in Lege. Omnes
populi, & Romanus, Conſilio 50. ſed quod docuimus, tutius uidetur: Quin
cta poſitio, leges continentes priuilegiorum reuocationem, non habent
vim donec venerint ad notitiam eorum qui habent priuilegia, vel ſaltem
donec promulgatæ fuerint in prouincijs, & diœceſibus. Vt ecce, Pontifex
C conceſſit aliquibus locis, ſiue perſonis priuilegium eligendi ſibi confeſſa-
rium: poſtea ſolenniter reuocauit hoc priuilegium; qui eo vſi ſunt, antequã
vllam habeant de reuocatione notitiam, recte abſoluuntur ab electo Sacer
dote. Primum, hæc poſitio confirmatur ex cap. quia in cunctis, de conceſ.
præben. libro ſexto, vbi hoc expreſſe docetur. Deinde ex communi ſenten-
tia; Ita Panormit. Felinus, cap. cognoſcentes, Bartolus lege omnes populi,
Cardinalis in proœmio Clementinarum, Decius, & alij ab eo citati, dicto
cap. Cognoſcentes. Poſtremo, quoniam priuilegia ſunt particularia iura: er
go leges ad priuilegia pertinentes debent eſſe priuatim notæ. Cõfirmatur,
quia fauores ſunt ampliandi. Ex qua doctrina inferres, reuocationes indul
gentiarum non habere vim, niſi promulgentur in ſingulis prouincijs. Se-
D cus tamen dicendum eſſet de vniuerſali earum reuocatione, in anno Iubi-
læi, quo tempore ſtrictiſſime reuocari uidentur. Hoc loco animaduertendũ
eſt, circa priuilegia, Doctores, varie ſentire, vt ex Felin. diſcimus. Nã alij di-
cũt, hoc legũ genus ſtatim habere robur: Alij, non ſtatim, ſed a die ſcientiæ:
Alij reſpondent cum diſtinctione: ſi loquamur de illo qui obtinet priuile-
gium, requiritur ſcientia: ſi de illo in cuius dãnum cedit priuilegium, non
eſt opus ſcientia, ſed ſtatim vim habet; vt ſi datum fuiſſet priuilegium
occidenti exulem. At vero Decius & Imola aliter diſtinguunt: ſi priuile-
gium datur per reſcriptum, non habet vim, niſi a die ſcientiæ: ſi per legem
generalem, idem eſt, dicendum, quod de lege diximus. Alij hoc modo di-
ſtinguunt, ſi priuilegium fiat per reſcriptum, idem dicunt, cum Decio: ſed

H non

non ſumus in eadem materia, quia hic dubitatio eſt de lege: Lege, ſi ab- A
ſenti.ff.de acquirenda poſſeſſione. Si priuilegium eſt perſonale, pari ra-
tione requiritur ſcientia, quia beneficium non confertur in inuitum: quod
Menoch. ſi detur per legem generalem, habet vim etiam ante ſcientiam: quia iſte,
gratia exēpli, qui exulé necat, potuit in vniuerſum conſiderare de prœmio
dando occidenti hoſtem reipub. Poſſet aliquis hoc loco dubitare de regulis
Cancellariæ, quomodo, & quando obligent: de qua re legendus eſt Go-
meſius in procemio, in iſtas regulas. Argumētis initio allatis ſic reſpōderes.

Ad primum, concedimus ſtatim obligari: quod vero attinet ad onus pro
bandæ ignorantiæ, hac in parte requiritur iudicis prudentia, qui circun-
ſtantias locorum, temporum, & perſonarum ſpectet.

Ad ſecundū, in contrarium habemus eccleſię Romanę praxim, quam ma B
gis attendere debemus, quam id quod iure ciuili eſt ſancitum. Ad tertium,
non propterea quod lex eccleſiaſtica magis ſoleat obligare conſcientiam,
debet concedere maius tempus ad introducendam obligationem; quia qui
ſine culpa legem ignorat, nihil peccat contra legem agendo.

An ad hoc, vt lex habeat vim obligandi, ſit neceſſaria acceptatio & vſus. Diſput. X.

QVOD autem leges nullam vim obligandi habeant, niſi vſu ac-
ceptentur, his rationibus perſuaderi poteſt.

Primo, ex Can. in iſtis, diſtin. quarta, ubi dicitur, leges con- C
firmari, & approbari moribus vtentium. Secundo, reipub.
moderatores habent facultatem ferendi leges ab inferiori-
bus: ergo ſi hi legem non admittant, videntur hac in re facultatem datam
coarctare, aut legem factam abrogare. Tertio, ex definitionibus quibuſ-
dam legis, in quibus ponitur, conſenſus popu li, vt patet ex lege, leges, ff. de
legibus, & Can. lex, diſtin. ſecunda: ergo ſi populus legem non acceptet,
non habebit robur.

Hæc propoſita dubitatio intelligi poteſt, tum de lege ciuili, tum de cano
nica: ſi de ciuili intelligatur, communis eſt ſententia, legem non habere
uim, ni fuerit recepta; ſi vero de canonica, duæ ſunt ſcriptorum ſententiæ.
Cap.8. Prima Gerſonis libro de poteſtate eccleſiaſtica, & Nicolai di Cuſa, lib. 2. de D
tom.2. concordantia catholica, leges pontificales pendere ab acceptatione popu-
li, ſicuti & ciuiles; quia Pontifex habet auctoritatem ab eccleſia: At uero
Conciliorum conſtitutiones a populi conſenſione non pendent; quia con
cilia habent facultatē condendi legē proxime a Chriſto, & ideo ſufficit ſola
earum promulgatio. Secunda aliorum, qui contra ſentiunt, cum Pontificis
auctoritas non pendeat a Concilio, ſed potius Concilium pendet a Ponti-
fice; & hæc eſt communis opinio doctorum tit. de Conſt. & lib. ſexto. eod.
& diſtinct. 4. Can. in iſtis. Pro huius difficultatis explicatione animaduer-
tendum eſt, nos ſupponere hoc loco legem eſſe iuſtam, & Principem
velle eam obligare, & legem non acceptari a maiore parte populi.

Rurſus

A Rurſus obſeruandum eſt, duo eſſe Principum genera: alij ſunt in quos populus totam & abſolutam poteſtatem adminiſtrandæ reip. & condendarum legum trãſtulit, ita vt ſe ſua auctoritate ſpoliauerit; alij quibus nec omnis, nec abſoluta data eſt poteſtas; ita vt eorum ſanctiones a populi approbatione pendeant. His ita notatis, has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, quando leges feruntur a Principe, qui non habet abſolutam poteſtatem, non habent vim niſi accedente approbatione & vſu populi. Doctrina eſt manifeſta; ſecundum quam nonnulli intelligendum putãt, illud quod in iure ciuili dicitur, leges non alia de cauſſa nos obligare, niſi *Vlp. ff. de* quia populi iudicio ſunt receptæ: atque etiam illud quod habetur in Decreto, *leg. l. 32.* Tunc leges confirmari, cum vtentium more approbantur: Quando ni- *Diſt. 4.*
B mirum auctoritas Principis ab inferioribus pendet. Secunda poſitio, quando lex fertur a Principe habente poteſtatem abſolutam, ſi lex ſit iuſta, & legiſlator velit eam obligare, eius vis & robur non videtur pendere ab approbatione & vſu populi. Ita Cardin. in procemio Clementinarum. Quoniam, ſi poteſtas quę erat in populo in principem tranſlata eſt, non pendebit a populo: ni ita legem ferat, vt nolit obligare, niſi accedente populi vſu. Vnde aliqui abſolute loquentes, dicunt ciuiles leges non obligare, niſi ex approbatione & vſu: quia omnes latæ eſſe videntur cum hac conditione, ſi accepentur a populo, qui legiſlatori poteſtatem dedit. Tertia poſitio, ſummus Pontifex poteſt ferre legem obligantem omnes, etiam populo renitente, & vt ait Gloſſa, etiamſi reclamarent omnes Epiſcopi totius mundi; intellige
C quando lex eſt iuſta, & Pontifex re vera vult eam obligare.

Primum, confirmatur hæc doctrina ex communi doctorum ſententia. Deinde, quia pro certiſſimo habendum eſt Pontificis poteſtatem proxime pendere a Chriſto, non ab eccleſia, vel Concilio, in quo contraria decipitur opinio: quare, eccleſia non poteſt ei hanc facultatem adimere, nec ab eius iuſtis legibus ſe ſubtrahere: & ita per ſolum non vſum lex Pontificia, ex ſe, vim ſuam non amittit. Quarta poſitio, ſi de Pontificis voluntate non conſtet, & totus populus, aut maior pars legem non acceptet, vel non ſeruet, putandum eſt nõ obligare, ſi Pontifex non diſſentiat, & taceat. Quoniam, tunc credendum eſt, Pontificem nolle legem obligare; populo nimirum non obſeruante: ita vt lex videatur lata cum hac conditione, ſi populus approbauerit:
D quamuis, vt diximus, non amittat vim obligandi ex ſola non approbatione, ſed ob diſſimulationem. Et iuxta hanc doctrinam aliqui intelligunt, canonem, In iſtis, cum ſcilicet adeſt diſſimulatio. Vnde vniuerſe dicere poſſumus, humanas leges non obligare, niſi accedat conſuetudo, & vſus, cum *Nauar. c. 23.* per contrariam conſuetudinem, vel non vſum aboleri ſoleant, & hoc ipſo quod non acceptantur, fiant inutiles: & tamen vtilitas eſt vna conditio neceſſaria ad legis iuſtitiam. Neque homines communiter renitentes lege obſtringendi eſſe videntur, cum poteſtas non detur in deſtructionem, ſed in ædificationem, vt Paulus ait. Sed hic videndum eſt, quid ſit vſu receptum, *2. Cor. 13.* quid non, ex ijs quæ lege ſtatuuntur, cum recipi poſſit quoad vnum, & non ratione alterius.

Verum in hac parte ſuperiores non deberent eſſe negligentes, ſed curare, vt ad vſum traducantur, & in notitiam veniant, ne eorum contemni videatur auctoritas, & fruſtra ſancitum, quod vtile putatur. A

Quincta poſitio, Principis tolerantia, quando lex eſt recepta a maiore parte, non excuſat eos qui legem non recipiunt, vel non ſeruant; contra vero, ſi a maiore parte non reciperetur, excuſarentur. Ita Syluester, verbo, lex §. ſexto. Quia cum a maiore parte ſeruatur, cenſendum eſt principem eam velle ſeruari, cum de eius contraria voluntate non conſtet. Hinc intelligitur caput, cum iam dudum, de præbendis, vbi dicitur, Multa per patientiam tolerari, quæ ſi deducta fuiſſent in iudicium, exigente iuſtitia, tolerari non deberent. Quare, tunc lex dicetur acceptata, cum a maiore ſaltem parte communitatis recipitur. Modus autem receptionis erit, vel quia cum fuit promulgata, non fuit improbata, ſed tacite admiſſa: vel verbo, aut ſcripto confirmata fuit, vt ſi in Concilio expreſſe conſentiretur in legem a Pontifice latam; Quid autem nomine communitatis, a cuius maiore parte legis acceptatio pendet, intelligendum ſit, non eſt explicatu facile, nec ſunt qui explicent: cum communitas poſſit deſignare vel aliquam ciuitatem, vel prouinciam, ac etiam totam eccleſiam, cuius partes ſunt diuerſæ prouinciæ, & eccleſię: Qua in re doctorum & proborum iudicium requirendum eſt; cum fieri poſſit, vt vna lex reſpectu alicuius prouinciæ, vt vtilis obligare poſſit, & non reſpectu alterius. Argumenta in contrarium allata ſic ſolueres. B

Syl. Nau.

Ad primum, iam diximus, quo pacto canon ille intelligi poſſit, vel cum lex lata eſt ab habente poteſtatem non plenam, & pendentem: vel cum intercedit Principis diſſimulatio, & tacita voluntas, quod nolit obligare, niſi populo acceptante. C

Ad ſecundum, patet ex allata diſtinctione de duplici poteſtate abſoluta, & non abſoluta, & de poteſtate a Deo, vel a populo accepta.

Ad tertium, definitiones illæ, vel non ſunt bonæ, vel intelligendæ ſunt, vt allatas leges intelligendas eſſe diximus.

An ſit de natura legis, vt ſcribatur. *Diſput.* *II.*

QVAMVIS Legiſperiti hanc difficultatem late tractare ſoleāt: nos tamen eam breuiter attingemus; cum ſit ſatis plana. Quod autem ſcriptura ſit de eſſentia legis, hæ rationes probare videntur. D

Primo ſumitur quędam ratio ex iure canonico, in quo dicitur, legem eſſe conſtitutionem ſcriptam: quare cum ſcriptura ponatur in definitione legis, erit de eius natura.

Capit. in cauſſis, de re iudic.

Rurſus, ex eodem iure, ſententia a Pontifice lata, non habet vim iuris, & non fertur ſine ſcriptura: ergo multo magis lex non habebit uim, niſi fuerit ſcripta.

L. Humanum. C. de leg.

Secundo, ex iure ciuili, in quo præcipitur ut lex dictetur, edatur, promulgetur:

A mulgetur: quæ non fiunt ſine ſcriptura, & quibuſdam in locis non obſcure *L. Neque.*
inſinuatur ſcripturæ neceſſitas. Tertio ex iure diuino, in quo habemus le- *ff. de leg.*
gem Moſi datam, promulgatam fuiſſe ſcriptam in tabulis lapideis, & Deus
populo Hebræo præcepit, vt acceptam legem ligaret in manu, & in limine, *Deut. 6.*
& oſtijs ſcriberet. Poſtremo, lex reſpicit futurum: igitur debet eſſe ſcripta, vt *& 11.*
permaneat ad obligãdos poſteros; & vt legi poſſit, cum lex dicta ſit a legen- *Ioſu 11.*
do: legi autem non poteſt, niſi ſcribatur: igitur.

In hac difficultate tres ſunt dicendi modi. Primus eorum, qui dicunt ſcri-
pturam eſſe de ſubſtantia legis. Secundus aliorum, qui affirmant, eſſe vtile
& commodum leges ſcribere, non tamen neceſſarium. Tertius eorum, qui
reſpondent cum diſtinctione: ſi lex lata ſit a ſuperiore poteſtate, non requi-
B rit neceſſario ſcripturam: ſi vero lata ſit ab aliquo inferiore miniſtro, maxi-
me: Quoniam, obligatio de lege ſcribenda eſt de iure ciuili & ſcripto, cui
non eſt ſubiectus ſupremus Princeps, ſicuti aliqua inferior perſona. Varij
ſunt ſcriptores, qui hac de re agunt, & ſpeciatim Sebaſtianus Medices in ſuo *q. 11. par.*
de legibus tractatu: de qua nos ita breuiter ſtatuimus. *3.*

Prima poſitio, ſcriptura non eſt de ſubſtantia legis, ſiue a Principe, ſiue
ab inferiore poteſtate feratur. Primo probatur iſta poſitio ex communi ſen-
tentia, de qua teſtatur Imola in rubrica, de conſtitut. Deinde ex iure canoni-
co, in quo præcipitur, vt eccleſiaſtici iurent ſtatuta eccleſiarũ ſcripta, & non *Cap 1. de*
ſcripta, & diſt. prima canone, conſuetudo, dicitur legem ratione conſiſtere: *iureiu. lib. 6.*
& in eius definitione non ponitur ſcriptura: igitur. Præterea, lex noua ſtatim *Can. lex,*
C cœpit obligare poſt eius promulgationem; & tamen non fuit ſcripta niſi poſt *d. 2.*
aliquot annos a promulgatione facta: igitur ſcriptura non eſt de ſubſtantia
legis. Denique, nulla eſt ratio, ob quam lex neceſſario ſcribi debeat, cũ ſine
ſcriptura in animo, conſeruari poſſit: igitur. Et pueri apud Romanos, prius
ediſcebant & canebant leges, antequam ſcirent legere. Concludamus ita- *Lib. 10.*
que vna cum Ariſtotele, ſcriptæ ſint leges nec ne, nihil referre. Secunda po- *Eth. c. 9.*
ſitio, commodum valde eſt, ac vtile, vt leges ſcribantur. Doctrina eſt certiſ-
ſima, quam primo ex diuina prouidentia confirmare licet, qua factum eſt,
vt leges diuinitus traditæ ſcriberentur; non modo lex vetus, quæ priuata
quadam ratione dicitur lex ſcripta, ſed etiam lex noua, quæ in corde & ſpi-
ritu, ſita eſſe cenſetur.

D Deinde, idem confirmares ex vtilitatibus & cõmoditatibus, quas ſecum
legum ſcriptio adfert. Primo, cum leges ſcribuntur facilius diſcuntur, &
cognoſcuntur, quia ab omnibus, & ſæpius legi poſſunt: ideo eas olim in ta-
bulis ſcribebant, ac in publicis locis affigebant. Secundo, quia facilius
conſeruantur: nam cum non omnes ſint in perpetuo vſu, earum quarum
rarior eſt vſus, facile ſubditos, & miniſtros caperet obliuio. Tertio, ex lege
ſcripta facilius iudicari, ac etiam aliquid deduci poteſt; cum ex verborum
ſcriptorum ordine, melius legiſlatoris percipiatur ſententia. Quarto, quia *L. contra-*
longe melius legũ interpretes ſcriptas leges explicare, & dilucidare queunt. *hitur ff. de*

Hoc loco dubitari ſolet, an ius ſcriptum ſit certius, & nobilius iure non *pignorib.*
ſcripto: de qua re, ſuo more, multa Iuriſperiti diſputant; ſed quoniam, res eſt

parui momenti, ideo nos breuiter reſpondebimus. Dico igitur primo, ius non ſcriptum, ſua natura, certius eſt ſcripto. Hanc doctrinam aliqui confirmant hac firma ratione: quia ius non ſcriptum interpretatur ius ſcriptum l. ſi de interpretatione, & l. ſequēti, ff. de legibus: at quod aliud declarat debet eſſe certius eo, quod declaratur: ergo. Intelligitur hæc doctrina de iure conſuetudinario communi, non de aliqua priuata conſuetudine, quæ poteſt eſſe ignota: & de conſuetudine quæ in iure conſiſtit, non de ea quę conſiſtit in facto, vt eſt conſuetudo particularis quorundam locorum, & perſonarum. Dico ſecundo, ius non ſcriptum prius eſt iure ſcripto. Quia per accidens eſt, quod ius ſcribatur: & cum iure ſcripto caremus, ad non ſcriptum confugimus. Sed hac de re alio loco plenius. A

D. Th. 1. 2. q. ... de conſilis.

Atque ex ijs, quæ hucuſque de cauſſis legis, & de lege vniuerſe diſputauimus, colligere licet, ex omnibus definitionibus, quæ de lege afferuntur eam eſſe meliorem, & ad eam cæteras omnes examinandas eſſe, quam tradidit D. Thomas: ita vt illæ cenſeri debeant meliores, quæ ad eam magis accedunt: eſt autem hæc, Lex eſt ordinatio rationis in commune bonum ab eo qui curam communitatis habet promulgata. Neque fuit neceſſe, ut Sotus ei adderet, & præceptio, ut explicaretur actus voluntatis, qui ad legem conſtituendam eſt neceſſarius, vt ſupra diximus: quoniam talis actus includitur, in verbo illo, Ordinationis, eſt enim ordinatio volūtaria, & verbum Ratio, & mentem, ſiue rationem, & voluntatem deſignat: & ordinatio, eſt id quod ex vtraque potentia procedit. Et quia huiuſmodi ordinationes non fiunt nec promulgantur a Principe, niſi quia intēdit ſubditos obligare; ideo nec neceſſe fuit id in definitione legis explicare, vt aliqui voluere. Cum ergo hæc ſit abſoluta legis definitio, aliæ quæ ex Cicerone & Iuriſperitis afferuntur, non erunt abſolutæ, vel communes, & legis vniuerſe ſumptæ: quod etiam aliqui de D. Thomæ definitione affirmant, dum dicunt, poſſe accommodari etiam conſilijs diuinis, cum non exprimat obligationem, & particula illa, Promulgata, æternam legem excludere videtur; cū lex æterna ſufficienter ſine vlla promulgatione conſtituatur in mente diuina, cuius decreto omnia præſcribuntur ſine vlla promulgatione, quæ ſolum eſt neceſſaria reſpectu creaturæ rationalis, vt talis eſt, quæ ex intentione & obedientia legi obtemperare debet; ad quam etiam D. Thomas reſpexiſſe videtur. Vnde cum omnia quæ creatis rebus ſunt impreſſa, a lege diuina ſint præſcripta atque decreta, nō dicuntur proprie eſſe promulgata, vt dici poſſent, ſi promulgatio ſumeretur pro quacunq; ſanctione eius ordinationis, quę lex eſt. Proinde legem communiter ſumptam hoc modo definiri poſſe putant, quod ſit, rationis practicæ decretum ab eo qui curam communitatis gerit, ſufficienter ſancitum, & cōſtitutum, vt ex eius vi debeat neceſſario modus aliquis, ſiue in re, ſiue in actione, propter commune bonū, adhiberi. Dicitur ſufficienter ſancitum, quia debet proponi ijs, quibus conſtituitur; alias particulas facile explicares ex dictis. Sotus tamen approbat & exponit illam, quam tradidit Papinianus, hoc modo: Lex eſt commune præceptum: quibus verbis indicatur ſubſtantia actuſq; primus legis: quia præceptio

Caſt. lib. 1. c. 2. de iuſta. hæret. punit.

B C D

A ceptio eſt prudentiæ actus: Virorum prudentum conſultum: hic oſtenditur nullam præceptionem eſſe in intellectu, quam non antecedat conſultatio, & Regem ſine prudentium conſilio leges condere non debere: Delictorum quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur coercitio: qua particula exprimitur legis virtus in puniendis maleficis, qui vel ſcientia, vel ignorantia vincibili peccant: Communis reip. ſponſio, quibus verbis, ait Sotus, eleganter legis ingenium exponitur: quia per leges reſp. & princeps conſtituitur fideiuſſor, vt ſecure, tutoque vbique viuatur: ſpondet enim nullum fore pacis perturbatorem: quod ſi vllus erit, pœnas ipſe repoſcet. Nos autem ſupra paullo aliter hãc deſcriptionem expoſuimus, & de illa iudicium fecimus. Argumenta facile ex dictis ſolueres.

B Ad primũ, particula illa in definitione legis non eſt neceſſario adhibenda, cum ad legis naturam exponendam nihil conferat. Neque eſt par ratio de ſententia & lege lata: vt omittam, quòd neque ſententia, ſua vi atque natura ſcripturam requirit. Ad ſecundum, ſolum probat vtile eſſe legem ſcribi ob cauſſas ſupra allatas, id quod concedimus. Ad tertium, cur lex antiqua ſcripto data fuerit alibi dicetur: neque tam præcipiebatur, vt vllo in loco ſcriberetur, quã vt perpetua memoria retineretur, vt facilius ſeruaretur. Ad quartum, lex poteſt ad poſteros peruenire, non ſolùm ſcriptura, ſed etiam traditione: nec tam neceſſe eſt vt legatur, quã vt memoria cõtineatur.

De partibus, ſiue ſpeciebus legum. *Diſput.* XII.

C SVPRA, cum de legis diuiſione ſimpliciter egimus, multas legum ſpecies numerauimus, atque ſine vlla diſputatione varias legis partes ex varijs auctoribus collectas attulimus. Nunc paullo accuratius eam partitionem explicabimus, quam quidam Theologi, vt diuus Thomas, approbare ſolent; infra priuatim de legum creatarum, humanarum ve diuiſione acturi. Angelicus itaq; doctor, de legum diuerſitate diſputando, has numerauit ſpecies, Aeternam, naturalem, humanam, & diuinam, quam in ueterem & nouam diſtribuit, & legem fomitis: de quibus omnibus poſteà ſuo ordine diſputat. Et quamuis nos etiam citati doctoris ordinem ſequentes, ſex hoc loco diſputationes inſtituere poſſemus, quærendo de ſingulis enumeratis ſpeciebus, an

D dentur; tamen commodius huiuſmodi quæſtiones in priuata ſingularũ tractatione explicabuntur. Quare in præſentia ſolum hanc legum diuiſionem breuiter attingemus, & quaſdam dubitatiunculas e medio tollemus.

Dicimus itaque conueniẽter legẽ vniuerſe ſumptam diuidi in has quinque partes, in æternam, naturalem, humanam, diuinam, & in legem fomitis. Lex æterna, vt planius poſtea dicetur, eſt ratio diuinæ prouidentiæ, qua cũcta a Deo gubernantur, & reguntur: quæ cum ab omni æternitate ſit in mente diuina, ideo æterna vocatur. Lex naturalis eſt ratio ſiu e ordinatio, humanæ menti a natura indita: ſic dicta, vel quod naturaliter innaſcatur, vel quod ad finem naturalem hominem perducat. Lex humana eſt ordinatio

ex naturali lege per ratiocinationem ab homine collecta; & ideo humana A
induſtria eſt inſtituta: quam etiam ciuilem nominamus, quod in bonum ciuium ſit excogitata & ordinata. Lex diuina eſt ordinatio a Deo conſtituta, quæ hominem ad finem ſupernaturalem dirigit: & in veterem & nouam diuiditur. Denique lex fomitis, eſt inclinatio potentiarum ſentientis animæ in ſua obiecta. Nunc contra allatam enumerationem hæ occurrunt dubitationes.

Prima dubitatio, natura, legis vniuerſe conſiderata & explicata, non conuenit his enumeratis partibus: igitur male ſub lege ponuntur: ſumptū, quod attinet ad legem æternam, naturalem, humanam, & diuinam, infra probabitur, & explicabitur: quod vero pertinet ad legem fomitis, de qua nihil priuatim poſtea agetur, in præſentia probabitur & examinabitur. Quod igitur B
lex fomitis non poſſit appellari lex, ſic probo. Primo, lex formitis, eſt inclinatio appetitus ſenſitiui, qui eſt homini communis cum brutis: igitur non
Gen. 4. conſtituit ſpeciem aliquam legis quæ conueniat homini. Secundo, lex eſt ordinatio in bonum: at iſta appetitus ſenſitiui propenſio inclinat ad malum ac proinde Paulus, de iſta lege loquendo aiebat, ſe ſentire legem repugnātem legi mentis ſuę, legi nimirū naturali, quæ eſt recta hominis ratio: igitur. Tertio, lex oīs, a lege æterna dimanat: at lex fomitis nō manat a lege æterna; q̄ enim ſit bona non pōt eſſe cauſſa eius quod inclinat in malū, ob quā cauſſam Paulus aliqn̄ eam vocat peccatum, & virtutē peccati: igitur. Quarto, illa dicitur lex, quam qui ſeruat non peccat: at qui fomitis legem ſeruat, peccatum committit: non igitur legis nomen meretur. Poſtremo probat hæreticus hanc legem ſiue concupiſcentiam eſſe peccatum: quia quod non eſt C
1. Ioan. 3. conforme diuinæ legi, peccatum eſt, iuxta illud Ioannis, peccatum eſt iniquitas, ſiue vt Græcus textus habet, anomia: at concupiſcentia nō eſt cōformis legi diuinæ: igitur. Minor probatur: quia repugnat inſtitutioni primæ diuinæ, cum non ſit talis, qualis eam Deus inſtituit: repugnat etiam legi naturæ, quia non poteſt viuere congruenter: & denique, repugnat legi ſcriptæ, quæ præcipit, ne concupiſcamus.

Circa hanc dubitationem tria potiſſimum nobis explicanda ſunt. Primū, Quid ſit iſta lex fomitis: alterum, an proprie dicatur lex: tertiū, an ſit a Deo. Vt autem iſta plane exponantur, animaduertendum eſt, hominem conſtare duplici appetitu, ſentiente, & intelligente: hic ſua natura fertur in bonum D
honeſtum, ille in delectabile, & in id quod corpus conſeruat. Et quoniam interdū, quod corpori prodeſt, cū ratione & honeſto pugnat, hinc eſt quod appetitus ſenſitiuus cum intellectiuo pugnare, eique aduerſari dicatur. Et ne homo a Deo creatus hanc pugnam in ſe haberet, ei iuſtitiam, quam originalē uocant, donauit; qua, ita appetitus inferior in officio cōtinebatur, vt nunquam contra rationem inſurgeret, eius ve imperium præueniret.

Verum, primo parente peccante, humana natura illo ſupernaturalis iuſtitiæ dono in pœnam ſpoliata fuit: & ita homo qui in honore erat, hoc eſt in natura perfecta & recta conſtitutus, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, quia belluarū more, ab appetitu ſenſitiuo, in-

ſtitiæ

A ſtitiæ fręno ſublato, in ea trahitur, quę cum ratione pugnant. Hęc igitur appetitus ſentientis propenſio, & quaſi pondus fomitis legem, per metaphoram vocant. Legem quidem, quia inſtar legis obligat, trahit, imperatq; deſideria carnis: & vt lex mentis eſt regula bonæ actionis; ita concupiſcẽtia eſt regula peccati, quam qui ſequitur peccat: & ita aptè appellatur lex, cum nihil alind ſit lex, quam actionum regula. Fomitis vero, quia ardore concupiſcentiæ hic appetitus exuritur, & incenditur.

Rurſus, vt propoſitæ difficultati plenius ſatisfiat, animaduertendum eſt, concupiſcentiæ nomen variæ vſurpari. Primo ſumitur pro potentia, ſeu vi appetente, qua concupiſcimus & deſideramus aliquid: quæ ex ſe non eſt ma-
B la, ſed bona, vel indifferens; cum per eam poſſimus bene & male appetere. Quæ potentia fuit in primo homine ante peccatum, & in Chriſto, cum appetiuerit bona ſenſibilia: & in beatis poſt reſurrectionem erit. Secundo pro actu concupiſcendi, qui interdum poteſt eſſe bonus, vt eſt concupiſcentia ſapientiæ, & eius quod naturam conſeruat; interdũ malus, quo modo accepit Ioannes, cum dixit, Omne quod eſt in mundo, hoc eſt in homine mundano, eſt, concupiſcentia carnis, &c. *1. Ioan.* Tertio pro naturæ vitio, ſiue vitioſitate, quæ conſequuta eſt peccatum primi hominis: quo modo accepit Auguſtinus, cum dixit, concupiſcentiam non eſſe ſubſtantiam, ſed vitium, quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: quod vitium non fuiſſet, ni Adam peccaſſet. *Lib. 2. cõt. Iul. & lib. 6. c. 7.* Hoc vitium non ſolum in parte ſentiẽte, ſed etiam ſuperiore reperitur: cum hæc quoque pars prona ſit ad vanos honores, inanemque gloriam expeten-
C dam. Vnde Paulus, cum dixiſſet, carnem cõcupiſcere aduerſus ſpiritum, inter opera carnis, idololatriam, inimicitias, & hæreſes numerauit. *Gal. 5.* Sed ſolet dubitari, an hoc vitium ſit qualitas quædam: aliqui, vt Magiſter, Henricus, Gandauenſis, Gregorius Ariminenſis, & Ioannes Driedo ita exiſtimarunt; *Augu. 14. de ciu. c. 2. 3. & 4.* quæ ſententia, vt falſa & periculoſa omnino reijcienda eſt. Rurſus quæri ſolet, an ipſa concupiſcentia ſit peccatum: & licet poſſit vocari peccatum improprie, largo modo, & materialiter, quo modo omne vitium, & omnis receſſus a regula, & ab ordine, non ſolum in moribus, ſed etiam in natura, & arte dici poteſt peccatum; tamẽ, ſi peccatum proprie ſumatur, nullo modo, ſalua religione, poteſt dici eſſe peccatum, vt hæretici dicunt: Neque enim quod a lege ſiue a ratione diſſidet, ei ve repugnat, proprie peccatum dicitur;
D alias diabolus qui ad peccandum prouocat, peccatum vocari poſſet; ſed ipſe receſſus deuiatioq; a lege proprie peccatum, & anomia dicitur. Licet ergo concupiſcentia repugnet legi mentis: tamen, cum non ſit ipſa repugnantia formalis, ideo non eſt proprie peccatum. Ex qua doctrina facile hæreticorum ſolueres ſophiſmata. Sed de his accuratius alibi. Illud etiam adnotauerim, quod licet in Chriſto, vt ſupra diximus, fuerit potentia qua concupiſcimus; tamen concupiſcentiæ vitium non item, ſicuti nec ignorantia: quia, cum hæ duæ naturæ humanæ miſeriæ, nihil conferrent ad humani generis redemptionem; &, cum gratiæ & veritatis plenitudine quæ fuit in Chriſto pugnent, non debuerunt aſſumi, vt præter alios docuit Diuus Thomas. *D. 3. p. q. 15 art. 2. & 3.* Rurſus animaduertendum eſt, Paulum de varijs legibus in ſuis epiſtolis mentionem

Orig. lib. 6. in epiſt. ad Rom. *Lib. 7.* *Lib. 8. confeſ. lib. 83. qq. q. 66.*

tionem facere; vt de lege mentis, & carnis, literæ & ſpiritus, quam diuiſionem diligenter contra Celſum tractat Origenes. De lege peccati, quam A
varijs in locis explicatam inuenies apud Auguſtinum; De quibus omnibus lege quæ ſcribit Ambroſius in caput ſeptimum epiſtolæ ad Romanos: quas diuiſiones, ſuis locis, explanabimus. His ita adnotatis, ad dubitationem propoſitam reſpondeo his dictis.

Primum dictum, lex fomitis nihil aliud eſt, quam appetitus ſenſitiui inclinatio, atque impulſio in deſideria carnis, ex iuſtitiæ originalis remotione nata. Secundum dictum, proprie loquendo, iſta inclinatio, non eſt lex. Quia non eſt in ratione aliquid ordinante in bonum; ſed in membris, tanquam in re ordinata in id, quod cum ratione pugnat: dicitur tamen lex ratione effectus, vt eſt inclinatio quædam, qua quaſi trahimur, & ligamur, vt B
quod eſt malum, diuina deſtituti gratia, agamus. Tertium dictum, lex fomitis, ut eſt inclinatio in bonum naturæ conſentaneum, quo natura conſeruatur, eſt bona, & a Deo. Neque enim ex ſe, malum eſt, in id ferri, quod naturam conſeruat. Quartum dictum, lex fomitis, ut inclinat ad id quod legi mentis aduerſatur, eſt a Deo indirecte, quatenus per iuſtam pœnam, naturam iuſtitia originali priuauit, vnde factum eſt, vt appetitus ſenſitiuus præueniat rationem, eique repugnet.

Argumenta in contrarium allata, facile ſolueres ex dictis. Concedimus itaque non eſſe proprie legis ſpeciem, ſed per metaphoram legem appellari, quatenus Deus in pœnam, remota originali iuſtitia, ſinit appetitum naturæ impetu in ſenſuale bonum præter rationis imperium ferri: Huius legis C
Diuus Thomas, vt exiſtimo, nõ tam meminit, vt eam tanquam veram legis ſpeciem poneret, quam vt locum Diui Pauli explicaret, & quid per legem fomitis intelligendum eſſet, doceret. Vnde facile alia ſolueres argumenta, quæ de lege proprie dicta procedunt. Ideo Paulus per Metonymiam eã appellat peccatum, quia ex peccato ortum habuit, & quia ad peccatum allicit. Secunda dubitatio, lex diuina tanquam vna legis ſpecies diuiditur in veterem & nouam: at iſtæ non ſunt duæ ſpecies inter ſe diſtinctæ, cum nouum & vetus teſtamentum non differant ſpecie: igitur mala diuiſio. Huic dubitationi reſpondeo, concedendo hanc diuiſionem, non eſſe eſſentialem in duas legis ſpecies, ſed accidentariam, quatenus vna lex diuina diuiditur ſecundum priorem, & poſteriorem ſtatum, & in legem magis minuſque D
perfectam. Sunt autem inter legem nouam & veterem differentiæ multæ, alibi latius explicandæ, nunc tres tantum attingemus. Primo differunt ex parte finis; quia uetus Lex directe habebat finem naturalem & carnalem: Vnde ijs qui eam ſeruabant, bona terræ promittebantur: at noua vitam æternam promittit. In illa dabatur gratia & gloria ex fide in Chriſtum: in hac etiam ex vi mandatorum Chriſti, & ex operibus in Chriſto factis: ideo dicitur, ſi uis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Secundo, lex vetus non requirebat tantam perfectionem, vt noua requirit: Ideo Chriſtus aliquando dixit, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: aliquid igitur amplius noua

requirit,

A requirit, maiorem ſcilicet iuſtitiam. Poſtremo, illa ad ſui obſeruationem per timorem potiſſimum inducebat, vt quæ pueris & imperfectis data erat, hæc vero per amorem præcipue. Tertia dubitatio, lex æterna & lex diuina non videntur inter ſe differre; quia ambæ ſunt diuinæ: & ſiquid differunt, ſolum accidentaliter differunt; quod vna dicatur æterna, alia temporanea: imo cum vtraque ſit ordinatio quædam diuina, vtraque erit æterna. Quid ad hanc dubitationem reſpondendum ſit, patebit plane infra, cum de vtraque lege ſeorſim agetur: nunc breuiter dixerim, has duas legis partes eſſe inter ſe ſpecie diuerſas; tum ratione finis, quia æterna habet pro fine totius vniuerſi bonum & conſeruationem, diuina ſolius hominis ſupernaturalem beatitudinem: tum ratione ſubiecti, quia æterna eſt *Ier. 33.*
B in Deo, diuina ēt in homine; ac proinde dicitur ſcripta in cordeū denique, quia æterna eſt veluti fons & origo; diuina vero veluti quidam riuulus ab æterna, deductus. Quarta dubitatio, iſta legis diuiſio videtur ſuperflua, quia lex idem eſt quod ius, at ius ab Ariſt. diuiditur in naturale & ciuile, cui diuiſioni Iuriſperiti addunt ius gentium: igitur eſt ſuperflua, vel aliqua parte deficit, cum omittat ius gentium. Rurſus, illa dicitur proprie lex contra quã peccatur: at peccatum ex Auguſtino eſt tantum contra legem æternam; vna *Lib. 22. contra Fauſt.* igitur tantum lex. Reſpondeo, Theologos conſiderare legem vniuerſe, ac proinde plures ſpecies facere, quam eos qui ſolum de legibus creatis & hu *c. 27.* manis agunt, vt Iuriſperiti & Ariſtoteles, qui non cognouit legem diuinam de æterna nihil dixit, quod tm̃ de illis ageret legibus, qnibus humana reſp.
C gubernatur. Ideo aũt peccatum dr̃ eſſe contra legem æternam, quia hæc eſt aliarum fons: non tamen inde ſequitur, æternam eſſe uniuerſam legẽ. Quinta dubitatio, iſta diuiſio uidetur inſufficiens, quia non continet legem canonicam, & legem ſpiritus, de qua aliquãdo meminit Paulus. Reſpondeo, lex canonica, partim ad humanam, partim ad diuinam reuocatur: lex ſpiritus idem eſt quod lex diuina euangelica, ſic dicta, quod in ſpiritu, non in carne, ſeu in ceremonijs externis præcipue conſiſtat. Concludamus itaq; conuenienter quattuor aſſignari legum partes, de quibus ſingulis poſtea acturi ſumus, æternam, naturalem, humanam & diuinam: quarum mentio fit in diuinis literis. De ęterna, cum dicitur, quando ponebat legem aquis, *Prou. 8.* cum eo eram cuncta componens: de naturali, Gentes quę legem non habẽt, *Rom. 2.*
D naturaliter quæ legis ſunt, faciunt: de humana, qui vos audit, me audit: de di *Luc. 10.* uina, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorũ ſcribam eam. Cuius numeri hæc poteſt reddi ratio: Lex eſt ordinatio, præceptio, regulaque prudentiæ, exiſtens in eo, qui aliquam vniuerſitatẽ adminiſtrat. Primus omnium rerum adminiſtrator eſt Deus, qui in adminiſtrandi ratione hominem ſibi ſimilem creauit. Fecit enim Deus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem ſuam, vt præeſſet. Quare ex modo quo Deus & homo gubernant, legum numerus ſumendus erit. Deus, vt primus rerum rector, ab æterno ordinauit qua ratione rerum vniuerſitatem quam creaturus erat, gubernaret, atque in ſuos fines dirigeret, vnde extat lex æterna. Idem, vt naturæ auctor, rebus omnibus inſtinctus indidit, quibus ſuos in fines tenderet,

& ma-

& maxime ei naturæ quam rationis fecit participem,ſui nimirum luminis, quo homo non ſolum ordinationem impulſum ve diuinum exciperet, ſed etiam cognoſceret: & hæc eſt lex naturalis. Et quia pro locorum,temporũ, rerumque varietate, varijs ordinationibus genus humanum ad ſocietatem vitæ retinendam indigebat, eidem homini legum cõdendarum facultatem tribuit,unde exoritur lex humana. Et cum homo factus ſit ad ſupernaturalem finem, ad cuius conſequutionem lumine eget ſupernaturali,ideo data eſt ei lex diuina ſupernaturalis,quæ,vt diximus,in veterem,& nouam diuiditur. En igitur cur quattuor conuenienter ponantur legum ſpecies; de quibus nunc ſatis,plura ſuis locis. Poſſes etiam ex quattuor rebus quæ ad legem conficiendam requiruntur,quæ ſunt poteſtas,ratio ſiue mentis actus materia ſiue modus ab ea præſcriptus,& finis, hunc in modum eam diuidere ex parte primi, in diuinam & humanam: ex parte ſecundi in æternam & temporalem:ex parte tertij in affirmantem & negantem:ex parte quarti in naturalem, quæ ordinat ad finem naturalem, & ſupernaturalem, vt eſt lex fidei & ſacramentorum,quæ ad finem refertur ſupernaturalem.

A

B

De effectibus legis, ſit ne legis effectus efficere homines bonos. *Diſput.* XIII.

NATVRA, partibus, ſpeciebuſq; legis vniuerſe expoſitis, ſequit, vt de eius effectibus diſſeramus. Examinanda itaque hoc loco eſt prima,eaque grauiſſima difficultas de effectu legis,an ſit efficere homines bonos:quæ dubitatio potiſſimum habet locum in lege humana,cum de alijs legibus certiſſimũ ſit, eas pro fine habere honeſtam hominum vitam, in qua meliores philoſophi hominum felicitatem poſitam eſſe recte exiſtimarunt. Vt autem quod hoc loco quæritur planius explicetur,notandum eſt,hæc inter ſe differre,Finem, effectũ, actum,ſiue vim,& poteſtatem legis. Finis eſt adeptio communis boni, in quo ſita eſt humana beatitudo: effectus eſt id per quod ad finẽ peruenitur, vita honeſta: actus præcipere,& vetare: poteſtas obligare,& coercere. De primo,ſupra diximus, cum de legum condendarum fine egimus:de ſecundo in præſentia dicemus:de reliquis poſtea. Quod legis effectus non ſit efficere ciues bonos,ſic probo.

C

D

Primo,lex vetus non habuit hunc effectum,ut efficeret hominem bonũ; quia vt inquit Paulus,Nihil ad perfectum adduxit lex: igitur multo minus lex humana. Secundo,lex humana non præcipit, niſi operationes externas; ſolum enim ordinat ea de quibus poteſt iudicium ferre, cuiuſmodi ſunt actus externi: atqui ſola externorum actuum exercitatio,ad modicum
Matt.5. valet,vt Paulus ait,igitur. Tertio, homo non poteſt eſſe bonus ſine virtute, a qua ſola ſimpliciter bonus vocatur,vt Ariſtoteles docet:virtus autem, autore Auguſtino,eſt Dei donum; non itaque legis effectus. Confirmatur,quia nulla eſt vera virtus ſine gratia & caritate, de quibus nihil in humanis legibus dicitur,ſuntque vt ſacra Concilia ſtatuunt,Dei munera:igitur. Rurſus

ſus

A ſus confirmatur, lex humana ſupponit aliquot virtutes in ſubditis, & ſpeciatim obedientiam: igitur non facit homines ſimpliciter bonos, vt aſſerit ſanctus Doctor, ſed ſupponit eos eſſe bonos. Quarto, leges ciuiles ſpectant commune bonnm ciuitatis, ſufficientiam nimirum uitæ, & bonum utile, vt ex Ariſtotele diſcimus: non igitur habent pro fine efficere hominem bonũ. Cõfirmatur, bonæ leges faciunt bonum ciuem: at bonus ciuis & bonus vir non ſunt idem: igitur. Quincto, ſi lex humana haberet pro fine virtuté, ſequeretur, eum qui per actnm malum legem ſeruaret, legi non ſatisfacere; ut ſi quis ob inanem gloriã pro patria pugnaret: at hoc uidetur abſurdum; igitur & id ex quo ſequitur. Sexto, lex humana eccleſiaſtica, habet pro fine bonnm animæ, ipſam uidelicet uirtutem & religionem; non igitur lex ciuilis, quæ eſt ab eccleſiaſtica diuerſa. *Lib. 1. poli.*

B Circa hanc difficultatem cuius explicatio & intelligẽtia maximi refert, & ad leges recte ferendas, & ad remp. bene adminiſtrandam, iuſtitiamque exercendam, tot aliquis diceret eſſe ſententias, quot de humana felicitate fuere opiniones. Nam, cum leges eiuſmodi ferendæ ſint, ui per eas felicitatem cõſequamur; quot erunt fines diuerſi, tot etiam narij legum effectus. Vnde Epicurus leges ferre debuit, quibus homines uoluptatibus perfruerentur: & qui ponerent felicitatem in potentia & dominio, tales leges ferrẽt, per quas alijs dominari liceret. Sed nt aliquid ſpeciatim dicamus, tres opiniones hic adnotare poſſumus: quarum prima fuit eorum qui exiſtimarunt, finem ciuitatis eſſe finitimis populi dominari, ac proinde hunc effectũ

C per leges intendebant, vt ſuos ciues fortes redderent. Huc Lacedæmones, Cretenſes, Scythæ, Carthaginenſes, & quidã alij, vt ex Ariſtotele diſcimus, ſuas leges retulerunt. Secunda ſententia aliorum, qui exiſtimarunt legis finem, ſiue effectum eſſe pacem, tranquillitatem, & vitæ ſufficientiam; ita vt eius effectus ſit efficere hominem, bonum ex parte, non ſimpliciter: quod aliquando affirmare viſus eſt Ariſtoteles: id quod expreſſe, ſed nõ ſine impietatis magna ſignificatione docuit Machiauellus, qui in multis politicam doctrinam turpiſſime maculauit. Exiſtimauit enim reip. ſiue legum finem non eſſe virtutem, & religionem, ſed pacem ac quieté, cuius cauſſa religionem colendam impie putauit. Tertia veriſſima & communiſſima, bonorum Philoſophorum, & Theologorum omnium, legis humanæ finem eſſe *Lib. 7. politic. 2.* *Lib. 1. pol. cap. 2.*

D efficere hominem ſimpliciter bonum. Vt autem huic grauiſſimę difficultati ſatis fiat, ſequentia pono fundamenta.

Primum fundamentum, Homo, vt non vno in loco Philoſophus tradidit, & natura ipſa, atque experientia demonſtrat, eſt animal ad ſocietaté natum; ita vt naturæ ductu velit in ſocietate viuere; quod vitæ genus politicum, ſeu ciuile nominatur. Quare, cùm homo naturæ vi ſuam conſeruationem perfectionemque corporis & animi expetat, atque etiam quę habet bona cum alijs communicare, eiuſdem naturæ inſtinctu deſideret; cum nullius boni ſit ſine ſocio iucunda poſſeſſio, & ſapientiæ, theſaurique abſconditi nulla ſit vtilitas, & qui ſolus eſt, ſi ceciderit, non habeat a quo ſubleuetur; neceſſario politicam vitam amabit: quam qui non amat, aut eſt beſtia, *Lib. 8. Eth. c. 1. & 11.* *Lib. 1. pol. c. 1.* *Cic. lib. de amic.* *Eccl. 20.* *Eccl. 4.*

quia

quia non poteſt ad humanitatem informari; aut Deus, quia nullius indi- A
get auxilio. Eſt itaque vita politica quid naturale atque diuinum, non hu-
manum, inuentum. Et quoniam nulla ſocietas fieri & ſeruari poteſt, niſi
per leges, quæ quaſi quidam nerui ciuitatis partes inter ſe ligant, atq; vnum
quid conficiunt; profecto opus erit legibus, quarum beneficio ciues inter
ſe conueniant, & cum ſuo capite & principe, ſine quo nulla poteſt eſſe ſo-
cietas: quæ cum debeat eſſe ordinata ex diuerſis, maioribuſq; & minoribus
Ariſt. lib. 1. conſtabit partibus. Et quoniam omnis ſocietas eſt alicuius boni cauſſa cõ-
pol. c. 1. ſtituta, & aliquod bonum habet propoſitũ, ideo eiuſmodi leges ſunt in rep.
neceſſariæ, quibus hoc bonum efficiatur; virtus nimirum aliqua, qua hu-
mana ſocietas propoſito perfruatur bono. Quærimus ergo quid nam ſit il-
lud quod legiſlator, cuius eſt ciuitatis commune bonum curare, per legum B
lationem & obſeruantiam intendat, & efficere conetur: quod pro diuerſis
finibus, quos ſibi legiſlatores proponunt, debet eſſe diuerſum: cum finis ſit
medium, menſura, & ratio.

Secundum fundamentum, finis duplex eſt, alter proximus, ſed non vlti-
mus, vt eſt ille, qui proxime attingitur; ſed tamen alio refertur: vt finis diſci
puli proximus eſt ſcientiæ acquiſitio, vltimus vero felicitas, ut per ſcientiam
Ariſt. 10. adeptam poſſit in rerum contemplatione verſari, qua in re nonnulli huma
Eth. nam felicitatem collocarunt. Hos duos fines in propoſita materia indicauit
1. polit. c. 2. Ariſtoteles cum de ciuitatis conſtitutione agendo dixit, Conſtituta quidem
gratia viuendi, ecce finem proximum, exiſtens autem bene viuendi gratia,
ecce præcipuum & vltimũ: vbi, per to eu zin, nihil aliud ſignificare voluit, C
quam feliciter viuere: qui autem feliciter viuere dicantur, alibi expoſuit,
Lib. 1. Eth. cum dixit, Felicitatem poſitam eſſe in actione virtutis in vita perfecta, ideſt,
& 7. polit. per omnem vitam. Eſt autem virtus duplex, altera humana, & politica,
cap. 1.
Hyppoda. qua homo bonus ciuis, & ciuiliter bonus nominatur; quæ non complecti-
lib. de feli- tur neceſſario omnem, & perfectam virtutem: altera diuina ſiue chriſtia-
cit. na, qua homo in omnem partem redditur bonus, & totus teres atque rotun-
Euripiam. dus, & tanquam quadratum, ſine errore.
lib. de ui-
ta.

Tertium fundamentum, aliquam legem facere hominem bonum, bifa-
riam intelligi poteſt: vno modo cum ita inſtituit ſubditum, vt eum reddat
aptum atque idoneum ad eum finem, quem legiſlator habet propoſitum,
ſiue ſit bonus, ſiue malus, modo media, ſiue leges ſint aptæ & accommodatę D
ad finem: quo modo tyrannus poteſt facere bonum ſubditũ, ideſt accommo
datum ad finem quem ipſe habet. Et hoc modo Chriſtus dominus dixit pru
dentiores eſſe filios huius ſæculi filijs lucis; quod illi aptiora excogitent me
dia ad ſuos fines conſequendos. Altero modo, cum non ſolum ita inſtitui-
tur, vt ſit aptus ad finem, ſed ad id efficiendum dirigitur, quod eſt laudabile
atque honeſtum; ita vt & finis & media ſint bona, non ſolum quia ſunt apta
fini, ſed etiam quia ſunt actus ſtudioſi. Rurſus, cum quæritur, an effectus
legum ſit efficere hominem bonum, dupliciter intelligi poteſt: altero modo
vniuerſe reſpectu omnium legum, ita vt obſeruatio legis, tum naturalis, tũ
diuinæ & humanę hominem faciat ſimpliciter bonum, qui effectus ſit om-
nium

A nium legum ſimul ſumptarum:quo modo dominus Caietanus diuum Tho
mam intelligendum eſſe putauit,cum dixit,legis effectum eſſe facere homi
nes ſimpliciter bonos:quia ſi quis vnam legem adimpleat,& non aliam,nõ
erit ſimpliciter bonus. Quæ doctrina etſi vera ſit:tamen non eſt ad mentem
Doctoris ſancti. Altero modo reſpectu ſingularum legum,ſingulæ hoc ef-
ficiant:ita vt lex de iuſtitia faciat iuſtum,lex de fortitudine fortem, & ſic de
alijs,in quacunque materia,& reſpectu particularis finis eiuſdem legis.Sed
quando finis & media ſunt bona,lex faciet bonum ſimpliciter; quando ve-
ro ſolus finis,ſecundum quid.

Quartum fundamentum, bonum ſimpliciter duobus modis intelligi po
teſt:vno modo ex parte ſubiecti,vt illud ſubiectum dicatur ſimpliciter bo-
B num,quod habet totam ſuam & integram bonitatem; ita vt quod eſt bonũ,
vna vel altera bonitate ſeu uirtute, non dicatur bonum ſimpliciter, ſed ſe-
cundum partem: Altero modo ex parte obiecti, vel ex parte ipſius boni; &
tunc quod eſt honeſtum dicetur ſimpliciter bonum;quo modo iuſtitia,tem
perantia, & aliæ virtutes ſunt bonæ ſimpliciter: quo fit, vt hac ratione ſola
virtus dicatur ſimpliciter bona,pro vt bonum diſtinguitur a bono apparen
ti,vtili,& delectabili: & ita eſſe iuſtum dicetur ſimpliciter bonum, quia eſt
honeſtum. Atque hoc poſteriore modo diuus Thomas uocat bonum ſim
pliciter,vt ſit ſenſus.Quæuis lex facit hominem bonum,vel ſimpliciter,quã
do media & finis ſunt bona,vel ſecundum quid quando media ſunt apta,fi-
nis tamen non eſt bonus. Et ratio eſt,quia lex eſt dictamen rationis exiſtens
C in præſide ad gubernandum inferiores;& hęc eſt principis perfectio:hoc di
ctamen in ſubdito, efficit vt ipſe obediat, ſeſeque ſubijciat legi,in quo ſita *Ariſt.lib.1.*
eſt ſubditi perfectio;atqui ſe ſubijcere & legi obedire bonum eſt: quæcun- *pol.c.ult.*
que igitur lex faciet hominem bonum,vno ex duobus modis iam explica-
tis;ſimpliciter,ſi intentio legiſlatoris in id feratur quod eſt ſimpliciter bonũ
ſecundum quid uere,ſi feratur in bonum vtile, vel delectabile, aut in malũ
cum etiam in malis reperiatur obedientia legis, quæ habet ſpeciem boni,
non honeſti,ſed vtilis,vel delectabilis. Facit itaque quæcunque lex,ſiue bo
na ſiue mala bonos ſubditos, obedientes nimirũ. Sed tota dubitatio eſt, an
faciat,aut facere debeat vere & ſimpliciter bonũ. Id autem quod efficit,ob
duas facultates quas habet præſtat,nimirum ob uim directiuam,qua bonos
D ſpeciatim iuuat, & ob vim coactiuam qua malos in officio continet: qua-
rum ſi prima deeſſet, in tyrãnidem degeneraret,ſi ſecunda,in conſilium. Et
hæc adnotaſſe ſit ſatis.

Prima poſitio, omnis lex intendit facere ſubditos bonos bonitate conue
nienti ſuo fini, hoc eſt obedientes in eo quod ad finem propoſitum conſe-
quendum eſt accommodatum.Ratio eſt manifeſta ex ijs quę adnotauimus:
quia lex præſcribit apte & efficaciter id, quod eſt neceſſarium ad conſequẽ
dum finem; alias enim male, & fruſtra eſſet facta;igitur. Quare omnis lex
intendit facere bonum,ſaltem ſecundum quid. Secunda poſitio, lex natu-
ralis intẽdit facere homines bonos ſimpliciter,ſed non omni modo. Sim-
pliciter,inquam,non ſolum quia pręcipit,id quod eſt vere bonum,ſed etiã,

quia

quia præcipit omnem virtutem naturalẽ tamen,& damnat omnia vitia. Non A
omni modo, quia non præcipit omnes virtutes ſimpliciter, neque omnes
perfectiones, vt lex diuina. Tertia poſitio ſola lex diuina facit ſeu intendit
facere hominem bonum atque perfectum ſimpliciter ſecundum omnẽ mo
dum:ea nimirum perfectione quæ decet filios Dei per adoptionem. Hanc
doctrinam expreſſe docuit Magiſter noſter Chriſtus, cum dixit, Eſtote per-
Matt.5. fecti ſicut Pater ueſter perfectus eſt:& eius diſcipulus Paulus, Eſtote imita-
Epheſ.5. toris Dei, ſicut filij cariſſimi. Adde etiam, quia intendit omnes actus om-
nium virtutum,& omnem perfectionem ſecundum omnem modum, ita vt
eius ſubditi ſint in omnibus perfecti, & conſummati: ad quam perfectio-
nem conſequendam dat etiam gratiam, ſiue auxilium, per Chriſti meritum.
Ex qua doctrina colligeres, quãta ſit Chriſtianæ religionis perfectio & ex- B
cellentia, cum in ea ſola ſit perfecta virtus. Ideo olim Ethnici, cum viderent
illos perfectos Chriſtianos admirabãtur, ac dicebant. Qui ſunt iſti, qui ea fa
ciunt, q̃ dicunt? Rurſus ex dictis, hæc quattuor documenta Theologi colli-
D.Th.2.2. gunt. Primum, ſine Dei cognitione, & relatione bonorum operũ in ipſum,
q.23.ar.7. non eſſe perfectam virtutem: Secundum, virtutis actus moraliter bonos nõ
Aug.lib.4. contra Iul. eſſe perfectos, ni fiant propter Deum perfecte dilectum. Tertium, in homi-
c.3. lib.5. ne fide deſtituto, ex ſola doctrina humana viuente non eſſe perfectam vir-
de ciu c.12 tutem: Quartum, ſolum in cœtu fidelium ex lege ſupernaturali viuentium
ad 20. & 24. de trin. eſſe perfectam virtutem. Quarta poſitio, lex vetus intendebat facere homi-
c.1.2. nes bonos bonitate ſupernaturali, ita vt in ea quæ ſtatuebantur de rep. ge-
renda,& de externo cultu ordinarentur, ad ſpirituale bonum, & ad veram C
felicitatem. Primum, quia multis in locis Deus rectoribus populi Iudaici
præcepit, vt omnia ſtatuerent & facerent propter verum ſui cultum, & ob-
ſeruationem legis a ſe datæ: Et licet Iudæi ad eius legis obſeruationem bo-
norum temporalium promiſſione allicerentur: tamen conſequenter etiam
bona ſpiritualia conſequebantur. Deinde, ex eo allatam veritatem confir-
mares, quod a principio ambæ poteſtates ciuilis & eccleſiaſtica erant con-
iunctæ: ac proinde in vnum finem ſuperiorem tendebant, nimirum in ſalu-
tem animæ: quare inferior poteſtas ſuperiori inſeruiebat, non ei aduerſaba-
tur. Facta poteſtatum diuiſione, illi Reges & principes laudabantur & com
mendabantur, qui cultum diuinum promouebant, & defendebant, vt Da-
uid, vt Ioſaphat,& alij. Rurſus temporibus Machabæorum, ambæ in vnam D
perſonam coiuere: quorum temporibus inſtauratus eſt diuinus cultus, &
populus diuino auxilio mirabilia præſtitit. Vnde cum illius legis principes
Deut.7. creabantur, diuinæ legis liber in eorum manibus ponebatur. Verum, vt lex
Iud.1. illa fuit data hominibus imperfectis; ita non omni ex parte, vt ait Apoſto-
4.Reg.11. lus eos perficiebat. Quincta poſitio, lex humana præcipue intendit efficere
2.Para.13 ſubditos bonos ſimpliciter, bonitate politica, quę in honeſta uita,& huma-
D. Tho. 3. de regim. cap.1. na felicitate conſiſtit. Hoc affirmauerim ad tuendam doctorum & piorum
Lib 2.c.16 ſcriptorum ſententiam, contra impios & ignorantes homines, ſtultoſque
Lib.1.cap. politicos: quam doctrinam his firmiſſimis rationibus confirmo. Primo, au-
14. & 15. ctoritate eorum, qui optime de regno & legibus ſcripſerũt, in quibus Ari-
ſtoteles

A ſtoteles & Plato principem locum obtinent. Plato dialogo primo de legi-
bus, damnat Lacedæmoniorum leges, quæ belli cauſſa latæ erant, docetque
leges optimi cauſſa ferendas eſſe; at ſola virtus ex eiuſdem ſententia eſt opti-
ma, igitur: additque ciuilis facultatis munus eſſe animos curare. Alio loco
dixit legiſlatori tria ſpectanda eſſe; Vt ciuitas ſit libera, ſibiipſi amica, & vt
mentem habeat: Alibi ait legum optimarum officium eſſe, ita hominum ani *Dial.3.*
mos inſtituere, vt iuſtitiam oderint, amentq; iuſtitiam. In Epinome docet le *Dial.9.*
gum finem eſſe, vt Dei cultu, & vitæ probitate optimum atq; pulcherrimũ
exitum quiſq; cõſequatur. Deniq;, alio loco, cum enumeraſſet multas cauſ-
ſas, cur ciuitatum leges aberrent; dixit, Vnum vero præcipuum ad quod cę-
tera dirigant, non habent; & Clinias ſubijciendo ait, Nos igitur hoſpes recte
B iamdiu legibus noſtris ad vnum reſpiciendum putauimus, idq; virtutẽ ap-
pellari conceſſimus. Atque multis alijs locis omiſſis, quid Ariſtoteles hac in
parte ſenſerit videamus. Primum, loco ſupra citato, dixit ciuitatem conſtitu
tam eſſe cauſſa bene, hoc eſt cum virtute viuendi. Deinde hanc veritatem la- *Cap. 1. 2.*
te exponit & probat libro ſeptimo politico varijs in locis: & cum docuiſſet *13. & 14.*
ciuitatem aliquam habere felicitatem, & aliquod opus, aſſerit hoc opus eſſe
viuere ſecundum virtutem. Quam veritatem ex eo confirmat, quod idem ſit
finis totius & partis: partis autem, hoc eſt ſingulorum hominũ finis eſt ope- *Lib. 1. &*
ratio ſecundum virtutem, & veri contemplatio, vt in Ethicis docuit: igitur, *10.*
& totius ciuitatis. Propterea Cyriacus Strotia ĩ altero ex duobus libris quos *Lib 9.*
Ariſtotelis politicis addidit, cum eo conſentiens, docuit Principis ſcopũ eſ- *Eth.*
C ſe, ut ſubditi cum virtute uiuant; idque ex quodam Græco poeta confirmat;
ἵνα λαοὶ ἀρετῶσιν, ὑπ' αὐτῷ; verbo, *ἀρετῶσιν*, idem expreſſit, ac ſi dixiſſet, ut fe- *Archytas.*
lices, & beati ſint, uirtute ipſa; qua ſine nulla eſt uera felicitas, ut ſępe docuit *Euripia-*
M. Tullius, & perpetuo, Pythagorei, ac Stoici omnes. Alibi diſertis uerbis *mus.*
dixit, iura legalia eſſe factiua felicitatis: & in ſeptimo politico, clare affirma-
uit, legiſlatori laborandum eſſe ut ciues boni uiri efficiantur. Huic ueritatẽ
ſubcripſiſſe uidetur idem Tullius, cum dixit, leges conſtitutas eſſe ciuium
cauſſa, ut illis ſuſceptis, honeſte beateq; uiuerent, ac ſi dixiſſet, cum uirtute, *Tuſ.5.*
ut uarijs in locis docet. Omitti hic innumeros fere, quos poſſem citare ſcri- *Andr. ... .*
ptores contra ſtultam atq; inſanam aduerſariorum opinionem. Secũdo, miſ- *Lib.1.*
ſa auctoritate diuina, iſtum errorem, hæc euidentiſſima ratio euertit; leges *Nic. Bieſ.*
D conſtitutæ ſunt communis boni cauſſa, felicitatis nimirum: at hominis feli- *Tho. Boſ.*
citas (ualeat hic Epicurus, & eius ſimiles) non eſt ſita in aliquo corporis bo-
no; in bono igitur animi; non in ſola ſcientiarũ & artium cognitione, quia
cũ uitio eſſe põt: in uirtute igitur: Quare legũ humanarum finis erit efficere
quantũ poſſunt, homines bonos. Tertio, lex humana eſt, participatio, & de-
terminatio q̃dã legis naturalis, ad quam humana lex refertur, ut Cicero his *Lib. 2. de*
uerbis ſapiẽter docuit, Ergo eſt lex iuſtorũ iniuſtorũq; diſtinctio, ad illã an- *leg.*
tiquiſſimã, & rerũ oĩum principẽ expreſſa naturã, ad quã leges hoĩum diri-
guntur: at lex naturalis intendit facere hoĩes ſimpliciter, hoc eſt vere, bonos:
igit̃ & humana. Huc facit illud æternæ ſapiẽtiæ, Per me reges regnant, & le *Prou.8.*
gũ cõditores iuſta decernũt. Quarto, ciuitas nõ p̃t cõſiſtere ſine pace externa,

hæc nō ſine interna,quæ a ſola virtute habetur,per quam homo alijs,& ſibi A
conſentit; ideo,quidam Propheta dixit, Non eſt pax impijs:igitur legiſlator
hanc potiſſimum pacem in qua vera eſt ſita felicitas, debet habere propoſi-
tam,& huc ſuas leges referre.Poſtremo,aut aduerſarij volunt remp.eſſe ſine
religione & ſacrificio , & tunc cum impijs in infernum relegandi ſunt : aut
religionem cultumque diuini numinis admittunt; id ſi faciant, peterem ex
eis,an commodum vitę ſtatum ad religionem referre velint;an contra:ſi pri
mum,quod volumus conficiemus; ſi alterum, quod eſt præſtantius, contra
omnem rationem ad id referent,quod eſt minus præſtans:non ſecus ac ſi qs
virtutem ad numos comparandos referret.Quod autem ad remp.conſeruan
dam ſit neceſſaria religio, ex eo patet, quia leges humanæ non poſſunt om-
nino hominem in officio continere , ſed hoc eſt religionis proprium . Ideo B
omnes boni legiſlatores de religione leges tulere,vt patet ſpeciatim de Pla-
tone : quæ pars in politicis Ariſtotelis deſideratur: quam Sirotia adiecit: qui
late demonſtrat, olim eoſdem fuiſſe ſacerdotes & legiſlatores;vt etiam An-
dreas cæcus in primo monarcho:& apud Aegyptios nemo regnare poterat,
ni eſſet ſacerdos : quæ duæ poteſtates, ob diuerſa negocia poſtea diuiſæ fue-
runt,vt Cyriacus ſcribit.Sexta poſitio,proximus legis humanæ finis ille idē
eſſe uidetur, qui condendæ ciuitatis fuit;mutua nimirum operum commu-
nicatio,vitę ſufficientia,ſecuruſque ſtatus.Doctrina eſt certiſſima apud om-
Cap.1. nes,quā ſpeciatim habes apud Ariſtotelem primo & tertio politico,& apud
Cap.4. Platonem in Protagora in figura Promethei , & in libris de rep. Hæc autem
Lib.2.4.5 & 6. hominum in unam ſocietatem copulatio , has ſecum commoditates affert. C
Primo, vt homines iucunde habitent: quia facti ſunt a natura ad ſocietatem:
at quod eſt ſecundum naturam,iucunditatem affert. Secundo,vt inter ſe iu-
uent officijs, & operibus. Tertio, ut ſe ab hoſtibus, feriſque tueri queant.
Quarto, ut facilius contractus & connubia celebrarent. Ad ſummam, hinc
corporis,animique pendet conſeruatio atque perfectio. Septima poſitio,le-
ges humanæ ciuiles eundem habent finem,& idem ſpectant,quod lex eccle
Lege. diſt. ſiaſtica,ſiue Pontificia.Facta itaque duarum poteſtatum diuiſione,ita ciuilis
10. apud Grat. diſt. poteſtatis finis ſe habere debet,ut referatur ad finem poteſtatis eccleſiaſticæ.
96.c.cum. Primum,quia iſtæ duæ poteſtates ad unam pertinent remp. unumque pro-
poſitum habent bonum:igitur unius finis erit ſubordinatus alteri; nimirum
inferior ſuperiori. Nam ſi omnis poteſtas a Deo eſt;& quæ a Deo ſunt,ordi- D
Rom. 13. nata ſunt:poteſtates iſtas ordinatas eſſe neceſſum erit. Deinde,antequam di-
uiderentur,in unum finem conſentiebant:igitur & facta diuiſione: nam ob
miniſteriorum diſtinctionem, non eſt uariatus totius humanæ ſocietatis fi-
nis.Vnde merito querebatur Cicero, quod iuris ſcientia,ius pontificale tol-
leret. Poſtea,ſi in rep.ubi iſtæ poteſtates ſunt diſtinctæ, fines non eſſent ſub-
ordinati,reſp.ſeipſam deſtrueret; dum utilitas pugnaret cum honeſtate. Ex
qua doctrina inferres , poſt Chriſti aduentum legis ciuilis finem in eccleſia
catholica eſſe reddere ciues ſimpliciter bonos,ſecundum politicas uirtutes.
Rom. 13. Huc facit illud Pauli,de poteſtate ciuili loquētis,Vis autem non timere po-
teſtatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa; Dei enim miniſter eſt tibi
in

A in bonũ;ac etiam illud Diui Petri, ſubiecti igitur eſtote omni humanę crea- *1.Pet 2.*
turæ propter Deum. Hanc eandem veritatem, quod lex ciuilis debeat inſer-
uire eccleſiaſticæ, multis Conciliorum & patrum auctoritatibus communi-
re liceret, ei qui longum facere vellet. Siquis nonnullas videre volet, Gra-
tianum Diſtinctione trigeſimaſexta legat, apud quem inueniet citatam epi-
ſtolam Martiani Imperatoris in can. Nos ad fidem, can. cum ad verum, & ca-
none Boni:& diſtinct. 97. can. eccleſiæ, Leonem primum epiſtola ad Theo- *Epiſt. 9.*
doſium Auguſtum, in principio: eiuſdem epiſtolam ad Pulcheriam Augu- *Epiſt. 13.*
ſtam. Item epiſtolam ad Theodoſium & Leonem Auguſtos. Regis itaque *& 17.*
Chriſtiani eſt, eſſe cuſtodem diuinæ & pontificiæ legis, ad vtilitatem fide- *Epiſt. 23.*
lium pertinentis, ſuis edictis iubendo, vt ea ſeruētur quę lex eccleſiaſtica ſer *& 73.* *Syn. 7. act.*
B uanda ſtatuerit, nocentes ab eccleſia damnatos pęnis temporalibus afficien *7. epiſt. ad*
do, vt ex varijs Auguſtini epiſtolis cognoſcere licet; idque pij Imperatores, *Thar.*
Conſtantinus, Theodoſius, Martianus, alijque non raro fecerunt, vt patet *Epiſt. 48.*
ex lege cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide catholica, & toto titulo *50. & 168.*
de hæreticis in eodem Codice. Octaua poſitio, finis legis eccleſiaſticæ eſt
perducere hominem ad ſupernaturalem beatitudinem. Primum, probatur
hęc doctrina ex eo, quod viris eccleſiaſticis datæ ſunt claues regni cęlorum, *Diſt. 96 c.* *Denique.*
hoc eſt poteſtas ſpiritualis introducendi in cœlum. Deinde patrum aucto-
ritate, vt Leonis in epiſtola ad Leonem Auguſtum, Nicolai primi epiſtola
ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum, & Innocentij Tertij, in *Diſt. 96.*
capite ſolitæ de maioritate, & obedientia; vbi dicitur Pontificem tanquam *can. Duo.*
C luminare maius præeſſe ſpiritualibus, & Imperatorem tanquam luminare
minus, carnalibus: vnde colligitur quinam ſit priuatus legis ciuilis finis.
Nona poſitio, cum hæ duæ poteſtates diuerſos habeant fines ſubordinatos
tamen, in illis non debent inter ſe impedire. Ita habetur apud Gratianũ diſt.
96. can. cum ad uerum, & in capite ſolitæ paullo ante citato. Atque ex allata
doctrina facile ſolueres argumenta.

Ad primum, lex vetus perduxit ad eam perfectionem, quæ imperfectos
homines, & pueros ſub pedagogo exiſtentes decebat. Diceres etiam ha-
buiſſe intentionem faciendi homines bonos, licet ad hunc finem, ex ſe, non
daret efficientiam. Ad ſecundum, ſolum probat non poſſe hominem om-
ni ex parte perficere, idque concedimus: ac proinde vltra humanam legem
D opus eſt diuina. Ad tertium, ſi loquamur de virtute infuſa, vt eſt fides, & ca-
ritas, concedimus eſſe ſolius Dei munus: at virtus moralis & politica etiam
noſtris operis acquiritur; cuius Deus poteſt dici largitor, prout nobis dedit
virtutum omnium initia: quo modo dicimus, omne bonum eſſe Dei donũ.
Ad confirmationem, patet ex dictis: concedimus enim ſine gratia virtutem
non eſſe perfectam. Ad aliam, non ſolum ex virtute obedientiæ ſeruantur
leges, ſed etiam interdũ ex timore: & licet ante legem ſint aliqua virtutum
ſemina: tamen per legis obſeruationem perficiuntur, & excoluntur. Quo
modo Diuus Thomas intelligendus ſit, plane explicuimus. Ad quartum,
negamus legem ciuilem ſolum intendere bonum vtile, vt ex dictis plane
conſtat. Ad confirmationem, ſtatim dicemus. Ad quinctum, intendunt

quidem leges facere homines bonos ſimpliciter, ſed non præcipiunt, vt ſua A
præcepta cum modo ſeruentur: ſed de hac re alibi late, cum diſputabitur, an
finis legis cadat ſub præceptum. Ad ſextum, patet ex iis quæ diximus; quia
finis humanæ politiæ vltimus eſt beata hominum vita, ea ſaltem quæ per na
turæ vires haberi poteſt: qui ſua vi refertur ad finem ſpiritualem ſimpliciter
perfectum, quem lex eccleſiaſtica magis proxime ſpectat.

An poſſit eſſe bonus vir qui non ſit bonus ciuis, & contra.
Diſput. XIIII.

POSTQVAM demonſtratum eſt, legis, ſiue legiſlatoris ſcopum
eſſe efficere ſubditos bonos; ſtatim dubitari poteſt, ac dubita-
tur, an qui bonus eſt vir, idem ſit ciuis bonus, & contra. Quod B
autem prima huius diſputationis pars difficultatem habeat hæ
rationes demonſtrant.

Primo, poteſt aliquis agere vitam ſolitariam, & eſſe bonus vir, imò etiam
melior iis, qui in vita ciuili verſantur, cum præſtantiorem ſit conſequutus
viuendi rationem, quę in contemplatione eſt ſita; at iſte non eſt bonus ciuis,
quia non eſt pars ciuitatis, nec reip. vtilis; igitur. Secundo, ſi qui eſt bonus
vir, eſt etiam bonus ciuis, ſequeretur viciſſim, eum qui eſt bonus ciuis, eſſe
bonum uirum; quod tamen Ariſtoteles negat. Quod autem attinet ad aliam
partem, videtur poſſe eſſe bonum ciuem eum, qui non ſit uir bonus. Primo,
ille eſt bonus ciuis, qui paret legibus: atqui poteſt quiſpiam omnes ſeruare
ciuitatis leges, & in aliqua re peccare quæ non ſit contra leges: igitur. Secun C
do, fieri poteſt, vt quis legibus ex inani gloria, uel ex ſolo timore pareat, qui
vt ciuis, ſe bene gerit: & tamen non eſt vir bonus: igitur eſſe ciuem bonum,
& virum bonum non ſunt idem.

Tractat, hanc difficultatem Ariſtoteles in tertio politico, capite quarto,
vbi hæc docet. Primum, virtutem communem boni ciuis ſumendam eſſe in
ordinem ad remp. & politiam: ita vt ille ſit bonus ciuis, qui bene agit ad con
ſeruationem reip. & ciuitatis. Secundum, fieri poſſe, vt aliquis ſit bonus ciuis
ſine uirtute qua aliquis dicitur bonus vir, in politia non bona, vt in popu-
lari ſtatu, & oligarchia. Nam ad diuerſas politias homines ordinantur ſecũ-
dum diuerſas virtutes: igitur non datur vna virtus per quam ciuis poſſit dici
ſimpliciter bonus. Tertium, ſimpliciter loquendo, põt eſſe bonus ciuis, qui D
non ſit bonus vir ſimpliciter. Quia non eſt neceſſe, vt habeat prudentiã quæ
eſt virtus bene gubernandi, ſed ſatis eſt vt bene obediat & ſubſit. Ad hãc do-
1.2. q.92. art.1. ctrinam addit D. Thomas non poſſe eſſe virum bonũ, qui nõ ſit bonus ciuis.
Quam etiam dominus Caietanus examinat, quem conſulere poteris. Vnde
prima colligitur hac in parte opinio, poſſe quempiam eſſe bonum ciuem,
qui non ſit vir bonus. Secunda ſententia aliorum, qui cenſent ciuem ſimpli-
citer bonum eſſe nõ poſſe, niſi idem ſit vir bonus, ad hanc difficultatem di-
lucidandam nonnulla fundamenta ponenda ſunt.

Primũ, variæ ſunt politiæ ſpecies: aliæ bonæ, alię malę; quę, etſi ſine diffe-
rãt bono, & malo; tñ in eo cõueniũt, qđ oẽs leges accõmodatas ſtatuũt, ad cũ
finem

A finem quem propoſitum habent, & ad ſubditos apte in eundem dirigédos; ita vt bonus ciuis dici poſſit, qui optime ſe habet ad leges quibus eſt ſubiectus, eas obſeruando, quæcunque illæ ſint. Verum qui in rep. bona erit conſtitutus, dicetur bonus ciuis vere: qui vero in mala, bonus in ſpecie tantum. Rurſus bonæ ciuitatis ciuis duobus modis poteſt dici bonus; vno modo ex parte, hoc eſt ob vnam, vel alteram virtutem: altero modo ſimpliciter, ſecundum omnem virtutem. Secundũ fundamentum, ciuitas eſt veluti quoddam corpus, in quo varia ſunt membra, quorum ſingula ſuum habet munus, ſuamque virtutem, per quam ſuum munus exercet; neque enim omnes corporis partes ſunt oculi, aut pedes, neque omnes vident, aut corpus ſuſtentãt, imperantve: atque idem dicas de multis hominibus vnum reip. corpus efficiẽtibus.
B Verũ corporis membra, & omnes eorum functiones in hoc vnum conueniunt, vt totum corpus conſeruent, ad quod efficiendum vna communi indigent virtute. Hanc doctrinã declarauit Ariſtoteles ſimili a naui ſumpto, in qua alij temonem gubernant, alij vela pandunt, alij malos ſcandunt, alij alijs funguntur muneribus: quorum, vt functiones & virtutes ſunt diuerſæ, ita vnus eſt omnium communis finis, nauis incolumitas, & vna communis virtus qua nauis conſeruatur: quæ in omnibus eſſe debet: de qua dubium eſt, an debeat eſſe tota virtus moralis, qua homines ſimpliciter boni nominantur, aut vna certa & imperfecta virtus. Tertium fundamẽtum, prudentia quæ vniuerſe ſumpta, nihil aliud eſt, quam recta aliquid agendi ratio, duplex eſt: altera mala, per quam idonea aptantur media ad id efficien-
C dum, conſequendumque quod eſt malum; quo modo dicere ſolemus, prudentem latronem, tyrannumq; prudentem: altera bona quæ ad bonum dirigit finem: Hæc rurſus duplex, altera artis, ſiue imperfecta, per quam dicimus aliquem eſſe prudẽtem agricolam, nautam, medicum; vel eſt circa aliquod bonum, quod non ſit finis humanæ vitæ: altera morum quæ dirigit actiones vitæ, per quas homo fit bonus ſimpliciter, & ad perfectum bonum tendit; quæ non eſt perfecta ſine experientia a qua pendet, & per quam acquiritur. Hæc prudentia non poteſt eſſe ſine virtutibus morum, per quas homo recte afficitur erga finem, quam affectionem ſiue propenſionem prudentia ſupponit: ideo aliquando Ariſtoteles vere dixit, Impoſſibile eſſe prudentem eſſe non bonum, cum prudentia includat ordinem ad rectum appe- *Li. 6. Eth. c. 12.*
D titum voluntatem ve rectam; cõtra nemo poteſt eſſe bonus bonitate morum, niſi fuerit prudens, quia prudentia præſcribit modum omnibus virtutibus circa actiones, vt tendunt ad finem. Hæc duplex eſt, altera politica quæ bene ordinat circa bonum cõmune, & reſidet in principe: altera priuata, quæ ordinat circa bonũ particulare, & reperitur in quouis homine quatenus eſt animal rationis & regiminis particeps. His ita adnotatis, has adſtruo poſitiones.

Prima poſitio, non poteſt eſſe bonus vir, qui non ſit bonus ciuis. Doctrina eſt manifeſta: Quia vir bonus eſſe non poteſt, qui non ſeruat, aut ſaltem non eſt animo paratus ſuo loco, & tempore ſeruare ea quæ legibus præcipiuntur, & quæ faciunt ad bonum commune: quia, cum ſit pars reip. debet eſſe conſentanea cum toto: at, qui eſt ſic affectus, eſt ciuis bonus: igitur.

Secunda poſitio, poteſt aliquis eſſe bonus ciuis ſine bonitate morali, in ea rep. quæ boni veri cauſſa non eſt conſtituta: ſed tamen non erit vera bonitas ſicuti nec finis, quo refertur eſt verus; ſicuti nec latronis prudentia, vera prudentia. Vnde iſte neceſſario erit malus morali malitia. Tertia poſitio, poteſt eſſe bonus ciuis ſecundum quid, qui non ſit ſimpliciter bonus vir. Doctrina eſt manifeſta, iuxta quam aliqui intelligendum eſſe dicunt Ariſtotelem, & Diuum Thomam. Quarta poſitio, bonus ciuis ſimpliciter nõ poteſt eſſe qui non eſt bonus vir ſimpliciter. Primo, non poteſt eſſe bonus princeps ſimpliciter, niſi ſit bonus vir, vt Ariſtoteles docet: igitur neque bonus ciuis ſimpliciter: hæc conſequutio ſic probatur: quia bonus ciuis debet eſſe prudens prudentia morum, vt recta cum ratione pro loco & tempore, negotijſque viuat ſecũdum leges: at, ex Ariſtotele impoſſibile eſt vt prudens ſit malus; igitur. Deinde, is eſt ſimpliciter bonus ciuis, qui legum finem attingit, qui, vt ſupra docuimus, eſt vita beata, quæ ſine omnibus virtutibus eſſe non poteſt: quas qui habet, eſt bonus ſimpliciter: igitur. Præterea, bonus ciuis ſimpliciter eſt ille, qui in omnibus bene conſulit ciuitati; vnde aliqui definientes ciuem, dicunt, Ciuis eſt vir bonus reip. vtilis: atqui non poteſt in omnibus recte conſulere, aut ciuitati eſſe vtilis, qui non eſt ſimpliciter bonus: igitur. Huc facit, quod in diuinis literis legimus, Deum voluiſſe conſeruare eas ciuitates, quas euertit, ſi in ea inuẽti fuiſſent aliquot viri iuſti. Per iuſtos itaque homines ciuitates conſeruantur: quales ſunt, qui ſunt ſimpliciter boni. Ad hæc, felicitas totius ciuitatis quam propoſitã habet legiſlator, pendet a felicitate ſingulorum: tunc enim, ait Ariſt. reſp. bene gubernatur, ſi felicitatem maxime recipiat; & per eundem, ea eſt ſtudioſa ciuitas, in qua ciues ſunt ſtudioſi: at ſimpliciter ſtudioſus, eſt ſimpliciter bonus: igitur, vt ciuitas ſit ſimpliciter beata, omnes ciues debent eſſe ſimpliciter boni: Quod ſi Ariſtoteles dicat, non omnes ciues poſſe eſſe bonos, id ei negarem: atque ex eo peterem, an in Ethicis eam aſſignauerit hominis felicitatem, quam omnes aſſequi poſſint: qui profecto, reſpondere deberet, ſe talem aſſignaſſe: & ſane, nemo eſt qui non queat ſtudioſe & cum virtute viuere, qua in re felicitatem politicam in primo Ethico collocauit. Atque alijs omiſſis rationibus, ad contraria argumenta reſpondeamus. A

M. Tul.

Lib. 7. c. 13 C

Ad primum, primum dicerem, iſtum non pertinere ad remp. & non eſſe ciuem. Deinde dicerẽ, eſſe bonum ciuem animi propoſito, quia eſt paratus communi bono conſulere: ſicuti dicitur amicus Dei, licet non ſemper agat aliquid pro Deo. Denique negarem omnino huiuſmodi hominem non eſſe vtilem reip. & ciuitati, cum ob ſolos viros iuſtos conſeruetur ciuitas, ac etiam vniuerſus terrarum orbis: &, ni gubernando, tamen orando maxime ciues iuuat; vt faciebat Moſes, cum populus pugnabat. Eſt itaque nefarie & impie dictum, hoc hominum genus eſſe in rep. otioſum. Ad ſecundum patet ex dictis: vnde nihil eſt, vt aliquid priuatim reſpondeamus. Ad primũ pro alia parte; negamus poſſe ſimpliciter omnes ſeruare leges, quæ de omnibus virtutibus feruntur, niſi eum qui fuerit ſimpliciter bonus. Ad ſecundum, qui inani gloria legem ſeruaret, ob idem vitium inter dum aliquid D

Burid. in lib. polit.

quid

A quid contra legem committeret, & in communi vita non ſe recte ageret.
Obſeruatio legis ex timore, non eſt damnanda: de qua re alio dicetur loco.

An poſſit eſſe bonus Princeps, qui non ſit uir bonus. Diſp. XV.

ET ſi ex ijs quæ proxima diſputatione de bono ciue diximus,
facile intelligi poſſit quid de propoſita difficultate ſentiendũ
ſit: tamen, cum non deſint, qui contra veritatem ſtent, & hu-
ius dubitationis diſcuſſio nonnihil lucis ad ea quę docuimus,
afferre poſſit; ideo eam priuata diſputatione examinare vo-
B lumus quod aũt poſſit eſſe bonus princeps, qui non ſit vir bonus, ſic probo.

Primo, virtus Principis conſiſtit in bene pręcipiendo, & in ciuili pruden-
tia, qua bene dirigat ſubditos in ſuum finem: at aliquis poteſt bene pręcipe-
re, & non bene agere: iuxta illud Chriſti, non quod fecerint, ſed quod dixe-
rint: igitur. Secundo, experientia conſtat, extitiſſe principes optimos; qui ta-
men non fuerunt viri optimi; vt Cyrus, Traianus, Auguſtus, & nonnulli alij
qui tanquam optimi Principes ab hiſtoricis & ab alijs ſcriptoribus celebrā-
tur: igitur. Tertio, quo argumento probo nullos eſſe bonos, omnes Princi-
pes ſuis legibus nonnulla mala permittunt, vt meretricium, commeſſatio-
nes, & id genus alia, quę poſſent prohibere: mali igitur omnes, & nullus bo-
nus. In hac dubitatione, prima ſententia eſt Ariſtot. dicentis, non poſſe eſſe *Lib. 3. pol.*
Principem bonũ, qui non ſit vir bonus: idem exiſtimauit Doctor Angelicus *Cap. 3.*
C quem ſequitur Sotus. Secunda aliorũ, quam amplexus eſt Caieta. cui cõ-
ſentiebat Præceptor meus Illuſtriſſimus Toletus, qui duo hac in parte doce-
bat: Primum fieri poſſe vt quis ſit egregius Princeps, qui non ſit omnino vir
bonus; alterum, hoc difficillime contingere poſſe. Nos quid hac in parte
ſentiendum ſit, quibuſdam poſitionibus breuiter docebimus.

Prima poſitio, in rep. & ciuitate libera, in qua ciues ad regendum aſſumũ-
tur; ijdem debent eſſe boni ciues & boni principes, hoc eſt, debent eſſe præ-
diti ijſdem virtutibus, per quas aliquis eſt bonus princeps, et ciuis bonus, &
bene regere, & parere poteſt. Doctrina eſt Ariſtotelis in tertio politico, & *Cap. 3.*
per ſe manifeſtiſſima: quare in hoc ciuitatis genere omnes ciues debent eſ-
ſe boni viri, ſi ciuitas ſit futura felix: cum ijdem qui ſubſunt & obediunt, de-
D beant aliquando præcipere. Secunda poſitio, proprie loquendo, non eſt
eadem virtus boni ciuis, & boni Principis. Ita Ariſtotelis loco proxime ci-
tato: quam doctrinam ipſe confirmat argumento ducto a ſimili de viro &
muliere in familia: viri virtus eſt parare diuitias, mulieris eas conſeruare:
additque exemplum de eo qui facit fiſtulas, cui cõparatur princeps, & eius
qui fiſtula vtitur, qui comparatur ſubdito. Adde, quia vt ſupra dicebam,
alia eſt prudentia quæ eſt in Principe, alia quæ in ſubdito: in quo non requi-
ritur prudentia quæ curat commune bonum ſicut in principe: ſed ſolum ve-
ra & bona opinio de ijs quæ a Principe mandantur: quamuis in exequendo
imperio indigeat virtute & priuata prudentia ad mandata recte exequenda.
Tertia poſitio, non poteſt eſſe bonus Princeps, qui non ſit etiam vir bonus.

Primo hæc doctrina patet ex proxima diſputatione: quia ſi quis non poteſt A
bonus eſſe ciuis, ni ſit vir bonus, multo minus bonus Princeps, qui & ſibi &
alijs debet eſſe bonus: huc accedit auctoritas Ariſtotelis & D.Thom. qui hoc
ſimpiciter docet. Deinde, ea ratione qua vtitur Ariſtoteles: quia in Principe
debet eſſe prudentia: at vt idem docuit, impoſſibile eſt prudentem non eſſe
ſimpliciter bonum: quia prudentia, præſertim politica, omnes virtutes ſup-
ponit, iudicat enim prudens de omnibus, & qualis quiſque eſt, ita finis ei
videtur: quare per omnes virtutes debet eſſe bene erga omnia affectus. Itaq;
cum Princeps de omni uirtute leges ferre, debeat; ne in illis ferendis erret,
omni virtute debet eſſe præditus: ne qua animi perturbatione impeditus,
aliter ſtatuat, & iudicet, quam debet. Poſtea, non minus pertinet ad Princi-
pem leges ferre, quam iudicia exercere, & cauſſas cognoſcere, atque iudi- B
cis perſonã agere: at nemo poteſt vniuerſe recte iudicare, niſi qui fuerit om
ni virtute munitus: igitur. Minor propoſitio eſt manifeſta; quia ni ſit libe-
ralis, corrumpetur auro: ni pudicus, pulchritudine, ſiue luxuria: ni ſummiſ-
ſus, ſuperbia et inani gloria: & deniq;, vt inquit ille, ſit bonus, ſit iuſtus Prin
Eccl.7. ceps uenditur ab aulicis. Ideo recte monebat ſapiens, Noli quærere fieri
Lact. li.6. iudex, niſi valeas irrumpere iniquitates: hoc eſt penitus frangere, vel vt græ
ce legitur iniuſtitias tollere, ne forte extimeſcas faciẽ potentis, & ponas ſcã-
dalum in agilitate tua, hoc eſt, offendiculũ præbeas tuæ æquitati, & integri
Ianſ. tati, ideſt aliquid committendo per quod æquitas impediatur. Huc per-
Nu.11. tinet Conſilium Iethro Moſi datum de iudicibus ſapientibus, timentibus
Deum, & auaritiam odientibus conſtituendis, quod etiam Deus approba- C
uit: & quod Chriſtus de Petro ter petijt, an ipſum amaret, quod ſciret, nemi
1.Tim.4. nem poſſe ſine caritate recte gubernare: & quæ de moribus in Epiſcopo re-
Tit.1.lib. quirendis ſcripſit Apoſtolus: & omnes partes, quas in bono Principe deſi-
6.de rep. derabat Plato: & denique quæ D.Chryſoſtomus in libris de ſacerdotio do-
Lib.6. cet; vt nonnullas alias rationes & auctoritates miſſas faciam. Quarta poſi-
tio, non poteſt eſſe bonus Princeps, qui aliquando non fuerit ſubditus. Pri-
mum, hoc docet Ariſtoteles, cum ait, Recte dici in prouerbio, Neminem be
ne imperare poſſe, qui non ipſe prius ſub Imperio fuerit: confirmatque a ſi-
mili de eo qui cum velit fieri equitum princeps, hãc artem addiſcit, dũ in-
ter equites ſubiectus viuit. Plato hac de re hanc luculentam ſcriptam reli-
quit ſententiam, Exiſtimare de omnibus hominibus id quiſque debet, quod D
Dial.7. de qui nunquam ſeruiuit, is laude dignus eſſe dominus nunquam poterit. De
rep. inde Principes debet habere prudentiam omnium de quibus leges laturus,
ac iudicaturus eſt; quã non poteſt acquirere niſi per actus; igitur vt ſciat be-
ne ſubditos gubernare, debebit prius eſſe ſubiectus. Huc facit illuſtris lo-
Heb.4. cus D.Pauli vbi loquens de Chriſto capite, & Pontifice noſtro dixit, Nos ha
bere Pontificem, qui poſſit infirmitatibus noſtris compati, tentatum per om
nia, pro ſimilitudine abſque peccato, id eſt omnibus modis probatus & af-
Gagn. flictus, ad inſtar noſtri, cum tamen non eſſet peccato obnoxius: & cum fi-
lius Dei eſſet, hoc eſt cum omnia cognoſceret, didicit ex ijs quæ paſſus eſt
obedientiã, experientia ſ. cognouit, quã magna ſit obedientiæ virtus. Et, vt

A cum M. Tullio concludam. Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt. Argumentis ita reſponderes. *Lib. 3. de leg.*

Ad primum, non poteſt recte præcipere, qui non ſit prudens, nec poteſt omnino eſſe prudens, qui non eſt omnium virtutum genere ornatus. Chriſti dictum, intelligendum eſt, de ijs rebus quę ad fidem & mores pertinent, in quibus Eccleſiæ paſtores non poſſunt errare: a quorum tamen uita, cum ſunt mali, vitæ inſtituendæ rationes ſumendæ non ſunt. Ad ſecundum, illi laudantur, vt meliores alijs: ſed non facile concederem fuiſſe omni ex parte bonos. Ad tertium, malorum minorum permiſſio ad uitanda maiora non eſt mala; vt alio dicetur loco.

B *De legis actibus, quot, & qui ſint.* *Diſput.* XVI.

EX illis difficultatibus quæ circa naturam legis vniuerſe conſideratæ tractari ſolent, ea nobis explicanda reſtat in qua de eius actibus, qui & quot ſint quæritur. Et quoniam communiter approbari ſolet Iureconſulti doctrina, qui hos quattuor numerat, Imperare, vetare, permittere, & punire, ideo contra hunc numerum communiter receptum argumentabor.

Primo auctoritate Vlpiani, qui dixit, legem non ſolum metu pœnæ, ſed etiam prçmiorum exhortatione ſubditos bonos efficere: prçmiat igitur, hortatur, aut conſulit lex, qui actus ſunt præſtantiſſimi. Vnde Deus ſæpe, præmij ſpe propoſita, in ſua lège homines ad bene agendum excitauit, præſertim Iudæos bonorum temporalium promiſſione: & ſæpiſſime conſilia ad bene agendum præbet. Secundo, lex, vt ſupra docuimus, non differt a prçcepto; at tam imperare, quam vetare eſt quoddam prçceptum: igitur iſta duo diſtinguenda non erant. Tertio, qui iſtos actus diſtinguunt, dicunt, præceptum eſſe bonorum, et prohibitionem malorum; quod videtur falſum: quia præcipiuntur & vetantur etiam ea quæ ſunt indifferentia; vnde enata eſt illa diſtinctio, alia prohibita, quia mala, alia mala, quia prohibita: Rurſus, quid opus fuit præcipere ea quæ ſunt bona, & prohibere, quæ ſunt mala? vani igitur iſti duo actus. Quarto, ijdem auctores dicunt, permiſſionem eſſe de ijs rebus quæ ſunt indifferentes; quod eſt omnino falſum; cum etiam permittantur, quæ ſunt manifeſte mala; vt lupanaria, nonnulla mendacia, & quædam alia. Quincto, legis ſcopus eſt facere homines ſimpliciter bonos; ad quod faciendum, non ſunt inducendi formidine pœnæ; cum id quod metu fit, non ex virtute fiat: punire igitur non erit legis actus, cum non ſit idoneus ad eius finem conſequendum. Poſtremo, aliqui ex his actibus, uel etiam omnes conueniunt illis, quorum non eſt leges ferre, ut parentibus, & magiſtris: igitur male attribuuntur legi. *L. 1. ff. de iuſt. et iur.* *Deut. 6. & 11.*

C

D

In hac difficultate ſcriptores non conueniunt, ſed alij plures, alij pauciores, alij hos, alij illos numerant legis actus; & ita uarij ſunt dicendi modi. Primus eorum, qui quattuor numeratos agnoſcunt: & hic eſt magis communis. Secundus Iſidori, qui tres recenſuit, & omiſit primum; quem aliqui *Lib. 5. Ety.*

ſub

L. leges C. ſub permiſsione intelligi uolunt, cum permiſsi appellatione, Iuriſconſul- A
de leg. torum more, etiam præcepta intelligantur: & ſane non eſt cēſendum uirum
doctiſsimum hunc præcipuum legis actum prætermiſiſſe. Tertius aliorum,
Lib. 1. de qui illis quattuor addunt quinctum, conſilium dare; ut Accurſius, cui re-
leg. par. c. 9. fragatur Bartolus. Alij, ut Alphonſus a Caſtro & Alexāder Turaminus, ad-
In rub. de dunt præmiare. Quid tenendum ſit ſequentibus poſitionibus docebo.
leg. lib. 2. c. 1 nu. 5. Prima poſitio, conſulere non eſt proprius legis actus. Probatur ex com-
muni ſententia, quæ hac ratione fulcitur: quia conſulere eſt actus priua-
tus alicuius perſonæ, qui ſine auctoritate exerceri poteſt.

Secunda poſitio, quamuis præmiare, poſſet connumerari inter actus le-
gis: tamen conuenientius ab eis ſecernitur. Primum, quia virtus, ſua na-
tura, eſt ſibiipſi præmium, & ſe ipſa ſatis hominem honeſtatis cupidum al- B
Lib. 1. de licit, etiam nullo propoſito præmio. Ideo M. Tullius de iuſtitia, quam lex
leg. propoſitam habet, loquendo dixit, Iuſtitia nihil expetit præmij, nihil præ-
tij: per ſe igitur expetitur. Deinde, quia hic quoque actus exerceri poteſt
a priuata perſona, & nullam requirit auctoritatem: non erit itaque legisla-
toris proprius. Neque par ratio eſt de punitione, ut poſtea dicam. Licet
lex poſſit facienda conſulere, & facta præmiare: tamen hoc non eſt ei pe-
culiare. Tertia poſitio, conuenienter quattuor aſſignantur legis actus, Im-
perare, vetare, permittere, punire. Hoc affirmauerim cum commu-
niore ſententia, quæ huius numeri hanc aſſignat rationem. In lege duo
ſpectari poſsunt, modus quo res ipſæ ordinantur & res quæ ordinantur:
quorum alia ſunt bona ex genere ſuo, & hæc præcipiuntur; alia mala, & C
iſta prohibentur. alia indifferentia, & iſta permittuntur: & quia facile homi
nes legem contemnerent, ni timore pœnę coercerentur, ideo quartus addi-
Lib. 1. de tur actus, qui eſt punire. Nam, vt ait Tullius, quænam ſollicitudo vexa-
leg. ret impios, ſublato ſuppliciorum metu? Vt autem hæc doctrina confirme-
tur ac declaretur magis, animaduertendum eſt, bonum eſſe duplex; vnum
ſuapte natura bonum, vt ſunt actus virtutum: alterum non ſua natura, ſeu
ex obiecto, ſed ex circunſtantia loci, vel temporis, vel perſonæ: lex non ſo-
lum præcipit quod ſua natura eſt bonum, ſed etiam quod ex aliqua circun
ſtantia & ad aliquem finem eſt. Atque idem dicas de malo, quia non ſo-
lum prohibet quæ ſunt ſua natura mala, ſed etiam quæ extrinſecus propter
aliqua adiuncta ſunt mala, vt ferre arma, cum ſubeſt rixarum periculum. D
Neque ſolum indifferentia, hoc eſt ea, quæ, ex ſe, nec mala, nec bona ſunt,
permittit, ſed etiam quæ ſunt minus mala, vel minus bona; quorum contra-
ria, ſi prohiberentur, maiora euenirent mala; quo pacto permittuntur me-
retrices. Verum, non quæcunque lex hos omnes habet effectus, ſed ex his
aliquem: qui & ſi humanæ legi potiſſimum tribuuntur, ad alias tamen ac-
commodari poſſunt. Neque omnes eandem vim habent, ſed præcipuus
eſt, imperare, vnde naſcitur obligatio, quæ legi eſt maxime propria; & ni-
hil aliud eſt, quā relatio rationis, qua neceſſario qui ſub lege eſt, cū lege cō
Lib 1. contra formari debet; cuius duæ ſūt partes, vna qua ſub peccato, vel in foro cōſciē
Iouin. tiæ obſtringit: altera, qua ſub pęna, vel in foro externo. Huc facit hæc Hiero

nymi

A nymi ſententia,quod pręcipitur imperatur:quod imperatur,neceſſe eſt fieri:ſi non fiat,pœnam habet. Et licet omnes leges vim directiuam iubendo, aut vetando habeant,vim tamen coercendi per pœnam non item, ſed ſatis eſt vt habere poſſint. Denique,effectus permittendi non eſt legis proprie dictæ,cum de ratione legis ſit afferre neceſſitatem aliquam: dicitur tamen legis effectus,pro vt lex eſt quoduis decretum a publica poteſtate factum.

Ad primum, licet leges aliquid faciendum ſuadeant, & ad faciendum præmijs alliciant: tamen ob allatas rationes iſta præſtare non eſt legis proprium: Ad ſecundum,quamuis vetare & præcipere communi appellatione præcepta vocentur:tamen,ex parte obiecti, ſunt actus omnino diſtincti, & vnus non includit alterum;cum præcipiantur bona, & vetentur mala.

B Ad tertium,patet ex ijs quæ paullo ante adnotauimus:ex quibus etiã quarta ſoluitur ratio. Ad quinctum,quod in hoc argumento eſt difficultatis,explicabitur plane diſputatione ſequenti;nunc breuiter negauerim eſſe malum eum timorem, quo ad legem ſeruandam excitamur. Ad vltimum, multo aliter Princeps,ſiue legiſlator præcipit,prohibet, permittit, puniꝗ; quam alij faciant;ac proinde iſti actus non eodẽ modo dictis perſonis conueniunt,ſunt itaque legi ſiue legiſlatori ſuo modo proprij.

An obſeruatio legis ex timore, ſit bona. *Diſput.* XVII.

C CVM omnes leges, tum humanæ,tum diuinæ homines ad ſui obſeruationem pœnarum timore permouere ſoleant;non erit omnino a noſtro inſtituto alienum,id explicare, quod in huius quæſtionis titulo propoſui,ut hac in parte, leges nihil errare demonſtrem; dum pœnarum timore homines ad honeſte uiuendum compellunt. Et quamuis de re propoſita contra hæreticos noſtri temporis late diſputare poſſem;paucis tamen agam.

Quoniam uero timor non uno modo ſumitur;ideo, vt quæſtionis ſtatus recte intelligatur,de quo timore ſit hic futurus ſermo,exponendum eſt. Timor itaque quadruplex eſt:primus qui dicitur naturalis,quo naturæ inſtinctu,etiam bruta pertimeſcunt ea,quæ ſibi contraria eſſe cognoſcunt:de quo timore,non eſt hic dubitatio; cum ex ſe,nec bonus,nec malus ſit, ſicuti nec

D aliæ animæ perturbationes; licet aliquando aliter male ſenſerit Lutherus. Secundus, qui mundanus appellari ſolet; ut, cum quis ita timet pœnas a creatura infligendas, ut ad eas uitandas contra Deum peccare non dubitet: quo timore affectus erat Petrus, cũ Chriſtum negauit: quẽ timorẽ ut malum, una cum diuinis ſcriptoribus reijcimus. Tertius,qui ita cum diuina offenſione,ſeu legis tranſgreſſione eſt coniunctus, ut magis traſgreſſionẽ ipſam refugiat,quam pœnam:qui timor, & ſi ſecundum ſubſtantiam ſit ſeruilis; tamen bonus eſt,& in iuſtis reperiri poteſt, eumque, ut bonum diuinæ literæ & ſancti Patres laudant; ut Baſilius oratione in pſalmum trigeſimumtertium,Chryſoſtomus,Ambroſius,& alij. Quartus,quo ita quis legẽ punientem timet, aut ſeruat, ut ſolius pœnæ fugiendæ cauſſa legem adimpleat,

Matt. 10. *1. Pet. 3.* *Iſa. 51.*

Hom. 15. ad popul. In pſ. 118. ver. 21.

In Pſ. 118 pleat,& culpam caueat; & hic eſt ille timor, qui proprie ſeruilis vocatur; A
ver. 25. quem aliquando Auguſtinus eleganter deſcripſit: & de hoc timore eſt tota difficultas. Quod autem iſte timor non ſit bonus,his rationibus hæreticus ſuadere conatur.

Primo, qui Deum propter aliud amat, peccat: igitur & qui Deum, uel legem timet propter aliud,ideſt,propter pęnas peccabit. Secundo,omnis actus inordinatus eſt malus: talis eſt timor iſte, cum magis timeat culpam, quam pœnam:igitur. Tertio,qui ex iſto timore agit, ficte & ſimulate, non ex corde agit:eſt igitur hypocrita & ſimulator;ac proinde hic timor,qui hominem hypocritam facit,reijciendus erit. Quarto, nemo poteſt perfecte odiſſe aliquid,cuius contrarium non prius ſenſerit,nō dilexerit: igitur qui non ſeruat legem ob amorem iuſtitiæ, non poteſt eam vere ſeruare ob timorem pœnæ: reijciendus igitur iſte pœnarum timor. Quincto,quidquid timore fit,non ſponte fit:quod non fit ſponte,non eſt laudabile:igitur legis B
obſeruatio ex iſto timore extorta non eſt laudabilis: immo videtur augere peccatum: Nam,remota legis pœna,id placeret,quod diſplicet:ergo ſi non eſſet lex iſta,minus peccaretur:abundat enim ex legis cognitione peccatū,
Rom. 5. vt ait Paulus. Sexto iſte timor oritur ex mala cauſſa,nimirum ex amore ſui,
2. Tim. 3.
Aug. 1. de qui in diuinis literis vituperatur,eſtque omnium malorum radix: Oritur
ciuit. etiam ex diffidentia,quæ eſt peccatum;eſt enim contra illud ſcripturæ Con
Rom. 8. fidite,nolite timere. Septimo, iſte timor damnatur in diuinis oraculis, vt
Mat. 10. cum dicitur, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore; & Deum ſolum
1. Io. 4. eſſe timendum,atque timorem non eſſe in caritate, quæ foras mittit timo- C
rem. Damnatur etiam ab humanis ſcriptoribus: nam Seneca ſcriptum reliquit,Iuſtum eſſe,facile eſſe,cui vacat pectus metu:item, Prona eſt timori
In Herc. ſemper in peius fides: Virgilius,Timorem degeneres animos arguere di-
fur. xit:Ariſtoteles dixit non eſſe fortes eos,qui propter legum increpationem
Lib. 3. eth. coguntur bella adire:& denique,ut Horatius ait,

Oderunt peccare mali formidine pœnæ:

Quare,qui ex iſto timore agunt, mali ſunt; & idcirco ipſe timor malus.

In hac difficultate, Lutherus varijs in locis de hoc timore agendo, hæc docuit: Primum,hunc timorem eſſe ex ſe malum: Deinde, obſeruationem legis & pœnitentiam ex iſto timore natam non eſſe laudabilem: poſtea,eum qui pœnam timet,peccare,iſtumque timorem augere peccatum, D
& facere hominem hypocritam.A qua ſententia Lutherani poſteriores re-
Adr. quol. ceſſerunt,& hunc timorem vtilem eſſe docuerunt,vt ex quibuſdam hæreti-
4. q. 2. cis ſcriptoribus colligere licet. Quidam uero ex noſtris exiſtimarunt hunc
Almay. c. timorem non eſſe bonum,niſi referatur in alium finem honeſtum;vt ad fu-
3. mor.
Scot. 4. diſ. giendam culpam: at ſi uitatio pœnæ non eſſet finis,ſed ſolum cauſſa mouēs,
14. q. 2. non eſſet malus.Vt autem huic dubitationi ſatisfiat, unum vel alterum ſubijcio fundamentum.

Primum fundamentum,diſtinctio timoris in ſeruilem & filialem funda
Rom. 8 mentum habet in diuinis literis,& maxime in hac Pauli ſententia,Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis(hoc eſt ſeruilem)in timore;ſed ſpiritum filiorū,

ideſt

A ideſt filialem. Seruilis timoris ſubſtãtia in hoc eſt ſita, vt quis legem ſeruet, aut peccatum fugiat propter pœnam, quam lex comminatur, aut peccatum ſecum affert. Filialis vero timoris natura hæc eſt, vt quis legem ſeruet, & peccatum fugiat ex amore iuſtitiæ, & ex timore reuerentiæ paternæ. Primus timor ideo vocatur ſeruilis, quia ſolet eſſe in ſeruis; qui propterea domini iuſſa faciunt, quia pœnas timent. Secundus uero ideo dicitur filialis, quia ſolet eſſe in bonis filijs, qui mandatis paternis obediunt ob reuerentiã quam erga parentes habent. Vtrunque timorem egregie ſancti Patres quibuſdam ſimilibus exponunt. Aliter, inquit Gregorius, timet cõiugem uxor amans, aliter dominum ancilla peccans. Et Auguſtinus, Aliter mulier adultera timet virum ſuum, aliter caſta: adultera, ne veniat; caſta, ne deſerat. Primus oritur ex amore ſui, & ex conſideratione trium attributorum Dei, omnipotentiæ, quia omnia poteſt: Sapientiæ, quia omnia nouit: & iuſtitiæ, quia nihil impunitum relinquit. Alter vero ex amore Dei, & ex conſideratione attributi immenſæ bonitatis, ob quam eſt omni amore & reuerẽtia dignus. Lib 34. mor c. 14. B

Secundum fundamentum, tribus modis poteſt ſe habere is qui timet culpam propter pœnam; primo, vt ob timorem legem ſeruet, & peccatũ fugiat ob amorem iuſtitiæ, ſecundo ſi ita ſe habeat, vt ni eſſet pœna, legem non ſeruaret, ſed peccaret: tertio, cum eo eſt animo, vt velit peccatũ fugere propter pœnas, ſed non honeſtatis ſtudio, aut ea uoluntate, quod adhuc peccaret, ni pœna eſſet propoſita. Primus timor poteſt eſſe in iuſtis, ac proinde aliqui filialem uocant: quamuis ſecundum ſubſtantiam ſit ſeruilis; eſt tamen bene C ordinatus. Secundus proculdubio eſt malus, cum habeat annexum illum affectum conditionatum peccandi, ſi non eſſet pœna. At vero tertius qui proprie ſeruilis dicitur, ſua natura nõ eſt malus, ſed bonus, vt ſtatim demõſtrabo. Habet hic timor quaſi duos gradus: vnum, cum vi huius timoris ſolum aliquis retrahitur a peccati perpetratione: alterum, cum remouetur etiã ab affectu & deſiderio peccãdi, & quamuis vterque ſit bonus; tamen ſecundus eſt melior, cum melius ſit abſtinere a uoluntate peccati, quam ab opere tantum. Vnde ille non gignit contritionem, vel attritionem, hic vero vna cum attritione, accedente ſacramento, iuſtitiam procreat, vt de pœnitentia agendo nonnulli docent.

Tertium fundamentum, timor ſeruilis non dicitur talis ab aliqua forma D ſibi inhærente, ſicuti cãdidum a candore; ſed a forma extrinſeca intrinſeca tamen ſubiecto, in quo ipſe reperitur, hoc eſt ab homine, qui ſeruiliter timet, dum pluris facit pœnam, quam culpam. Neque ipſe ex ſe eſt malus, ſicut nec fides informis, quæ eſt in peccatore, ſed bonus: quoniam non dicitur malus, quia multum timet pęnam, ſed quia non magis legis tranſgreſſionem extimeſcit: quod autem non magis culpam timeat, non oritur ex timore pęnæ, ſed ex caritatis defectu. At peteres. cur non ẽt timor mũdanus, bonus noiari poteſt, licet ſint mali, qui illum hñt? Nam quod peccet qui timore mortis fidẽ negat, non timori mortis, ſed defectui caritatis adſcribendũ eſt. Reſpondeo, inter iſtos timores magnum eſſe diſcrimen: nam timor mundanus, eſt timor creaturæ; ſeruilis uero eſt timor Dei: ille nõ ſolum eſt

cum

cum peccato coniunctus, ſed etiam eſt ipſius peccati cauſſa, cum timor eligatur vt medium ad vitandum malum temporale; hic vero, eſt quidem cũ peccato, ſed non eſt cauſſa peccati, cum a peccando abſtineat, quia Deum timet: Hic non poteſt eſſe nimius intenſiue, cum nemo videat Deum iratum, nec cruciatus æternos; poteſt tamen inferni pęna nimis timeri appretiatiue, vt ſi data optione, aliquis magis vellet dictam pęnam fugere, quam peccatum: at qui iſte exceſſus non oritur vitio timoris, quod in ſe ſit nimius, & cauſſa malę ęſtimationis, ſed ex defectu caritatis; quia plus pęna, quam culpa timetur: At vero mundanus, cum ſit timor mali creati, & temporalis pęnæ, poteſt eſſe nimius, etiam intenſiue; quam ob cauſſam interdum eſt nimius appretiatiue: & tunc proprie dicitur timor mundanus: qui intrinſece eſt inordinatus & malus. His notatis, ad poſitiones accedo. A B

Prima poſitio, timor, vt eſt quædam naturalis perturbatio, non eſt malus. Eſt hæc veritas certiſſima, & contrarium ſentire eſt error, in quem aliquando lapſus eſt Lutherus: in quo etiam male ſenſit Rupertus Abbas. Quem errorem hæc manifeſtiſſima ratio refellit; quia animi perturbationes ex ſe, nec bonæ nec malæ ſunt; quas Deus naturæ noſtræ ad multa commoda indidit, vt præter alios, oratione contra iraſcentes docte ſcripſit Baſilius. Secunda poſitio, timor ille quem mundanum appellari diximus, eſt malus. Doctrina eſt certa, & patet ex dictis. Tertia poſitio, timor cum affectu peccandi, ni eſſet pœna, eſt timor malus. Quoniam habet annexum affectum peccati: ac proinde non eſt immunis a culpa. Quarta poſitio, timor pœnæ conceptus ab eo qui ex amore iuſtitiæ legem ſeruat, eſt bonus & laudabilis. Doctrina eſt communis, quam nec Lutherus negaſſet: ſiquidem hic timor ordinatus eſt; quem etiam iuſti ad excitandum magis iuſtitię amorem concipiũt. C

Lib. 9. de oper. Spiritus ſan. c. 5. Lact. Fir.

Quincta poſitio, timor ſeruilis proprie ſumptus, eſt bonus et laudabilis: quare ſeruare legem ob pœnæ timorem, in malis ponendum non eſt. Hæc doctrina eſt certa fide tenenda, quam hic paucis confirmabo. Primo, quia in diuinis literis de hoc timore dr̃, Eſſe initium dilectionis: Expellere peccatũ: Ad ſic timendum nos hortabatur Chriſtus, cum dicebat, Timẽdum eſſe eũ, qui poteſt animam perdere in Gehennam: Eundem timorem paſſim diuini ſcriptores & Deus ipſe incutit, ac etiam inſpirat, vt Paulus docet. Deinde auctoritate & communi conſenſu Patrum, qui perpetua traditione hanc veritatem docuerunt, Clemens Alexandrinus in ſecundo Stromatum vbi fuſe hunc timorem approbat, Olympiodorus in Eccleſiaſtem, Beatus Ephræm paſſim in ſuis operibus, Baſilius oratione in pſalmum trigeſimumtertium Chryſoſt. libro primo de compunct. cordis, Tertullianus libro de pœnitẽtia, & ſecundo libro contra Marcionem, Pacianus in parænesi ad pœnitentiã Proſper libro de lib. arbitrio, & vt alios innumeros miſſos faciam, Caſſianus libro quarto de inſtitutis Renunciantium, capite trigeſimonono. Poſtremo accedat ratio, quia eſt naturæ conſentaneum timere ſummum malum; vnde bonus oritur effectus coercitio voluntatis a peccando, vel ſaltem operis malis prohibitio. Ex quibus colligeres, non eſſe improbabile, quod aliqui dixerunt, hunc timorem eſſe è numero donorum ſpiritus ſancti: Qui tamen D

Eccl. 1. & 25. Deu. 32. Pſal 7. Rom. 8. Iſa 63. Alex. Alẽ. Bonau.

A men nō fuit in Chriſto,ſicuti nec timor ille caſtus,quo timemus ne offenda mus,quia ſciebat ſe peccare non poſſe. Cum ergo hic timor ſua natura ſit bonus, ni malo fine diſtrahatur, ex ſe tendet in honeſtum. Sophiſmata in contrarium allata ſic ſolueres.

Ad primum, cum Deus ſit per ſe bonus, ideo per ſe diligendus: & cum non ſit per ſe malus,propter aliud eſt timendus, ideſt, propter pœnas,quas malis infligit. Ad ſecundum,ſolum probat,eos quia ſeruiliter amant, eſſe malos & inordinatos,non autem,ipſum timorem eſſe talem, ut patet ex tertio fundamento. Ad tertium, negamus iſtum timorem facere hypocritam & non ex corde agere eum qui ſic agit,quamuis non agat ex caritate. Licet ergo qui ſine caritate eſt,ſit vanus,& nihil ſit: tamen abſtinere a peccato ob B timorem pœnæ non eſt inutile,non eſt nihil; ſicuti nec fides, nec prophetia ſublata caritate,ſine qua,illa beatum non faciunt:Valent enim aliquid opera ſine caritate facta. Ad quartum, primum, ſiquid hoc argumentum probat,obſeruationem legis,ſeu dolorem ex iſto timore natum imperfectū eſſe probat, id quod concedimus. Deinde, quod non poſſit perfecte aliquid odio haberi,niſi eius contrarium prius odio habeatur,non eſt verum,niſi in ijs rebus quæ propter ſe odio habentur:nam, ſiquid alterius gratia odio habeatur,vere & perfecte odio haberi poteſt, ſi res illa diligatur, cuius gratia iſtud odio habetur. Vnde cibum ſuauem deteſtari ſolemus, licet inſuauem non diligamus,quia diligimus ſanitatem,cui cibus ſuauis obfuturus creditur. Ad quinctum,in primis,dolor iſte eſt uoluntarius,cum ex deliberatio C ne naſcatur:& licet aliquo pacto eſſet extortus,adhuc eſt bonus,quia a peccato retrahit,& ex ſe nullo modo peccatum auget: quod ſi ex timore pœnæ & legis augetur,eſt ex voluntate hominis corrupta;vt Paulus docet.Ad ſextum,amor ſui intra rationis limites contentus,non eſt malus, nec malorum origo. Neque eſt verum,metum ſemper oriri ex diffidentia;cum etiā Chriſtus metuerit. Ad ſeptimum,cum dicitur,Nos non accepiſſe ſpiritum ſeruitutis in timore,laudatur hic ſpiritus qui datus fuit Iudæis: Et qui ſic timet Deum vt punitorem timet:caritas mittit foras timorem,quia imperfectionē repellit:quam imperfectionem in timore humani ſcriptores agnoſcunt. *Rom.7.*

Libri Tertij finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER QVARTVS.

In quo de lege æterna agitur.

An in Deo ſit aliqua lex æterna. *Diſput. I.*

QVAE ad legem vniuerſe conſideratam cognoſcendam A
explicatu fuere neceſſaria, ꝓximo libro expoſuimus;
conſequens eſt, vt de eius ſpeciebus priuatim agamus:
in quibus merito primũ locum lex ea tenet, quæ alia-
rum eſt origo, quam vocamus æternam. Et quamuis
ſupra hanc legem ponendam eſſe dixerimus: tamen in
præſentia id in dubiũ reuocamus; vt quod ibi ſimpli-
citer ſtatuimus, nunc accuratius doceamus: & quod lex æterna, nõ detur ſic
probo. Primo, illa ordinatio legis nomẽ meretur, & pro lege recipienda eſt,
quæ habet vim ordinandi aliquid in finem, ac etiam obligandi: atqui ordi-
natio æterna hanc vim habere non potuit, cum ab æterno, nulla extiterit res B
quæ tali lege dirigeretur, & obligaretur: igitur. Secundo, Deus non fuit ab
æterno Dominus; quia non habuit relationem dominij, cum nulla adhuc
exiſteret creatura, cuius reſpectu dicitur Dominus: igitur nec legiſlator, cũ
non dum eſſet aliqua res, cui legem imponeret: quare, ſi Deus non fuit ab
æterno legiſlator, nec etiam vlla lex fuit æterna. Tertio, de ratione legis eſt,
vt ſit promulgata: ſed iſta ordinatio, ſi vlla fuit in mente æterna, promulga-
ri non potuit, cum nulla adhuc exiſteret creata res quæ eam audiret: igitur.
In hac diſputatione, cũ nulla ſit inter ſcriptores diſcordia, nullæ occurrunt
citandæ ſententiæ: ad cuius tñ explicationem quædã iaciemus fundamẽta.

Primum fundamentum, in Deo reſpectu creaturarum vniuerſe conſide- C
ratarũ hæc omnia animaduertenda ſunt, Scientia, quia omnia nuda & aper-
ta ſunt oculis eius: diſpoſitio & ordinatio, quia omnia conuenienter diſpo-
nit: prouidentia, quia per congruentia media omnia in ſuos fines perducit:
creatio, qua omnia ex nihilo euocat, & gubernatio, qua omnia adminiſtrat,
& regit. Ex his tria priora conueniunt Deo ab æterno, poſteriora vero in
tempore. Horum quinque actuum explicatio ad varios locos pertinet; hu-
ius loci eſt exponere ſecundum, in quo lex illa conſiſtit, de qua in præſen-
tia quærimus. Eſt etiam in Deo quædam priuata prouidentia erga creatu-
ras rationales, qua eas ad finem ſupernaturalem ordinat, quæ a Theologis

Præde-

A Prædeſtinatio uocatur; quam iuxta Auguſtini doctrinam hunc in modum deſcriberes, Prædeſtinatio eſt prouidentia Dei, qua certi homines ex maſſa perditionis miſericorditer ſelecti, per infallibilia media in vitam diriguntur æternam.

Secundum fundamentum, lex vt ex dictis conſtat, nil aliud eſt, quam rectæ rationis ordinatio exiſtens in mente eius, qui multitudinem gubernat. Cum ergo Deus ab omni æternitate mũdum creare ſtatuerit, ab eadem æternitate, tanquam artifex per intellectum, ordinauit omnia quæ eſſet facturus: neque enim potentia illa infinita, quæ vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, rerum temporalium expectat exiſtentiam. Hæc igitur rerum ratio in mente æterna exiſtens, lex dicitur æterna: q̃ ab eadem ęternitate, & B verbo, & ſcripto promulgata fuit: Verbo ſcilicet diuino, quo Deus omnia dicendo enunciauit, & eructauit; ſcripto, quia ſcripta fuit in libro vitæ. Et vt quo modo huic legi conueniat promulgatio, de qua maior eſt difficultas, doceatur, nota, in legis promulgatione duo conſiderari, loquelam, quæ ipſam legislatoris ordinationem manifeſtat, & auditum eorum, quibus lex manifeſtatur. Hoc ſecundum non requiritur per ſe ad legis naturam; quoniam, vt ſupra diximus, lex ſæpe habet vim ſuam etiam reſpectu eorum qui eam non audiũt; vt patet de lege euangelica, quæ obligat etiam eos ad quos eius non peruenit notitia: At vero primum eſt omnino neceſſarium. Lex itaque æterna fuit manifeſtata & promulgata ab æterno per diuinam loquutionem, ſed fuit exaudita in tempore. Etenim, cum Deus C pater genuit verbum, tunc dixit omnia quæ ſua mente conceperat, & ordinauerat. Quo loco animaduerte, hæc duo eſſe inter ſe diuerſa, intelligere, & loqui: intelligere, eſt aliquid mente concipere: loqui vero eſt exprimere & rẽ conceptam proferre, atque enunciare. Deus ſimul & ſemel vtrunque præſtat; & ita intelligendo exprimit. Dei itaque cor, hoc eſt mens concipiendo, Verbum bonum eructauit. Atque ad hunc modum Angeli loqui dicuntur, quia intelligendo exprimunt. Concludamus igitur, Deum loquutum quidem fuiſſe ab æterno, licet eius vox a creaturis cum nondum exiſterent, exaudita non fuerit.

Tertium fundamentum, hæc æterna æterni numinis ordinatio, duobus modis uenit in creaturarum notitiam: primo, quantum ad effectum, pro D vt Deus dat rebus creatis vim facultatemque, per quam exſequantur ea quę Deus ordinauit: quæ vis eſt loco verborum, ſiue auditus; vt quemadmodum ſe habet auditus in famulo reſpectu ſui Domini, ita vires, ſiue facultates in rebus a Deo creatis. Huc pertinet illud, qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem: & illud, Quis putas, eſt iſte, quia & ventus, & mare obediunt ei? Chriſtus enim ut Dei Verbum vim dabat creaturis, per quam dicto audientes erant: atque etiam illud Centurionis, Tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Sui itaque ſerui morbum abſque Chriſti præſentia ad eius nutũ obediturum, certo credebat miles ille æterna laude dignus; non minus quam ſuos milites ſibi parere ſciebat. Quia ergo Deus æterna lege ordinauit, vt ignis ſurſum verſus tenderet, ei leui-

tatem tribuit, per quam aſcenderet, & Dei voluntatem præceptum ve exequitur. Per hunc primum modum manifeſtata fuit lex æterna omni creaturę ratione carenti in tempore, cum Deus omnia creando legem omnibus impoſuit. Altero modo manifeſtata fuit æterna illa Dei ratio per auditum cognitionemq; illius; quo modo ſoli creaturæ rationis participi innotuit. Quæ rurſus duplici modo Dei legē cognoſcit; uno ipſum met legiſlatorem audiendo; quo modo beati ſpiritus in cœlo diuinam naturam intuentes, Dei ordinationem audire dicuntur; non ſecus atque aſſiſtentes Principi, qui eius uocem excipiunt: Ideo aliquando Regius uates cecinit, Benedicite Domino Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius: Benedicite Domino omnes virtutes eius, miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. Et Auguſtinus, Angeli in æternis & immutabilibus legibus præuident rerum mutationes, & Dei voluntatem in ipſis legibus immutabilibus Dei. Altero modo quaſi per intermedium nuntium & pręconem, quo pacto peruenit ad hominem, idque tribus modis. Primum per lumen naturale humanis mentibus inditum, iuxta illud, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: deinde per lumen fidei: poſtremo per humanam ratiocinationem: Cęterum ad plenam legis rationem non eſt opus promulgatione externa, niſi reſpectu rationalis naturę. Atque hęc adnotaſſe uolui.

Pſal. 103. — A — B — *Li* 9. *de ci uit.c.*22. — *Pſalm.*4.

Prima poſitio, datur aliqua lex ſiue ordinatio rerum omnium in mente diuina. Primum hæc veritas demonſtrari poteſt ex diuinis literis, ex quibus collectas auctoritates ad hęc tria capita reuocares. In primo continentur illæ quę de quadam Dei ordinatione, ſiue de ſapientia diuina omnia ordinante ac ſibi rerum ordinem adſcribente, mentionem faciunt, vt iſtę: Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus: Meum eſt conſilium & ęquitas, mea eſt prudentia: Ab ęterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret: Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam: Quando pręparabat cęlos, aderam: quando certa lege & gyro uallabat abyſſos: quando ęthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarū: quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. In ſecundo alię quibus probari poteſt Deum eſſe gubernatorem rerum omnium: Attingit, inquit Sapiens, de diuina ſapientia loquendo, a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: Et regius Vates omnes creaturas ad Deum laudandum inuitabat, Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt: ſtatuit ea in ęternum: & in ſęculum ſęculi, pręceptum poſuit, & non pręteribit. Huc etiam pertinet totus pſalmus centeſimus tertius, vt pene innumera omittam loca. In tertio alię in quibus dicitur, Deum habere prouidentiam: Tua autem, Pater, prouidentia ab initio cuncta gubernas. Huc reuocares vniuerſum Chriſti ſermonem in mōte habitum, & uarios pſalmos: & in ſumma, Nouit Dominus uiam iuſtorum, & iter impiorum peribit.

C — *Prou.*8. — *Sap.*8. — D — *Iob.*9. — *Pſal.* 118. — *Sap.* 14.

Secundo confirmatur humana auctoritate; Plato varijs in locis docet dari quan-

A ri quandam legem diuinam,quam prouidentiam vocat,vt in argumento in Minoem adnotauit Ficinus: M.Tullius omniū clariſſime hoc docuit,& mirifice ſapientiſſimeque de hac lege loquutus eſt;atque ſapientiſſimorum hominum ait eſſe ſententiam. Neque enim inquit, eſſe mens diuina ſine ratione poteſt : nec ratio diuina non hanc vim in rectis prauiſque ſanciendis habet. Adde his auctoritatem noſtrorum patrum,Auguſtini qui perſpicue de hac lex varijs in locis meminit, eamque deſcripſit: Clementis Alexandrini in quinto libro Stromatum, Theodoreti libro ſexto de curandis græcanicis affectionibus, & Euſebij Cæſarienſis in libro ſexto de præparatione euangelica. Tertio confirmatur ratione; huic diuinæ ordinationi conuenit legis definitio;erit igitur vera lex. Nam eſt ordinatio quæ oritur a ratione & vo- *In Tim. Phæd. Gorgi. Phileb. 10. de leg.*

B luntate diuina:eſt in commune bonum,nimirum in ipſum Deum, qui vniuerſa propter ſe fecit;eſtque ſummus omnium rerum finis:eſt ab eo qui habet curam communitatis, quia Deus omnia curat, cum par ſit,vt is qui fecit omnia,curet etiam omnia: ac proinde in eius manibus eſſe dicuntur omnes fines terræ:eſt denique varijs modis promulgata,vt ſupra expoſuimus. Habet igitur ea omnia quæ legis natura requirit. Denique, Deus eſt omnium rerum adminiſtrator: ergo debet in ſe habere legem qua cuncta gubernet: ſicuti vt eſt omnium rerum artifex, habet in ſe cunctarum rerum ideas.

Secunda poſitio, iſta Dei ordinatio iure dicitur æterna. Primum, quia eſt actus diuinæ mentis, & eſt idem re cum eſſentia diuina,quæ eſt omnino independens, & æterna: igitur, & ipſa lex. Deinde, quia eſt immutabilis &

C infallibilis: eſt tamen omnis mutationis cauſſa: Quod ſit immutabilis ac inuariabilis patet,qnia eſt idem cum ipſo Deo: Deus aūt nullam ſuſcipit mutationem,& viciſſitudinem, vt Iacobus ait;ideo aliquādo dicere potuit,ego Deus & non mutor, Quod ſit cauſſa omnium mutationum patet, quia eſt omnium rerum creatarum ratio. *Cap. 1.*

Tertia poſitio, Deus eſt legiſlator ab æterno. Quoniam hoc attributum ei conuenit per veram legis rationem; at hæc ineſt Deo ab æterno, vt eſt probatum:igitur,& eſſe legiſlatorem.

Ad primum, licet res non fuerint ab æterno quantum ad vllam exiſtentiam, quidquid aliqui dixerint: tamen fuerunt in mente diuina, in eſſe cognito. Ordinatio itaqne illa diuina relata ad creaturas cognitas legis æternæ

D rationem habet. Adde, quod Deus omnes res ab omni æternitate videt vt præſentes; ac proinde poteſt eas ab ęterno ordinare, & obligare: & vt patet ex dictis,poſſunt etiam obligari ea, quę non ſunt. *D.Th. 1 p. q. 14. art. 13.*

Ad ſecundum,patet ex tertia poſitione:neque eſt par ratio de appellatione domini & creatoris;quia iſtę appellationes conſurgunt ex actuali rerum gubernatione,& creatione. Adde,quod relatio rationis poteſt alicui conuenire etiamſi non actu exiſtat, alterum correlatiuum: quo modo ego poſſum dici prior eo,qui poſt me naſcetur:verum ratio in qua fundatur,eſſe dominum, conuenit Deo ab ęterno. Ad tertium, patet ex tertio fundamento.

A

An lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exiſtens.
Diſputat. II.

ALIQVAM legem in mente diuina ponendam eſſe, ex proxima diſputatione conſtat; nunc eius naturam patefaciendam proponimus: & quia ad naturam ſequitur attributum vnitatis, hoc etiam hac diſputatione examinabimus. Quod autem lex æterna non ſit ratio & ordinatio in diuina mente exiſtẽs, ſic probo.

Primo, diuina ordinatio eſt quoddam attributum, quod cõuenit toti Trinitati: at lex æterna pertinere videtur ad perſonam filij, quia lex, eſt verbum, B non conceptum, ſed expreſſum: verbum autem expreſſum in diuinis eſt Filius ipſe: Quare lex æterna non erit ordinatio illa diuinæ mentis. Secundo, nihil æternum poteſt ordinari, quia ea ordinantur quæ ſunt ad aliquem finem: ergo lex æterna quæ idem eſt cum ipſo Deo, qui eſt æternus, non erit ordinatio. Tertio, probo non eſſe vnam, lex æterna non eſt magis vna, quam lex diuina, vel naturalis, vel humana: atqui iſtæ ſunt multiplices: igitur, & æterna. Quarto, in lege æterna continentur omnes leges: ergo ipſa nõ poteſt eſſe vna. Confirmatur ex Auguſtino dicente, Angelos in legibus æternis videre mutationes rerum: Si in legibus, plures igitur. In hac diſputatione, quia nullæ occurrunt, citandæ ſententiæ; ideo ad ipſa fundamenta accedo.

Lib. 9. de ciu. c. 22.

Primum fundamentum, Deus Pater ab æterno intellexit, ordinauit, ac diſpoſuit omnia: & omnia intellecta ordinata, atq; diſpoſita per generationẽ communicauit Filio, & vterque Spiritui ſancto: & quia Filius eſt conceptus Patris, hinc fit, vt Verbum ſit illud quod manifeſtat & exprimit, quæ ſunt in conceptu diuino: in quibus eſt etiam ordinatio diuina, quæ eſt lex ipſa; expreſſa ac manifeſtata per Verbum. Quare, lex diuina, erit attributum eſſentiale, Verbum vero perſonale, ſiue ipſa perſona Filij, qui eſſentiam diuinam exprimit, & expreſſam repræſentat, ac proinde dicitur figura & character ſubſtantiæ Patris. Sunt itaq; in Deo duo attributorum genera: alia communia toti Trinitati, vt eſſe bonum, eſſe ſapientem: alia quæ pertinent ad certam perſonam, vt generare, eſſe filium, eſſe ſpiratum. Ex attributis quæ eſſentiæ conueniunt, nonnulla ob aliquam priuatam rationẽ priuatæ accommodantur perſonæ; vt eſſe omnipotentem Patri, cum ſit principium a nullo dependens: eſſe ſapientem Filio, quia per intellectum & notitiam generatur: & eſſe Amorem Spiritui ſancto, quia ex amore ſpiratur. C D

Heb 5.

Secundum fundamentum, legem æternam duplici modo deſcriptam inuenies apud Auguſtinum: primo his verbis, Lex æterna eſt ſumma ratio vel voluntas Dei ordinem naturæ conſeruari præcipiens, & diſſipari vetans: Secũdo, hac rõne, Lex æterna eſt ſumma ratio, qua iuſtum eſt, ut omnia ſint ordinatiſſima: vel, vt alio ſcribit loco, eſt ſumma ratio in Deo exiſtens, cui ſemper eſt obtemperandum. Quam etiam oratorio more elegantiſſime & ſapientiſſime ex ſapientium ſententia, Romanorum ſapientiſſimus deſcripſit

Contra Fauſt. Lib. de lib. ar. c. 6

Tullius,

A Tullius, qui de legis naturæ ortu loquendo, ita ſcripſit, Legem neque hominum ingenijs excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorũ; ſed ęternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret imperandi prohibendiq; ſapientiam. Ita principem legem illam, & vltimam mentem eſſe dicebant, oĩa ratione, aut cogentis, aut vetantis Dei; ex qua illa lex, quam dij humano generi dederunt, recte eſt data. Vbi concludendo ait, Quamobrem lex vera atque Princeps apta, ad iubendum & ad vetandum, ratio eſt recta ſummi Iouis. Cum itaq; Deus ſit rerum omnium opifex & gubernator, hinc eſt vt ad modum artificis atq; gubernatoris ſe ſe habeat. Artifex autẽ antequã quicquam agat rei agendæ ſibi format ideam: & gubernator omnia prius recte diſponit & ordinat, vt pro facta ordinatione oĩa apte ſapienterque admini-
B ſtret. Quare, in Deo erit quædam rerum agendarum, & gubernandarum ratio, quæ vt reſpicit res procreandas dr̃ idea; vt vero eaſdem gubernãdas ſpectat, lex æterna nominatur. Tertium fundamentum, hæc æterna lex duobus modis conſiderari poteſt: vno ex parte principij & finis; & ſub hac rõne eſt vna, cum eius finis & principium ſit Deus; diuina.n.mens & voluntas ordinat omnia quæ facienda ſunt, & quidem propter ſe, vt ſapiens ait: Altero modo ratione eorum quæ ſub lege continentur: & ſub hac rõne nõ eſt vna, ſed multiplex; cum multa ſint quæ ab ea ordinantur: ideo dicitur, Cum eo eram cuncta componens. Et quoniam finis habet rationem formæ, & quę ſunt ad finem rõnem materiæ; ideo lex æterna magis dicẽda erit vna, quã multiplex. *Prou. 16.* *Prou. 8.*

Prima poſitio, lex æterna non eſt ea mentis diuinę rõ, q̃ dicitur idea. Patet
C ex ijs, quæ adnotaui, & ex eo, qđ diuerſis in locis diuerſas tractationes de ideis, & de lege æterna faciũt ſcriptores. Cũ ergo aliud ſit rẽ efficere, & eam gubernare, alia erit rõ rerũ efficiendarũ, quæ dr̃ idea, alia gubernãdarũ, quæ lex æterna vocatur. Secunda poſitio, lex æterna non eſt idem qđ prouidẽtia. Doctrina eſt manifeſta: quia prouidentia eſt veluti effectus æternæ legis: & ita dicere poſſumus, Deum lege æterna rebus prouidere. Tertia poſitio, lex æterna eſt longe diuerſa ab alijs legibus. Ex multis autẽ drĩjs quæ aſſignari poſſunt, hæ ſunt præcipuę. Prima, aliæ leges ſunt in legiſlatore, non ſolũ vt in ordinãte, ſed ẽt vt in ordinato: quia legiſlatores ſuas debent ſeruare leges, & lex naturalis hoĩem in quo eſt dirigit: at lex æterna eſt in Deo, ut in ordinante, quia non dirigitur ab ea. Secunda, lex æterna non eſt lex lata, ſed fe-
D rens, non impreſſa, ſed imprimens, non participatio alterius, ſed oĩum aliarum origo. Tertia, aliæ ab æterna dimanant, æterna eſt independens. Quarta, æternæ legi omnia ſubduntur: alijs non itẽ. Quarta poſitio, lex æterna eſt attributum diuinæ naturæ, a qua ſola rõne diſtinguitur, non aũt perſonę. Qm̃, hęc lex eſt ordinatio quędam diuinę mentis: atqui ordinare & diſponere eſt actus totius diuinitatis: igitur. Adde qa huius legis effectus, imperare & hr̃e ꝓuidẽtiã, eſt a tota Trinitate, cũ vt ſcholę loquunt̃, ſit effectus ad extra: igitur & rõ illa vnde effectus dimanat. Quincta poſitio, lex ęterna ob diuerſas rõnes põt attribui tribus diuinis pſonis, vt elegãter docet Alexãder. Nã ad legẽ cõſtituẽdã tria cõueniũt; auctoritas ſiue ptãs, veritas, & rectitudo, ideo Plato aiebat, legẽ ſtatuere eſſe veritatẽ quęrere, & bonitas, cũ ſint boni cauſſa con- *p. st. 3. q. 26. m. 4.*

K 3 ſtituta.

ſtituta. Ratione primi attribuitur Patri, ratione ſecundi Filio, ratione tertij Spiritui ſancto, quia debet eſſe vtilis & ſancta. Verum, quadam priuata ratione magis attribuitur Filio ratione ſapientiæ & promulgationis, cum lex proxime a ſapientia dimanet, & per verbum promulgetur. Sexta poſitio, lex æterna, eſt ſumma ratio in Deo exiſtens: ſed talis ratio, quæ neceſſitatem includit, vt excludatur diuinorum cōſiliorum æterna ordinatio, quæ libera eſt: Patet ex dictis; quā rurſus hunc in modum deſcriberes, Lex æterna eſt ordinatio rationis in mente diuina, quæ omnes creaturas dirigit & ordinat in ſuos fines: cuius deſcriptionis ſententia patet ex dictis. Septima poſitio, lex æterna, ut eſt in mente diuina eſt immutabilis, quia quod Deus præſcribit, immutabiliter præſcribit: at ex parte rerum quas ordinat, mutabilis eſt, cum mutabilia ordinet. Hinc intelliges, cur in ſapientia diuina, atque adeo in lege æterna, dicatur eſſe ſpiritus mobilis, & tamen ſtabilis, & quod ſemper maneat, & omnia innouet. Quare cum mutatione rerum ordinatarum, ſtat immutabilitas legis ordinantis. Lege Auguſt. lib. 1. de lib. arb. cap. 6. Octaua poſitio, lex æterna potius dicenda eſt una, quam multiplex. Hæc poſitio patet ex ijs quę in vltimo fundamēto explanauimus: vnde nulla eget probatione. Nona poſitio, etſi lex æterna ſit creaturis nota, tamen non omnibus, nec eodem modo, neque omnino. Non loquimur hoc loco de cognitione qua ſcitur hanc legem dari, ſed de notitia eorum, quæ in illa æterna ordinatione continentur. Non eſt itaque nota omnibus, quia quæ ratione carent, quamuis eam, vt diximus, participent, non tamen cognoſcūt. Quare, cum Iobus ait, vt iumenta & res ſenſu rationeque carentes interrogemus, intelligendus eſt hoc pacto, vt prouocent nos ad legem ſapientiamq; diuinam in omnibus rebus cognoſcendam: Enarrant enim cœli Dei gloriā: & dies diei, ideſt ſinguli dies eructant verbum, ideſt quaſi concionando loquuntur. Non eodem modo, quia beatis eſt nota per clarum eius intuitū: nobis vero per lumen participatum: Non omnino, quia nulla creatura eſſentiam diuinam cōprehendere poteſt: quia, vt ait Paulus, iudicia Dei abyſſus incomprehenſibilis. Quare merito Auguſtinus aliquando dixit, Lex æterna eſt de qua homines iudicare non poſſunt. Quando vero hanc pronuntiauit ſententiam, Neminem poſſe ignorare legem æternam, intelligendus eſt ratione luminis communicati.

A B C

Pſal. 18.

Ad primum, patet ex ijs quæ adnotauimus. Ad ſecundum, lex æterna non ordinatur, ſed ordinat; & ita res ipſæ quæ ſub legem æternam cadunt ordinantur in finem, in ipſum videlicet Deum. Ad tertium, ſunt quidem plures leges ex parte materiæ; ſed omnes ad vnam reuocantur: vt Auguſtinus docet: vnde, cum dixit eſſe plures, conſiderauit hanc legem in ordinem ad res quas ordinat. Ad quartum, in lege æterna continentur omnes aliæ vt in vno principio; & ideo, licet in ſeipſis multæ ſint: tamen in ſuo principio, in vnam coeunt, & in una continentur; vt plures animæ in una anima, ſingulæ leges creatæ habent diuerſa principia, & diuerſos fines: æterna vero & increata, principium & finem vnum. Quo modo intelligendus ſit Auguſtinus iam diximus. D

Lib. 3. cōr. cap. 7.

Ariſt. lib. 2. de anima.

A

An omnes leges deriuentur a lege æterna. Diſput. III.

LEGEM æternam eſſe vnam, & in ea tâquam in principio omnes
alias contineri, indeque manare, proxima diſputatione poſui-
mus; id an verum ſit, nunc explicandum proponimus, cum
res ſit maximi momenti, vt infra plane docebo. Quod au-
tem lex æterna non ſit omnium legum fons, his rationibus
demonſtro.

Primo, dantur multæ leges humanæ, quæ ſunt iniquæ & iniuſtæ, de qui- *Iſa. 10.*
bus loquendo Iſaias, ait, Væ qui condunt leges iniquas: at iſtæ non poſſunt
B originem ducere ab æterna: igitur ab ea non omnes manabunt leges: vt hic
omittam legem fomitis, quæ proculdubio non eſt a lege æterna. Secundo,
leges humanæ ſæpiſſime ſunt contrariæ, quia interdum prohibent id quod
aliquando conceſſerant, & contra, id ſtatuunt, quod alias damnauerant: at
lex æterna quæ eſt vna & ſimplex & immutabilis non poteſt eſſe contrariũ
principiũ: igitur. Tertio, lex humana iudicat non eſſe caſtigandos eos, quos
diuina caſtigat & punit; vt eum qui vxorem in adulterio comprehenſam oc *L. Graechus C ad*
cidit, & patrem, qui necauerit filium; vt in legibus Imperialibus patet; qui *leg. Iul. de*
cũ peccent: vt ex iure diuino conſtat, puniri deberent: ſimiliter lex humana *adul.*
permittit fornicarios impunes; at æterna non item: ergo. Quarto lex æterna *Can. inter*
& lex diuina, videntur eſſe vna & eadem; ergo vna non naſcetur ex alia. *hac 33 q. 2*
C Quoniam nullæ occurrunt citandæ ſententiæ, aut ponenda fundamenta: ad
poſitiones accedo.

Prima poſitio, lex diuina, quam vocant poſitiuam, quod nobis vltra le-
gem naturalem poſita ſit, manat a lege æterna, tanquam effectus quidam il-
lius. Doctrina eſt clara ex ijs quæ ſupra diſputata ſunt. Cum itaq; Deus
per lumen ſupernaturale in nobis aliquid per ſe, aut per ſuos miniſtros lo-
quitur, vt nos ad finem ſupernaturalem ducat, æternam legem nobis com-
municat, & notam facit: & hæc notitia pertinet ad legem diuinam. Vnde,
qui eam nobis tanquam miniſtri tradebant, ſæpe illud repetebant, Hæc di-
cit Dominus. Quod ſi loquamur de lege diuina, vt eſt in ipſo Deo, nõ ma
nat a lege æterna, a qua ſola ratione differt, cum æterna ſecundum ſuam ra-
D tionem latius pateat. Quare, lex diuina participata, ponenda eſt etiam in
mente diuina, quod aliqui non faciunt. Secunda poſitio, lex naturalis eſt
participatio quædam legis æternæ. Hanc poſitionem, his rationibus bre-
uiter confirmo. Primo auctoritate ſcripturæ qua dicitur, ſignatum eſt ſu- *Pſal. 4.*
per nos lumen vultus tui Domine, ac ſi Dauid ſuis militibus, quibus cum
loquebatur, clarum naturę lumen eis demonſtrando, dixiſſet, Honeſte vi-
uite, quandoquidem particulam quandam ſui æterni luminis nobis com-
municauit, igniculoſque quoſdam indidit Deus; per quos, quid agendum
ſit nobis videre licet: ac proinde, nemo ignorantiam excuſet. Et D. Ioan-
nes de eodem lumine quando ait, Illuminare omnem hominem venientem
in hunc mundum, non docendo, inquit Cyrillus Alexandrinus, ſed crean-

do. Deinde communi ſapientium auctoritate, qui de ratione humana loquentes, docent munus eſſe diuinum: idque ſępe & eleganter M. Tullius. Et cum in re verſer certiſſima, nihil eſt cur auctoritates multas ſubijciam. A

Tertia poſitio, lex humana iuſta, eſt participatio quædam legis æternæ. Primum hanc poſitionem confirmat hæc illuſtris eiuſdem æternæ legis ſententia, Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: quo fit vt Paulus veriſſime dixerit, Dei ordinationi eum reſiſtere, qui poteſtati reſiſtit: & Chiſtus Dominus, vt eſt apud Ioannem, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Deinde ex Auguſtino dicente, Nihil eſſe iuſtum, quod non ex æterna lege homines deriuauerint. Huc facit hæc præclara M. Tulij ſententia, Hanc igitur video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem, neque hominum ingenijs excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum; ſed ęternū quoddam, quod vniuerſum mundum regeret imperandi, prohibendique ſapientiam. Ita principem legem illam & vltimam mentem eſſe dicebant omnia ratione, aut cogentis, aut vetantis Dei: ex qua illa lex, quam dij humano generi dederunt, recte eſt laudata, & quæ apud ipſum ſequuntur. Præterea, quæ ratio vniuerſe concludit de omni lege, Omnis inferior bonitas deriuatur a prima bonitate, & omnis veritas a prima veritate, & in ſumma quidquid eſt tale per participationem pendet ab eo quod eſt tale per naturam: ergo etiam omnes leges a prima deriuabunt lege, quæ eſt æterna. Ad hæc, omnis voluntas & ratio humana, menſuratur a prima voluntate, primaque ratione, tanquam a prima regula: igitur & lex omnis quę a ratione & humana uoluntate dimanat a lege æterna, quæ eſt a ratione & voluntate diuina. Explico, hoc velle, eſt bonum, quia recta ratio hoc dictat: & propterea hæc ratio eſt bona, quia conformis eſt cum uoluntate diuina. B C

Rom. 13. Ioan. 19. Ioan. 1. Lib. 1. de lib. arb. c. 6.

Quarta poſitio, lex humana ducit originem ab æterna per legem naturalem ac diuinam. De naturali, his uerbis expoſuit M. Tullius, Quibus enim ratio natura data eſt, iiſdem etiam recta ratio data eſt: ergo & lex, quæ eſt recta ratio in iubendo & vetando, & ſi lex ius quoque. De diuina, quia multæ leges humanæ fluxerunt a lege diuina, vt ex titulis vtriuſque iuris cognoſcere licet.

Lib. 1. de leg.

Quincta poſitio, lex humana non ſolum deriuatur ab æterna, quia pendet a ratione humana ab ęterna lege donata, ſed etiam quia hoc ipſum quod humana lex ordinat, eſt præordinatum a lege diuina & æterna. Explico, duobus modis lex humana deriuatur ab æterna: primo, quia per æternam, ut dicebam, datur homini ratio, qua leges condere queat; ut igni tribuitur calor, quo calefacere poſſit: altero, quia id ipſum quod humana ratio quæ eſt veluti radius quidam rationis æternæ ordinat, eſt præordinatum a Deo per legem æternam: & hoc eſt, quod in hac poſitione doceo, & hūc in modum probo. Primo, diuina prouidentia eſt cauſſa omnium quæ ſub ipſa continentur: atqui ſub ea omnes humanæ leges continentur, eſtque illarum prima cauſſa. igitur. Secūdo, aliter ſe habet lex æterna ad leges malas, quam ad bonas: ſed ad leges malas concurrit ſolum dando arbitrium & poteſtatem: igitur reſpectu bonarum aliquid amplius præſtabit: id autē nihil eſſe poteſt D

aliud

A aliud,quam, quod eas ordinat, & efficit; igitur. Sexta poſitio,lex iniuſta
non deriuat a lege æterna,quæ tamen illam in finem aliquem ordinat.Do- *Par. 3. q.*
ctrina eſt Alexandri,quæ hunc in modum explicatur. Vt Deus non diſpo- *26. m.7.ar*
nit,vt homo peccet;ſed peccatum ab homine factum ordinat in bonũ com *tic.1.*
mune & in ſuam gloriam:ita non diſponit leges iniquas ab hominibus fa-
ctas,ſed eas in bonos fines dirigit. Prima pars huius poſitionis probatur,
quia lex iniuſta eſt peccatum:peccatum autem eſt prӕter ordinationem &
prouidentiam diuinam:igitur. Secunda patet, quia Deus ordinat malum in
bonum,vt inter alios Auguſtinus,& Boetius docent.Ex allata doctrina col- *Lib.2. cõt.* *li.4.de cõſ.*
ligeres,quam recte,& longe melius,quam alius quiſpiam Auguſtinus pec *Aug. lib.1.*
catum definiuerit,cũ dixit,Eſſe id quod eſt contra legem æternam;non con *de lib. arb.*
B tra virtutem,non contra legem Dei,non contra legem ſimpliciter,ſed con- *c 5.*
tra legem æternam;ut omnes complecteretur leges,& ipſam legum radicẽ.
Etenim, omnis lex tum naturalis, tum poſitiua, tum diuina,tum humana,
ideo eſt lex,quia congruit cum æterna lege, quæ eſt ipſa ſumma ratio Dei,
ac perfectiſſima regula. Neque eſt quicquam aliud quælibet vera lex,niſi
participatio & radius æternæ.

Ad primum,lex iniqua & mala non eſt uere lex, quod non ſolum Augu
ſtinus, ſed etiam M.Tullius docuit,Ex quo,inquit, intelligi par eſt, eos qui
pernicioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerint,cum contra fecerint,quam
pollicici, profeſſique ſint, quiduis potius tuliſſe, quam leges.

Ad ſecundum,non ſunt contrariæ humanæ leges cum ſunt iuſtæ: ſed il-
C læ,quæ ſecundum eaſdem temporum,locorum, & negotiorum circunſtan
tias inter ſe pugnant. Leges itaque humanæ mutari poſſunt; non tamen lex
æterna:quia Deus immutabiliter,pro temporum,& locorum, & aliarũ cir-
cunſtantiarum ratione uarias diſpoſuit leges, quæ in ſeipſis mutantur,non
autem in diſpoſitione diuina, ut patet in homine qui mane uarias res ordi-
nat,quas in curſu diei facit:& in medico,qui pro uarijs morbis uarias or-
dinat potiones. Ad tertium,ſolum probat legem humanam non diſpo- *Lib.22.cõ-*
nere omnia, ſed peruenire ad certum terminum: cui ſuperuenit æterna *tra Fauſt.*
quæ omnia digerit: verum in ijs, quæ ordinat, ab æterna non diſcrepat. *c.27.*
Quod attinet ad punitionem,lex æterna nõ iudicat illos homicidas puniendos
eſſe per legiſlatores ciuiles;ſed per ipſum primum legiſlatorẽ,cui mul
D tæ cauſſæ, ut ſupremo principi plene iudicandæ relinquuntur. Ad quar-
tum, patet ex dictis.

An res neceſſariӕ ſint æternӕ legi ſubiectӕ. Diſput. IIII.

CVM proprium cuiuſcũque legis munus ſit gubernare, & quæ
ſub lege ſunt ad aliquem finem perducere: quæreret nunc
aliquis, an ſicut omnes, leges ab æterna lege dimanant, ita
omnes res eidem legi ſint ſubiectæ; ita vt eius gubernatio ad
omnia pertineat. Et quoniam rerum duo ſunt, genera: alte-
rum neceſſariorum,alterum contingentium, quorum longe diuerſa eſt in
guber-

gubernatione ratio; ideo in hac re exponenda duas faciemus diſputatio- **A**
nes; unam de rebus neceſſarijs, alteram de contingentibus. Et quod neceſſa-
ria non ſint æternæ legi ſubiecta, ſic probo.

Primo, ea ſub lege continentur, quæ aberrare a fine poſſunt; cuiuſmodi
non ſunt res neceſſariæ, quia neceſſario in ſuos fines tendunt: igitur. Secū-
Ariſt. li. 3. Eth. do, leges pendent a conſilio & deliberatione: at de neceſſarijs non eſt con-
ſilium nec deliberatio; igitur neceſſaria non cadunt ſub legem. Confirma-
Lib. 6. Eth. tur, lex æterna eſt quædam prouidentia, ſiue prudentia: prudentia autem, ex
Ariſtotele, eſt recta ratio eorum quæ aguntur, contingentium nimirum: er-
go. Tertio, ea reguntur lege, quæ cognoſcunt finem, & quæ legis promul-
gationem poſſunt percipere; cuiuſmodi non ſunt res naturales & neceſſarię;
quia, ut Ariſtoteles ſcriptum reliquit, ea legi parent, quæ ſunt rationis capa- **B**
cia: igitur. Quarto, vniuerſales rerum veritates, vt hominem eſſe animal,
canem eſſe latrabilem, inter duo & quattuor eſſe proportionem duplā, ſunt
neceſſariæ & immutabiles reſpectu cuiuſcunque potentiæ, ac proinde dicū
tur æternæ, & fuiſſe antequam mundus eſſet: igitur nulli legi ſubijciuntur.
Poſtremo, perſonæ diuinæ, voluntaſque diuina, ac etiam diuina attributa
non ſubijciuntur legi ætrnæ, & tamen ſunt neceſſaria: igitur. In hac dubi-
tatione, quæ eadem eſſe videtur cum illa, de prouidentia diuina uarios
dicendi modos adnotare licet, qui in diſputatione de prouidentia notantur.

Primus eorum qui dixerunt Deum nullam habere rerum procurationē:
quo fit, vt nullę res creatæ æternæ ſubdantur legi: ita Epicurus, Democritus,
Leucippus, & alij. Secundus aliorum, qui dicunt, diuinæ prouidentiæ & **C**
æternæ legi ſolum æterna eſſe ſubiecta, non ea quæ corruptioni ſunt obno-
Lib. 5. Stro. xia: quam opinionem quidam tribuunt Ariſtoteli, vt Clemens Alexandri-
lib. 6. de curan. nus, Theodoretus, Euſebius, & Ambroſius. Tertius aliorum qui exiſtima-
runt diuinam prouidentiam pertinere etiam ad res ſublunares; ſed tamen,
Lib. 1. offi. cap. 13. ſolum ad rerum ſpecies, non ad res ſingulas: ita Auenroes, & Alexander; in
Lib. 2. q. nat. c. 21. quam ſententiam trahunt Ariſtotelem. Quartus Rabbi Moſis, qui conceſ-
ſit gubernationem diuinam attingere etiam indiuidua, exceptis hominibus.
Li. 12. met. com. 37. Quinctus, Stoicorum, qui conceſſerunt rerum omnium prouidentiam, ſed
omnia neceſſario adminiſtrari putarunt: quam opinionē Ioſephus Eſſenis
Li. 13. ant. cap. 9. tribuit. Sextus Auicennæ, qui omnium rerum curam in Deo agnouit; quā
non per ſe, ſed per intelligentias exercet: idem Timæus Locrus ſenſiſſe uide- **D**
tur, in ſuo de vniuerſitate libro. At vero Manichæi, duplicem poſuere pro
uidentiam: vnam malo, alteram bono principio tribuerunt. Hæc de opi-
nionibus, plura in tractatione de prouidentia, de qua varios auctores in li-
bro ſexto Introductionis ad Theologiam citaui, quos conſulere Lector po-
terit; quibus adde nouum ſcriptorem, Lactantium Domaninum Carmelitā.
Catholica ſententia eſt, omnia neceſſaria creata eſſe æternæ legi ſubiecta.
Verum, eſt aliqua dubitatio de neceſſarijs æternis, vt de perſonis & volunta
te diuina. Quod attinet ad perſonas, Hilarius, libro de ſynodis, quaſdam ad-
ducit conciliorum determinationes, quibus ſignificari uidetur filium, etiā
ſecundum naturam diuinam, eſſe ſubiectum Patri. Primo igitur, inquit. Nō

ex æqua-

A exæquamus,vel comparamus filium Patri, ſed ſubiectū dicimus; vbi loquitur de Filio ſecundum naturam diuinam. Secundo, ſi quis, ait, Christum ante omnia ſęcula Filium Dei in rerum creatione Patri obſequutum non confitetur, anathema ſit:obediuit, ſubiectus igitur. Huc accedat, quod multi Patres, & nonnulla Concilia, hanc Chriſti ſententiam, Vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt, intelligunt, ſecundum naturam diuinam: ſecundū quam, ſi eſt minor profecto ſubiectus. De voluntate, ideo diuina voluntas videtur eſſe legi ſubiecta, quia dirigitur ab intellectu diuino: at dirigi eſt eſſe ſubiectum:igitur. Vt hæ duæ dubitationes quæ ſunt magni momēti explicentur, duo ponam fundamenta. *Ioa.14.*

Primum, duobus modis, vt adnotauit Alexander Alenſis, poteſt intelligi *Par. 3.q.*
B Filium eſſe ſubiectum Patri:altero ſecundum veram ſubiectionem, ob naturam inferiorē, quā ei attribuebant Ariani; & hæc ſubiectio nulla ratione vlli diuinæ perſonæ tribuenda eſt:altero modo, poteſt dici ſubiectus, & nō æqualis, aut minor Patre, ob eam cauſſam, quod quæ habet, a ſe non habet, ſed a Patre, qui a nullo habet; vnde aliquando dixit. Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſoque, vt denotetur, Filium eſſe quidem verum Deum, ſed non ſicuti Pater; ita vt illa particula, ſicut, deſignet ſimilitudinem modi, non autem naturæ. Dicitur ergo Filius ſubiectus Patri, tanquam ei a quo habet naturam, quæ tamen eſt eadem cum illa quam Pater habet. Dicitur fuiſſe obſequutum Patri in creatione quia Pater a ſe habet, quod creet, Filius vero a Patre, a quo accepit omnipo- *28.m.8. ar.2.* *Ioa.5.*
C tentiam, per quam creat:quæ eſt idem cum natura a Patre accepta. Ideo aliquando aiebat, ſe nihil poſſe ſine Patre, cum eodemque operari. Cum itaq; Pater & Filius dicuntur aliquid efficere, Filius ſe habet vt habens virtutem a Patre, per quam agit. Declarant aliqui hanc doctrinam per illud, quod in ſacra Geneſi legitur, Pluit Dominus a Domino id eſt Dominus Filius habet quod minat ignem ſuper Sodomā, a domino Patre. Cæterū aliqui iuxta phraſim hebraicam, alio pacto hunc locum exponerent. Ex quibus conficitur, male eos loqui, qui dicunt Filium ex obediētia aſſumpſiſſe humanā carnem:quoniā, vt Deus eſt, ei non conuenit obedire; cum obedientia inferiori conueniat perſonæ. Sano itaque modo auctoritates illæ accipiendæ ſunt. *Ioan.5.* *Cap.19.* *Cōc. Syrm.*

Secundum fundamentū, in quo explicabitur alia difficultas de voluntate
D diuina; quæ duobus modis conſiderari poteſt: primo ſecundum ſe, vt eſt talis potentia, aut actus in Deo exiſtens: altero ratione obiecti & rei quā vult. Si priore cōſideretur modo, non ſubijcitur legi, vel intellectui diuino, quaſi ab illo dirigatur, ſicuti voluntas noſtra a ratione dirigitur: Si ſecundo, voluntas diuina poteſt dici rationabilis, hoc eſt, poteſt reddi ratio eius quod vult, cum vnum propter aliud velit. Quare vt unum diuinum attributum eſt ratio alterius, ita diuina ſapientia eſt ratio diuinæ uoluntatis. Vt hæc doctrina melius intelligatur, nota humanam uoluntatem in eo priuatim differre a diuina; quod illa eſt ſubiecta rationi, ut dirigenti; ita ut non dicatur recta, uel bona ex eo tantum quod bonum uelit, ſed ex eo quod bonum quod appetit, eſt cum ratione conſentaneum: quo fit, ut non ſit ſibi regula bonitatis

actus;

actus; cum in hoc a ratione pendeat; alias enim nemo uolendo peccaret. At A
diuina, eſt ſibi ipſi regula, & quod ipſa uult, id bonum eſt: & ita non eſt ſubiecta intellectui dirigenti. Atque idem dicas de libertate: liberum arbitrium humanum facit id, quod uult, ſed non ita libere, quin in multis faciat quod Deus uult: Deus uero ita libere uult, ut non uelit quod alius uult. Allati diſcriminis ratio hæc aſſignari poteſt: quia humana uoluntas ſequitur intellectum, táquam regulam extra ſe poſitam; diuina uero eſt ſibi regula, & illud eſt rationi conſeutaneum quod diuina uoluntas uult. Accedat etiam, quod Dei uoluntas eſt prima cauſſa, & ita a nulla alia re poteſt pendere. His notatis, de re propoſita ſic ſtatuo.

Prima poſitio, neceſſaria æterna, non ſunt æternæ legi ſubiecta. Eſt doctrina fide tenenda, quam communis confirmat doctorum ſententia: ita Alexander Alenſis, D. Thomas, & cæteri Scholaſtici, quam hæc ratio corroborat. Quia lex æterna eſt idem cum natura diuina, cum qua idem ſunt omnia, quæ in diuinis exſtunt. Quare nullo modo dici poteſt, Deo, uel perſonis diuinis eſſe impoſitam legem, cum lex æterna ſit ipſa Dei infinita ratio & ſapientia. Vnde ſano modo intelligendum eſt, quod dici ſolet, Deum ſibi legem imponere ſuis promiſſionibus: ſicut etiam citatæ auctoritates, modo ni mirùm explicato: quas alij de Filio ſecúdum carnem, alij de Chriſto in ſuis membris intelligunt. Vt omittam, quod ſumptę ſunt ex Concilio Syrmienſe magis tolerato, quam approbato, congregato ab Imperatore, qui Arianis fauebat; in quo fuerunt multi Ariani: & quoſdam habet canones, qui non B
Li. 2. c. 17. bene ſonant. De quo Concilio meminerũt Socrates, Nicephorus, & Tripar- C
Lib. 9. titæ hiſtoriæ auctor. Secunda poſitio, omnia neceſſaria creata ſubduntur le-
Li. 4. c. 24. gi æternæ. Doctrina eſt certa fide tenenda; quam hæ confirmant rationes Primo, ipſius æternæ legis auctoritas, quæ ait, Quando præparabat cœlos aderam: quando certa lege gyro vallabat abyſſos: vbi de cœlis & elementis
Prou. 8. fit mentio. non ſolum igitur neceſſaria incorruptibilia, ſed etiam quæ ſunt mutationi obnoxia: Et alio loco, Sapientia firmauit terram, & ſtabiliuit cœ-
Ariſt. 12. los prudentia. Idem confirmares auctoritate omnium Philoſophorum, qui
Met. t. 24. faciunt Deum cauſſam efficientem omnium: & Ariſtoteles vnum agnouit
Li. 8. Phyſ. motorem, a quo omnia mouentur & conſeruantur. Omitto hic Platonem, Tullium, & alios humanæ ſapientiæ antiſtites. Secundo, Deus creauit res neceſſarias, ergo eas gubernat, & per debitas facultates eis tributas ad ſuos D
perducit fines: ergo ſubſunt eius æternæ legi. Poſtremo, confirmabitur ex ijs, quæ ſequenti diſputatione dicentur. Tertia poſitio, non omnia creata ſubijciuntur humanæ ſiue createę legi. Quia nec Angeli, nec alia creatura efficit oĩ: & cum iſta poſitio ſit certiſſima, nihil eſt cur pluribus demõſtretur.

Ad primum, quamuis neceſſaria vi ſuæ naturæ aliter ſe habere non poſſint: tamen quia pendent a nutu diuino, ideo ſe aliter habere poſſunt, vt accidit ſoli, cum ad iuſſum diuinum ſtetit, & mari cum a loco ſuo receſſit, ideo ſub lege æterna eſſe dicuntur: vnde aliqui Theologi in creaturis neceſſarijs ponunt potentiam, quam obedientialem vocant, reſpectu omnipotentiæ diuinæ. Neceſſaria igitur pendent a diſpoſitione diuina, vt in ſua natura conſeruentur,

A ſeruentur,& ita agant,vt lex diuina ſtatuit. Huc facit locus pſalmi,qui totus eſt de prouidentia diuina. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuã, non inclinabitur in ſæculum ſæculi. Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius:ſuper mõtes ſtabunt aquæ,ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui formidabunt. Ad ſecundum, neceſſaria non ſubſtant diſpoſitioni humanæ,ideo de illis non eſt conſilium,neque lex humana; diuina autẽ eſſe poteſt:vnde patet etiam ad confirmationem:Ideo ſapiens dixit,Tua,Pater prouidentia omnia gubernas. Ad tertium,falſum eſt ſolum ea lege diuina gubernari quæ cognoſcunt finem: quomodo autem omnibus lex æterna ſit promulgata, ſupra expoſuimus, & omnes creaturæ, ſuo modo, ſunt legis æternæ capaces. Ad quartum,aliqui dicunt,hominem,exempli gratia,eſſe *Pſal. 103.* *Sap. 14.*

B animal rationale, eſſe ens rationis, quod eſt falſum, cũ ſit perfectio & ſubſtantia quædam: alij eſſe veritatem in mente diuina,& ideo non ſubdi æternæ legi:ſed contra,quia non eſt aliquid Dei,ergo aliquid extra Deum: alij, concedunt eſſe aliquid æternum,& eſſe ſubiectum æternæ legi: quia quod homini conueniat eſſe rationale, factum eſt diſpoſitione diuina: licet Deus circa hanc veritatem nihil valeat immutare:Deus enim non mutat eſſentias. Neque hominem eſſe animal rationale, proprie eſt aliquid in Deo, vel extra Deum,ſed nihil eſt,antequam homo producatur:iſta enim diſtinctio eſt rerum exiſtentium: quare,ſi homo erit, erit aliquid extra Deum. Ad vltimum,patet ex fundamentis. *Medin.*

C *An contingentia ſint æternæ legi ſubiecta.* *Diſput. V.*

EORVM quæ contingunt duo ſunt genera; alia ſunt in rebus quæ ratione & libertate carent,alia in humanis actionibus, & de vtroque genere hac vnica diſputatione agemus. Quod res quæ ratione carent nõn ſint æternæ legi ſubiectæ ſic probo. Primo,Paulus aliquando dixit, Nunquid Deo eſt cura de bobus?quaſi dixiſſet,minime:non igitur ſubſtant æternæ legi: atque idem diceres de rebus ſimilibus. Secundo, ſi res naturales,in quibus cernitur contingentia,ſubeſſent æternæ legi,non admitterent monſtra,quæ tamen in illis ſæpe contingunt:igitur. Deinde idem probo de actionibus humanis.

D Primo,peccata ſunt contra legem æternam; ergo non ſubſtant legi æternæ: nam,ſi cum ea conſentirent,non eſſent peccata.Secundo, vt iuſti aguntur a diuino ſpiritu,ita iniqui ab iniquo, qui dicitur huius mũdi princeps, & a prudentia carnis, quæ eſt inimica Deo: non igitur omnes a lege gubernantur æterna. Tertio,peccator poteſt facere contra Dei præſcientiã, quia præſcitus ſaluari poteſt; & Deus ipſe faciẽdo miracula peruertit legis æternæ ordinem:non ſunt igitur huic legi omnia ſubiecta.

In hac diſputatione, cum non ſit nobis propoſitum facere integram tractationem de prouidentia diuina, quæ adnotari poſſent, omittemus, & ad poſitiones accedemus: cum nunc ſatis ſit, breuiter oſtendere quomodo res omnes legi æternæ ſubſint.

Prima

Prima poſitio, omnes res naturales contingentes rationis expertes continentur ſub lege æterna. Eſt doctrina certa fide tenenda, quam non modo diuina, ſed etiam communi hominum doctiſſimorum ſententia probare liceret, ſi quis vellet. Huc faciunt teſtimonia ſupra allata, quorum aliqua vniuerſe demonſtrant omnia æternæ legi, diuinæ ve prouidentiæ eſſe ſu- A
Pſal.103. biecta. Ad quæ accedant quæ de auium cura, de florum ornatu dixit Chriſtus ſermone in mõte habito, & hic illuſtris Dauidis locus, Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ. Potabunt omnes beſtiæ agri, expectabunt onagri in ſiti ſua, & quæ ſapientiſſime & diſertiſſime ſequuntur. Et M.Tullius. Das ne igitur, hoc nobis Pomponi,
Lib.1. de leg. (nam Quincti noui ſententiam) deorum immortalium ui, natura, ratione, poteſtate, mente, numine, ſiue quod eſt aliud verbum, quo planius ſignificem quod volo, naturam omnem regi? nam ſi hoc non probas, ab eo nobis cauſſa ordienda eſt potiſſimum, & alio loco, Quod cum ſummos Deos eſſe concedamus, eorumque mente mundum regi, & eorundem benignitatem hominum conſulere generi, & poſſe nobis ſigna rerum futurarum oſtendere, &c. Ad hæc, multo magis res mutationi obnoxiæ egent gubernatione, quam neceſſariæ & incorruptibiles: at hæ ſunt æternæ legi ſubiectæ: igi- B
Sap.11. tur & illæ. Poſtremo, lege ſiue ſapientia æterna facta ſunt omnia, in nume-
Li. de nat. boni.c.3. ro pondere & menſura, vel cum modo, ſpecie, & ordine, ut Auguſtinus docet: ergo omnia illi ſunt ſubiecta. Secũda poſitio, humanæ actiones ſunt æter-
Prou.8. næ legi ſubiectæ. Primum hæc doctrina, quę eſt certa fide tenenda, patet ex illa ſępe citata ęternę ſapientię auctoritate, qua dicitur, Reges per eam regnare, & iuſtas leges ſtatuere; & ex tota Chriſti concione in monte habita: C
vbi conficit argumentum ſumptum a loco minorum: ſi Deus curam habet auium & florum, multo magis hominum: qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: qui capitis capillos numeratos habet. Deinde accedat ratio, quia ſi quid curę rerum mortalium Deus habere debet, maxime hominum, ut qui proxime ad diuinitatem accedunt, & ob multas cauſſas magis diuina egent procuratione: qua ſi deſtituti eſſent, nihil in hac rerum vniuerſitate reperiretur homine infelicius. Denique hanc veritatem, quam pro fundamento poſuimus, multis bonorum ſcriptorum locis contra impios homines confirmare poſſem: ſed uno, vel altero ero contentus. Horatius qui aliquando cum
Lib. 1. ode 24. Epicureis fuit, eorum impietate reiecta, hanc memorabilem ſententiam litteris commendauit. D

Valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus
Obſcura promens.

Item alius,

Calphur. *Deus ipſe canatur,*
Qui populos vrbeſque regit, pacemque togatam.

Item alius,

Iuuen. Sat.10. *Nam pro iucundis aptiſſima quæque dabunt dij*
Carior eſt illis homo, quam ſibi.

Tertia

A Tertia poſitio,tribus modis homo ſubſtat æternæ;legi per modum actionis,paſſionis,& cognitionis. Primo modo,prout habet a Deo uim naturaralem per quam ſuas operationes exercet; vt & aliæ creatæ res: altero vero, pro ut a Deo ob perpetrata ſcelera punitur: poſtremo, prout cognoſcit ea quæ ipſi Deus præſcripſit,ſeque dirigit,in finem. Vnde colligeres, hominem diuerſa ratione eſſe legi æternæ ſubiectum, quam ſint ea quæ ratione carent:quæ diriguntur & aguntur in finem,vt ſagitta in ſcopum;homo vero ſeipſum quoque agit. Quarta poſitio,mali quantum ad actionem & cognitionem imperfecte legi æternæ ſubſtant. Quantum ad actionem quidem, quia ea virtus quam acceperunt a Deo ad bonum peragendum, minuitur propter peccatum:quantum ad cognitionem, quia lumen naturale quo lex
B diuina cognoſcitur,obtenebratur peccato; ideo lex naturalis in lege diuina repetenda fuit.

Quinta poſitio,boni perfectius ſubſtant æternæ legi,quam mali, ratione actionis,& cognitionis. Quia habent ſupernaturale auxilium gratiæ, quo maxime inclinantur ad bonos actus, ac etiam lumen ſuper naturale, quo longe melius agenda cognoſcunt, & tanquam filij Dei, ſpiritu diuino aguntur. Qui ideo ſub lege non eſſe dicuntur, quia non ex timore, ſed ex amore legem ſeruant.Sexta poſitio,quo mali minus ęternę legi quoad actionem & cognitionem ſubduntur, eo magis ſubijciuntur quoad paſſionem. Nam,quo peius agunt,eo magis puniuntur: & quo magis vnam legis æternæ partem fugiunt,eo magis in alteram incidunt;hoc eſt,dum fugiunt legē *Anſli.cur Deus homo cap 15.*
C præcepti,incidunt in legē pœnæ;& ita ab vna voluntate recedentes, in aliā incidunt:ſicuti homo,cui neceſſe eſt eſſe ſub cœlo, quo magis ab una parte recedit, eo ad aliam magis accedit. Huc pertinet illud Dauidis, quo ibo a *Pſal.138.* ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum illic es, ſi deſcendero in infernum,ades. Septima poſitio,damnati & beati ſunt ſub lege æterna:illi quantum ad conſeruationem pœnæ,hi quantum ad conſeruationem gloriæ. Ratio huius poſitionis ea eſt,quia per eandem vim res aliqua tendit in finem,& in fine conſeruatur:quare,cum vtrique in hos fines per legem ęternam peruenerint,in eiſdem per eandem conſeruabuntur. Siquis quędam ſanctorum patrum loca conſulere vellet, de prouidentia Dei erga res naturales,legat Gregorium lib.5. moralium, Auguſtinum in lib.15. de *Cap.25.*
D ciuitate Dei,Origenem hom.3.in Geneſim,& D.Thomam lib.3.contra gentes. De prouidentia erga hominem, legendus eſt Dionyſius de diuinis nominibus,Iuſtinus in quæſt.ad Orthodoxos: Chryſoſtomus in hom.8: & 9. ad populum Antiochenum,Theodoretus hom.8.de prouidentia, Damaſcenus lib.2. de fide. Lanctantius lib. 5. Ambroſius in apologia de Dauide, & lib.1.officiorum,Tertullianus lib.de præſcriptione, Boetius lib.5. de conſolatione,Hieronymus in Abachuc,& Gregorius Nyſſenus lib.de prouidētia. Sed peteres, an aliquis eximi poſſit ab obligatione legis æternæ? Reſpondeo, dupliciter intelligi poteſt,quod aliquis eximatur, primo, quod certo tempore & circunſtantijs ex hac lege teneatur aliquid facere,ſed alijs circunſtantijs poſitis non teneatur; & ſic poteſt eximi, lege permanente in *Cap.9.14. Cap 74. Cap.8. Cap.ult. Cap 22. Cap.13.*

Deo.

Deo. Secundo, quod eximi ſit hominem debere facere, eo tempore & circunſtantijs, quibus poſitis prius ex dicta lege deberet idem facere; & hoc pacto, nemo poteſt eximi. Quia, ſi his poſitis non deberet facere, Deus ei non præſcripſiſſet: quia ſi præſcripſiſſet, & poſtea eum liberaret, Deus mutaretur; & fruſtra mutaret, quod præuiderat futurum. Ex dictis infero veram & catholicam doctrinam, Omnes res creatas, neceſſarias & contingentes, vniuerſe & priuatim æternæ legi ſubiectas eſſe; cum cauſſæ vniuerſalis vim, nulla res effugere, & præter eius ordinem efficere nihil poſſit. Illud etiam inferre licet, ac ab omnibus inferri debet, quanta cum reuerētia omnes iuſtæ leges ſuſcipiendæ eſſent, & quanto cum ſtudio ſeruandæ; cum ſint æternæ legis, & diuinæ voluntatis decreta. Nam, ſiquis perſuaſum haberet, aliquid priuatim ſibi a Deo præcipi, in eo exequendo, nō modo delectationē quandam ſentiret, ſed etiam inde nonnihil honeſtæ gloriæ caperet: non ſecus ac facere homo idiota, ſi Regis ſibi commiſſum negocium, datum ve præceptum exequeretur. Et ſane, quid poteſt dici aut excogitari magnificentius atque illuſtrius, ſuauiuſque, quam dicere, Mandata Dei exequor, æterni Principis iuſſa facio. Denique ex dictis intelligi poteſt, quantum æternæ legi debeamus, cum quidquid eſt commodi in hac rerum vniuerſitate, ei acceptum referri, ac proinde ſummis laudibus perpetuo a mortalibus celebrari debeat. A B

Ad primum primi ordinis, non eſt tanta cura Deo de bobus, vt de hominibus, & ideo legem illā de ore boui non alligando, hominum cauſſa tulit. Ad ſecundum, monſtra non ſunt præter intentionē auctoris naturæ, & dum a ſuo fine particulari, atque adeo a lege æterna exorbitant, in eādem legem incidunt, ut alium finem conſequantur ab eadem lege in particulari caſu, determinatum. Et ne natura fruſtra agat, vel ab agēdo ceſſet, cum perfectam rem efficere nō poteſt, quaſi per parecbaſim, ideſt excurſionem, & digreſſionem, rem imperfectam procreat. Ad primum ſecundi ordinis, peccata ſubſtant æternæ legi, eique conſentiunt, quantum ad punitionem, ut diximus. Rurſus addo, quod licent non ſubſtent formaliter, ideſt vt ſunt voluntariæ tranſgreſſiones; tamen materialiter, ut ſunt peccati pœnæ, & priuationes honeſti boni, & vt a Deo iuſte permittuntur, cōcedendum eſt cadere ſub legem æternam: eſt enim ſua ſibi pœna omnis inordinatus animus, ex legis æternæ ordinatione. Ad ſecundum, nemo agitur a malo ſpiritu per modum gubernationis & legis, & cum tyrannice in quoſdam regnet, quæ proponit, non ſunt ueræ leges: ſicuti nec quæ prudentia carnis ſuadet, quæ, licet ſit inimica Deo quantum ad actionem, eſt tamen ei ſubiecta quantum ad pœnam. Ad ultimum, dicitur præſcitus poſſe facere contra Dei præſcientiā in ſenſu diuiſo, ideſt ſeparata ab eo præſcientia, qua præuidetur eum tādem cum ſua libertate ex hac uita cum peccato migraturum, non autem in ſenſu compoſito; quia hoc pacto conſideratus, neceſſario damnabitur, ſed non ſimplici neceſſitate. Quod attinet ad miracula, Deus æterna ſua lege multa ſibi reſeruauit, quæ vltra naturæ, ordinarium curſum ageret. C D

Ariſt. 4. de gen. anim. cap. 4.

Aug. 1. cōf. cap. 12.

An

A

An legi æternæ conueniat mala permittere. *Diſput. VI.*

VT adhuc multo melius intelligamus, an res omnes legi ſubijciantur æternæ, propoſitam difficultatem examinandam duximus: ex cuius explicatione intelligetur, an ſit cuiuſcunque legis effectus, mala permittere. Quod autem lex æterna nihil mali permittere debeat, his rationibus ſuadetur.

Primo, lex æterna eſt ſumme bona & potens: igitur nihil debet permittere mali: conſequentia patet, quia ſummum bonum excludit omne malum per ſuam omnipotentiam. Confirmatur, quia ſapientis eſt rectoris non ſi-
B nere labi eum quem ſuſtinere poteſt. Secundo, Deum permittere mala fieri, idem eſt, ac non dare nobis auxilium, quo mala vitemus; ſine quo, certo ſcit, nos peccata cauere non poſſe: at ſi Deus negaret nobis auxilium, cogeret nos ad peccandum; non ſecus ac ſi quis alicui præciperet vt videret, & eum lumine priuaret; non permittit igitur. Tertio, voluntati Dei nemo poteſt reſiſtere: ergo ſi Deus uult permittere mala fieri, non poterunt non fieri: neceſſario igitur fient. Quarto, qui peccat, contra Dei voluntatem peccat: igitur peccatum fit Deo nolente, non Deo permittente: quia, quod ex voluntate permittitur, non eſt voluntati contrarium. Quincto, ſi lex diuina vult peccata permittere: igitur qui peccata perpetrat, nihil peccat; quia legis auctoritate ſe tueri poteſt, cum Deus peccata fieri uelit. Quod ſi dicas, nõ vult
C fieri; igitur vult fieri: ſunt enim iſta cõtradictoria, quorum alterum neceſſario eſt verũ. Poſtremo, Deus, ſaluo libero arbitrio, potuit nullum peccatum permittere, idq; melius fuiſſet, quia nemo damnatus eſſet, ſed omnes beatitudinem adepti fuiſſent & perpetuo Deum celebraſſent. Quare peccatorum permiſſio non eſt cuiuſque legis effectus.

In hac difficultate, quæ rudium hominum interdum mentes turbare ſolet, nullæ occurrunt citandæ ſententiæ; vnde vno vel altero poſito fundamẽto, quid tenendum ſit, paucis docebo.

Primum fundamentum, duas voluntates Theologi in Deo agnoſcunt, vnam propriam, quæ nihil aliud eſt, quam actus diuinus, æternus, & immutabilis, quo Deus aliquid vult; quem actum voluntatem beneplaciti vocãt:
D de qua intelligitur illud, Omnia quæcunque voluit fecit: alteram impropriam, quæ per Metonymiam dicitur voluntas, cum res uolita ſumitur pro voluntate; vt cum dicitur, Fiat voluntas tua, ideſt, quod præcipis, quod eſt tuæ voluntatis indicium: quam, voluntatem ſigni nominant. Hæc voluntas diuiditur in præcipientem, quę pręceptis affirmantibus declaratur; vt cum dicitur, Honora parentes: in prohibentem, quæ præceptis negantibus manifeſtatur; vt, cum dicitur, Non occides: in dantem conſilium, quæ conſilio explicatur; vt, ſi uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia: in permittentem, ut cum dicitur, Ad duritiam cordis ueſtri ſcripſit, hoc eſt ſcribendo permiſit uobis præceptum illud: & in efficientem, quæ ex eo cognoſcitur, quod uideamus Deum aliquid efficere. Quo loco, notandum eſt, uo-

Mat. 5. *Mat.* *Mar. 10.*

[*Sec.1 ſen. d.47 q.1.*] luntatem permittentem non eſſe aliquem actum realem, & poſitiuum in A
Deo, ſed ſolùm negationem actus, id eſt, nolle impedire malum. Nam om-
nis actus poſitiuus eſt, aut velle, aut nolle; ſi pmittere eſſet velle, Deus vellet
malum: ſi nolle, nihil mali fieret: erit igitur negatio actus. Et licet quod per-
mittitur non cadat ſub voluntatem diuinam, ipſum tamen permittere, ma-
xime; eſt enim volitum a Deo. Ex quibus colligeres, velle mala fieri, & non
velle mala fieri, non eſſe contradictoria, quia inter iſta datur permiſſio: licet
mala fieri, & non fieri ſibi contradicant. Quare, non eſt vera, hęc propoſitio,
Peccatum fit aut Deo volente, aut nolente: quia deeſt aliud membrum, Ma-
la fieri Deo permittente. Vnde ſano modo intelligendum eſt quod aliquan-
[*Epiſt. 96.*] do dixit, Auguſtinus, quem ad ſuum errorem confirmandum pro ſe citant
hæretici. Bonum eſſe mala fieri, Deo nimirum permittente, non agente & B
volente: quod eſt per accidens bonum, coniunctum cum aliquo quod eſt
bonum per ſe. Mala enim nihil per ſe afferunt boni, aut ornamenti cæteris
[*Lib. 3. de lib. arb c. 11.*] rebus: Sed ordinata a Deo, & ſuo loco poſita, faciunt vt res bonę magis emi-
neant, vt idem Auguſtinus alibi docet.

[*Orig. lib. 7. cont. Celſ.*] Secundum fundamentum, dubitari ſolet, an mala, præſertim peccata, ca-
dant ſub prouidentiam diuinam, quod aliqui minus recte negarunt. Sunt
autem mala quæ ſub diuinam prouidentiam cadere poſſunt, vel naturæ, vt
defectus qui contingunt in rebus naturalibus: vel morum, vt ſunt quæ acci
dunt in vita humana; quæ, uel ſunt mala pœnæ & damni, vel culpæ: & de
omnibus quæri poteſt, an ſint a Deo permiſſa. Cæterum, ſolum mala culpæ,
uere mala cenſenda ſunt; cum, ut ait Tullius, Nihil ſit magnum malum præ C
ter culpam: ac proinde de hoc genere, eſt priuata difficultas. Cur autem om
nia iſta mala a lege æterna cunctas res ſapienter ordinante permittantur, in
poſitionibus docebo.

Prima poſitio, omnia mala, cadunt ſub legem æternam ſiue diuinã pro-
uidentiam, ut in aliquem finem ordinẽtur. Doctrina eſt certiſſima: quia alias
male permitterentur, niſi per prouidentiam in aliquod bonum ordinaren-
[*Aug. lib. 3 de lib. arb c. 9.*] tur, & ex illis aliquid boni colligeretur. Secunda poſitio, cõuenienter Deus
permittit mala naturæ, ut corruptiones & defectus in rebus quibuſdam.
[*Lib. 1. de ord. ca 7.*] Primum, vt earum natura conſeruetur, quæ eſt huiuſmodi, ut deficere poſ-
ſint. Deinde ad conſeruationem boni vniuerſi; & ita corrumpuntur indiui-
[*Alb. mag 2. p: ſum. tract. 11. q. 62.*] dua, & imperfecta, vt conſeruentur ſpecies, & quæ ſunt perfectiora. Deniq; D
ad perfectionem vniuerſi, quæ eſſe non poteſt ſine rebus contingentibus,
quæ aliqua parte deficiunt. Tertia poſitio, conuenienter Deus permittit ma-
[*Hug. de S. Vict. 1. de ſac. p. 4. c. 6.*] la pœnæ: Hanc veritatem, quam omnes mortales perſuaſam omnino habe-
re deberent, late probare poſſem: ſed breuiter quaſdam cauſſas recenſebo;
plura qui velet, alios conſulat.

[*Iuſt. Mart. q. 124.*] Prima, ad fidei & ſpei quę eſt de futuris bonis confirmationem: quia dum
hic, boni præſertim, varijs malis premuntur, de futuris bonis certiores red-
[*Ser. ad Tat.*] duntur. Secunda, quia ſunt veluti morborum animi medicamenta; vt prę-
ter alios ſcriptum reliquit Triſmegiſtus, ac etiam Simplicius in Epictetum.
[*Cap. 26.*] Tertia, quia non ſunt vere mala, ſed potius maxima Dei munera, quibus

Deus

A Deus ſibi cariores ornare ſolet. Quarta, quia abducũt animum a caducarum *Hen. Har-*
rerum appetitione, dum ad eas eum adhæreſcere non ſinunt. Quincta, ſunt *ph.*
ampliſſima materia meriti, vt inter alios in ſuo aplogetico docet Tertullia- *Pontian.*
nus. Sexta, vt aditus pateat ad maiores & heroicas virtutes: tunc enim maior *Pap. epiſt.*
eſt frugum copia, quo actiora præceſſerint frigora. Septima, ſunt ſatisfactio- *decr. t.*
nes pro peccatis, vt oratione de paupertate Gregorius Nazianzenus adno- *Emus lib.*
tauit. Octaua, vt virtus probetur, & alijs exemplum detur; quam ob cauſſam *7. c. 40.*
priuatim Iobus varijs fuit cruciatibus affectus. Nona, quia conferunt ad hu- *Lege Idio-*
militatem omnium virtutum conſeruatricem augendam & conſeruandam. *tam lib. de*
Poſtremo, ad gloriam Dei manifeſtandam. *pæn.*

Quarta poſitio, omnia peccata quantumuis enormia, ſunt Deo permitten-
B te. Hanc veritatem in Enchiridio ſapienter expoſuit Auguſtinus, cum dixit, *Cap. 95.*
Nec dubitandum eſt, Deum facere bene, etiam ſinendo fieri quæcunq; fiunt *& 96.*
male. Et profecto bonum eſt omne, quod iuſtum eſt. Quamuis ergo ea quæ
mala ſunt, inquantum mala ſunt, non ſint bona: tamen, vt non ſolum bona,
ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Nam niſi eſſet hoc bonum, vt eſſent & ma-
la, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono. Quincta poſitio, con-
uenienter Deus permittit malum culpæ, ſeu peccata fieri. Primum, vt con-
ſeruet liberum arbitrium quod naturæ humanæ donauit; quã cauſſam præ-
ter alios egregie; libro ſecundo aduerſus Marcionem explicat Tertullianus, *Baſ. hom.*
qui locus legendus eſt. Non ergo impedire Deus debet, quod ſemel beni- *Quod De-*
gne conceſſit: & ita relinquendus fuit homo in manu cõſilij ſui. Ex quibus *us non eſt*
C colligeres, quam male ſentiant illi, qui dicunt Deum ita mouere volũtatem *cauſſa ma-*
humanam, vt eum peccati auctorem faciant: quia perditio, non eſſet ex no- *lorum.*
bis, ſed a Deo. Secundo, quia ex hoc malorum genere maxime colligit bo- *Eccleſ. 15.*
na; vt ex Tyrannorum crudelitate Martyrum probationem: ex proditione *Auguſt. in*
Iudæ. & Phariſæorum iniquitate, mundi redemptionem. Hanc cauſſam Dio- *Ench. cap.*
nyſius Areopagita capite quarto de diuinis nominibus, & Auguſtinus in *11. & 96.*
Enchiridio aſſignarunt, quam egregie Clemens Alexandrinus libro primo
Stromatum expoſuit. Tertio, ex permiſſione peccati factũ eſt, vt magis Deus
oſtenderet potentiam, miſericordiam iuſtitiamq; ſuam; ſub quo omnia con-
cluſit, vt omnium miſereretur. Poſtremo, ſuppoſita peccati permiſſione, po-
ſitoque peccato, longe maiores ac illuſtriores extiterunt viri ſancti, quam
D forte fuiſſent, ſi humana natura lapſa non eſſet: Hinc enim factum eſt vt ten- *Heb. 11.*
tati ſint, lapidati ſint, ſecti ſint, & in occiſione gladij mortui ſint. Ex quibus
intelligi poteſt, quod licet, ex Auguſtino, primaria cauſſa ob quam Deus
voluit permittere primi hominis lapſum, nos lateat: tamẽ eiuſdem permiſ-
ſionis, nonnullæ aſsignari poſſunt rationes, quas idem auctor varijs in lo- *Lib. 7. de*
cis aſsignat: & ſunt fere iſtæ, Vt eluceſceret prouidentia, miſericordia, iuſti- *ciu. c. 30.*
tiaque diuina, vniuerſitatis pulchritudo, vt libro tertio de libero arbitrio, *Lib. de cor.*
capite nono, eleganter ſapienterque docet; & denique ipſius hominis vtili- *& grat. c.*
tas: quas cauſſas latius exponere non eſt huius loci. Sexta poſitio, Deus non *10.*
permittit mala culpæ, hoc ſenſu, quod ea non puniat. Quamuis ergo inter- *Lib. 11. de*
dum non ſtatim perpetrata ſcelera, caſtiget: tamen grauitate pœnæ moram *gen. ad lit.*
c. 4. & 6.
Val. Max.

compenſabit. Huc facit quod per quendam prophetam aliquando dixit, A
Iſa. 42. Tacui, ſilui, patiens fui, tandem veluti parturiens loquar, diſſipabo, & ab-
Pſal. 2. ſorbebo ſimul. Et cum exarſerit in breui ira eius, beati qui confidunt in eo.
Eccl. 8. Dum itaque, vt ait ſapiens; non profertur cito contra malos ſententia, abſ-que timere vllo filij hominum perpetrant mala.

Septima poſitio, Deus permittit minora mala ad cauenda maiora. Qua ratione permittitur quod eſt peccatum veniale, vt vitetur mortale. Qua de cauſſa, vt quidam dicunt, coniugij vſus eſt permiſſus, vt vitetur fornicatio; quod eius vſus non ſit ſine aliqua leui culpa: ſed id, an verum ſit dubitari ſolet, nec facile crediderim.

Octaua poſitio, Deus poteſt permittere malum per ſubtractionem pœnæ, Hoc eſt poteſt permittere id, quod eſt peccatum, non puniendo illud pœna B
Mat. 19. in lege ſtatuta. Hac ratione ob duritiem cordis Iudæis permiſſus fuit libellus repudij. Quare non licebat Iudæo vxorem repudiare, ſed qui faciebat, non puniebatur.

Nona poſitio, Deus permittit aliqua per diſpenſationem; hoc eſt, cum nonnulla ſua natura non ſint licita, poteſt Deus illa concedere; ita vt ſine vlla culpa fiant. Qua ratione antiquis patribus conceſſa fuit vxórum pluralitas: & ita diſpenſauit in præcepto de vna vxore habenda, iuxta illud, & erunt duo in carne vna.

Gen. Decima poſitio, permiſſio malorum culpæ non eſt actus diuinus poſitiuus, vt eſt permiſsio aliorum malorum, pœnarum & defectuum qui ſunt in natura. Quoniam iſta non ſunt vere mala, ſed bona. Cæterum, neque iſta Deus vult per ſe, ſed ratione maioris boni: at vero mala culpæ nullo modo C ſunt volita, cum ſint per ſe mala.

Vndecima poſitio, dum peccator male agit, facit quidem contra voluntatem Dei præcipientem, prohibentem, & conſilium dantem, non tamẽ contra voluntatem permittentem: cõtra efficientem partim facit, quia Deus non concurrit vt cauſa efficiens, partim non facit, quia peccare non eſt efficere, ſed deficere: at contra uoluntatem beneplaciti, facit negatiue; quia non facit id quod eſt placitum Deo: non autem contrarie, id eſt, contra id quod ſit placitum Deo fieri, & hoc modo fieri: & hæc proprie eſt uoluntas beneplaciti, quæ cum circunſtantijs conſideratur: contra quam nemo agere poteſt.

Ad primum, licet lex diuina, ſiue Deus ſit ſumme bonus; tamen quia libere agit, pro ſua uoluntate ſinit eſſe mala, quæ ob ſuam ſapientiam, propter cauſſas dictas, non impedit. D

Ad ſecundum, licet Deus nemini neget auxilium ſufficiens: tamen eum cui auxilium præbet, peccare permittit, prout ille non vult tali auxilio uti: unde non eſt idem permittere peccatum, & auxilium negare.

Ad tertium, uoluntati beneplaciti nemo poteſt reſiſtere, at uoluntati ſigni maxime, iuxta ea quæ diximus.

Ad quartum, quomodo peccator faciat, uel non faciat contra Dei uoluntatem, patet ex allata doctrina.

Ad quinctum, qui peccat, ideo ſe excuſare, & legis auctoritate ſe tueri nõ poteſt;

A poteſt;quia facit contra voluntatem prohibenté;licet non faciat contra permittentem:Quare falſum eſt,Deum velle peccata fieri. Neque,nolle fieri, & permittere fieri, ſunt contradictoria, vt diximus. Ad vltimum, non fuiſſet melius impedire,ne peccata fierent: quia non fuiſſet conſeruata libertas humanæ naturæ donata. Quod ſi dicas,in cęlo,ſalua libertate,homines nõ peccant; ergo in terris etiam potuit eſſe voluntas libera, quæ non flecteretur in peccatum: Reſpondeo, non eſſe parem rationem; quia in cœlis proponitur ſummum bonum perfectè cognitum, tanquam vltimus finis iam adeptus, vbi eſt conſummata beatitudo, & pręmium: in hac vero vita non videmus ſummũ bonum clara viſione; & ita voluntas poteſt ab eo deflectere; vt hac de cauſſa homo magis pugnando,magis mereretur,& glorioſor exiſteret,vt B is qui potuit tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus.

An lex æterna ſuos tranſgreſſores in æternum punire debeat.
Diſputat. VII.

QVONIAM hic æternæ legis effectus, æterna ſcilicet peccatorum punitio, quibuſdam nimis grauis eſſe videtur; propterea non erit inutile, ſi eius nonnullas rationes aſſignauerimus. Et quod legis æternæ tranſgreſſores æterno cruciatu puniri non debeant,ſic probo.

Primo, pœna debet reſpondere peccato; at quodcunque peccatum eſt finitum:igitur & pœna finita.Secundo,miſericordia Dei eſt infinita, & ſuper C omnia opera eius;& Iacobus ait,ſuper exaltat iudicium,hoc eſt,ſuperat,magiſque exercetur, quam iuſtitia: igitur. Tertio, videtur inconueniens quod plures perpetuo debeant Deum in inferno blaſphemare, quam in cęlo laudibus ornare,cum plures damnentur,quam beati fiant. Poſtremo,poſt longiſsimos & maximos cruciatus damnati pro debitis pœnis ſatisfacere poſſe videntur: quare eorum punitio non debet eſſe perpetua.Cum non ſit huius loci ex profeſſo de re propoſita diſputare, duabus poſitionibus ad duas difficultates quæ in argumentis attinguntur,breuiter reſpondebo. *Iac. 2.*

Prima poſitio, mirũ videri non debet ſi maior humani generis pars damnatur.Primum,omnis ceſſabit admiratio,ſi ſpectemus negligentiã & ſocordiã hominum in ijs rebus quæ ad ſalutem conſequendã pertinent: quæ tãta D eſt, vt maior eſſe nõ poſsit, & adeo culpabilis,vt ſit damnatione digna: dum homines nolunt intelligere, vt bene agant: & cum ignorare velint, merito ignorantur.Vt enim culpa non vacaret is,qui deerrantem a via nõ moneret; ita,& multo minus is,qui cum ſe errare videat,ſe non corrigit,ſed vltro claudit oculos,vt offendicula non videat, auerſiſque oculis incedit,ut impingat: quo tendat præuidere non vult, nec eos audire,qui a mala uia reuocant, & rectam indicant; Deum inquam, Angelos, concionatores,rationiſq; inſitas notitias.Vnde iure Deus cuiq; dicere poterit,Quid vltra debui facere vineæ meæ,& non feci ei?atq; de quocunq; queri, vt de toto populo Hebræo his verbis querebatur, Quadraginta annis proximus,(vel vt alij legũt,offenſus) *Gul. par. lib. de leg. c. 11.* *1. Cor. 14.* *Iſa. 5.* *Pſal. 94.*

ſui generationi huic,& dixi,Semper hi errant corde:ipſi vero non cognoue A
runt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam,id
eſt,quod non introibunt. Hominum igitur culpa atque peruerſitate contin
git,ſi pauciores beantur.Fecit nos Deus ad beatitudinem propẽſos,ſed quód
Ariſtot. 1. Meta. 1. eam non conſequamur, noſtrum eſt vitium. Omnes homines natura ſcire
deſiderant,ad quod,nullo etiam propoſito emolumento,ab ipſa natura trahimur; ſed quid eſt, cur tã pauci in rerum cognitione verſentur,ſcientiamque,quam neceſſario expetunt,conſequantur,niſi ignauia? niſi negligentia? Vt ergo noſtræ inſcientiæ,noſtra eſt culpa,ita & dãnationis:& vt pauci ſunt qui ſapiunt,quia pauci in ſtudia incũbunt,ita pauci qui beantur,quia pauci virtutem amant, & eius conſequutionem curant. Deinde, eadem ceſſabit admiratio,ſi perſpiciemus in omni rerum genere,pręſtantiora,eſſe numero B
pauciora:plus reperitur ferri,quam plumbi:plus plumbi,quam argẽti plus argenti,quam auri:plures lapides, quam lapilli: plures quercus, quã cedri: plures ſubditi,quam Principes:plures corrupti,quam caſti:& denique plures ignorantes,quam eruditi.Quid igitur mirum ſi ad rem pręſtantiſſimam, cuiuſmodi eſt beatitudo, pauciores perueniunt? Denique,non demiraretur aliquis de multitudine damnatorum, qui conſideraret vnius beati præſtan-
Eccl 16. tiam: ſiquidem melior eſt vnus timens Deum, quam mille filij impij; Si,inquam animaduerteret, quidquid eſt boni in bonis eſſe a Deo, qui vult oẽs homines ſalnos fieri,& quotidie vocat,inuitat,& ſtat ad oſtium ac pulſat,& quidquid eſt in malis,eſſe a mala hominum voluntate; qui cũ male viuere velint,diuina auxilia ſpernunt, ſine quibus eo peruenire non queunt, quo illi perueniunt, qui ea petunt, excipiunt, & acceptis vtuntur. Vere igitur C
Oſe. 13. Deus dicere poteſt,Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum.

Sed peteret aliquis,cur Deus creauerit hominẽ cum libero arbitrio, vnde habet quod poſſit Deum ipſum offendere,& damnari? Ad hanc dubitationem reſpondeo,nonnullas ex patribus collectas ſubijciendo rationes.

Auguſt. in Ench. c. 95 & ſeq. Prima,vt inde diuina appareret potentia, ſapientia,& prouidentia. Quia dum homines quidquid volunt agunt, nunquam tamen ab ordine diuinæ prouidentiæ recedunt; ita ut nũquam homo faciat quod abſolute Deus nõ vult,aut non faciat quod vult.Vnde,velit, nolit homo, ſemper ordinatio diuina ſtat immobilis. Solet ad hoc explicandum afferri ſimile de eo qui innumeras auiculas euolare fineret,& ſuo artificio efficeret, vt eo tandẽ irẽt,
Iren. lib. 4. cap. 7. quo ipſe vellet.Secũda,quia ex hoc apparet æquitas & iuſtitia diuina: nam D
dum homines ex libertate bene vel male agunt, Deus ſine perſonarum acce
Iuſt. dial. cũ Triph. ptione poteſt eos præmijs,vel ſupplicijs afficere. Tertia,hinc mirifice elucet diuina bonitas, cum Deus non ſolum uoluerit ſuam nobis gloriam cõ-
Gre. Naz. apologetico 1. municare,ſed etiam vt proprijs meritis eam acquireremus. Quam gloriam Deus habet omnino naturaliter: Chriſtus vero quodammodo naturaliter, non extrinſecus,quia cum eſſet Deus eam ſibi donauit, nec proprie ex meritis extrinſecus acquiſiuit,vt nos acquirimus.Quarta,ut appareret infinitus & inexhauſtus theſaurus diuitiarum Dei,cum hominibus & Angelis etiam permiſerit,vt pro ſuo arbitrio mererentur quantũ vellent; quod non feciſſet, ſi

A ſet,ſi bonorum certam poſſideret menſuram. Non ſecus ac ſi quis ita pecunijs abundaret, vt omnibus pauperibus poteſtatem faceret capiendi quantum quiſque vellet. Quinta, vt appareret, Deum noſtris bonis non egere: *Pſal.* vnde homines qui alijs hominibus indigent, eos ſibi pactis, iuramentoque obligant: Deus autem cum noſtra opera non indigeat, nos liberos dimiſit, vt ei obtemperemus, vel eius mandata prætereamus. Sexta, quia hoc vniuerſitatis perfectio poſtulare videbatur; vt ſicuti eſt Deus qui agit, & non agitur, *Aug. lib 3. de lib arb. cap. 9.* & natura rationis expers quæ agitur & non agit; ita eſſet natura libera quæ agit & agitur, & ſicuti Deus agit ex nihilo libere, & natura ex aliquo neceſſario; ita homo ex alio libere: neque enim poſſibile eſt, vt aliquid ex nihilo quod eſt ſummæ potentiæ, & neceſſario, quod eſt ſummæ imperfectionis,

B ageret. Sed peteres, cur Deus a principio non confirmauit hominem in gratia? Huic dubitationi reſpõdet Auguſtinus, quia Deus ordinate voluit prius *Lib. 22. de ciu. c. ult.* oſtendere quid poſſet arbitrium, deinde quid gratiæ beneficium. Hac dubitatione explicata, ad poſitiones reuertamur. Secunda poſitio, conuenienter lex æterna ſuos tranſgreſſores æterna pœna punit. Primum, quiddam ſimile facit humana iuſtitia, dum aliquo mẽbro, aut vita reos priuat: quod genus pœnæ, ſua natura, eſt infinitum duratione: quia nunquam membrum, aut corpus, vi naturæ, recuperabitur. Deinde, quoniam quaſi pacto cõuenimus cum Deo, de æterno præmio accipiendo pro bene geſtis, & de æterna pœna ſuſtinenda pro inique actis. Vt ergo æternum præmium approbatur; ita æterna pœna improbanda non eſt; quam Deus nollet inferre, ac proinde

C præmonet, expectat, deterretque a culpa, quæ ſola pœnam procreat: quę ſane officia non præſtaret, ſi pœnã propoſitam haberet. Nos itaque, e Dei manibus, vt ita dicam, pœnas extorquemus; *neque*, vt inquit ille,

Per noſtrum patimur ſcelus *Hor. ode 3. lib. 1.*
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Contra vero ab eius auxilijs, quibus ęternam felicitatem aſſequi poſſemus, oculos auertimus, & noſtra ingratitudine eius beneficas manus ligamus. Poſtea, peccati quod cõtra legem æternam committitur culpa eſt infinita: igitur ei iure reſpondebit infinita pœna: quæ quia non poteſt re eſſe infinita, cum ſubiectum in quo recipitur finitum ſit; erit infinita duratione. Quod culpa ſit infinita, patet, quia quo quis pro minore bono maius bonum re-

D linquit, eo magis errat: at peccatores pro minimis & imperfectiſſimis bonis Deum infinite bonum atque perfectum relinquunt: infinitam igitur iniuriam Deo faciunt. Ideo per quendam prophetam merito cõquerebatur, Me *Ier. 2.* dereliquerunt fontem aquæ viuæ: verterunt ad me tergum, & non faciem. Similiter, ſi quis offendat ſibi parem hominem, aliquid peccat, & adhuc magis lædendo perſonas maioris, ac maioris dignitatis: atqui diuina maieſtas infinitis partibus antecellit quamcunque perſonam creatam: igitur qui cõtra Dei legem agit, culpam contrahit infinitam; ac proinde pœna infinita dignus. Rurſus, eadẽ culpę infinitio demonſtratur ex infinitione debiti, quod Deo habemus; cui nunquam poſſumus ſatisfacere: alias ſequeretur aliquẽ eo deuenire poſſe, vt nihil Deo deberet, quod eſt falſiſſimum; cum multis

L 4 de

Ariſtot. in Eth. de cauſſis nos totos Deo debeamus, & infinite debeamus: & dum debitum A ſoluimus, eo magis creſcerit, cum ex Dei gratia fiat, quod ſoluere poſſimus. Cum ergo is qui peccat infinitam ſeruitutem, infinitumque debitum, quantum eſt in ſe, Deo auferat, cum Dei gratiam per quã, aliqua parte, põteſt debito ſatisfacere, in ſe extinguat, infinitam committit culpam, quæ pœnã meretur infinitam: vt qui infinitam rapinam cõmittit, & perpetuo ſeruitio Deũ defraudat: nõ ſecus ac ille faceret, qui domum eã deſtrueret, cui perpetuus eſſet annexus cenſus. Quod noſtrum debitum erga Deũ ſit infinitum, patet ex infinitate beneficiorum acceptorum: Nã dedit nobis eſſe naturæ, præſertim animæ immortalis cum eius dotibus, & quod eſt quid infinitum ex nihilo a potentia infinita productum: dedit eſſe gratię cuius tanta eſt magnitudo, vt cũ eo, eſſe naturæ, nullo modo cõparari poſſit: hoc eſſe per nos amiſ- B ſum, iterum reſtituit, & quidem dono quodam infinito, quia cum Filio nobis donauit omnia: eiuſque ſanguinis infinito pretio redemit. Vnde merito aiebat Bernardus, ſi totum me debeo Deo pro me facto, quid ei reſtituã pro me refecto, & ſic refecto? Videant homines quanti facerent vnum oculum, vnum pedem, vnam manum, & ſingulas corporis atque animi vires, & quãtum Deo debeant, aliqua parte intelligent. Cum itaque culpa ſit infinita, merito pęna erit infinita. Pręterea, ſi ob bona opera, quæ magis ſunt Dei, quã noſtra, beati ęternũ pręmium accipiunt, cur mali ob peccata quę ſolũ ſua ſunt, æternam pœnam ſuſtinere non debeant? Ad hęc, vt dari debuit perfecta beatitudo poſt hanc uitam, ita etiam perfecta miſeria, quæ talis eſſe non poteſt, niſi ſit perpetua; per quam iuſtitia præſtantiſſimum diuinæ naturæ demon- C ſtrabitur attributum; de quo perpetuo gaudio afficientur beati ſicuti, & de miſericordia. Denique, qui in inferno damnantur, in tali ſtatu exiſtunt, cũ ex hac vita diſcedunt, in quo ſi perpetuo uixiſſent perpetuo manſiſſent, cũ uoluntate nimirum hærente peccato: & quia cum ad inferos perueniunt, ſunt in uitæ termino, ideo in ea peruerſa uoluntate perpetuo perſeuerant, ac proinde perpetuo punientur.

Ad primum, eſt quidem actus finitus; ſed culpa ob cauſſas dictas eſt infinita. Et ſicuti non miramur inquit Gulielmus, quod ex breui vulnere remaneat perpetua cicatrix, ex breui caſu, quis diutius iaceat in puteo, ex breui furto, perpetua per ſuſpendium vitæ priuatio, ex breui emptione, perpetua rei obligatio; ita mirari non debemus, ſi poſt breue peccati tempus, ſe- D quatur perpetua pœnæ duratio. Ad ſecundum, miſericordia Dei non eſt maior, quam eius iuſtitia; quamuis illa in hac vita illuſtrius appareat, & magis exerceatur. Ad tertium, patet ex prima poſitione: non debet videri mirũ ſi plures damnentur, cum plures, Deo etiam renitente, & ad ſalutem conſequendam auxilia ſufficientia præſtante, damnari velint. Ad quartum, in in-
Eccl. 11. ferno nulla eſt remiſſio, ſatisfactio nulla, vt nec in cœlo meritum vllum: ibi ergo erit perpetuo lignũ, vbi ceciderit. Legẽ igitur ſeruemus æternã, ſi pęnas volumus uitare ęternas, ęterniſq; in oẽm ętenitatẽ pfrui uoluptatibus.

Libri Quarti finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER QVINTVS.

In quo de lege naturali atque de iure gentium agitur.

An detur vlla lex naturalis. *Diſput. I.*

A QVAMVIS omnino manifeſtum eſſe videatur, aliquã
naturalem legem inueniri: tamen rem alias perſpicuã
his rationibus in dubium reuocares. Primo, ex ea ſcri- *Eccl. 15.*
pturæ ſacræ auctoritate, qua dicitur, Deum conſtituiſſe
hominem, & eũ reliquiſſe in manu conſilij ſui hoc eſt
in ſua libertate: quare nulli legi naturali erit ſubiectus;
cum quod eſt naturale, neceſſitatẽ includat; alias enim
non eſſet in manu conſilij ſui. Confirmatur hæc ratio; quia, cum volun-
tas humana ſit veluti omnium rerum domina, erit ſupra rem omnem natu-
ralem, ac proinde nulli legi ſubiecta. Secundo, liberum hominis arbitrium
B eſt ab omni neceſſitate ſolutum: atqui ſi vlla eſſet lex naturalis, neceſſario li-
garet: quare vel hæc lex non datur, vel homo non eſt liberi arbitrij; quod eſt
omnino falſum. Tertio, lex æterna, vt ex Auguſtino diſcimus, ordinat om- *Lib. de lib.*
nia: nulla igitur eſt naturali lege opus: quia eſſet fruſtra. Quarto, in homi- *arb. c. 6.*
ne, quod attinet ad partem ſentiendi, non eſt opus vlla lege, qua in ſuum fi-
nem tendat: igitur nec ratione alterius partis qua intelligit; quę cum ſit lon-
ge perfectior, ſuapte natura in ſuum finem tendet: Poſtremo, lex naturæ ea
eſſe dicitur, qua res omnes, veluti quodam pondere in ſuum finem ferun-
tur: atqui homo ſeipſum mouet; alias enim in agendo non differret a brutis:
igitur. In hac difficultate omnes conueniunt ſcriptores, dum quandam *Clau. Pra.*
C naturalem legem humanæ naturæ propriam ponunt: ad cuius explicationẽ *lib. 1. tit. 3.*
quædam ſtatuam fundamenta.

Primum, cum Deus hanc rerum multitudinem dicendo fabricaſſet, & eius vnam partem corpore affectam, alteram corporis expertem feciſſet: poſtea, tanquam bonus orator, hoc eſt poſt pene infinitum numerum creaturarum, quę ſunt veluti Dei voces, quas dicẽdo protulit, epilogum quendã, res omnes in vnum hominem colligendo, admirabili quadã ratione fecit. Vnde factum eſt, vt nonnulli ſapientes, hominem omnium creaturarũ orizontem, quod in ſe inferiorem ſiue corporatam, & ſuperiorem, ſpiritualem

lem videlicet naturam contineat, appellauerint. Hinc fit, vt in homine omnium rerum inclinationes, ac propenſiones reperiri debeant, ſicuti & omnium rerum naturæ reperiuntur; vt eſſe, commune cum lapidibus, viuere commune cum plantis, ſentire commune cum brutis, & ſapere cum intelligentijs: idcirco, cum lapidibus eſſe & perdurare, cum plantis creſcere & germinare, cum brutis ſentire, & cum æternis mentibus intelligere concupiſcit. Et quoniam id quod eſt inferius & imperfectius, ad id quod ſuperius & perfectius eſt, infertur, ab eoque gubernatur, ac regitur: hinc eſt, vt appetitus inferior, ab eo qui eſt ſuperior regi ac moueri debeat; non ſecus ac inferior ſphæra a ſuperiore cietur; quamuis ſuperior hominis pars, non vna eademque ratione alias partes ſibi ſubiectas habeat. Etenim aliquarũ facultatum functiones pro ſuo nutu moderari nequit: ut augendi & nutrien di vires: aliarum uero maxime, cum eas impedire aliqua parte poſſit: quamuis quoſdam animæ ſentientis motus ita in officio continere non queat, vt aduerſus rationalẽ ac liberum appetitum non moueãtur, rationemque ipſam non præueniant. Horum enim non deſpoticum, hoc eſt dominicum, abſolutum, ſed politicum habet imperium. Et quoniam lex æterna, vt diximus, cuique naturæ congruenter communicata fuit, & in homine, vt dicebã ſint oẽs naturæ coniunctæ: neceſſario in eo naturales leges diuerſæ, diuerſis rebus impreſſæ aſſignandæ erunt: Et, vt homo eſt natura quædam ab alijs diſtincta, ita quædam naturalis lex ab alijs diuerſa ei attribuẽda erit. Et quia vnaquæque res ab eo quod eſt in ea præcipuum, nomen naturamque ſortitur; idcirco ea dicetur lex naturalis hominis, quæ ei conuenit ut eſt natura quædam rationis & libertatis particeps: per quã ſeipſum quaſi paruã remp. & microcoſmum regere, ac gubernare debeat.

Ariſt. li. 3. de ani. — *1. Phyſ. t. 34.*

Secundum fundamentum, etſi æterna lex a rebus omnibus creatis participetur: non tamen ab omnibus eodem participatur modo: & ab homine longe aliter, quam a creaturis cæteris. Primum, ita homo æternam legem participat, vt eius ordinationem ſcopumque cognoſcat; cætera vero non ita ſed in ſuum finem a ſummo legiſlatore præcognitum feruntur. Deinde, homo hanc æternæ legis ordinationem libere participat; ita vt non ſolum externa & naturali vi moueatur; ſed etiam ſeipſum libere moueat; cæteræ res non item. Præterea, aliæ res per hanc participationem habent propenſionem terminatam ad vnum ſibi conueniens bonum: homo vero ita eſt huius legis particeps, vt ad ea ſe conuertere poſſit, quæ non ſunt ſuæ naturæ congruentia. Huc facit illud, Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Poſtremo, per hanc participationem creaturæ rationis expertes accipiunt ſufficientem facultatem conſequendi ſuum finem; homo vero non ita; ſed multo pluribus indiget, quæ vel diuinitus da ri, vel labore acquiri debent; cum ſit factus ad finẽ ſua natura altiorem: quæ omnia maximam hominis arguunt perfectionem.

Plat. in Alcib. — *Eccl. 15.*

Tertium fundamentum, lex naturalis, vniuerſe ſumpta, diuerſis modis ſe habet ad liberum arbitrium, vt in tertia parte adnotauit Albertus. Nam alia eſt lex naturalis, quæ infra liberum arbitrium eſſe dicitur; vt lex, qua ad gignendum

q. 28. m. 1. art. 1.

gnendum

A gnendum mouetur. Alia, quæ eſt præter liberum arbitrium, vt eſt illa quę dirigit operationes earum virium, quæ non ſubſunt liberæ voluntati: vt digerendi, retinendi vires: ſecundum quem modum lex naturalis dicitur illa, quæ eſt ad vnum terminata; vt in homine appetitus felicitatis. Alia quæ eſt ſupra liberum arbitrium, & hæc nihil aliud eſt, quam lex increata in mente diuina. Alia, quę eſt extra liberum arbitrium; vt eſt illa quę a lumine naturæ deſumpta, in aliquo libro ſcribitur: quo modo accepta fuit a Gratiano *Diſt. 1.* qui dixit legem naturalem eſſe eam quæ eſt in lege, & Euangelio. Denique alia eſt lex naturalis quæ eſt cum ipſo libero arbitrio, ut eſt ea, qua homo ſine ulla diſciplina, vi naturæ, quid bonum, quid rectum ſit, vniuerſe cognoſcit: quæ ei a Deo inſita eſt, vt ea quaſi norma ſeipſum regat: ſub qua ra-
B tione, ſupra ipſum hominem eſſe dicitur, qua qui vtitur, ſui compos eſſe putatur. His ita iactis fundamentis, has adſtruo poſitiones.

Prima poſitio, in homine eſt quædam lex naturalis eius propria, qua in agendo ſeipſum dirigit. Doctrina eſt manifeſta, atque communis; quæ his rationibus confirmatur. Prima, ex auctoritate ſcripturæ pſalmo quarto, cũ *Conn. li. 1.* Dauidis milites quos ad honeſte uiuendum hortatus fuerat, ab eo quærerẽt, *cap. 1.* quis oſtendit nobis bona? Eos ad hanc legem remiſit, dicendo, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Paulus de Gentibus, quæ legem ſcri- *Rom. 1.* ptam non habebant loquendo dixit, Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ ſunt legis faciunt, edocti nimirum a lege naturæ. Vnde eas legis opus in corde ſcriptum habere ait. Secunda ex auctoritate omnium philo-
C ſophorum ac Theologorũ, Legem vtiq; naturalẽ, ait Origenes, dedit Deus *Hom. 10.* humano generi, & in cunctorum mentibus ſcripſit: vnde initia ſumimus, & *in Num.* ſemina quædam ad perſcrutandam capimus veritatem: quæ ſemina, ſi excoleremus, fructus afferrent in nobis. Et Auguſtinus, Nulla eſt aĩa, quamuis *Lib. 2. de* peruerſa, quæ tamen ratiocinari poſſit, in cuius conſcientia non loquatur *ſer. dom.* Deus. Quis enim ſcripſit in cordibus hominum legem naturalem niſi Deus *cap. 3.* vbi ſubdit locũ paulo ante allatũ ex Paulo. De eadem re Ambroſius loquẽ- *Lib. 9. in* do, ſic ait, Ea igitur lex non ſcribitur, ſed innaſcitur: nec aliqua præcipitur *epiſt. ad* lectione, profluo quodam naturæ fonte in ſingulis exprimitur, ex humanis *Rom.* ingenijs hauritur. Quid hic dicerent ſtulti homines, qui contra omnem humanitatem ac pietatem, hominem omni naturæ lumine orbatum eſſe di-
D cunt? Plato poſt Dei cultum, pro lege ſtatuit, vt quiſque ſeipſum ueneretur *Lib. 5. de* & colat. Nam quæ nobis eſt inſita ratio, & principem animæ noſtræ locũ *leg.* tenet, res eſt certe diuina, & ideo plurimum excolenda. Rationẽ itaq; quaſi quendã principẽ quiſq; in ſe agnoſcere debet, quã ſequatͅ, eiq; pareat. Denique, huc facit hic luculẽtiſſimus M. Tullij locus, Quibus. n. ratio natura data eſt, iiſdẽ ẽt recta ratio data eſt: ergo & lex, quæ eſt recta ratio in iubẽdo, & *Lib. 1. de* vetando: & ſi lex ius quoq; : at omnibus ratio; ius igitur datum eſt omnibus. *leg.* Tertia, homo, eſt veluti quædam parua reſp. paruuſque mundus, qui ſe ſe cum libertate regere debuit; ergo neceſſe eſt vt in ſe legem habeat aliquam, qua ſe moderetur, & regat: vt ſicuti res omnes, in hoc magno mundo, lege, ſibi impreſſa gubernantur; ita & homo aliqua ſibi indita lege ſeipſum regeret.

geret. Poſtrema, homo debebat gubernare ſeipſum, & eſſe dominus ſuarum actionum: ergo in eo eſſe debuit lex aliqua naturalis: alias enim ſi nulla certa ac ſuprema regula in eo eſſet: nullum in ſe regendo ac moderando haberet terminum: ſicuti, ni eſſent aliqua certa principia doctrinæ naturaliter nota, in cognoſcendo daretur progreſſus in infinitum. A

Ariſt. li. 1. poſt. c. 3.

Secunda poſitio, lex naturalis eſt quid creatum, & eſt in humana mente tanquam in re recta, & regulata. Explico, lex naturalis dupliciter ſumi poteſt; uno, modo, vt ordinat & regit, & ſic idem eſt, quod lex æterna & increata: altero modo, vt eſt in homine recto, & vt eſt participatio æternæ regulæ, & ſic eſt in homine, & eſt quid creatum: & hoc eſt, quod in allata poſitione dicimus, quæ ſic probatur. Primò, ex modo loquendi diuinæ ſcripturæ, quę de hac lege agendo ait, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in corde. Deinde, quia de hac lege ea dicuntur, quæ non poſſunt intelligi niſi de re creata & humanę menti impreſſa; ut, quod obſcuretur, minuatur, augeatur, & corrigatur. B

Alex. ar. 2 loc. cit. Pſal. 5. Ioan. 1. Rom. 2.

Tertia poſitio, lex naturalis aliter eſt in homine, quam in alijs rebus quæ ratione carent. Patet hæc doctrina ex ijs quæ diximus in ſecundo fundamento. Quarta poſitio, lex naturalis in homine eſt id quod ei a natura, ſiue a Deo impreſſum eſt in ſuperiore animi parte; non autem id quod eſt in inferiore, quod eſt ei commune cum brutis & alijs rebus. Nam id debet dici lex naturalis hominis, quo homo, vt homo, particulariter dirigitur: at id non poteſt eſſe, quod eſt in parte inferiori, ſecundum quam homo non viuit hominem, ſed brutum: igitur. C

Ad primum, lex naturæ inſita, non tollit libertatem, quam in bonum dirigit, ad quod amandum natura eſt propenſa: & poſſe malum velle, potius libertatis imperfectionem quam perfectionem arguit. Neque confirmatio vrget; quia voluntas non eſt domina omnium quæ ſunt a natura: ſed eorum, quæ ſibi ſubiecta ſunt. Et quamuis naturæ lex rectas viuendi rationes voluntati pręſcribat: tamen volũtas libere eas ſuſcipit: & in multis quod attinet ad vſum, a recta rationis regula deficere poteſt, vel ceſſando, vel aliter agendo.

Ad ſecundum, hoc ſoluitur ex reſponſione ad primum: quia naturæ lex non neceſſario ligat, ratione eius quod faciendum eſſe demonſtrat, & rectũ iudicat: non tamen ad faciendum mouet. D

Ad tertium, lex æterna, ordinat omnia, uel per ſe proxime, & neceſſario, vel per cauſſas iuuantes & liberas, ac per vires, quas rebus tribuit, quibus agendo ſuos conſequantur fines. Gubernat itaque Deus hominem, ſed per inditam ei legem, qua ſeipſum proxime moderatur.

Alex. loc. cit.

Ad quartum, hoc argumentum ſoluitur ex ijs, quæ adnotauimus: neque enim eſt par ratio de alijs creaturis, & de homine: quippe qui finem habet ſupra ſe, ad quem non eſt neceſſario determinatus, vt aliæ res ad ſuum.

A *An lex naturę pertineat ad intellectum, an vero ad voluntatem. Diſput. II.*

CVm ergo manifeſtum ſit in homine eſſe aliquam legem naturalem, eamque ad ſuperiorem hominis partem pertinere, in qua duæ ſunt facultates, intellectus & voluntas; quæritur modo, ad quamnam potentiam pertineat. Et quod magis pertineat ad voluntatem, quam ad intellectum, ſic probo. Primo, lex naturalis in quacunque re deſignat inclinationem, qua res mouetur ad id, quod eſt ſibi conueniens: atqui inclinatio eſt in uoluntate, ſiue in appe-
B titu, quo in res conuenientes ferimur, cognitione potius res ipſæ ad noſtrã intelligentiam transferuntur: igitur. Secundo, in alijs rebus, & ſpeciatim in brutis, lex naturalis conſiſtit in appetitu: ergo etiam in homine cõſiſtet in voluntate.

Poſtremo, voluntas ad multo plura eſt inclinata, quam ſint ea quæ intellectus poteſt cognoſcere: Quare potius in voluntate, quam in intellectu lex naturæ ſita erit; cum lex iſta omnia complectatur, in quæ homo naturaliter eſt propenſus. Hæc difficultas eſt fere eadem cum illa, qua de lege uniuerſe agendo quæſiuimus, an lex ad intellectum, vel voluntatem pertineat; ac propterea breuiter explicanda erit. Vt autem, quod hic priuatim quæritur, exponatur, hęc ſubijcio fundamenta.

C Primum, lex æterna communicatur homini dupliciter: uno modo ex parte intellectus, cui tributum eſt quoddam lumen, quo id homo cognoſceret, quod ab æterno Deus ordinauerat; altero modo ex parte appetitus, ſiue voluntatis, cui indita eſt propenſio ad id exequendum, quod Deus diſpoſuerat; vel id quod per inditum lumen homo faciendum cognoſcit. In huius legis participatione, in eo humana natura cum cæteris naturis conuenit, qđ ſicuti res aliæ habent propenſionem ad id efficiendum, quod in illis ordinauit Deus; vt gratia exempli ignis ad calefaciendum, terra ad fruges gignẽdas, ad quæ munera exequenda idoneas acceperunt facultates, ita etiam homini ad functiones ſuæ naturæ conſentaneas exercendas, ſua data fuit propenſio: verum, vt diximus, non eodem modo natura rationis capax, & quæ rationis eſt expers legis æternæ ordinationem exequuntur. Nam illa per
D cognitionem, hæc ſine cognitione præſcriptum ordinem ſeruat: & in eo, in quo conuenire dicebamus, adhuc differunt. Etenim quæ mente carent, uim neceſſario agentem, & ad omnia munera obeunda ſufficientem ac integram accipere: homo non item, quia liberam agendi facultatem habuit: neque omnia quæ cognoſcit, per naturæ vires, præſertim poſt lapſum, poteſt efficere. Denique, res ratione carentes, ita vim a Deo acceperunt, ut non tendant niſi in id, quod eſt ſecundum ſuam naturam: at vero hominis inclinatio eſt ad multo plura & maiora propenſa, quam quæ per lumen intellectus ſint ei manifeſtata. Nec enim oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ Deus præparauit diligentibus ſe. Habet

enim homo naturalem propenſionem, quidquid aliqui dicant ad Deum ſu- A pernaturali modo videndum atque amãdum: quæ munera ſine lumine gloriæ, & caritate præſtare minime poteſt.

Secundum fundamentum, quamuis, vt dicebam, æternæ legis ordinatio per uoluntatem & intellectum communicata ſit: tamen, magis habet legis rationem, vt in intellectu eſt, quam vt in voluntate reperitur; vel, vt eſt communicata per modum cognoſcendi, quam per modum appetendi, ſeu magis per cognitionem, quam per inclinationem. Quo fit, vt lex naturalis nihil aliud ſit, quam ordinatio æterna, pro vt per lumen naturale homini manifeſtatur. Quæ non dicitur naturalis, quaſi actualis huius legis cognitio inſita nobis ſit à natura: cum pueri ante rationis vſum non cognoſcant, nec homines ſemper intelligant: tamen in vtriſque ſemper eſt natura: nec etiam B dicitur naturalis, quaſi homo habeat ſpecies inditas à natura per quas æternæ legis ordinationem cognoſcat: ſed, ideo ſic appellatur, quia homo habet à natura vim ſufficientem ad aſſentiendum veritatibus naturalibus, ſtatim atque eas apprehenderit, ſine vllo rationis motu.

Tertium fundamentum, in eum finem Deus hominem fecit, vt aliquando eum ad perfruendum ſuæ naturæ aſpectum admitteret, ſibique intime per amorem copularet. Vt ad hanc ſupernaturalem coniunctionem eum traduceret ei tria lumina impertitus eſt. Primum, lumen naturale, quo videre poteſt multa quæ ad dictam coniunctionem conſequendam conferunt: non tamen omnia; cum hoc lumen non oſtendit plene omnem conſequendæ beatitudinis viam: ac proinde errarunt illi, qui ſola naturali cognitione C hominem beatum fieri poſſe putarunt. Non itaque in eo ſita eſt abſoluta hominis beatitudo, ut naturam ſequatur; quam qui ſequitur, ad beatam vitam

Heb. 11. quidem pergit; ſed tamen non tanto lumine, quanto opus eſt. Secundum lumen, quod naturali ſuperadditum fuit, eſt lumen fidei, ſine quo impoſſibile eſt placere Deo; quod omnia neceſſaria & ſufficientia media, felicitatis adipiſcendæ indicat, ipſum tamen ſummum bonum non clare oſtendit. Tertium itaque additum eſt lumen, quod noſtra religio lumen gloriæ uocat, donum nimirum quoddam ſupernaturale, quo mens eius, qui futurus eſt beatus corroborata & eleuata, cum Deo proxime vniri poteſt: duo priora lumina ſunt in via, tertium in gloria.

Clem. ad noſtrum. Prima poſitio, lex naturalis includit aliquid ex parte vtriuſque potentiæ, D intellectus & uoluntatis; hoc eſt lumen, atque propenſionem. Doctrina eſt Alexandri & Alberti, & communis, quam ſic confirmo. Primo, quia huic legi tribuuntur nonnulli actus, quorum alij pertinent ad intellectum,

q. 27. m. 1. art. 1. ut dirigere, cognoſcere, illuminare: alij ad uoluntatem, vt mouere, & ligare. Quare, ut eſt in intellectu præcipit, & ordinat, vt in voluntate fertur in id, quod à Deo inſtitutum eſt. Secundo à ſimili de prudentia, quæ non modo cognitionem quandam ac lumen acquiſitum, ſed etiam voluntatis affectionem erga finem includit. Neque enim poteſt eſſe prudens, qui ignarus, aut malus eſt.

Secunda poſitio, lex naturalis magis denominat intellectum, quam uoluntatem,

A luntatem,hoc eſt,Lex naturalis eſt ordinatio æterna, vt eſt manifeſtata ho-
mini per lumen naturale intellectus:non autem eſt illa ordinatio, quæ ma
nifeſtatur per affectum,quamuis illam includat. Primo, quia hæc lex in
ſcripturis diuinis explicatur per verba demonſtrantia vim intelligendi:di-
citur enim lumen,illuminatio:attribuuntur etiam ei actus cognoſcendi, & *Pſal.5.*
quidem frequentius. Secundo,auctoritate ſanctorum, qui eam vocant lu- *Ioan.1.*
men intellectuale,naturale iudicatorium,iudicem incorruptum,ſufficien- *Baſ.*
tem magiſtrum, quæ appellationes intelligendi vim deſignant. Tertio,ex *Chryſ.*
ijs quæ diximus de natura legis in communi,vbi probatum fuit legem po-
tius pertinere ad intellectum,quam ad voluntatem. Quarto, quia voluntas
mouetur ac dirigitur aliqua ratione ab actu intellectus, tanquam a primo
B mouente, & dirigente: ergo lex naturæ reſpicit primo actum intellectus.
Poſtremo, lex diuina participatur a nobis per modum intellectus: ergo &
lex naturalis,conſequentia videtur manifeſta,antecedens patet:Quia lex di
uina nihil aliud eſt quam quædam iudicia practica, quibus ad bene agen-
dum dirigimur: iudicium autem eſt opus intellectus:igitur. Tertia poſitio,
lex naturalis in homine habet maiorem vim ex parte voluntatis, quam ex
parte cognitionis. Quia multo latius patet vis partis appetentis, quam co-
gnoſcentis in hac vita,vt Theologi docent.

Ad primũ,nõ eſt par ratio de homine & alijs rebus: quia homo ſeipſum
agit,& primum per legẽ naturalem, cuius lumine, quid ſibi agendũ ſit ui-
det. Ad ſecundum,eadem valet ſolutio: cum non ſit par ratio de brutis, ac
C de homine: quin habent determinatum appetitum, quo neceſſario in rem
apprehenſam feruntur; homo vero per rationem, qua appetitio dirigitur.
Ad vltimum,poteſt voluntas plura appetere,quam quæ intellectus cogno-
ſcit, ſed non ſine aliqua præcedente intellectus notitia: qui etiam aptus eſt
plura cognoſcere,quam quæ in hoc ſtatu percipit.

An lex naturalis ſit habitus, uel actus intellectus. Diſput. III.

PROXIMA diſputatione demonſtratum eſt legem naturalem
pertinere ad intellectum, in quo hæc ſunt, facultas ipſa intel-
ligendi, habitus aliquis acquiſitus, vel infuſus, ſpecies intel-
D ligibiles, & actus; quæritur ergo quidnam horum ſit lex na-
turæ; & præcipua difficultas eſt,an ſit habitus: & quod ſit ha-
bitus,ſic demonſtro. Primo, auctoritate ſcripturæ, in qua lex naturæ dici- *Rom.2.*
tur ſcripta & ſignata in corde, qui loquendi modi demonſtrant eſſe habi- *Pſal.4.*
tum quendam: neque enim dici poteſt eſſe potentiam, ut eſt manifeſtum.
Secundo,ill a facultas dicitur habitus,quę difficulter remouetur a ſubiecto:
at huiuſmodi eſt lex naturalis,quæ nullo modo poteſt aboleri:igitur. Ter- *Auſt.*
tio,Lex naturalis non eſt ipſa potentia,quia potentia eſt quid indifferẽs,nec
denominat actum,ſicuti lex naturæ; intellectuſque eſt tanquam tabula ra-
ſa:iſta uero lex,dicitur impreſſa,& data: nõ actus,quia in pueris & in amẽ-
tibus eſt lex naturalis; non tamen eſt actus cognoſcendi,aut iudicium: erit
igitur

igitur habitus. Quarto, probo eſſe potentiam, lex naturalis eſt inclinatiō quædam naturalis, per quam Deus res cunctas ad ſuum finem conſequendum mouet: ſed homo mouetur per potentiam: igitur. Quincto, probo eſſe actum, lex naturalis conſulit, dictat, illuminat, & dirigit: actus igitur, omnia enim iſta ſunt actus. Confirmatur ex Damaſceno dicente, Operationē eſſe motum cuicunque ſubſtantiæ innatum, ut lucere in ſole: ergo cum lex naturalis ſit innata, erit quidam motus operatio. A

In hac difficultate ſatis obſcura uariæ fuerunt ſcriptorum ſententiæ. Prima eorum, quos citat Alexander, qui dixere, eſſe actum rationis, ſicut lucere eſt actus ſolis; & habitum, ideſt, habilitatem uoluntatis ad agendum. Secunda ipſius Alexandri dicentis, eſſe habitum non intellectus, aut uoluntatis, ſed liberi arbitrij: quam facultatem ait eſſe quid diſtinctum ab utraq; potentia; ita ut ſit regula huius potentiæ, ſicuti grauitas regit motum grauium. Et declarans, quid intelligat per habitum, ait ſe nō intelligere eum, qui denominat habentem, ſicuti ſcientia, ſed eum qui eſt quædam diſpoſitio difficile mobilis. Quod ſi ab eo petas, quid differat a conſcientia & ſynteresi, ita reſpondet. Lex eſt regula facultatis ad id quod eſt faciendum, uel non faciendum: quæ, mediante conſcientia, ideſt, iudicio practico, regit rationem: mediante ſynteresi, moderatur uoluntatem, & eam ad bonum agendum inſtigat; unde differt ſpeciatim in hoc, quod eſt regere & moderari. Quare, lex mouet ſecundum inſtinctum, conſcientia ſecundum iudicium, ſynteresis ſecundum appetitum naturalem boni ueri. Quo fit, ut inſtinctus legis naturalis referatur ad facultatem; conſcientiæ ad rationem, & ſynteresis ad uoluntatem. Ex quibus colligit legis naturalis definitionem: Eſt ergo regula facultatis faciendorum cū directione rationis, & inſtinctu uoluntatis. Tertia, quæ dicit eſſe facultatem intellectus ad principia cognoſcenda; ita ut ſit idem cum ſynteresi: quæ, ut ait D. Thomas, eſt habitus continens principia legis naturalis. Quarta, quæ tenet, proprie loquendo, eſſe actum rationis, atque primum iudicium intellectus: addunt aliqui per modum habitus. Ita intelligunt & explicant aliqui ſententiam D. Thomæ: quā ſic explicatam nonnulli ſequuntur: licet alij aliter exponant. Vt hæc difficultas elucidetur, pono hæc fundamenta. B C

Primum, in humana mente nonnulla eſſe dicuntur, quæ idem eſſe uidentur, ſunt tamen diſtincta, licet interdum confundantur: ſunt autem iſta, Intellectus, ratio, ſynteresis, dictamen rationis, conſcientia, & lex naturalis. Intellectus, proprie loquendo, deſignat intelligēdi uim, qua ſimpliciter aliquid apprehendimus, cum unam rem ſimplicem, uel compoſitam concipimus. Ratio eſt idem intellectus, ut plures ſimul res & propoſitiones confert: quæ uerum a falſo diſcernit. Synteresis uox eſt a Damaſceno accepta; latine, conſeruationem, & attentionē diceres, deſignat uim & facultatē illam humanę mentis, qua cognoſcuntur prima principia practica, ex quorum notione tota morum philoſophia dimanat. Vel eſt habitus principiorum moralium, attendens ad legem naturæ, quam conſeruat, inſtigās hominem ad bonum, & obmurmurans malo. Vel dicas ſynteresim eſſe ipſum lumen intellectus D

per

A per modum habitus in nobis manens; ſicuti Syneſis, latine, intellectus, eſt habitus ſpeculatiuus acquiſitus conſeruans principia ſpeculabilia. Synteresis officium eſt ponere maiorem propoſitionem in ſyllogiſmo practico, ſumptam ex lege naturæ ſuppeditante maiorem, & maioris probationem. Vnde potius pertinet ad intellectum, quam ad voluntatem; licet Damaſcenus voluntatem rationalem, ac potentiam motiuam eam appellet. Dictamẽ rationis eſt eiuſdem rationis vis, quæ dictat, & quaſi præcipit, ſeu admonet, vt bonum fiat, aut malum omittatur. Cuius officium eſt ponere minorem propoſitionem in ſyllogiſmo practico, & ex generali naturæ lege elicere aliquid particulare. Rationis partes ex Auguſtino duæ ſunt; altera quæ dicitur ſuperior, vis nimirum humanæ mentis dictans diuina, æterna, & me-

B re honeſta; vt, peccatum eſſe fugiendum, virtutem eſſe colendam: quarũ propoſitionum, Dictamẽ rationis ſuperioris rationem & cauſſam aſſignat: quia Deus præcipit: quia pulchrum, honeſtum, & homine dignum, aut indignũ. Hæc ſuperior ratio eſt ab affectionibus immunis, libera, quibus tanquam domina imperat; pioque fertur ad honeſtatem amore, timoreque ingenuo, non ſeruili, uitia cauet, iuxta illud,

Oderunt peccare boni virtutis amore. *Horat.*

& pro fine ſolum honeſtatem habet, nulla emolumenti, aut detrimẽti ratione habita. Qua honeſtate Regulus ductus, Carthaginenſibus, etiam ſuæ vitæ *Tuſ. 5.* exitio, fidem ſeruare voluit. Inferior altera, quaſi illecebroſa mulier, quę nõ diuina, ſed humana; non æterna, ſed temporanea, non mere honeſta, ſed uti-

C lia & voluptuaria, uel cõtraria ſine honeſtatis reſpectu proſpicit; vt; fugiendum eſſe peccatum, quia demeretur pœnam, quia dãnum, vel ignominiam affert, quia grauiter punitur: iuſtitiam eſſe amandum, quia bonum nomen parit, quia voluptatẽ procreat. Quæ pars eſt perturbationibus ſubiecta; praua delectatione afficitur, illecebris ad externum bonum permouetur, & pœnæ timore vitia cauet; iuxta illud,

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

quæ denique pro fine non habet verum bonum, ſed falſum, commodũ ſci- *Val. lib. 1.* licet, & voluptatẽ. Hic eſt nequã & ſiniſter oculus, hæc philautia, qua pau- *& 2. de Vo* ci ſunt qui non laborent: quæ ex praua aliqua ſententia, prauum affectũ, ui- *lup.* tioſamque conſuetudinem potius imitatur, quam naturæ legem & ſyntere-

D ſim. Conſcientia, eſt iudicium de aliquo facto bono vel malo petitum a lege naturali, rectaue ratione: quam aliqui putant eſſe habitum cõcluſionum practicarum, ex principijs practicis deductarum: cuius munus eſt inferre concluſionem ex maiore quæ ſyntereſi cognoſcitur, & ex minore, quam rationis dictamen ſuppeditat: Eius actus ſunt, teſtificari, arguere, inſtigare, & retrahere, defendere factum, vel accuſare. Verum conſcientia proprie deſignat iudiciũ rationis de aliquo facto, aut faciendo: Lex naturæ, eſt ſententia, ex ui luminis a natura inditi, profecta, qua bona præcipiuntur, & mala prohibentur. Vel lex naturæ ſunt prima quædam principia practica, lumine naturali, Syntereſiue cognita: cuius naturã planius ſecũdo fundamẽto explicabo. Secũdũ fundamẽtum, vt in artib. quæ in externis actib. verſantur,

neceſſarium fuit dari aliquod principium a natura, quam ſemper ars ſuppo- A
nit; vt in arte ſaltandi & canendi patet; quarũ initia quædam habemus a natura, quibus non exiſtentibus, ars nulla eſſe potuiſſet; ita in artibus internis, quæ in animo ſunt, neceſſaria fuere aliqua initia. Ex internis artibus, aliæ ſunt cognitionis, quæ ad agendum non referuntur: aliç actionis, quę ad bene agendum ſunt inſtitutæ. Et vt hæc duo artium genera ſunt diuerſa, ita etiã diuerſa debuerunt habere a natura principia. Quare artes cognitionis, quas ſpeculatiuas vocant, quædam habent initia ſola naturæ vi cognita, quibus ſine vlla ratiocinatione; ex ſola eorum apprehẽſione aſſentimur; vt, de quolibet licere affirmare, vel negare: totum eſt ſua parte maius; & id genus alia. Similiter actionis facultates ſua habent principia, ſolo naturæ lumine nota; vt bonum eſſe amandum, malum eſſe fugiẽdum, & alia huiuſmodi. Ex quibus indicijs, ſiue naturalibus aſſenſionibus, alia deinde ratiocinando fiunt B
iudicia neceſſaria ad vitam noſtram bene inſtituendam, ad familiam regendam, vel ciuitatem gubernandam. Hæc principia dicuntur eſſe in intellectu practico, vt illa in ſpeculatiuo. Illa vero ſecunda indicia, quæ ex illis conficiuntur, partim facili & clara conſequutione colliguntur; vt, ſi bonum eſt amandum, maius bonum eſſe magis amandum: alia vero non ita facili atq; aperta inductione; quæ, quo magis ab illis primis luminibus recedimus, eo eſt difficilior, atq; obſcurior. Vbi nota, cum aliquã propoſitio, principiumve dicitur per ſe notum, intelligi poteſt dupliciter: primo cum prædicatum eſt de ratione ſubiecti: ſecũdo, cum ex parte noſtri nulla eſt opus probatione, & hoc pacto quæ ſunt de lege naturæ dicuntur per ſe nota. Quare, tres aſſignare licet iudiciorum gradus: in quorum primo continentur ea, quæ C
ſine vlla argumentatione fiunt: in altero, quæ argumento quidem, ſed facili, & omnibus fere perſpicuo, modo rationis vſus vigeat: in tertio, ea q̃ non ſine maiore labore colliguntur ex primis. Inter primum genus & alia duo, illud eſt diſcrimen, quod intelligendi vis ratione illorum fit omnino terminata, ita vt non poſſit non aſſentiri; & proinde illorum cauſſa nullus fuit neceſſarius habitus. Cæterum, cum hmõdi iudicia nõ ſint ſemper in actu, dicũtur manere & eſſe in mente per modũ habitus; cum mens ſemper illa queat efficere. At vero, cũ homo reſpectu poſteriorũ nõ habeat naturalẽ aſſenſionem, neq; ad illa ſit terminatus; ideo iſtorum aliquis datur habitus. Inter ſecunda & tertia iudicia hoc aſſignatur diſcrimen, quod illa interdũ appellari ſolent prima principia, cum ſint cognitu facilia, licet nõ ſint primo prima; D
quorum habitus, ſi ſint cognitionis principia, dr̃ ſyneſis, ſiue intellectus; ſi actionis, a quibuſdam dicitur ſynteresis, quod affirmare videtur D. Thomas, qui ait ſyntereſim eſſe legis naturalis habitum. Ex quibus colligeres, quomodo intelligendus ſit Ariſtoteles, cum ait primorum principiorum dari habitum. Sed dubitari poteſt, an ad legem naturalem ſolum illa prima iudicia & propoſitiones pertineant, an etiam ſecunda.

Prima poſitio, legis naturæ nomine nõ intelligitur aliqua vis, qua homo naturali impetu in aliquid feratur; vt grauia in centrum, & bruta in bonum delectabile feruntur; ſed potius quoddam naturæ lumen, quo homo, vt ingenuus

A genuus & liber, in honeſtum finem tendit, vt eius naturā decet. Patebit hæc
poſitio ex ijs quæ infra dicemus. Secunda poſitio, lex naturæ proprie nō eſt
ipſa intelligendi potentia. Primo, quia intelligendi vis eſt in pueris: at natu-
ræ lex, proprie loquendo, nō dicitur eſſe in pueris, igitur: minor patet, quia
hæc lex dirigit, præcipit, & vt de lege vniuerſe agentes docuimus, lex deno-
minat actum: atqui in pueris ante rationis vſum non eſt vllus rationis actus:
ergo nec lex vlla. Secundo, quia de ipſa potentia, non poſſunt affirmari ea,
quæ de lege naturę dicuntur, quod ſit recta, illuminetur, obſcuretur, & a re-
cto recedat. Poſtremo, potentia, vt potētia, non dr̄ regere, nec moderari, neq;
eſſe iudicium, quæ omnia de quacunq; lege affirmantur: igitur. Tertia poſi-
tio, lex naturalis nō eſt aliquis habitus. Primo, habitus ponitur in potentia
B indifferente ad agendū, vt determinata agat: atqui vis intelligēdi reſpectu le
gis naturæ non eſt interminata ad aſſentiendum primis notionibus: nō igi-
tur eget habitu terminante. Maior propoſitio eſt Ariſtotelis dicentis, Habitū *Li. 5. Met.*
eſſe diſpoſitionem habētis partes, hoc eſt, determinationem potētiæ indeter *c. de diſp.*
minatæ. Minor probatur a ſimili de principijs ſpeculationis, rōne quorum
intellectus non eſt indifferens; vt patet in apprehenſione entis: iudiciū autē
apprehenſionem ſequitur. Confirmatur, lex eſt iudicium, habitus vero eſt *Li. de bon.*
principiū iudicij: igitur. Vnde Auguſtinus, definiēs habitū, aiebat, eſſe qua- *perſ. 2. de*
litatē mentis, qua bene operamur. Secūdo, ex parte volūtatis ad appetēdum *lib. arb.*
bonū non eſt neceſſarius aliquis habitus, ut volūtas qđ eſt per ſe primo bo-
nū appetat: quare neq; ex parte intellectus, quantū ad iudiciū de bono ap-
C petendo. Deniq;, quæ de lege naturali dn̄r, non poſſunt affirmari de habitu,
vt quod ſit indelebilis, quod ſit innata, qđ dirigat, & ſimilia: non erit igitur
habitus. Quibus ēt rationibus probares non eſſe ſpecies. Quarta poſitio, lex
naturalis nō eſt ſynterefis. Quoniam, vt exiſtimamus, ſynterefis eſt illud lu-
men, illa vis naturalis intellectus, qui cognoſcit prima principia practica;
quæ ēt in pueris eſt: at vero lex naturalis non ita: igitur non ſunt idem. Quā-
uis ergo probabile ſit ſynterefim eſſe habitū; tn̄ probabilius eſt eſſe vim ſeu
inclinationē ad cognoſcēda prima principia practica. Quod ſi dicas, Diuum
Baſiliū & quoſdā alios Patres affirmare ſynterefim eſſe legem naturalē; Re-
ſpondere ideo ita loquutos fuiſſe, quia hæc in illa continetur: & ſæpe iſta vo
cabula confunduntur. Quincta poſitio, lex naturalis nō eſt ipſa conſcientia.
D Qm̄ conſcientia eſt applicatio primorū præſertim iudiciorū ad aliquod fa-
ctū priuatū, quod regulis rōnis rectis perpendimus: at lex naturæ primo, &
per ſe dicit iudiciū cōe, & vniuerſale: igitur. Cōſcientia itaq; non eſt lex, ſed
a lege formatur, quæ cū legem tranſgredimur, nos reos facit. Sexta poſitio,
lex naturalis proprie loquēdo deſignat actum. i. iudiciū primū de rebus pra
cticis, qđ intellectus vi ſynterefis facit. Hæc poſitio, primū probatur ex ijs,
quæ diximus: excluſimus. n. oīa quæ ſunt in intellectu, a ratione huius legis,
excepto actu atq; iudicio: quare, cum ſupra probatū ſit pertinere ad intelle-
ctum, & non ſit, vel potentia, vel habitus, vel ſynterefis, vel conſcientia, erit
actus. Deinde, lex proprie loquendo, eſt iudiciū dirigens: at hoc non conue-
nit niſi actioni: igitur. Deniq;, idē cōfirmares ex ijs quæ de hac lege a ſanctis

patribus dñr ; quod accuſet, qđ arguat, quod inſtiget, qđ defendat, qđ dirigat, & crucier: quãuis hos actus indifferenter tribui ſoleant tũ ſynteresi, tum conſcientiæ, tum legi naturali, quæ pro eodem ſæpe ſumuntur. Septima poſitio, lex naturalis eſt in intellectu per modũ habitus. Hæc poſitio ideo ponitur, vt doceamus, quo pacto lex iſta dicatur eſſe in hoïe ceſſante actu rõnis & iudicij. Duobus itaq; modis ceſſante iudicio, lex naturalis in nobis eſſe dicitur: primo, quia iam facta iudicia remanent in memoria & aïo per illorum ſpecies quaſi habitualiter: altero, rõne ſynteresis & luminis intellectus, quo hoïes poſſunt quandocunq; voluerint illa iudicia formare. Octaua poſitio, lex naturalis dr̃ nobis impreſſa, innata, & ſcripta in corde, rõne luminis naturalis, quo ſine vllo alio doctore, aut diſcurſu formãtur iudicia practica. Quo modo intelligeres illud Iobi, quis poſuit in viſceribus hoïum ſapientiã, & B
Cap. 38. dedit gallo intelligentiam? & illud Auguſtini, Lex tua, Domine, in cordibus
2. Conf. c. 4. hoïum ſcripta eſt, quã nec vlla vnquã delet iniquitas: Et hoc aliud, Cũ manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſerit, Qđ tibi non vis fieri, ne facias alteri; hoc antequam daretur, nemo ignorare permiſſus eſt, vt
Collat. 8. cap. 23. & 24. eſſet vnde iudicaretur, & quæ apud ipſum docte ſequuntur. De hac eadẽ indita & donata a Deo legẽ multa videre licet apud Caſſianũ: ad cuius maiorẽ explicationẽ vnũ, vel alterũ, adnotabo. Primũ, ſicuti in theoricis prima iudicia vocantur intellectus, quia per lumen intellectus cognoſcuntur; poſteriora vero vſq; ad probabilia dñr ratio, quia non ſine ratiocinationis collatione cognoſcuntur; ita primæ notiones practicæ dicuntur ſynteresis, & reliquæ ex illis ductæ, conſcientia. Et vt ratio non ſolũ locum habet in euiden C
Rom. 2. tibus notitijs, ſed ẽt in probabilibus, ita ẽt conſcientia. Huc facit illud Pauli, Teſtimonium reddente illis conſcientia illorum. Sunt aũt qui putent, oïa iudicia quæ ad conſcientiam & ſynteresim pertinent, legem naturalẽ cõficere, ita vt naturæ lex oïum ſit iudiciorum collectio: ſed tñ, proprie loquẽdo, lex naturæ ea iudicia includit, quæ proxime per ſynteresim fiunt, aut ex primis plane conficiuntur. Deinde notandũ eſt, quaſdã aſſignari proprietates, quibus aliquo pacto lex naturæ explicatur, vt cum de ea dr̃, quod proficiſcatur a lege æterna: quod omnes leges ab illa dimanent: qđ ſit vna in oïbus: quod plura contineat præcepta, & oẽs omnium virtutum actus: & deniq; quod ſit immutabilis: de quibus deinceps diſputaturi ſumus. Denique alij de lege naturę, de conſcientia, & de ſynteresi ita philoſophantur. Lex naturę tanquã D
regula aliquid denuncians præcedit: quam conſcientia, vt iudicium rationis ſubſequitur: hanc ſynteresis, vt naturalis appetitus qui ſemper fertur in bonum & vitia refugit, veluti ſuperior rationis pars, comitatur. Lex ergo imperat honeſta, prohibetq; contraria: ſi in hac ratione quam legem dicimus, ſequatur iudiciũ, formatur cõſciã: huius iudicij ſcintilla quędã in appetitũ deſcẽdit, ipſumq; ad bonũ allicit, qđ naturaliter appetit, & dũ fertur ĩ bonũ rõnis iudicio manifeſtatũ ꝑ ſtimulũ illũ, quo plane vrget, ſynteresis noïat. Per ſynteresis ergo bonũ appetimus, & malũ declinamus, cũ vtrũq; ꝑ rõnis iudiciũ, vt tale ꝓponit. Ad primũ, ideo lex natura dr̃ ſcripta in corde, qa ad id qđ lex iſta dictat cognoſcẽda, nõ egemus aliquo habitu, vel magiſtro. Ad ſecũ-

dum,

A dum, lex naturæ non dicitur immutabilis, quid ſit habitus, quia ſi eſſet, aliquando remoueretur, quod falſum eſt; ſed quia eius notitia eſt ita clara vt ſola naturali intellectus vi percipiatur; & vt intelligentia a nobis omnino remoueri non poteſt, ita nec lex naturæ. Ad tertium, concedimus non eſſe potentiam; negamus tamen non eſſe actum: quam non ponimus in pueris. Ad quartum, tum ex proxima diſputatione, tum ex allatis fundamentis, & poſitionibus patet: negatur itaque eſſe inclinationem. Ad quinctum, hoc argumentum noſtræ fauet opinioni, ac proinde conceditur.

An lex naturæ recte ab Vlpiano definita fuerit. *Diſput.* IIII.

B VLPIANVS Iuriſconſultorum grauiſſimus, expoſiturus quid ſit ea lex vnde omnes humanæ leges deriuant, eam in concreto, vt Logici loquuntur, ſumendo dixit, Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit. Quæ deſcriptio ab omnibus fere Iuriſperitis, vt bona, admittitur, ac etiam a calumnijs vtcũque defenditur: ab alijs vero, vt imperfecta & vitioſa reijcitur, atque aliter definitur, & a quodam hoc pacto, Ius naturale eſt a Deo, ſeu a diuina voluntate poteſtas quædam, ſingulis generibus animalium conceſſa, agendi ea, quæ facta, æquum & bonum præ ſe ferunt. Cuius orationis prima verba genus & cauſſam omnium iurium continent, poſteriora differentias a iure diuino. Quod autem dicta definitio admittenda ſit, his rõnibus probari põt.

C Primo, auctoritate Iſidori dicentis, Ius naturale eſſe commune omnium animantium, eo quod vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione habetur aliqua: quæ definitio eandem vim habet cum illa ab Vlpiano tradita. Secundo, lex naturæ nihil aliud eſt, quam participatio quædam ęternę legis: atqui bruta animalia hanc participant, cum in eis ſemina quędam rõnis appareãt, & multarum virtutum, vt pietatis, religionis, liberalitatis, magnanimitatis, ac prouidentiæ, & ſtudij ſpecimen præbeant; igitur. Sumptũ, ſi quis hic latius philoſophari vellet, ex Galeno, Porphyrio, Plutarcho, & Plinio, probare liceret. Et Anacharſis epiſtola penultima de cane ſcribendo ait, Canis honeſto animo animãs prædita, memor beneficiorum, amat eorũ qui beneficia contulerunt domos, conſeruans ęquitatis legem vſq; ad mortem. Tertio,

D quæ natura omnia animalia docuit, in hominibus reperiuntur, licet perfectiori modo; vt eſt maris & fœminæ coniunctio, & filiorum educatio: igitur non erit damnanda hæc definitio, ex eo, quod etiam iuri homini cum brutis communi conueniat: cum iſta, re vera, in homine de lege naturæ ſint. Poſtremo, licet non omni ex parte hæc definitio ſit abſoluta: tamen nõ eſt reijcienda, quia, vt Connanus ait, intra fines ſubiectorum exemplorum retinenda eſt: vel quia, ita Vlpianus definiuit, vt iuuenum ingenijs, populariter loquendo, ſeſe accommodaret; vt quidam ſcribant. Verum, cum hæc definitio non ſatis bene defendi poſſit, alij eam, vel eas approbant, quas tradidit M. Tullius, cũ dixit. Naturæ ius eſt quod nobis non opinio, ſed quædã innata vis affert: Quã definitionẽ latius more oratorio in orõne pro Milone expo-

Di. 1. can. Ius nat.

In orat. Iſagog lib. 3 de ant. c. 1.

In opus. de hac re lib. 1. c. 41.

Lib. 1 c. 4.

Myſing.

Lib. 2. de inuent.

A nere a munificentiſſimo parente ornatur; ideo in eo Ius & lex aliqua naturalis, qua iudicando ſe dirigat, ſeque gubernet, aſſignari debet. Quare, iudicia rationis in homine, legis naturalis nomen recte ſuſcipiunt, non autẽ inclinationes illæ quæ in cæteris ſunt naturis. Sed quia in homine, aliarum rerum naturæ inueniuntur, hinc eſt, vt earũ functiones, naturæ vi exerceat, & ad eas exercendas appetitum habeat; vt ad appetenda ſalutaria, & ad fugienda contraria, quod eſt ei cum omnibus rebus commune: & ad ſe & ad alios tuendos, & conſeruandos: vnde procreationis deſiderium, & procreatæ ſobolis cura, reique iucundæ appetitio, & ad honeſtatem expetendã turpitudinemque vitandam propenſio, quæ eſt ſuæ naturæ propria. Et cum ſola ratio naturam humanam conſtituat; hinc eſt, vt penes eam ius naturale
B in homine attendendum ſit; cum omnes hominis operationes & actiones, ab hac tanquam a quodam principe dirigendæ ſint. Nam, ſi ſecundum alias inclinationes, quibus cum cæteris rebus communicat, ius naturæ ſpectandum eſſet, dicere profecto liceret, ius naturale eſſe quod natura non modo homines, & animalia, ſed etiam plantas, ſtirpes, lapides, & elementa docuit, hoc eſt, indidit; cum ſui conſeruatio, quæ eſt homini maxime naturalis, ſit ẽt ei cum rebus ſenſu & anima carentibus commune.

Tertium fundamentum, quamuis homo ob diuerſas quas participat naturas, ac etiam ob appetitus diuerſos, quos in ſe habet, naturalem, ſenſitiuũ, & rationalem, ea appetat, quæ bruta & ſenſus expertia appetunt, tamen non eodem modo, ſed libere, & congruenter rationi. Quare, non eodem mo-
C do ſe tuetur, & contraria refugit, vt quæ ſenſu carent: nec procreationi, educationique dat operam, vt bruta faciunt. Sunt itaque communes rerum multarum propenſiones, ſed iuxta cuiuſque rei naturam eas perpendere ac metiri oportet: quæ doctrina eſt omnino conſideratione digna. Quare, ex eo quod in una natura cernitur, vt in bruto, non licet ſimpliciter arguere ad id quod eſt in homine, & contra: cum id quod eſt commune, iuxta naturæ diuerſitatem, modumque agendi naturæ conſentaneum, maxime varietur. Appetunt coniunctionem animalia, appetit homo, ſed non eodem modo: alũt bruta ſuos fœtus, & homines ſuos, ſed ratione diuerſa. Atque ex his colligere licet, eam in homine naturæ legem aſſignandam eſſe, quæ cum non ſit ab opinione aut a magiſtro accepta, ea omnia docet, quæ, vt hominem ratione
D præditum decet, facienda ſunt. Atque hæc adnotaſſe ſufficiat.

Prima poſitio, in brutis nihil eſt rationis. Hoc dixerim contra quoſdam, *In dial.*
qui aliter ſenſerunt, quorum opinio errorem continet, & ſpeciatim contra *Lib. 4. eleg.*
Laurentium Vallam: qui tamen aliquando Vlpianum notauit, quod in ſua *cap. 41.*
definitione legis naturæ inſinuare viſus fuerit in brutis eſſe rationem: quem aliqui, & merito, vt calumniatorem reijciunt. Quinctilianus etiam non obſcure eundem errorem expreſſit. Quod nos aſſerimus, communis omnium *Ariſt lib 2*
Philoſophorum & Theologorum tenet opinio. Vnde ad noſtram doctri- *de an. tex.*
nam confirmandam ex communi ſententia prima ſumatur ratio. Deinde, *157. de*
ſi in brutis eſſet ratio, ſequeretur, ea eſſe eiuſdem ſpeciei cum homine, & nõ *mem. c. 4.*
bruta, ſed animalia rationis capacia dici deberent: quod nemo niſi rationis

expers affirmaret. Præterea ſequeretur poſſe ratiocinari,percipereque na- A
turas communes,eſſe capacia ſcientiarum,& virtutum;quia cum ratione eſt
coniuncta libertas; & deniq; anima vterentur immortali. Poſtremo, vt alias
omittā rōnes, ſi ſunt ratione prædita, maxime quia eiuſmodi exercent ope-
rationes, quæ rationis vſum arguere videntur:atqui;ſi hęc ratio cōcluderet,
poſſemus ēt dicere, in ſemine aīalium eſſe rationis vſum, cum ſua ui tā mira
bile opificium producat,corpus nimirum animatum tot partibus diſtinctū,
& mirifice formatum; ſimiliter in plantis,in lapillis,in calore,qui coniun-
cta ſeparat, & ſcorias a puro auro ſecernit. Quod ſi petas, qua ratione ea
opera efficiant,quæ aliquem rationis vſum indicant? Dicam primum,natu-
ræ inſtinctu,quem æterna ratio rebus impreſſit:non ſecus atque horologiū
ab arte fabricatum admirabili quadam ratione ponderum & rotarum varie B
tate ac diſpoſitione, horas, momenta,& tempora diſtinguit,& notat. Inſtin-
ctus itaque in brutis eſt appetitus naturaliter determinans phantaſiam ani-
malis ad ſimiles cogitationes. Quare,quod facit in nobis ratio,id efficit ap-
petitus determinatus in brutis,ſine ullo diſcurſu. Rurſus dicerem,nonnulla
efficere ex aſſuetudine & memoria ob aliquos actus præcedentes, ob quam
cauſſam canes, pſitaci aliqua præter conſuetudinem naturæ arte condocefa-
cti facere conſueuere;& aliquæ aliæ animantes beneficiorum fuerunt me-
Lib.6.c.63 mores,vt Aelianus,Plinius, & Gellius de dracone, panthera, & leone, lu-
Lib.8.cap. poque referunt. Neque enim aliud magis naturam animalium ſylueſtrē
16.17. cicurat, quam beneficiorum acceptio: cum nunquam aliquod armētum in
Lib.5.c.14 ſuum paſtorem inſurrexiſſe auditum fuerit. C
Xenoph.in Secunda poſitio, Vlpiana legis naturæ definitio nullo modo pro bona
Cyr.pad. admittenda eſt. Primo,quia,vt aliqui ſcribunt, potius tradit,quid faciat ius
P.Greg. in naturale, vel quæ ſint de lege naturæ,nempe quod animalia doceat, quam
Meth. c.5. explicet,quid ſit iſtud ius,quod docet. Secundo, lex naturalis, eſt deriua-
Aug. lib.1. tio & participatio quædam legis æternæ,ſicuti lex humana legis naturæ: at
de lib. arb. bruta non participant,nec apprehendunt legem æternam:igitur in illis ve-
re lex naturalis, hoc eſt, quædam participata ratio eſſe non poteſt. Tertio,
ſi iſta eſſet lex naturalis homini,cum lex naturæ mutari non poſſit,ſequere-
tur,quod homo eodem modo iſtam legem,quæ eſt ei communis cum bru-
tis,ſeruare deberet: quod eſt omnino falſum. Quis enim dicat, hominem
debere eodem modo coniungi ad procreandum, vt bruta faciunt? aut eo- D
dem modo filios alere? Quod ſi iſta alia ratione ab homine præſtanda ſunt,
quam a brutis præſtantur, iam alia erit lex & ius naturale hominis, quam
brutorum. Quarto,de ratione legis, ſiue iuris, vt hic ſumitur, eſt iubere,
& vetare:at in brutis nulla eſt uis,ſiue facultas iubendi aut uetādi, vt eſt ma
Lib.2. de nifeſtum: ergo in illis non eſt proprie lex. Confirmatur,lex eſt in aliquo,
nat. Deorū vel tanquam in regente & moderante,quo pacto nemo prudens diceret le-
gem eſſe in brutis;ideo M.Tullius aliqñ dixit, ſolos homine rōne vtentes iu
re ac lege viuere:vel tanquam in re directa,quo modo lex Principis in ſub-
ditis eſſe dicitur, quia eius ordinationem apprehendunt: at bruta non ſunt
homini ſubiecta quantum ad ordinationem, ſed ſolum quantum ad vſum a

neutro

A neutro igitur modo lex naturæ in illis reperitur. Quinctò, Paulus in lege pe nultima ius naturale ad ſolos homines contrahit: idem facit Ariſtoteles in ethicis, ac etiam Iſidorus, qui ius naturale diuidit in ius ciuile & gentium, vt omittam omnes Theologos, qui nomine iuris naturalis, prima rationis humanæ lumina intelligunt, non aliquam propenſionem cum brutis communem. *D. de iuſt. & iur. lib. 5. cap. 7. D. 1. can. ius nat.*

Ad primum, Iſidorus in ſua deſcriptione, non inquit omnium animantiũ, ſed nationum; vnde hic locus corruptæ a quibuſdam citatur. Illa autem verba, inſtinctu naturæ, non modo de brutis, ſed etiam de homine rationis participe intelligi poſſunt. Vnde Iſidori definitio, vt bona admittenda eſt. Ad ſecundum, in brutis eſſe aliquid rationis, ſine ratione dicitur: cũ quidquid B faciunt ſolius naturę propenſione faciant: propenſio autem nõ meretur proprie legis nomen. Ad tertium, concedimus multa conuenire homini ratione ſuis generis, vt animal eſt: ſed tamen multo aliter iſta exercentur ab homine, qui ſe ſua ratione dirigit, atque gubernat; quam a brutis, quæ non ſe agunt, ſed aguntur in finem: qua in re non ſecus ſe habet homo, & bruta, atque ſagitta, & auis quæ in eundem tenderent ſcopum. Ad extremum, iſta definitio ob allatas rationes non admittenda eſt, cum in errorẽ ducat, & naturæ legem minime exponat. Quæ contra Ciceronis definitionem dicuntur, ſic ſoluntur. Ad primum, lex naturę in homine exiſtens ipſum ligat, vt eſt participatio quædam diuinæ legis; nec repugnat, quod, huius legis ui ſeipſum obliget; pro vt recta ratio enim ad recte viuendum conſtringit: eſt C itaque homo ſibi ipſi lex. Ad ſecundum, quamuis interdum pars inferior in homine a rationis imperio ſe ſubtrahat, non proinde ſequitur, rationem uim legis non retinere. Ad tertium, licet ius proprie deſignet auctoritatem aliquid faciendi ſecundum leges, ac id quod recta ratio faciendum ſtatuit: tamen recta ratio & ius pro eodem ſæpe ſumuntur; & vt ius dicitur lex conſtituta, ita recta ratio, dicetur lex, vt conſtituens, ordinans, & præcipiens.

An lex naturalis plura contineat præcepta. Diſput. V.

D EXPLICATA legis naturalis ſubſtãtia, ſequitur vt de eius accidentibus agamus: in quibus primum occurrit, vnitas. Cum itaque naturæ lex conſiſtat in quodam iudicio, ſiue aſſenſione; quæri a ſcriptoribus ſolet, an ui ſolius luminis naturalis plura fiant iudicia, an vero vnum tantum. Quod non ſint plura ſic probo. Primo, vti in natura omnes motus reuocantur ad vnum primum, a quo cæteri pendent, ita in genere cognitionis theoricæ & practicæ omnis diſcurſus, atque omnis aſſenſio ad vnam primam aſſenſionem reuocari debet: igitur vnum erit naturæ iudicium primum, a quo alia ratiocinando, cum non ſint prima colliguntur: quorum erit habitus, ac proinde non pertinebunt ad legem naturæ: Secundo, hominis natura eſt vna: igitur vnã habet propenſionem: ergo vnicum iudicium ſecundum legem naturæ. Poſtremo, in theoricis vnum eſt primum principium, vnde omnes dimanãt *Ariſt. li. 8. Phyſ.*

ſcien-

A homines aſſenſionem præbent:& hæc proxime ad ius naturæ pertinere cẽſentur. In quo ordine ea etiam poneres,quæ facile,ſine doctore ex primis luminibus colliguntur. Vnde etiam colligeres, cur plura ponantur legis naturæ dictamina,ſiue principia. Quæ,etſi plura ſint;tamen ad vnum primum reuocantur,vnde cætera deriuant,quod eſt,Bonum eſſe amandũ,malum eſſe fugiendum. Quo fit,vt iure optimo,qui de rebus moralibus ſcribunt,ab ipſius boni propoſitione auſpicentur,vt Ariſtoteles fecit: Et Tullius de officijs acturus a quibuſdam primis naturæ principijs exorſus eſt, cum dixit,Principio generi animantium omni eſt a natura tributum, vt ſe, vitam,corpuſque tueatur,declinetque ea,quæ ei nocitura videantur, omniaque quæ ſunt ad viuendum neceſſaria inquirat & paret. Ex hoc itaque B fundamento duo habemus capita, vnde plura dimanant legis naturæ præcepta: quorum vnum eſt,diuerſitas appetituum, ob naturarum diuerſitatem: alterum, quia ex primis principijs nonuulla facile & euidenter ducuntur,ac proinde ad legem naturæ referuntur. Exempli gratia, ex hoc principio,quod tibi non vis, alteri ne feceris, Non eſſe furandum. Atqui vt ex appetituum diſtinctione varia oriuntur principia, ita ex eorum conuenientia,(omnes enim in illo conueniunt,quod bonum appetant,)vnum primum & commune naſcitur principium,Bonum eſſe expetẽdum,ſed pro rerum diuerſitate,ratione diuerſa,ac etiam diuerſum bonũ, vel ſalutare, vel delectabile, vel honeſtum.

Secundum fundamentum, non omnia quæ ſunt de lege naturæ ſecundum C appetitus non rationales, dicuntur eſſe de lege naturæ, quæ humano generi eſt præſcripta;cum appetitus ſenſitiuus inclinet in multa, quæ cum appetitu rationali pugnant:ſed illa cenſentur eſſe de lege naturæ, quæ ſunt ex naturali inclinatione,& ſecundũ dictamen rationis naturalis, aut ea quę ſunt ex inclinatione naturæ, vt eſt ſubiecta rationi: Quam doctrinam quibuſdam exemplis explicare non erit inutile. Maris & fœminæ coniunctio eſt quidem naturalis;ſed coniunctionis modus debet eſſe cum recta ratione:vnde non eodem modo homo & bruta ad procreandum coeunt.Mas ita cum fœmina coniungitur, vt coniunctio ſit certa, perpetua, pudica non cynica,prolis ſuſcipiendæ, non libidinis explendę cauſſa. Filiorum educatio eſt naturalis,quod eſt commune homini cum brutis; at modus edu-D candi non idem. Nam bruta paruo tempore fœtus curam habent, & ſolum cibum ſuppeditant:at vero homines diutius,& per ſe,& per alios ſuos filios curant,moribuſque informant.Communis rerum vſus eſt a natura;ita tamẽ vt quod alius occupauit ab eo ſine ſcelere auferri non queat: neque ita sũt communia,vt perpetuo debeant inter homines eſſe communia,vt inter bruta ſunt. Neque enim quiſpiam diceret,ita res a Deo factas fuiſſe,vt debuerint ſemper eſſe communes.Libertas eſt a natura:ſed tamen non eſt ita vſurpanda,vt quiſque id ſibi licere putet,quod libido ſuggeſſerit; quod ſi liceret,quæ data eſt ad bonum facultas,cederet in malum. Vnde lex naturalis, aut humana, non minuit libertatem, dum eam intra honeſti cancellos continet. Quo fit,vt legibus ideo ſeruiamus,vt liberi ſimus:nam,vt præclare

re Philo ſcribit, Liberi ſunt, quotquot ſub legibus viuunt. Depoſitum reſtituendum eſſe lex naturæ docet, ſed contra eandem naturam ageret, qui enſem furioſo reſtitueret, & furtum potius, furi, quam domino redderet. Denique, iniuriæ illatæ depulſio eſt maxime naturalis: at non probatur ni cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat. A

Tertium fundamentum, quamuis Philoſophi morales multa ſolo naturæ lumine dixerint, ac ſcripſerint, non tamen quæcunque ab eis pronuntiata ſententia ad legem ſpectat naturalem; cum nonnulla dixerint, quę non ſine maiore cura atque prudentia ex primis naturæ luminibus collecta fuere, vt ab Heſiodo, Pythagora, Theognide, Phocylide, Epicteto Catone, Publiano, & Seneca, atq; nonnulla alia quæ cum lege naturæ pugnant, vt eſt hæc Catonis, (ſi modo Catonis eſt libellus ille, qui ei inſcribitur) ſententia, B

Semper tibi proximus eſto.

Item,

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus,
Tu quoque fac ſimules: ſic ars deluditur arte.

Et apud Tullium, peccata eſſe paria; vindicationem eſſe honeſtam. Quare, ſicut non omnes concluſiones quæ in artibus & ſcientijs ſunt, ad earũ principia, pertinere dicuntur; ita nec omnes veritates morales ad legis naturæ principia ſpectare putandum eſt. Eſt autem principium morale, Quod pertinet ad ſcientiam actionemque moralem moraliter bonam; ſiue, Notitia, communisve ſententia ex lege naturæ petita, animoque hominis inſita. Sunt enim, vt ait Cicero, in animo paruæ quædam notitiæ rerum maximarum, quas cum ſequitur voluntas in agendo, recte agit. Atque hæ notitiæ ſunt prorſus leges naturæ, & communia principia de moribus perpetua & immutabilia: que ratio, & conſcientia ſemper uera eſſe iudicant. C

Prima poſitio, Ius naturale proprie ſumptum, pro eo, quod ſola naturali vi & ſimplici rerum apprehenſione, aut facili omnino diſcurſu cognoſcitur, continet plura præcepta. Doctrina eſt communiſſima, & quæ adnotauimus, eam manifeſte demonſtrant. Quare, vt in demonſtrationibus plura dantur principia, ita etiam in actionibus plura ponenda erunt. Secunda poſitio, quot & quę ſint legis naturæ præcepta, non eſt facile aſſignare. Difficultas autem ex his oritur capitibus: ex re ipſa, quæ non eſt ſatis ratione noſtri perſpicua: ex natura vitiata, & obtenebrata: ex varijs hominũ ingenijs, moribus & inſtitutis. Quare, clariſſimum naturæ lumen, non æque ab omnibus ſuſcipitur, nec in omnibus æque lucet; licet omnem hominem venientem in hunc mundum illuminet; ſed tenebræ illud non comprehendunt: immo peccatorum e tenebris paulatim minuitur, & ita interdum viuitur, vt nuſquam appareat. Certum tamen eſt, ea poſſe in numerum præceptorum legis naturæ uenire, quæ ad primos appetitus, quos expoſuimus, & quæ ad poſtremum proxime pertinent; in quo numero decalogi præcepta a quibuſdam recenſentur. Et quoniam Alexander ea a quibuſdam ſufficienter enumerata fuiſſe exiſtimat, ideo eorum enumerationis hanc ſubijcit rationem. Si ius naturale uniuerſe ſumatur, aut dirigit hominem D

Ioan. 1. *Cic. Tuſ. 3*

A nem ratione ſpeciei; & ita de iure naturæ eſt matrimonium, & filiorum educatio; vel dirigit, ratione ſui, vel perſonæ, vnde libertas: vel bonorum, vnde communis poſſeſſio: & hæc in ſtatu naturæ integræ. In ſtatu naturæ lapſæ, ratione ſui oritur rerum acquiſitio; ratione alterius, depoſiti reſtitutio; Et hęc reſpectu actionis: at vero reſpectu paſſionis, oritur violētiæ illatę depulſio. Quod ſi naturę lex conſideretur vt reſpicit ius, quo homines vtuntur, ſubintrat enumeratio Ciceronis, hoc modo. Homo vt perſona ſingularis ordinatur ad Deum per religionem: ad alios homines quantum ad partem rationalem, per veritatem: quantū ad iraſcibilē ratione ſummiſſionis, per reuerentiam, ratione audacię ad tollendam iniuriam per uindictam: (ſed ſano modo hic vindicta eſt accipienda) quantum ad concu-
B piſcibilem, erga alios per gratiam, erga ſuos per pietatem.

Tertia poſitio, legis naturæ præcepta cum ſint plura, inter ſe ordinem aliquem habent; ita vt alia ſint alijs priora. Primum, hæc poſitio, probatur, ex illo axiomate phyſico, natura nihil inordinatum facit: quod ſi omnia in ſuis operibus natura ordinate agit: multo magis in humana ratione, quæ eſt auctoris naturæ participatio quædam. Deinde, ex præceptis decalogi, quæ cū quodam naturali ordine nobis a Deo in mentem, vnde pene effluxerant, reuocata ſunt: de quorum ordine infra ſuo loco dicetur. Poſtremo, hic ordo oritur ex ordine inclinationum naturalium, ex quibus ſumuntur præcepta naturæ, vt ſupra docuimus: qui vniuerſe hunc in modum aſſignari poteſt. Primum ſtatuendum eſt vnum primum principium, vnde omnis proficiſca
C tur motus, quod ſit omnino per ſe notum, cuiuſmodi in moralibus eſt hoc Bonum eſſe deſiderandum ac ſequendum, & malum fugiēdum; in quo omnia principia practica continentur; vt in hoc, De eodem, idem affirmari & negari eſt impoſſibile, omnia omnium ſcientiarum principia. Hoc primū & communiſſimum principium ſequuntur alia minus communia, circa aliquam priuatam materiam, quæ certo ordine continentur. Rurſus in homine ſtatuendum eſt aliud principium primum, quod ei conueniat, vt homo eſt, ad quod inclinationem habeat naturalem, & hoc nihil aliud, eſt quam honeſtatis amor, & turpitudinis fuga. Quod hoc vt communiſſimum & notiſſimum axioma tanquam verum admittendum ſit, in quo, vt quodam cardine tota humana uita regitur, miſſis multis auctoritatibus, ea ſuadet ratio, *Cicer.*
D quia humanæ naturæ propenſio eſt a Deo, qui, vt dat formam, hoc eſt rationem, ita ea quæ conſequuntur formam: atqui Deus non poteſt ullam naturam in malum, præſertim culpæ, flectere: ad bonum igitur honeſtum humana mens, quæ eſt diuinæ naturæ participatio quædam erit inflexa. His ita poſitis, omnia legis naturę præcepta ad hęc tria capita, hoc ordine reuocares. Primum in quo ea continentur, quę ad ſui conſeruationem, & quę ad ſeipſum conuenienter inſtituendum ex communi hominum ſenſu pertinēt. Secundum in quo ea quæ recte inſtituūt hominem ad communicandam naturam ſuam alteri, & ad conſeruationem ſpeciei, ad generandum ſimile, & educandum. Tertium in quo quę ordinant hominem ad Deum colendum, ad alios amandos, ſocietatemque & iuſtitiam ſeruandam erga parentes, *Ariſt. 2. de anim. 34.*

tes,filios,ſuperiores, æquales & inferiores; ſecundum inclinationem quam A
ad bonum honeſtum habet. Videndum itaque eſt, quę ſint illa quę naturę
inſito lumine cognoſcuntur, & ſingula ad ſuos ordines reuocanda ſunt, &
eo ordine diſponenda, quo vnum ab alio pendere, & ad primum magis minus
ve accedere videtur. In qua re ſubtilius enucleanda in pręſentia immorari
nolo: illud tamen dixerim in ſingulis gradibus ęſſe quędam magis &
Albert. art. 2. m. 4. minus nota. Atque ex his colligeres, naturę legem dictare aliqua quę pertinent
ad cultum Dei. Nam, cum homo ſua natura factus ſit ad religionē,
Gloſ. Eccl. 4. quod vel ex eo plane perſpicitur, quia nulla gens tam barbara vnquam inuenta
eſt, quę aliquod numen non coluerit. Vt igitur innata eſt quędam diuini
Rom. 1. numinis in humanis mentibus notio; ita ad idem religione colendum
ſemina ingenerata fuere. At vero quę ad miſteria fidei pertinent, naturę lex B
non dictat, niſi uniuerſe & implicite, prout inclinat ad aſſentiendum veritati
propter rationem: aſſenſus tamen qui hiſce veritatibus prębetur, non eſt a
natura, ſed a gratia. Quo fit, vt lex naturalis non dicter omnia quę ad ſalutem
ſunt homini neceſſaria.

Quarta poſitio, quamuis naturæ lex plura contineat præcepta: tamen ad-
Diſt. 1. ca. Iuſ. huc vna appellari poteſt. Primum patet hæc poſitio ex quibuſdam definitionibus
legis naturæ, quibus, vt quid vnum definitur; vt ab Iſidoro, a M.
Lib. 2. de Inu. Tullio, & ab Ariſtotele. Deinde dici poteſt vna reſpectu vnius luminis na-
Lib. 5. eth. cap. 7. turalis, vnde proficiſcitur: reſpectu vnius primi principij, vnde alia dimanant,
& reſpectu vnius finis, hoc eſt boni honeſti, quo omnia referuntur:
quibus etiam modis ſcientia, & fides dicitur vna. Sed diceres, hanc poſitionem C
pugnare cum illa, qua diximus, legis naturæ præcepta eſſe plura:
Nam ſi iſta ſunt plura, etiam lex, quæ eſt præceptum quoddam, multiplex
erit. Facilis eſt reſponſio: quia proprie loquendo, non idem ſunt lex & præceptum:
eſt enim lex aliquid communius, quæ ratione collectionis pluriū
præceptorum dicitur vna.

Quincta poſitio, naturæ dictamen legis nomen mereri poteſt. Explico,
lex ea proprie dicitur quæ vim obligandi habet, quæ etiam vis legi naturali
ineſt, quatenus eſt effectus quidam & deriuatio legis æternæ, a qua omnis
naſcitur culpæ obligatio, quæ ſolum ibi reperitur, vbi aliquid fit contra voluntatem
alicuius ſuperioris aliquid præcipientis, cui obediendum eſt. Sūt
itaque in legis tranſgreſſione duo, ratio mali, hoc eſt defectus quidam, & D
aberratio a regula, & hæc ſemper reperitur in peccato, etiamſi imaginemur
nullum eſſe ſuperiorem, & ratio culpæ, quæ non exiſtit, niſi adſit contemptus
eius qui præcepit: quam culpam, vt diximus, ideo tranſgreſſio legis naturæ
habet, quia eſt participatio quædam ęternę legis, ex cuius contemptu
omnis oritur culpa. Ex his quæ hucuſque de naturali lege diſputata ſunt,
hæc poteſt colligi eiuſdem deſcriptio, Lex naturalis, eſt iudicium, ſeu dictamen,
quo per lumen ab æterna lege inditum ea clare facienda cognoſcimus,
quę ſunt naturæ conſentanea, & ea negligere eidem naturę repugnantia,
atq; ea eſſe vitanda, quę turpia, & rationi diſſentanea videntur. Vnde
colligeres, hoc lumen, vt a Deo proficiſcitur, non vt eſt in ſingulis, qui
commu-

A communitatis curã non habent,legis rationẽ habere: ob quam cauſſam lex naturalis interdum vocatur,diuina.Sed peteret aliquis,an lex naturę,ac etiã vniuerſe quęcunque lex, ſit ſolum dictamen rationis, an etiam imperium, an vtrunque, de quo nihil ſpeciatim a ſcriptoribus dicitur? Cui reſponderem,ad ſtatum legis perfectum, vtrunque requiri; quia lex eſt dictamen rationis aliquid pręſcribentis, ſeu imperantis; imperium autem, nõ eſt idem cum dictamine. Antequã huic diſputationi finem facio, aliquid de huius legis ui ſubijciam. Lex ergo naturę omnes mortales obligat cum ad rationis vſum peruenerint:tunc enim eis promulgatur, cum inter bonum & malum incipiunt diſcernere,& qui contra faciunt peccant. Illi autem ratione vti cenſentur, qui alicuius principij vniuerſalis practici notitiam habent. *Baſ. hom: 3. in pſal. 1. Hier. epiſt. ad Algaſiam q.8.*

B Cæterum,licet omnes liget,non tamen in omni caſu,& omnibus modis, & æqualiter,ſi de propoſitionibus particularibus loquamur,quæ ſunt principiorum communium applicationes. Quamuis ergo ratione principiorum vniuerſalium omnes æquæ obliget, ſaltem remote, & in actu primo;nihilo minus,ratione circunſtantiarum, non eodem modo omnes ligat. Obligat autem in conſcientia dum præſcribit viuendi & agendi modum ad conſequendum vltimum finem neceſſarium,ac proinde qui contra eam faciunt, in ſacris litteris damnantur. *Damaſc. lib.2.c.30. Rom 1. Gal.5.*

Ad primum,concedimus dari unum primum principium,& unam primam inclinationem in moralibus,Bonũ eſſe amandum:ex hoc tamen multa alia manifeſtiſſima conſequuntur principia,iuxta plures naturæ inclina-

C tiones,vnde & plura præcepta. Ad ſecundum,hominis natura non eſt omnino ſimplex,ſed plures habet inclinationes; vnde & plura præcepta naturalia ratione obiecti,eo modo quo uis naturę tribuitur etiam rebus ratione carentibus, quæ ab una diriguntur ratione, ob quam cauſſam fiunt priuata hominis præcepta; & ab una naſcuntur propenſione, qua homo tendit in honeſtum. Ad tertium,patet ex reſponſione ad primum:cõcedimus itaque omnia reuocari poſſe ad unum,& omnia ab uno fine pendere.

An omnes uirtutis actus ſint de lege naturæ. *Diſput.* *V I.*

D QVOD non omnes uirtutes, ſine uirtutum actus ſint ex lege naturę his rationibus probari poteſt. Primo, ideo aliquid eſt peccatum,quia eſt contra legem Dei,& legem ęternam; ut ex Auguſtino patet: igitur eatenus aliquid erit uirtus, quatenus eidem legi eſt conſentaneum; ac proinde, non ideo aliquis actus dicetur ſtudioſus,quia eſt de lege naturę:aut aliqui actus boni erunt, qui ab ea non pendebunt. Secundo, lex diuina & humana ſunt leges a naturali lege diuerſę: igitur actus qui ex his legibus proficiſcuntur, non pertinebunt ad legem naturę,ut peccatorum confeſſio,actus fidei,ſpei, & multorum contractuum iuſtitia, officiorumq; exequutio, quę ab humana lege pendet. Tertio,quę ſunt de lege naturę omnibus æque conueniunt,& omnes ęque obligant: atqui non omnes virtutum actus omnibus conueniunt,

vt abſtinentia,& continentia:& quod in aliquo eſt virtus, in alio poteſt eſſe A
uitium:igitur. Quarto,ſi omnes virtutes eſſent de lege naturæ:igitur omnia vitia cenſerentur eſſe contra naturam:quod eſt falſum;cum certa peccata cõtra naturam eſſe dicantur; vt præpoſtera venus,ſeminis effuſio, & quædam alia.Poſtremo,ideo aliqua dicuntur bona vel mala, quia lege humana ſunt prohibita:igitur iſta non pendebunt a lege naturæ; cui ſi omnes actus boni attribuendi eſſent, varias leges diſtinguere non liceret. Ad hanc difficultatem explicandam pono hæc fundamenta.

Primum fundamentum,actus virtutũ dupliciter conſiderari poſſunt; vel vt actus virtutis ſunt,hoc eſt vt ſunt naturæ humanæ conſentanei;vel ut tales actus ſunt,ratione obiecti circa quod verſantur;unde unus habet,vt ab alio ſpecie diſtinguatur:& ita alius eſt naturalis,alius ſupernaturalis: alij habent B
quod ſint boni vel mali ex ſe,alij aliunde;quos naturæ lex proxime non dictat,ſed ab humana lege pendent:& denique, alij ſunt magis ſecundum naturam,alij vero,minus:quo modo magis eſt ſecundum naturam virtus,quã

Ariſtot. 5. eth c.7. voluptas,& vita,quam diuitiæ. Ex quibus colligeres diſcrimen quoddam inter ius naturale,& ius ciuile:quia illud ex ſe vim apud omnes habet, non ex eo quod ſic uidetur,aut non uidetur;hoc uero ex ſola ordinatione,& uoluntate humana,hoc uel illo modo, pro circunſtantiarum uarietate ſtatuenteac proinde Ariſtoteles ait hoc ius eſſe ſimile menſuris, quæ pro locorum ratione uariantur. Secundum fundamentum,ea eſt hominis natura, ut nõ ſolum uim poteſtatemque habeat ad virtutes actuſque morales producendos,ſed etiam ad ſupernaturales,ut ad gratiam recipiendam,& ad Deum ſu C

Lib.2.'nſt. in Theol. pra omnia amandum,atque clare uidendum: Quãuis ſupernaturales actus ſine auxilio diuino producere,aut eorum obiecta attingere non queat.Quo fit, ut aliquid poſſit dici, ſupra eius naturam, uel ex parte obiecti,& actus, uel ex parte inclinationis. Similiter,cum in eo ſit duplex natura,altera communis cum brutis,altera propria, duobus modis aliquid poterit dici contra naturam hominis,uel ut homo eſt,uel ut animal,aut uiuens eſt. Tertiũ

Lib.1.de Inuen. fundamentum,uirtus,ut Ciceroni placet, nihil aliud eſt quam in ſe perfe-

Lib.4.et 5. de fin. cta,& ad ſummum perducta natura, Vel,animi habitus naturæ modo,id eſt, ad naturæ modum,rationi conſentaneus. Vel,rationis abſolutio,ac perfe-

Lib.1.de leg. ctio. Et quoniam intima hominis natura conſiſtit in intellectu, & uolũtate;tunc hæc natura cenſebitur perfecta, cum per omnes uirtutes intelle- D
ctus,& uoluntatis ſuam perfectionem fuerit adepta: quo cum homo peruenerit,uere beatus dici poterit; quia ſummum bonum erit conſequutus: ad quod deſiderandum eſt primo a natura propenſus. Ad huius boni conſequutioné aliqua ex communi hominum ſenſu neceſſaria ſunt; ut aliena nõ eſſe occupanda,ueritatem eſſe dicendam,innocenti eſſe ſubueniendũ. Alia ita ſunt neceſſaria,ut eorum neceſſitudo non ſit omnibus nota,ſed ſapientibus;ut non licere uindictam de inimico ſumere, & pro innocente ſeruando non eſſe mentiendum. Alia, item, quorum neceſſitas, naturæ lumine cognoſci nequit;ut ex aqua eſſe renaſcendum, Chriſti carnem eſse ſumendã. Alia denique,quorum nulla eſt ex ſe neceſſitas, ſed commoditas & vtilitas;

in quibus

A in quibus diſcernendis & ſtatuendis humana lex potiſſimum eſt occupata. Quartum fundamentum, propoſita difficultas eo tendit, vt explicetur diſtinctio uirtutum quæ ſunt de lege humana, naturali, & diuina: & vt videatur, an ſicuti a lege æterna, vt ſupra docuimus omnes leges deriuanr, ita etiã oẽs leges humanæ ad normam legis naturæ fiant. Sed hic diligenter notandum eſt, hanc difficultatem intelligi poſſe, vel quoad omnes actus omnium virtutum ſimpliciter, naturalium, & ſupernaturalium, an ſolum reſpectu naturalium, qui poſſunt viribus naturæ effici, qui verſantur in bono honeſto, qđ eſt rationi humanæ conſentaneum: quo modo aliqui intelligi volunt, atque etiam Diuum Thomam intellexiſſe putanr. *Medin.*

Prima poſitio, omnes actus virtutum vniuerſe conſiderati, hoc eſt, vt ſtudioſi & honeſti ſunt, ſunt de lege naturæ; hoc eſt natura inclinat in honeſtũ ſecundum quamcunque virtutem. Primum patet ex communi ſententia, ſpeciatim D. Thomæ, vt omittam multorũ patrum auctoritates, & Ciceronis, locis ſupra citatis, atq; Ariſtotelis in ſecundo, & quincto Ethic. Deinde confirmatur ratione; quia virtus eſt habitus actiuus ex præſcripto rationis, ſm quam homo naturaliter agit; cũ vnaquæq; res agat ſecundũ inclinationem ſuæ formæ, ſecundum quam graue deſcendit, & alatum volat: Homo igitur cum ſit animal rationis particeps, eos omnes actus naturaliter exercebit, qui recta cum ratione conſentiunt, vt ſunt omnes virtutum actus. Secunda poſitio, non omnes actus virtutum ſunt de lege naturę, ſi conſiderentur in ordinem ad ſua obiecta. Primum, illæ virtutes putantur eſſe ex lege naturæ, ad quas natura vel proxime inclinat, vt ad Deum colẽdum, ad parẽtes amãdos, vel per aliquem facilem euidentemq; diſcurſum, vt ad gratiam rependendam: at præter iſta multa alia ob priuatas locorum, gentium, temporumque diuerſas rationes, hominum iudicio fiũt materia virtutis, ad quæ natura per ſe primo non inclinat: igitur actus circa iſta nõ erũt ex lege naturæ. Deinde, lex naturalis & humana inter ſe diſtinguuntur, ob diuerſa obiecta: igitur & actus virtutum, qui circa iſta obiecta verſantur. Quare non erunt omnes de lege naturæ. Tertia poſitio, actus virtutum ſupernaturaliũ, quantum ad potentiam, cenſentur naturales: quãtum vero ad exercitiũ ſunt ſupernaturales. Naturales, quia potentia naturaliter excipit habitus a quibus iſti actus producuntur, & ad eos producendos ſuum conatum adhibet: ſupernaturales, quia, ſine diuino auxilio exerceri nõ poſſunt. In ſumma, legis naturæ negantia præcepta oẽs malas actiones, quæ alicui uirtuti aduerſant prohibenr: affirmãtia vero, oĩum virtutum actiones aliqñ exercendas præcipiunt, non tñ oẽs, cum multæ vltro ſuſcipiãtur, abſq; vlla obligatione: vnde ad legẽ naturę implendam non eſt neceſſe oẽs actus exercere, ſed eos qui ſpãliter præcipiuntur. Ex quo intelligeres quo pacto intelligendũ ſit, hoc cõmuniſſimum principium, Bonũ eſt ſectãdum, qđ nõ obligat ad faciendum quidquid rõni viſum fuerit conſentaneũ; ſed vt congruenter rõni agamus, & ex hypotheſi, hoc eſt, poſito qđ operari velimꝰ, vt recte, nõ male, nõ indifferẽter, agamus. Ex qua doctrina intelligi p̃t, cur oĩa peccata ſint cõtra legẽ naturę, q̃a ſunt cõtra hũc rectũ agendi modũ, quẽ natura p̃ſcribit. Nec inde ſeq̃tur eũ q̃ peccat

Damaſc. Aug. li. 4. cont Iul. Ambr. 1. offic. c. 46. Cap. 6.

B, C, D (margin section letters)

cõtra ſpále præceptũ, duo cõmittere peccata; cũ ex cõi & ſpeciali rõne boni, A vnum efficiatur bonum completum, contra quod peccatur. Similiter, cum quis peccat, non committit ſpeciale peccatum contra præceptum, quod ad obediẽtiam legũ ſpectat, niſi materialiter, quia non agit ex legis præſcripto.

Ad primum, cum lex naturæ ſit participatio legis æternæ, quidquid erit contra legem naturæ, erit etiam contra legem æternam. Ad ſecundum, hoc argumentum concludit id, quod in ſecunda poſitione docuimus, nõ omnes actus virtutis rõne obiectorũ eſſe de lege naturæ, ſed, vel de lege diuina, vel humana, provt ab his legibus aliquid priuato lumine ſtatuitur. Ad tertium, concludit de actibus virtutum ad certas circunſtantias contractis, & ſecundam poſitionem confirmat. Ad quartum, omnia peccata dicuntur contra naturam, vt ſunt contra rectam rationem, qua hominis conſtituitur natura: aliqua vero ſpeciatim dicuntur contra naturam genericam, qua homo cõuenit cum brutis, ut ſunt quędam peccata, quæ nec in beſtijs cernuntur. Ad vltimum, ſolutio patet ex dictis. Atque ex his colligeres, quæ peccata dicãtur contra naturam, & quomodo, & quæ contra legem diuinam, & humanam; ac etiam non omnes qui peccant contra finem ſupernaturalem, peccare contra naturalem: alias omne peccatum eſſet contra legem naturalem. B

An ius naturale ſit idem apud omnes. *Diſput.* *VII.*

QVOD autem ius naturale non ſit, nec fuerit idem apud oẽs nationes his rationibus perſuaderi poteſt. Primo, præcepta decalogi, vt multi docent, pertinent ad legem naturæ: & tamẽ apud C multas nationes multi fuerunt contra illa cões errores: igitur. Minor propoſitio, quæ latiſſime probari poſſet, vno vel altero demonſtratur exemplo. Contra præceptũ de honorandis parentibus, apud quoſdam populos fuit error de parentibus ſenioribus occidendis. Contra pręceptũ, non furaberis, error de furti honeſtate, qđ eius vſus valeat ad animos inertes excitandos, & ad fortitudinẽ exercendã. Contra præceptum de non occidendo, viguit apud multos conſuetudo de ſacrificandis hominibus ob aliorũ incolumitatẽ. Contra pręceptũ, de non fornicando, oẽs fere nationes errarunt, exiſtimantes ſimplicẽ fornicationem non eſſe peccatũ: & Maſſagetæ, vt eſt apud Laertium, vxores cões habebant. Contra præceptũ de diligendo proximo, vindictæ priuatæ vſus, ſiue abuſus. Et deniq; cõtra primũ D mandatum de vno Deo colendo, quæ nationes, qui populi nõ errarũt, dum plures, & diuerſos Deos coluerunt? Scdo, nihil eſt magis naturale, quã bonũ eſſe amandum & quærẽdum: & tñ in ipſa huius primæ notionis applicatione, & vſu, maxima ſemper fuit apud homines varietas: igitur. Minorẽ propoſitionem is veram eſſe exiſtimabit, qui de bonorũ & malorũ finibus in mentem reuocabit diuerſas & contrarias opiniones. Confirmatur ex Ariſtotele, qui ſcriptũ reliquit, Nihil eſſe tã naturale iuſtũ, quin ſit aliquo modo apud diuerſos variabile. Nam licet in pluribus dextera manus ſit validior; tamen in quibuſdam læua eſt fortior. Tertio, vnaquęq; forma recipitur in ſubiecto

Lib. 9. in vita Pyrrhonis.

Lib. 5. Eth. c. 7.

Ariſt. li. 2. de anim.

juxta

A iuxta eius diſpoſitionem:atqui,non ſolū diuerſarū nationum, ſed ēt ſingulo
rum hominum diuerſæ ſunt affectiones,& habitus:igitur impoſſibile eſt vt
idem omnes populi ex lege naturæ ſentiant; Quam etiam loca, tempora,&
mores mirum in modū variant.Poſtremo,ex definitione iuris naturalis,quę
eſt apud Gratianum, Ius naturale eſt id quod in lege & in euangelio conti- Diſt. 1.
netur: at id quod eſt in euangelio,vt ex Paulo conſtat,non omnes admittūt: Rom. 1.
igitur. Ad hanc dubitationē,rñdebo quibuſdam præmiſſis diſtinctionibus.

Prima, principia,alia ſunt prima,quorum notitia eſt perſpicua & facilis;
alia ſecunda, quæ ſunt minus nota, ex alijs collecta, iuxta ea quæ ſupra di-
ſputauimus. Secunda,principiorū,alia ſunt ſpeculatiua,alia practica:quę in
eo differunt,quod ex illis quia ſunt de rebus neceſſarijs, cōcluſiones magis
B certæ, & minus erroribus expoſitæ colliguntur: ab his vero,quia verſantur
in rebus contingentibus & ſingularibus, minus certæ & ſimiles concluſio-
nes conficiuntur:idq; eo magis,quo ad magis particularia deſcēditur. Sunt
itaq; veritates practicæ magis errori,ac varietati expoſitæ:quā rē his illuſtro
exēplis:Ex hoc principio, Quod tibi vis fieri alteri feceris,colligit depoſiti
reſtitutio:at ei qui velit re depoſita ſibi, aut reip.nocere nō eſſe reſtituendū.
Ex hoc,quiete & pacate eſt viuendum,colligitur,arma non eſſe tractāda:ſed
non habet locum,ſi hoſtis vrgeat:ſi innocēs ſit defendendus. Similiter, fides
eſt ſeruanda, ſed non in male promiſſis. Itē ex hoc principio,Quod tibi non
vis fieri,alteri ne feceris,facile deducitur,non eſſe mæchandum; at nō ita cla
re,non eſſe fornicandum.Similiter ex eodem facile deducitur,non eſſe con
C tra quempiam falſum teſtimoniū dicendum:ſed non ita facile,non eſſe men
tiendum ob alicuius ſalutem,maxime innocentis.Tertia,principia practica
& ſpeculatiua dupliciter comparari poſſunt:vel quantum ad cognitionem,
vel quantum ad rectitudinem;hoc eſt an æque cognoſcantur,& eodē modo
recta putentur. Quarta,cum quæritur,an lex naturæ eadem ſit apud oēs,du-
pliciter intelligi pt: primo,an huius legis præcepta ſint eadē apud oēs:ſcdo,
an in omni loco,& euētu eandā retineāt rectitudinē,ita vt ſint immutabilia.

Prima poſitio,principia practica generalia, ſiue prima,quantū ad cogni-
tionē & rectitudinē ſunt eadē apud omnes, hoc eſt ab omnibus cognoſcun
tur & approbantur. Primo,poteſt probari hæc poſitio,quæ alias eſt ſatis cer
ta, a ſimili de principijs ſpeculationis, quæ vbique pari modo ab omnibus
D intelliguntur,& pro veris recipiuntur:igitur,& practica communia.Secun-
do, auctoritate Iſidori dicentis, ius naturale eſſe omni nationi cōe, vt viri & Di. 1. can.
fœminæ coniunctio,liberorumque ſucceſſio.Secunda poſitio, concluſiones Ius nat.
ex principijs ſpeculatiuis ductæ ſunt eædem apud oēs,quoad veritatem,ſeu
rectitudinem, non tñ quoad cognitionē. Nam, vt res ſunt eædem apud oēs, Ari. lib. 1.
ita etiam earum notitiæ,ſeu veritates,cum ex eo quod res eſt,vel nōn eſt,ora perier. c 1.
tio,ſiue intellectus dicatur verus,vel falſus: Sed, quia non oēs eodē pollent
ingenio,nec in rerum cognitionem incumbunt,non omnes eodē modo ea-
dem cognoſcunt. Tertia poſitio,concluſiones ductę proxime ex principijs
practicis,vt plurimum quoad rectitudinem,& cognitionem ſunt eędē apud
omnes.Quoniā iſtæ non longe diſtant a claro naturæ lumine:vt,legatos de-

N 2 bere

bere eſſe immunes: bella aduerſus hoſtes eſſe ſuſcipienda: rerum certa debere eſſe dominia, & id genus alia. Quarta poſitio, cōcluſiones, ſeu iura priuata ex primis principijs non proxime collecta, non ſunt eadē quātum ad rectitudinem & cognitionem apud oēs nationes. Ratio eſt manifeſta; quia cōcluſio practica deſcendit ad particulares circunſtantias, & ad contingentia, ex quorum varietate mutatur rectitudo, & oritur incertitudo; vt ex allatis patet exemplis. Vnde, quo magis a primis principijs ad ſingularia venitur, eo difficilius rectitudo cognoſcitur. Quincta poſitio, cōcluſiones ex principijs ſpeculatiuis, & ex practicis ductæ, differunt rōne rectitudinis, quod illæ eodem modo & vbiq; ſint rectę, hæ non item: conueniunt tñ in ratione cognitionis, quia vtræq; clarius, obſcuriusve cognoſcuntur: quamuis ignorantiæ cauſſa non ſit eadem in vtriſq;. Nam in ſpeculatiuis ignorantia ob doctrinę abſentiam naſcitur: in practicis, vel ob animi perturbationes quæ mentē obcęcāt, vel ob malam conſuetudinem quæ alio trahit, vel ob naturæ prauitatem & ruditatem ruſticitatemq;, cū. ſ. eſt ita prauo habitu affecta, vt veritates nō videat. Sexta poſitio, prçceptorū quæ ad legem naturæ pertinent, alia ſunt, quę nullo modo ignorari poſſunt, vt eſt hoc, Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris: alia quæ ſine culpa ab aliquibus ignorantur, vt non eſſe licitū mentiri pro vitæ conſeruatione: alia de quibus dubitare licet, an ſine culpa ignorari queant; vt præceptum de ſimplici fornicatione. Huius concluſionis ratio a priore ſumpta ea eſt, quia quo magis receditur a primis luminibus, eo obſcurius vr̃, ab ijs præſertim qui ſcientiarū lumine ſunt orbati. Vnde licet ex hoc principio, Quod tibi non vis fieri, facile colligatur non eſſe mentiendum in alterius perniciem, & non eſſe adulterandum; non tñ ita perſpicue non eſſe mentiendū ſui cauſſa, vel vt alijs proſis; & non eſſe cū ea coeundum, quæ ſui corporis copiā facit. Ex dictis colligi licet, erraſſe eos, qui ob morū diuerſitatē apud diuerſas nationes exiſtimarunt, nihil eſſe per ſe iuſtū, rectumq;, ſed id qđ in vnaquaq; regione videret̃; quē errorē merito dānauit Auguſtinus. *Lib. 3. de doct. c. 14.*

Ad primū, nō propterea qđ apud quoſdā populos viguerunt errores contra legis naturalis præcepta, ob naturæ corruptelā, ſequitur, illa contra quæ peccabāt, nō fuiſſe de lege naturæ; cū cōiter pro lege naturæ apud cæteras nationes habita fuerint. Ad 2m, cognitio veri finis perfecta, non eſt oīno facilis, & ideo in eius inueſtigatione humana mens, poſt magnas peccatorū tenebras, potuit errare: in quo nō erraſſet, ſi honeſtum quod facile cognoſcitur, ob oculos habuiſſet, cum virtus ſit ipſa fęlicitas, aut potius certa ad felicitatem via. Honeſtum aūt, ſiue iuſtum, mutari poteſt, ſi ad particulares circunſtantias contrahatur; at quod ſua natura eſt iuſtum, ſemper manet iuſtū. *Cic. Tuſc. 5.* Ad tertium, concedimus, Iuſtum ad varias perſonas & circunſtantias cōparatum non poſſe eſſe idem, ſed iſta vniuerſalia, quæ lege naturali cōtinentur, eadē ſunt. Ad vltimū, illa iuris naturalis deſcriptio, vel nō eſt bona, vel ſano modo eſt accipienda, legē naturalē contineri quidem totam in lege & euangelio, ſed non ſolam; vel hoc modo, De iure naturæ eſt illud, vt quiſq; alteri faciat, quod ſibi fieri vellet: id quod in euangelio habetur; vt iſta verba, Quod in lege & euangelio continetur, per interpoſitionem adiecta ſint.

A

An lex naturæ mutari poſſit. Diſput. VIII.

HVius quæſtionis vtranque partem in dubiũ reuocando, primum demonſtrabo eſſe mutabilem, poſtea non eſſe mutationis capacem: quod ſit mutabilis,ſic probo. Primo,auctoritate Gloſſæ in caput decimoſeptimo Eccleſiaſtici, vbi declarans hæc verba, Addidit eis diſciplinam, & legem vitæ, ait, legem naturæ correctam fuiſſe: & Chriſtus correxit nonnullos Iudæorum mores, qui videntur eſſe ex lege naturæ; vt illud de odio inimici, cum natura doceat fugienda eſſe contraria. Et ab Iſidoro aliqua recenſentur inter
Mat. 6. D. 1. & 8.
B ea quæ ſunt de lege naturæ, vt libertas, & communis poſſeſſio, quæ mutata ſunt. Secundo, lex diuina ſcripta eſt mutabilis,& mutata eſt,vt patet de lege Moſis,cuius loco ſucceſſit alia:igitur & naturalis; cum Dei verbum ſit omni alia reſtabilius. Tertio, lex humana mutauit non raro legem naturalem,vt patet in conſtitutione de præſcriptione,quæ eſt cõtra præceptum de re aliena reſtituenda,& in lege de pluribus teſtibus in aliquo contractu adhibendis;cum tamen de lege naturæ in ore duorum,vel trium ſtet omne verbũ:& recens Concilium Tridentinum illud matrimonium, quod ex lege naturæ erat validum,irritum fecit.Pro contraria parte ſic diſputo.Primo auctoritate Iſidori, qui definiens ius naturale dixit, Non haberi conſtitutione aliqua: a natura igitur,ac proinde immutabile,vt etiã Gratianus docet.Secũdo,omne
Di. 1. can. Ius nat. Diſt. 5.
C quod eſt a natura tanquam aliorum principium,id debet eſſe fixum,& permanens: vnde Ariſtoteles de principijs rerum naturalium loquendo,dixit, oportere ſemper manere: at ita ſe habẽt principia legis naturæ in genere morum: igitur. In hac difficultate fuit prima opinio quorundam de quibus meminit Bolognettus, qui videntes Ariſtotelẽ aliquando dixiſſe,legẽ naturalẽ eſſe immutabilem, aliqñ vero mutabilem, dixerunt reſpectu bonarum mentiũ eſſe immutabilem,ſed rõne improbarum mutari poſſe. At vero Franciſcus Connanus,aliter exponit Ariſtotelem:qđ ait de immutabilitate,intelligitur rõne primorum principiorum; qđ vero de mutatione, intelligẽdum eſt rõne vtilitatis, hoc eſt reſpectu rerũ in quibus cernitur vtilitas;vt in bello,in ſocietatibus, & alijs ſimilibus. Secunda Iuriſconſulti,in §.vlt.tituli de
Li. 1. Phy. Capit. 16. nu. 17. Lib. 1. inſt. M. 5. § 2.
D iure naturali & ciuili;vbi vniuerſe loquendo,ait omne ius eſſe immutabile, ciuili excepto.Tertia,cuius meminit Alexander,quę dicebat,legem naturalem eſſe immutabilẽ quantum ad præcepta prohibitionis;at vero quantũ ad demonſtrationes,hoc eſt,quantum ad cõſilia,eſſe mutabilẽ:quia homo non eſt obligatus ad iſta ſeruanda,niſi in neceſſitate. Quarta,Alexandri,qũi duo dicit:primum,legis naturæ pręcepta ex ſe eſſe immutabilia:alterum,ratione vſus,& alicuius circũſtantię mutari poſſe,vt patet in reſtitutione depoſiti:Siculi medicinæ præcepta ſm ſe ſunt immutabilia: tñ ratione alicuius ægroti, aliqñ mutantur. At vero D.Thomas addit,eſſe mutabilem,quantum ad additionem,quia ei addi poſſunt præcepta legis humanæ. Ad hanc difficultatem explicandam vnũ vel alterum adnotabo. Primum notandum lex naturalis
Ale. p. 2. q. 27. m. 4. ar. 1. § 3.

dictat quædam,vel vt debita; vt quod tibi non vis,alteri ne feceris:quædã vt A
vtilia;ut omnia debere eſſe communia:quædam vt expedientia,vt eſt ſeruitus,& bonorum diuiſio poſt peccatum. Secundũ,ius,honeſtum,& mos inter ſe differunt:Ius deſignat debitum,quod debet fieri,aut non fieri:Honeſtũ dignum,vel decẽs fieri,vel non fieri,& ita recipit approbationẽ ſimpliciter: Mos vero deſignat id qđ eſt approbandum ex cauſſa,uel ex circunſtãtia,non ſimpliciter. Tertiũ,lex naturæ poteſt dupliciter mutari,vel rõne additionis, quod ei addantur noua præcepta, uel quoad diminutionem, ut quod prius erat de lege naturæ deſinat eſſe:& hoc,uel quoad prima principia,uel quoad primas concluſiones. Rurſus dupliciter mutari poteſt,uel in ſe,uel in ordinem ad uſum,uel,ut loquuntur,ex facto,& hoc,uel bona,uel mala cõſuetudine. Quare,ut ſummatim dicam,cum quæritur de huius legis mutatione B
id intelligi poteſt, uel ſecundum naturã ſuam, uel ſecundum prima principia,uel ſecundũ primas concluſiones ex principijs primis primo collectas.

Prima poſitio,legis natura ex ſe eſt immutabilis. Declaro,legis vniuerſe conſideratæ natura hæc eſt, vt ſit recta ratio, præcipiens iuſta, prohibenſque contraria: quæ fuit,& eſt,eritque ſemper eadem apud omnes, & ſingulos,ac proinde immutabilis,ſicuti & aliarum rerum naturæ. Secunda poſitio, lex naturæ quantum ad prima principia eſt ex ſe immutabilis. Doctrina eſt certiſſima,quam multorum auctoritate cõfirmare liceret, ideo Ariſtoteles dixit,ius naturale eſſe id,quod vbiq; eandem vim habet,& non quia vel ita videtur, vel minime; & eodem modo ſe habere apud omnes, ſicuti ignis,qui eodem pacto apud nos & Perſas vrit. Et de iure naturali C
hoc modo ſumpto fortaſſe loquutus eſt Iuriſconſultus, cum ius naturæ facit immutabile. Quare,quoad prima principia, quod eſt ex iure naturæ, ſemper erit,& nunquam mutari poterit. Tertia poſitio, lex naturæ, quod attinet ad vſum,ratione quorundam præceptorum videtur immutabilis,ita vt per nullam legem & vſum ſit ſublata. Vt gratia exempli,quod parentes non ſint honorandi:quod cõcubitus non debeat eſſe vagus.Huc facit, quod Cicero ſcribit,ſi regnante Tarquinio nulla fuiſſet Romæ ſcripta lex de ſtupris; tamen contra illam legem ſempiternam S. Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit:erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens,atque a delicto auocans. Ex qua doctrina omnes allatæ confirmantur poſitiones. D

Lib. 2. de leg. *Lib. 2. de leg.*

Quarta poſitio,lex naturalis mutari poteſt,per additionem. Fuit hoc neceſſarium,tum quia hęc lex per peccatũ obſcurata,& vitiata fuerat; & ideo Paulus aiebat,ſe per legem peccatum agnouiſſe:tum etiam, quia per diuinã perfici debuit,maxime per Euangelicam,in qua priuatim tradita ſunt conſilia,quæ ad vitæ perfectionem pertinent.Illuſtratur allata doctrina his exẽplis.Lex naturæ eſt,ut pater filio relinquat alimenta: quem tamen ob ingrati animi vitium priuare poteſt: Lex naturæ docet, vt nemo cum alterius iactura ditior fiat:at lege præſcriptionis,id fit. Quincta poſitio,licet lex humana quantum ad primas concluſiones, vt plurimum ſit immutabilis; tamen,ratione circumſtantiarum & vſus ſiue facti liciti, mutationem admittit.

D. Thom.

A tit. Hæc mutatio maxime apparet in ijs, quæ dicuntur eſſe de lege naturæ negatiue, non poſitiue, vt loquuntur, vt eſt rerum communio, communis libertas, & ſimilia; quia natura non fecit res proprias, aut homines ſeruos. Declarares hanc doctrinam exemplis ſupra allatis, de reſtitutione depoſiti, de iuramento ſeruando, deque pace colenda: & illuſtrares a ſimili in alijs artibus; vt in medicina, quæ, quę humano corpori ſalubria ſunt, negat ægroto. Et iuxta hanc poſitionem intelligendus eſt Ariſtoteles, cum ait, iura ſolum apud Deos eſſe immutabilia. Qui eandem rem alibi eleganter exponit; nam cum dixiſſet iuſtum eſſe duplex, alterum natura, alterum lege, ita ſcribit, verum arbitrari ita oportet, ne putemus nunquã excidere quę natura ſunt; quę ſane etiam mutationem ſubeunt: vt, inquam, ſi iaculari omnes ſemper ſini-
B ſtra adnitamur, euademus ſcæuæ: atqui a natura ſiniſtra eſt, at dextra minus nihilo a natura potiora ſunt ſiniſtris, tametſi cũcta ſiniſtra, ſicut & dextra facimus, neq; quod intercidant, a natura non ſunt: verum, ſi vt plurimũ diutiuſque ita permaneant, & ſiniſtra eſt ſiniſtra, & dextra dextra, id quod a natura eſt. Idem in natura iuſtis, ſi noſtro vſu immutentur, ob hoc non a natura iuſta non fuerint, immo equidem fuerint, &c.

Sexta poſitio, vſus malus, ſiue factum contra rationem, non dicitur mutare legem. Quare non eſt admittenda illa prima opinio, quoad primũ modum explicandi Ariſtotelem. Ex quibus inferres, legem humanam nihil poſſe ſtatuere, quod naturæ legem tollat; quam, cum aliter decernit, non delet, ſed potius declarat. Quare, illi abuſus qui vel ob ignorantiam, vel ob
C prauitatem viguerunt apud aliquas rationes contra naturalem honeſtatem, naturæ legem non abrogabant: cum iuſtitia in eo rerum genere non pendeat a lege & voluntate humana. Propterea peſſimi fuerunt conatus eorum Imperatorum & Regum, qui deprauato ſuæ vitæ genere, honeſtatis ſplendorem obſcurare voluerunt; vt Caligulæ, Aeliogabali, & Commodi, qui ſuas res turpiter geſtas in acta publica referri voluit; vt hac ratione homines ſuo exemplo ad turpitudinem commoueret. Quod ſiquis ad propoſitã difficultatem ſimpliciter reſpondere velit, ſine vlla diſtinctione dicat, legis naturæ præcepta eſſe immutabilia, ita ut nec abrogari queant, nec obligare deſinant. Quia Deus hãc legem indidit, vt homo eius dictamini parere debeat, quomodo, & quando oportet: & quia Deus, quod ſemel decreuit,
D non retractat, propterea immutabilis erit. An autem in ijs quæ ad hanc legem pertinent, fieri poſſit diſpenſatio, infra docebo, cum de præceptis decalogi agam.

Ad primum, dicitur lex naturæ corrupta, ratione errorum, qui vitio humanæ naturæ in hominum vitam irrepſerant, quorum aliquos Chriſtus in Iudæis emendauit. Quod autem rerum diuiſio & ſeruitus introducta ſint, eadem naturæ lege factum eſt, quæ vt non diſtribuit res, nec homines fecit ſeruos, ita etiam rerum diſtributionem & ſeruitutem dictat, vt ex omnium nationum conſenſu patet, ſi homines rerum communitate & libertate abutantur: Dicuntur itaque illa de lege naturæ negatiue, vt loquũtur, non poſitiue. Ad ſecundum, lex diuina ſcripta mutata eſt, quantum ad cęremonias &

iudicia,non quantum ad legem naturalem;ſed de hac re infra uberius. Ad A
tertium,lex humana non mutauit,ſed potius declarauit;limitauitque communem naturæ legem.Exempli gratia, docet lex naturalis alienum eſſe reſtituendum,ſed cui,& quando humana lex declarat, atq; idem dicas de teſtium numero.Alia argumenta pro contraria parte, facile ſolueres dicendo legem naturæ eſſe immutabilem quoad prima præcepta, & quidem vniuerſe ſumpta,quorum veritas & æquitas ſemper manet.

An lex naturę ex animo aboleri poſſit. *Diſput.* IX.

HANC quæſtionem, cum facile ex dictis explicari poſſit, paucis proſequemur:& quod non omnino difficultate ca B
reat,quæ ſequuntur argumenta, ea demonſtrant. Primo, peccatum poteſt delere legem gratiæ; igitur & legem naturæ:antecedens eſt certiſſimũ,quia culpa opponitur gratiæ:conſequentia probatur, quia gratia eſt fortior, quam natura.Secundo,quodcunque peccatum adducit ſecum erroris & ignorantiæ tenebras,obſcuratque neceſſario naturæ lumen: vnde tot poſſunt multiplicari peccata,vt omnino legis naturæ extinguatur lumen: Tertio aucto-
Rom. 2. ritate Gloſſæ in illud Pauli, Gentes quę legem non habent, vbi declarans,
Mal. 2. hanc diuinæ ſcripturæ ſententiam, Vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpice-
Tuſ. 3. re,per vxorem,legem intelligit naturalem, quã a nobis recedere poſſe ait.
Et M.Tullius,loquendo de rationis igniculis nobis a natura tributis,ait,eos C
nos ſic deprauatis opinionib. reſtinguere,vt nuſquã naturæ lumẽ appareat. Poſtremo,nulla notio eſt magis humanæ naturæ infixa, quã quod aliquis detur Deus:atqui hæc ex hominum cordibus aboleri poteſt; dixit enim in-
Pſalm. ſipiẽs in corde ſuo,Non eſt Deus:igitur nihil eſt ita naturæ inſertum, quod ab ea eradicari non poſſit.

In hac difficultate explicanda late vagari poſſem, ſi hæreticorum noſtri temporis impietatem refellere vellẽ. Hi.n.in eam ſtultiſſimam prolapſi ſunt ſententiam,vt dixerint,ita per peccatum originis humanam mentem fuiſſe corruptam,vt nihil cognoſcere, nihil efficere naturæ viribus queat, immo in omnibus actibus peccare. Volunt itaque iſti qui diuino lumine orbati,nihil vident,ſynteresim, lumenque naturæ, legemve naturalem omnino D
eſſe in nobis extinctam; & catholicos damnant, quod dicant, poſt naturæ lapſum remanſiſſe virtutum ſemina. Sed iſti dum nos damnant, etiam ipſos Patres, diuinos ſcriptores, & Deum ipſum damnant: ex quibus didicimus,hominem, vi naturæ, poſſe cognoſcere non modo ea quæ cogitatione attinguntur, ſed etiam quæ ad agendum referuntur, ac etiam aliquod bonum morale efficere, & in nobis remanere aliqua ſemina virtutum, quæ proprie accepta nihil aliud ſunt,quam lumen intellectus practici,& volun-
Rom. 1. Cic. Tuſ. 3. tatis inclinatio ad bonum proſequendum,malumque fugiendum. Quod
Hom. 9. hæc ſemina remanſerint,docet Baſilius in Geneſim, Athanaſius in vita ſan-
Lib. 3. c. 14 cti Antonij, Hieronymus in primum caput epiſtolæ ad Galatas, Damaſce-

nus,

A nus, ſanctus Proſper libro contra Collatorem, Dionyſius Areopagita, & alij. Cap 26.
Quod adeo eſt verum, vt etiam in damnatis naturæ lumen, & ſynteresis maneat. Li. de diu. Huc facit illud diuinæ ſcripturæ, Ignis eorum nõ extinguetur, & vermis non morietur: nom. c. 4. qui locus etiam a Chriſto domino aliquando repetitus Iſa. ult. fuit. Hic autem vermis, vt Hieronymus, & alij exponunt, nihil aliud eſt, Mat. 9. quam ſynteresis, & conſcientiæ ſcintilla. Nec dictis obſtat, quod in Caſſiano Contra Col reprehendit Diuus Proſper, qui dixerat, poſt peccatum aliqua virtutis lat. c. 28. ſemina mãſiſſe: quia Caſſianus per ſemina, intelligebat veræ pietatis cogitationes, & pia deſideria, quibus homo præparatur ad gratiam, quæ non manſere, cum ſine ſpeciali Dei auxilio homo ſe ad gratiam præparare nõ queat. Vt huic difficultati ſatisfaciam, nota, duobus modis dicitur aliquid deleri, Alex. 27.
B primo quantum ad eſſentiam, altero quantum ad effectum; vt patet in eclypſi ſolis, p. 3. m. 3. ar 1. cuius lumen, ſolum quantum ad effectum deficit. Rurſus, duobus D. Tho. modis intelligi poteſt legem naturæ aboleri, vel quantum ad prima principia, vel quantum ad aliquas concluſiones.

Prima poſitio, lex naturæ quantum ad eſſentiam & prima principia non poteſt penitus aboleri. Doctrina eſt communis, & ſpeciatim D. Auguſtini Lib. 1. cõf. dicentis, Lex tua ſcripta eſt in cordibus hominum, quam nec ipſa quidem delebit iniquitas. Confirmatur, lex naturalis quoad prima principia eſt operatio naturalis rationis humanæ, quæ eſt hominis forma: ergo manente forma, eius perſeuerabit operatio. Secunda poſitio, lex naturalis quantum ad effectum, & applicationem ceſſare poteſt, ita vt ſuo effectu, vſuque carere
C queat. Etenim tanta poteſt eſſe hominum peruerſitas, tanta morum corruptela, vt quod plane cognoſcitur bonum iuſtumque, id non fiat. Cur id cõtingat, eleganter expoſuit Cicero, qui cum nec ſenſus, nec nutricẽ, nec magiſtrum, nec poetam, nec ſcenam, a vero abducere poſſe docuiſſet, hæc adiecit verba, Animis omnes tenduntur inſidiæ, vel ab ijs quos modo enumeraui, qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiunt & flectunt, vt volũt: vel ab ea quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas; malorum autem mater omnium: cuius blanditijs corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, nõ cernimus ſatis: quam etiã cauſſam diuus aſſignauit Iacobus. Tertia poſitio, lex naturæ quoad aliquas concluſiones aboleri poteſt, & re ipſa aboletur. Patet hæc poſitio ex ijs quæ
D proxima diſputatione docuimus: nam apud omnes fere nationes viguerũt, & nunc apud aliquas vigent corruptæ conſuetudines contra ea quę lex naturæ docet: vt præpoſtera venus, humanæ hoſtiæ immolatio, vxorum repudium, vagus concubitus; & id genus alia. An autem per potentiam Dei abſolutam inſitum naturæ lumen penitus aboleri queat, in præſentia ſubtilius examinare nolumus: illud dixerim, eam aliquo pacto remanſuram, donec natura ipſa permanſerit.

Ad primum, negatur conſequentia, quia gratia non cõſequitur naturam neceſſario, ſed eam libere excipimus, ac proinde facilius remouetur: at legẽ naturæ, vt cũ Cicerone loquar nõ didicimus, non accepimus, non legimus, Orat. pro ſed ex natura arripuimus, hauſimus. Gratia vero eſt fortior quantum ad Mil.

operis

operis exequutionem. Ad ſecundum, hoc argumento ſolum probatur obliterari poſſe quantum ad applicationem & vſum: peccatum enim non attingit naturam, qua manente, etiam vis naturæ inſita manet: nec poteſt eſſe tanta peccatorum multitudo, vt omnino rationis lumen extinguat. Ad tertium, auctoritates illæ, ſi quid probant, id ſolum conficiunt, quod ſecunda poſitione docuimus. Ad vltimum, Deum eſſe, non eſt vnum ex primis naturæ luminibus, vt cōmuniter Theologi docent: vnde non eſt par ratio. Vel dicas, Deum eſſe, in cōmuni eſſe quidem omnibus aliquo pacto notum; ſed quod ſit vnus, vel plures, & huius vel illius naturæ non eſt per ſe notum. A

De lege, ſeu iure gentium. *Diſput. X.* B

ET ſi ius illud, quod Gentium vocatur, ad legem naturæ reuocari poteſt, ac proinde a nonnullis nihil de eo ſeorſim diſputari ſolet: tamen Iuriſperitorum viam ſequentes, de hac quoque iuris parte, aliquid priuatim dicemus; ne quæ ab alijs ſcribūtur, nos non vidiſſe videamur. Quod autem hoc ius non ſit admittendum, hunc in modum aliquis probaret. Primo, ius gentium collectum eſſe dicitur ex communi Gentium conſenſu: at ſi ex hoc conſenſu aliquod ius confici deberet multa introducerentur abſurda iura; vt idolorum cultus, auſpiciorum vana obſeruatio, vindictæ priuatæ vſus, inceſtuoſæ nuptiæ, & id genus alia: quæ apud omnes Gentes fuerunt in vſu. Secundo, hoc ius videtur pugnare cum lege naturæ; cum rerum proprietatē, ſeruitutem, & captiuitatem admittat. Denique, varij populi, varia debent habere iura; ergo ex illorum conſenſu non poteſt fieri vnum ius. Cum in hac diſputatione nulla ſit maior dubitatio; propterea quæ dicenda occurrunt, quibuſdam poſitionibus breuiter complectar. C

Diſt.1.ca. Ius gētiū. Vaconius lib.1 declarat.15.

Prima poſitio, ius illud quod a Iuriſperitis uocatur ius gentium ad legē naturæ pertinet. Primo confirmatur auctoritate Philoſophorum, qui longe melius, quam legiſtę naturæ legem explicarunt: quam a iure gentium non ſeiunxerunt. Vnde Ariſtoteles has duas primas aſſignauit iuris partes, naturale, & ciuile: Et Cicero, Omni in re conſenſio omnium gentium, lex naturæ putanda eſt. Quod enim omnibus vbique fere probum videtur, & humanæ ſpeciei, videtur naturale. Deinde, quia ius gentium, ni primis legis naturæ principijs conſtat, ſaltem ex primis concluſionibus clare ex illis collectis conficitur: quæ ad idem naturæ lumen pertinere cenſentur. Denique, non poteſt dici non naturale id, quod apud omnes populos communi conſenſu viget. Secunda poſitio, ſi ius gentium a naturali uelimus ſeiungere, hæc poſſunt inter hæc duo iura aſſignari diſcrimina. Primo, de iure gentium ea eſſe dicuntur, quæ ſunt de iure naturæ negatiue, vt ſcholę loquuntur, hoc eſt, quæ natura indeterminata reliquit, vt ſocietas, rerum poſſeſſio, libertas, & id genus alia. Secundo, lex naturæ eſt de rebus ſecundum ſe conſideratis, ius vero gentium de rebus ad circunſtantias contractis; vt de depoſito reddendo, & non reddendo. Tertio, ad legem naturæ per ſe primo per- D

1.Tuſc.

A mo pertinent quæ ſine ulla ratiocinatione, aut quæ facillimo diſcurſu co-
gnoſcuntur;ad ius gentium ea; quæ ex primis principis ratiocinando col-
liguntur:quorum tamen ea eſt uis , vt apud omnes gentes locum habeant.
Quare ius naturale dicetur id quod abſolute natura dictat: ius vero gẽtium
quod ex illo primo ſequitur. Ratio itaque interdum cauſſas habet omni-
bus,aut prope omnibus communes,et vtiles,vnde gentium ius naſcitur:in-
terdum quibuſdam tantũ & certis hominibus conuenientes, vnde iura pro
ficiſcuntur ciuilia.Ex ratione itaque cui innata ſunt honeſtatis & iuſtitiæ *Cic. lib. 1.*
ſemina,nata eſt iurium uarietas. Hoc enim vnum animal homo,ſentit quid *offic.*
ſit ordo,quid ſit quod deceat,in factis dictiſque quis ſit modus. Per ratio-
nem mens acris & vigens,celerrimeq; multa agitat, ſagax que,quę & cauſ-
B ſas rerum & conſecutiones videt,ſimilitudineſque transfert,diſiuncta con-
iungit,cum præſentibus futura copulat,omnemqne complectitur vitæ cõ-
ſequentis ſtatum. Ius itaque gentium ab humana pendet,ratione, non ab-
ſoluta , non penitus neceſſaria ob aliquem finem utilem , commoditatemq;
vitæ. Quarto,ius naturale potiſſimum ſpectat honeſtatem, ius gentium vti
litatem,non tamen ab honeſtate ſeiunctam . Quincto,ius naturæ non po-
teſt,aut uix poteſt admittere diſpenſationem , ius gentium facilius admittit:
in quo etiam multa ſunt,quæ vix admitterent, vt eſt communis rerum poſ-
ſeſſio:alia non omnino reſpuerent,vt ſeruitus:quę apud Chriſtianos in bel-
lo captis nulla eſt. Similiter hoſti non eſſet ſeruanda fides,ſi cauſſa religio-
nis id poſceret.Sexto ius naturæ totum ſimul extitit,ius vero gentium a po-
C pulis cum tempore eſt conſtitutum. Atque hæc diſcrimina attuliſſe ſuffi-
ciat:neque enim placet illud,quod aliqui afferunt, quod ius gentium ſit iu
ri naturæ contrarium:vt proprietas rerũ communitati, & ſeruitus libertati;
niſi contra naturam id dicatur,quod non eſt ex inſtitutione naturæ.

Tertia poſitio,ius gentium his modis diſtinguitur a iure ciuili. Primo,
ius ciuile continet concluſiones remotas a principijs naturalibus, quæ dif-
ficilius ex illis ducuntur,& obſcurius. Secunda ius ciuile potiſſimum illud
dicitur,quod ſic & aliter ſtatui poteſt,& quod ab humana conſtitutione pẽ
det. Poſtremo,ius ciuile eſt illud quod eſt proprium alicui loco,at ius gẽ-
tium eſt commune pluribus. Quarta poſitio, ius gentium ſic deſcribi po-
teſt. Ius gentium eſt quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit,&
D quod apud omnes gentes peræque cuſtoditur.Solet autem varijs modis ac- *Bal.c.28.*
cipi,vt quidam ſcribunt. Primo,interdum ſumitur pro iure naturali, quod *nu.8.*
eſt homini proprium , vt diſtinguitur contra ius illud , quod eſt commune *L. oẽs pop.*
cum brutis;quo pacto a Iuriſperitis ſępe ſumitur: dum hoc ius naturale,il- *ff. de iuſt.* *& l.1.eod.*
lud gentium uocant. Secundo pro illo iure,quod gentes conſtituerunt,& *Alexã. loc.*
quo utuntur,vt hoc loco ſumitur: cuius nonnullas ſpecies ſtatim ſubijcie- *cit.*
mus. Poſtremo, vt etiã cõplectitur ius legale & ciuile,quo ciuitates vtũtur. *Ariſtot.1.*
Quincta poſitio, hoc ius varias ſortitum eſt appellationes.Primo dr̃,ius gen *pol.c.4.*
tium,quod gentes illud conſtituerint. Hoc inquit Iſidorus ius gentium ap- *Diſt 1. ca.*
pellatur,quia eo iure omnes fere gentes vtũtur. Vel potius ſic dicitur,quod *ius gent.*
a gentibus fuerit obſeruatum. Secundo , ius ſecundarium , ob relationem *Bal.c. 5.* *nu.15.*
ad pri-

ad primæuum,quo primi homines vtebantur,cum iura gentium,nondum A
Ariſt. eſſent introducta.Tertio,ius humanum anthropinon quod cõmuniter hominum arbitrio admittatur:ac etiam naturale,cum proxime ex natura dimanẽt. Denique,aliquando uocatur ius legitimum.

Sexta poſitio,ad ius gentium hæc pertinere cenſentur,ſedium occupatio ædificatio,munitio,bella,captiuitates,ſeruitutes,poſtliminium, fœdera pacis,induciæ,legatorum non uiolandorum religio,connubia inter alienigenas prohibita:quæ omnia numerantur apud Gratianum.Rurſus alij addunt
Diſt.1.ca. ius gent. contractus,ſocietates,& teſtamenta,licet Portius contra cõmunem opinio-
Cap.16. nu.9. & 10. nem aliter ſentiat,vt Bolognettus adnotauit. Nec propterea obſtat,quod aliquã ex dictis apud aliquos populos,vt olim referente Tacito apud Germanos,non fuerint in uſu:quia quæ ad hoc ius pertinere cenſentur , non eodẽ B
tempore apud omnes nationes extiterunt ; vt patet de emptionibus , venditionibus,manumiſſionibus,vſuque numiſmatis. Verum quædam ſunt,quæ euidẽtius ad hoc ius ſpectare uidentur, Vt religio, cultus nimirum alicuius
Cic.1. de leg. numinis exterior : Cum nulla gens tam immanſueta, neque tam fera ſit inuenta,quæ non,etiamſi ignoret qualem Deum habere deceat,tamen habendum ſciat. Atque etiam ſic eſſe expedit,vt metu alicuius ſuperioris mentes efferatæ reſipiſcant: & afflicti & miſeri ſpe ſuperioris bonitatis reſpirent:Eſt enim hoc humanæ ſocietatis fundamentum . Quæ ſocietas etiam ad hoc ius plane pertinet. Homines enim hominum cauſſa generati , vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint , cum indigeant mutuo auxilio , & naturali quadã ſanguinis coniunctione uinciantur . Hinc commerciorum,& contractuum C
Ca. iuſtũ. 23.q.2. vſus,& quæ ad iura belli pertinent,ob iuſtas cauſſas inducta.Hinc captiuorum conſeruatio,& ſeruitus;unde ſerui dicti,quod ſeruentur, & mancipia,
Ariſt.lib.7 Polit.c.15. quod manu capiantur. Cuius ſeruitutis nonnullæ iuſtæ aſſignantur cauſſæ. Quod autem Iuriſperitus ſeruitutem definiendo ait , per eam aliquem alterius dominio contra naturam ſubijci,intelligendum eſt,vt aliqui expo-
Ariſt. loco cit. nunt,contra qualitatem naturalem id eſt contra libertatem . Nam, vt natura facit homines liberos,ita dictat facinoroſos libertate eſſe priuandos;ne publicam pacem turbent,cuius cauſſa ſuſcipitur bellum, quod cogit homines eſſe iuſtos & temperatos . Huc etiam referres quæ poſt bellum ſequuntur , poſtliminium,manumiſſiones,& in priſtinum ſtatum reſtitutiones .

Septima poſitio,hoc ius a quibuſdam diuidi ſolet in primæuum, quo intelligi uolunt illud ius,quo primi homines in aureo ſæculo vixerunt ; & in D
ſecundarium,quod continet conſtitutiones quaſdam,quæ contra, vel præter illud primum eſſe uidentur . Rurſus,ius gentium proprie acceptum,diuidunt in commune & proprium:commune eſt illud,quod communiter ab omnibus gentibus ſeruatur,& proprie ius Gentium dicitur:proprium vero quod quilibet populus ſibi ſtatuit,quod a quibuſdam ciuile ſolet appellari.

Ad primum quamuis ex corruptione naturæ,& ob hominum varia peccata quæ rationis lumen minuunt, multa uitia atq; errores apud omnes populos uiguerint : tamen,non ex corruptela, ſed ex bono quod in natura remanſit, ius ſumendum eſt naturale,Gentiumve . Quare, cum omnes Gentes

in uno

A in uno aliquo principio conueniunt;id proculdubio, non ex corruptione naturæ,ſed ex eo lumine dimanat,quod illi a Deo fuit inſertum.Nam quæ ex corruptione proficiſcuntur, non conſpirant in unum, ſed ſunt apud diuerſas nationes diuerſa,cuiuſmodi fuerunt corrupti populorum mores. Ad ſecũdum,rerum communitas,eſt de iure naturę quoad vſum,ita vt per nullũ aliud ius poſſit aliquis prohiberi,quin rebus a Deo creatis viuere queat. Quo fit,vt qui neceſſitate compulſus aliena capit,non dicatur fur. Quare,dicuntur omnia lege naturę eſſe communia,negatiue,quia a principio non eſt facta rerum diuiſio;quam optimis de cauſſis ius gentiũ introduxit. Quem- *Ariſt.li.2. polit.c.1.*
B admodum ſi pater familias ſuos filios in cõmune relinqueret hæredes: quorum hæreditas ex teſtamento eſſet communis negatiue:nihil obſtat,quin in partes ex cauſſa diuidatur. Simili ratione reſponderes ad id quod de libertate obijciebatur: quia licet homines ſint natura liberi;tamẽ,ſi libertate abutantur,ratio ſuadet,vt ea priuẽtur, et in ſeruitutem redigantur. Ad tertium. vt variæ gentes habent priuata iura; ita & nonnulla communia, in quibus conueniunt: cum iſta proxime ad prima naturæ initia accedant, quæ ſunt omnibus communia.

Libri Quinti finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER SEXTVS,

In quo de lege humana agitur.

An lex humana fuerit neceſſaria, & ob quas cauſſas introducta fuerit. *Diſput.* I.

PROPOSITAM in hac de cunctis legibus tractatione A
methodum ſequẽtes; cum de duabus primis legis vniuerſe ſumptæ partibus egerimus, ad tertiam, hoc eſt ad legem humanam explicandam aggrediamur oportet: de qua, eo plura nobis ſcribenda ſunt, quo hæc pars eſt difficilior, ac latius patet. Id autem quod primo loco de hac lege examinandum occurrit, eſt eius neceſſitas, atque utilitas. Et quod nulla fuerit humana lege opus, his rationibus ſuaderi poteſt.

Lib. 2. de part. ani. c. 14. et lib. 4. c. 10. Primo, natura, ut Philoſophus docet, non deficit in neceſſarijs, & ſemper facit id, quod melius eſt: igitur cum ipſa legem dederit, illa erit ſufficiens: & B
ita nulla alia erit opus lege, niſi ex accidenti. Confirmatur, nulla eſt lex quę magis plane hominem doceat, ſtrictiuſque eundem liget, quam illa, qua quiſque eſt ſibi lex: alterius igitur legis ponendæ nulla eſt neceſſitas, cum videatur eſſe contra liberam hominis naturam, eum pluribus legibus ligare velle. *Ariſt. li. 5. eth.* Secundo, lex, eſt veluti menſura & regula humanarum actionũ: at humana ratio non poteſt eſſe rerum menſura; ſed potius natura ipſa, quã ratio ſpectare debet, vt aliquando docuit Ariſtoteles: *Lib. 10. met.* quare ab humana ratione nulla fieri lex poterit. Confirmatur, lex, cum ſit menſura quædam, *Sap 9.* debet eſſe certiſſima: atqui, vt Sapiens ait, & experientia docet, prouidentiæ humanæ ſunt incertæ: igitur humana ratio nullam legem poterit præſcribe- C
re. Tertio, lex a Chriſto accepta eſt perfectiſſima; cui nihil eſt addendũ; quod ſane faciendum eſſet, ſi qua humana opus eſſet lege. Poſtremo, longe melius eſſet, vt hominum multitudo lege viua, hoc eſt, alicuius Principis prudentia & imperio gubernaretur, quam ſcriptis legibus: quare, nihil eſt neceſſe, vt vllę ſanciantur leges. In hac difficultate explicanda pugnãdum nobis eſſet cum hæreticis, niſi ſupra hoc totius fere tractationis noſtræ iecissemus fundamentum, in Chriſtiana rep. eſſe legum condendarum auctoritatem. Quare hoc loco ſolum humanæ legis neceſſitas breuiter demon-

A monſtranda eſt: de qua neceſſitate dupliciter diſputari poteſt. Primo, ſi quæratur, an homini, ſua natura, aliqua lex conueniat, & maxime ſi in ſtatu naturæ integræ cōſideretur: ſecūdo, aut lex humana ei neceſſaria fuerit. Quid autem de re propoſita tenendum ſit, ſequentibus poſitionibus decerno.

Prima poſitio, conſentaneum eſt, atque intrinſecum naturæ hominis, vt aliqua lege extrinſecus accedente gubernetur. Prima huius poſitionis ratio ſumitur ex parte Dei, quam hunc in modum expono. Deus quas cernimus in creaturis perfectiones, eas omnes habet: in quibus hę duę ſunt maxime conſpicuæ, Neceſſario aliquid efficere, & libere aliquid agere; neceſſitas inquam, & libertas. Quæ duæ perfectiones, licet in creaturis ſint diſtinctæ: in Deo tamen ſunt coniunctæ atque vnitæ. Agit enim Deus ex neB ceſſitate, ad intra in perſonarum productione, & libere ad extra, vt ſcholæ loquuntur, in rerum creatione. Cum ergo Deus has duas perfectiones creaturis ad ſuæ potentiæ ſapientiæq; manifeſtationem tribuere voluerit, quaſdam res creatas voluit neceſſario agere, idque earum naturę congruenter; in quo genere continentur omnia quæ ſunt rationis expertia, & quaſi Dei veſtigia; alias vero libere, vt agit creatura rationis capax, quæ eſt imago quædam & ſimilitudo, ac ſplendor Dei, vt etiam eius æternus Filius; ſed hic per naturam, illa vero per perticipationem & gratiam. Cum ergo Deus in natura libera, ſuam imaginem exprimere voluerit, agendi neceſſitas ei intrinſeca eſſe non potuit; ac proinde neceſſe fuit, vt Deus huic naturæ ſuæ immobilitatis, & in agendo neceſſitatis perfectionem extrinſecus tribueret. Hoc C autem fecit imponendo ei legem, per quam homo quaſi quodam clauo cō fixus, & quaſi uinculis ligatus, in agendo redderetur immobilis; vt per legē, eam conſequatur perfectionem, quam cæteræ creaturæ habent per naturā: & vt hac ratione quodammodo erga Deum eſſet immobilis. Et hoc eſt pactum & fœdus illud, de quo in diuinis literis ſæpe fit mentio. Huc pertinere videtur illud, quod de homine legi ſubiecto dicitur. Qui potuit tranſgredi, non eſt trangreſſus. Hæc igitur eſt prima ratio, ob quam congruēter homini natura libero, lex aliqua extrinſecus datur. Secunda ſumitur ex parte hominis, qui cum ſit animal ſociabile atque politicum, neceſſario regimine indiget: regimen autem ſine legibus extrinſece aduenientibus, eſſe non poteſt. Conuenienter igitur hominum multitudo externa lege regitur. TerD tia ſumi poteſt ex ordine quem homo, tanquam totius vniuerſitatis particula quædam ad ipſam rerum vniuerſitatem habere debet. Nam, cum omnis creatarum rerum multitudo, ad vnum finem ſit ordinata, nihilque ſit ipſo ordine præſtantius, profecto, hominum genus per legem aliquam in ordine cōſtituendum fuit; qua quaſi quibuſdam cancellis, & terminis, quos etiā aquis Deus poſuit, circūſcriptus, extra ſuos terminos non diuagaretur. Quarta, ex reſpectu quem homo habet ad Deum, a quo creatus fuit, & ad creaturas, quæ propter ipſum factæ ſunt; & ad alios homines. Quas ob cauſſas ſtatim atque in hanc lucem editus fuit, tres accepit leges: primam de pomo vetito, qua ordinabatur in Deum: alteram de dominio in res omnes, qua dirigebatur erga eraturas rationis expertes: tertiam de generis humani propagatione,

Heb. 1.

Eccl. 31.

Toſt. in Gen.

Ariſt. 12. met.

tione,qua erga alios inſtituebatur. Quincta,ex ordine quem homo habet **A**
ad ſeipſum,in quo cum facile ſit errare per elationem, ob præſtantem quā
accepit naturam,ideo ei danda fuit lex, ut ſe agnoſceret inferiorem, ſeque
ei a quo acceperat omnia,per obedientiam ſubijceret:qua tamen parte, quá
uis per legem fuerit iter interclusum,inordinatio & peccatum intrauit, dū
homo,ſicuti & Angelus,per elationem Deo ſimilis eſſe expetiuit. Summa
itaque ſapientia atque conſilio Deus homini a ſe in florentiſſimo ſtatu crea-
to legem impoſuit;vt ſuo principi Deo ſe ſubiectum eſſe intelligeret, nec ſe
efferret. Ideo Dauid animaduertendo,hanc naturæ humanæ, præſertim ui
Pſal.9. tiatæ,malam propenſionem,cum Deo loquendo dicebat,Conſtitue,Domi-
ne,legiſlatorem ſuper eos;vt ſciant gentes, quod homines ſunt; imbecilles
nimirum & infirmi. **B**

Secunda poſitio,in ſtatu naturæ integræ, ſi in eo homo perſeueraſſet, hu
manis legibus opus fuiſſet. Hæc doctrina colligitur ex dictis,& adhuc pa-
tebit ex ſequentibus.Tertia poſitio,conuenienter Deus hanc prærogatiuam
humanæ naturæ dedit,vt per leges a ſe conditas ſibi ſubſidio eſſet, ſuumq;
ſtatum meliorem redderet, ſeque perficeret. Explico, Deus non fecit ho-
minem ita omni ex parte abſolutum atque perfectum,vt ei nihil addendum
reliquerit,quod ad eius plenam abſolutionem conſequendam eſſet neceſſa
Ariſt. 2. eth. rium: dedit tamen,& in genere cognitionis,& actionis, quas in partes duas
eius omnis eſt diſtributa uita,initia quædam,quæ excolendo,rerum notitiā
Cic. Tuſc. 3. ſibi comparare,& honeſtam, beatamque vitam poſſet traducere. Conue-
niens itaque fuit,vt Deus homini natura libero,ad eius maiorem dignitatē **C**
aliquid relinqueret;quod a ſeipſo ſibi cōpararet; & vt aliqua parte ſeipſum
Gen.1. ſuis legibus gubernaret:cum eum cæterarum rerum dominum ad ſui ſimi-
Pſal.6. litudinem conſtituiſſet. Et quod rebus ratione carentibus conceſſit, ut per
ſuas actiones,quod ſibi deeſſet perfectionis acquireret, homini creatarum
Ariſt.1. Phyſ. rerum principi negandum non fuit. Vt ergo in natura quandam imperfe-
ctam ſubſtantiam eſſe uoluit,quam primam materiam uocant, e cuius gre-
mio agentia naturalia ſua ui formas educerent,ſibique ſimile generarent;ſic
in humanę vitę genere,ſatis fuit ad honeſte & cum pace uiuendum, dare ſe
mina quædam per naturæ legem, unde quę ad ſocietatem humanam reti-
nendam eſſent neceſſaria,facile per ratiocinationem colligi poſſent. Hac ſa
pienti diſpoſitione in utroque rerum genere,duabus de cauſſis potiſſimum **D**
vſus eſt Deus:vna,ne res uim ad agendum acceptam fruſtra accepiſſent:al-
tera,vt ſuam hac in parte munificentiam potentiamque oſtenderet:cum res
a ſe cōditas id præſtare poſſe uoluerit,quę ipſe ſolus efficere potuiſſet: quod
& in rerum Fabricatoris gloriam, & in rerum fabricatarum cedit dignita-
tem; quæ ſane res eſt conſideratione digna.

Quarta poſitio, non ſolum conueniens, & vtilis,ſed etiam neceſſaria fuit
humanarum legum conſtitutio:ita ut ſine lege humana hominum ſocietas
conſiſtere haudquaquam poſſit: neceſſitates ex uarijs ſumuntur capitibus.

Lege Bolo. cap.7. Prima ergo neceſſitas ſumitur ex legis naturalis conditione, quia eſt vni-
uerſa, interminata, & ideo applicatione, determinatione, explicationeque
indiget:

A indiget: quare, cum ſolum communes veritates doceat, non autem quid pri uatim vnaquaque in re faciendum ſit omnibus commonſtret, humano fuit opus lumine, ac directione, & ad ſingulas actiones appellatione. Neq; enim per hoc quod lex naturæ, docet bonum eſſe amplectendum, quiſque nouit, quod ſibi ſit bonum; cum non quodcunque bonum, ſit cuique bonum; & non quidquid eſt æquum, ſemper & vbique ſit ęquum. Docet natura Deum eſſe colendum, ſed quibus cęremonijs coli debeat, non docet: docet neceſſarios eſſe contractus, ſed eorum formas, & iuſtitiam non penitus oſtendit. Quare, vt cauſſæ vniuerſæ in natura ſe ſolis omnia gignere non queunt, niſi ſecundæ & iuuantes ſe ſocias præbeāt; ita communes naturæ notiones, quid in ſingulis actionibus faciendum ſit, niſi priuatum humanę legis lumen accedat, oſtendere non valent. *Ari. lib. 5. Eth. c. 1.*

B Secunda, quæ ex legis natura ducitur lex, vt ſępe dictum eſt, debet eſſe veluti regula quædam accommodata perſonis, negocijs, locis, & temporibus: quibus lex naturalis non eſt accommodata; neque eam quiuis per ſe accommodare poteſt. Priuata igitur & ad vſum idonea opus fuit menſura. Tertia, quamuis legis naturæ præcepta, ex ſe conſiderata, ſint inter ſe maxime conſentanea atque cohærentia: tamen, ſi ad circunſtantias & ſingulares actiones referantur, maxime diſcrepare videntur. Vt ergo iſta apparens tolleretur diſcordia, aliquo alio iudicio, opus fuit. Explico, ortum eſt, exempli gratia, dubium, an res furto ſublata ſit reſtituenda domino, an furi, a quo depoſito accepta fuiſſet: ex vna parte, ratio naturalis dictat, vt domino reſtituatur; quia æquitas poſtulat, vt ſuum cuiq; reddatur: ex altera eadem ratio ſuadet, vt furi reſtituatur, vt ei fides ſeruetur. Atque alia innumera huius generis adduci poſſent exempla. *Ariſtot. 5. Eth. c. 7.* *L. bona, ff. dep. lat. ſr.*

C

Quarta, ex luminis naturalis in maiore hominum parte diminutione, & obſcuritate. Nam, cum peccata ſint veluti tenebræ quædam, aucto peccatorum numero, neceſſario rationis lumen obſcurius redditur; ac proinde, quid vitandum, quid fugiendumve ſit, minus videtur. Legum igitur humanarum luce opus fuit.

Quincta, ex humanæ ſocietatis fine, qui eſt hominum conſenſio, atque concordia, quæ ſine humana lege eſſe non poteſt. Nam, cum inter homines de rebus humanis, & politicis diſcordes ſint opiniones; etenim, vt Flaccus ait,

D *Quot capita viuunt, totidem ſtudiorum*
Millia.

Niſi humanæ legis intercederet auctoritas, in hominum vita ſemper diſcordia vigeret.

Sexta, ex eodem fonte ducta, humanæ politiæ finis, eſt efficere homines bonos; quorum alij natura, alij conſuetudine, alij vero diſciplina, & arte boni fiunt: & cum multi inueniantur diſcoli ac duri, qui ob innatam prudentiam, ni legum frenis cohibeantur, peſſimi euadunt, profecto legis humanæ ex hoc capite magna oritur neceſſitas, vt hoc politicū animal in vitæ ſocietate honeſte contineretur. Factæ, ſunt aūt leges, ait Iſidorus, vt earū metu humana coerceretur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia: & in *Ariſt. 10. Eth. c. 5.* *Ari. lib. 1. Polit. c. 2.* *Diſt. 4. c. Factæ.* *Ex Augu. epiſt. 1. ad Maced.*

ipſis improbis formidato ſupplicio, refrænetur audacia, & nocendi facultas. A
Effrænatæ itaque hominum cupiditates, prauiq; affectus legum frænis com primendi fuere: ne dum nimio ſui amore, vel alterius odio, vel rerum immoderata appetitione trahuntur, ab honeſto diſcedant, alioſque perturbent. Hoc hominum genus conſiderando Dauid, ad ſummum legiſlatorem conuerſus, aiebat, In camo & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Septima, ex ciuitatis natura: ciuitas eſt ciuium vnitas, conſenſus nimirum multorum hominum in vnam viuẽdi rationem, communemque vitam; qui profectò eſſe non potuit ſine legum vinculis, quibus diuerſorum hominum diuerſæ colligarentur voluntates, alias ad diſſentiendum propenſæ: nam, vt inquit illæ,

Pſal. 31. *Perſ. ſat. 5.*

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus: B
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Qui igitur humanæ legis neceſſitatem tollunt, omnes humanas ſocietates euertunt. Octaua, ideo fuit humana lex neceſſaria, vt naturalia iura temperarentur, & cuique ſocietati, atque communitati aptarentur. Vt ſicuti idem medicus & eadem medicinæ ars, pro corporum varietate, varia pharmaca miſcet, & diuerſos morbos, diuerſa ratione curat, ita ars Nomothetica pro locorum, perſonarum, temporum, cauſſarumque varietate, leges varias ſtatueret, & ſtatutas abrogaret. Nona a ſimili, de rerum cognitione, artiſque operibus, ad quæ homo initia quædam a natura accepit; vt ad ſcientias, principiorum notitiam; ad artis opera, ingenium, & inſtrumenta, vt manus; & tamen ſine varijs ſcientijs & artibus humana ſolertia inuentis, homo non potuiſſet plene rerum naturas cognoſcere, & artis opera conficere: atque idem dicas de honeſtis actionibus, perfectoque vitæ genere, ad quod ſolo legis naturæ lumine & vi peruenire haudquaquam potuiſſet. Huic veritati, allatis rationibus confirmatæ, omnes meliores Philoſophi, vt Plato, Ariſtoteles, omneſque Theologi, & Diuus Auguſtinus varijs in locis, atque Iſidorus, vt alios omittam, ſubſcribunt: quæ rurſus ex argumentorum ſolutione confirmabitur. C

Ariſtot. in probl. *Lib. 4. & 9. de leg.* *Lib. 10. Ethic c. 9. 1. Polit. c. 1. 2. & 3.* *Epiſt. 48. 50. & 54.*

Ad primum, natura, ſiue hac in parte Deus, non defuit; quia homini indidit quaſdam primas notiones ex ſe neceſſarias; ex quibus quæ ſuperaddenda erant, pro circunſtantiarum varietate, præcepta facile colligi potuerunt. Ad confirmationem, lex naturæ docet quidem, ſed res vniuerſas, & communes, non omnes, non ſingulas, ac proinde alia opus fuit menſura. D

Ad ſecundum, huius argumenti negatur minor propoſitio: quia humana ratio, vt eſt quædam legis naturæ propago, & legis æternæ quaſi particula quædam, humanarum actionum poteſt eſſe menſura ac norma. Ad confirmationem, debet quidem lex, quantum fieri poteſt, eſſe certa; ſed nihil impedit, ſi mutatis circunſtantijs, interdum mutetur. Dicuntur hominum cogitationes incertę, ſed non in omnibus: & ſatis eſt, quod lex ſit certa & bona, vt plurimum.

Ad tertium, concedimus Chriſti legem eſſe perfectam eo modo, de quo infra dicetur: ſed tamen in ijs quæ ad ciuilẽ pertinent gubernationem, nihil

ſtatuit;

A ſtatuit;vt alibi planius docebo. Adde etiam, quod eſt lex vniuerſe tradita,& in multis humana declaratione & limitatione indiget; vt poſtea,cum de diſpenſatione agetur,clare patebit. Ad poſtremum,hoc argumentum attingit difficultatem, ſequenti diſputatione explanandam: nunc dixerim, iudices eſſe leges humanas viuas.

An melius eſſet remp.regi ab optima lege, quam ab optimo Principe.
Diſputat. II.

HANC quæſtionem duobus in locis tractatam inuenies apud Ariſtotelem,in libro tertio Politico,& in primo rhetorico.Qd autem magis expediret remp. a bono Principe, quam a bonis Cap.11.
B legibus gubernari, quæ ſequũtur rationes perſuadere poſſent. Cap.1.
Primo, leges non ſolum debent habere vim præcipiendi, ſed etiam cogendi, vt id quod eſt ſancitum ſeruetur, alias enim eſſent fruſtra: at leges ſcriptæ cum ſint veluti muti iudices, hanc vim non habent: præſtabit igitur,vt Princeps ſine lege gubernet;cũ ſit,vt Ariſtoteles ait,veluti emphycon dicæon,ideſt,animatum iuſtum. Secundo,multa ſunt quæ legibus com Lib.5.Eth.
prehendi non poſſunt, & longe plura, quam quæ eis continentur; & ideo c.4.
innumeræ fere lites iudicum prudentiæ finiendæ relinquuntur: & cum iudicia ſint de factis ſingularibus, quæ lex præuidere nequit,nulla lex poteſt Menoch.
quicquam priuate ſtatuere: ac proinde ad bonum Principem, ſiue iudicem Ari.lib.1.
ſemper confugiendum erit.Tertio,ex Ariſtotele in tertio Politico,capite pri rhet.c.1.
C mo,melius medetur medicus qui prudentia & experientia vtitur,quam qui per ſolam doctrinam & vniuerſales regulas ſanare nititur; cum is qui prudentia pollet,melius circunſtantias videat; quas videre omnino neceſſe eſt: neque enim ſanatur homo, ſed Socrates: ergo ſimili ratione melius gubernabit vir prudens & expertus,quam qui legibus vtitur vniuerſalibus. Quarto, certum eſt primos ciuitatum moderatores ſine legibus, ſola prudentia, optime populos rexiſſe, vnde illa prima ætas, aurea eſt appellata: igitur ſi optimos haberemus Principes,multo melius per eos,quam per leges gubernaremur.Et ſane,ſi optio detur de optimo Principe adeũdo,aut de lege conſulenda, quis non mallet ad legem viuam & loquẽtem,quam ad mutam ac mortuam accedere? In hac difficultate non parum ardua, quidam exiſti-
D marunt melius eſſe a bono Principe,quam a bonis legibus remp.gubernari: alij vna cum Ariſtotele contra: alij vero cum diſtinctione reſpondent. Vt autem huic difficultati plane ſatisfaciam,vnum, vel alterum ponam fundamentum. Primum fundamentum,in quo breuiter exponã quo pacto huius quæſtionis ſtatus intelligendus ſit.Ponitur itaq; ex vna parte lex bona ſcripta & promulgata,quæ vnum habeat miniſtrum,qui eam diligenter cuſtodiri curet, præmiando bonos, & caſtigando malos. Ex altero vero, vnus vir ſiue Princeps prudens & bonus,qui ſine vlla lege ſola prudentia malos puniat, & bonos præmiet: Quæritur modo,an melius ſit ciuitatem regi ab iſto Bur.lib.3.
Principe ſine lege, aut a lege bona ſine tali Principe, nõ tamẽ ſine miniſtro, Pol.q.4.
qui eam ſeruandam curet.Secundum fundamentum, in bono Principe duæ

poiſſimum deſiderantur virtutes, iuſtitia & prudētia, præſertim moralis & A
politica. Iuſtitiæ quidem, vt ſit bene affectus erga alios: prudentiā vero, vt
æquum bonum ſeruet & iudicia pro temporum, locorum, perſonarum, negociorumque ratione ferat. Neque is qui futurus eſt legum cuſtos debet eſſe omnino ignarus ac imprudens, cum in vſu legis poſſit grauiter errare is, qui legiſlatoris mentem non animaduertit, & eam prudenter ad vſum non traducit: a qua, non ſolum ob ignorantiā, ſed ēt ob animi affectiones, & prauitates iudices & legum cuſtodes interdum recedunt. Verū, multo minus iuſtitiam deſerere licebit ei, cui ex legibus eſt iudicandū, quam ei cui ex ſola prudentia ac voluntate. Prima poſitio, ſi reperiri poſſet aliquis, qui doctrina, rerū vſu virtute, atq; prudentia longe alios antecelleret, expediret vt hic vnus ſumma ptāte ſine legibus remp. adminiſtraret: qualis fuit Chriſtus dominus, ēt vt homo erat. Talis ēt Adam præſertim ante lapſum, ac fortaſſe etiā Salomon poſt acceptā diuinitus ſapientiam. Probatur, qm̄ hic Princeps, ſiue hæc viua lex, non modo vniuerſe, ſed ēt priuatim oīa recte diſponeret, & nō ſolū præciperet, ac ordinaret, ſed ēt opere exequeretur; iudicia oīa citius explicarentur; quia non obſtaret legis ambiguitas vlla, aut cōtradictio, aut ſcripti & voluntatis repugnantia, nō interpretationū diuerſitas, nō contracta in iudicando ptās: facilius ſeruaretur æquitas; & in rebus dubijs non opus eſſet aliū adire, aut ad aliū appellare. Huc facit de arbitris eligendis conſuetudo. Hoc idē confirmant rōnes ſupra allatæ. Verū, cum hmōdi hoīes potius deſiderari, quā inueniri poſſint; aliter, vt nunc res habēt, de hac re ſtatuendū eſt.

Li. 5. Eth. c. 6. Scda poſitio, humanæ naturæ rōne habita, melius, eſt remp. legibus humanis & ſcriptis gubernari, quā optimo Principe, vel iudice. Eſt cōis doctrina, præſertim Ariſtotelis, qui aliqn̄ ſcriptum reliquit, rōnem, hoc eſt legem nō hoīem dominari; quā hæ confirmant rōnes. Primo, quia difficile eſt inuenire in diuerſis tpibus & locis iſtos bonos & abſolutos Principes, aut iudices: at vnus bonus legiſlator multis, & multo tempore ſatisfacere poteſt. Cū ergo reſp. multis egeat bonis miniſtris, qui quotidie non inueniūtur, & qui ſunt intereunt, facilius fuit paucos, aut aliquē ſemel inuenire, qui bonas & perpetuas leges ſtatueret. Deinde, quoniā in multo tpe, & a pluribus plura conſiderantur, quam pauco tempore ab vno; atqui, bonus vnus eſt, & paruum tp̄s habet ad deliberādum; cum tñ hæc ſit natura humani ingenij, vt nō ſine longo diſcurſu quid rectū verumq; ſit peruidere queat; & maxime in rebus D practicis, quæ varijs ſunt implicatæ circūſtantijs: igitur. Præterea, ea ēt hanc veritatem ſuadet rō, qd leges abſens iudicat, index vero præſens: ac proinde facilius aliqua animi perturbatione moueri poteſt, qua a recto iudicio abducatur: cum tñ etiam ij qui ex lege iudicant, ob eandem cauſſam iuſtitiam

Lib. 3. Pol c. 12. violare interdū ſoleant. Ideo Ariſtoteles ſcriptū reliquit, Eos qui legē præeſſe iubent, iubere Deū, hoc eſt rōnē ipſam, q̄ eſt veluti quidā Deus, ſeu diuinę mētis participatio, præeſſe & legesq; aūt hoīem, adiungere ēt belluam: libido. n. talis eſt, & obliquos agit ēt viros optimos, q̄ ſunt in ptāte: vñ mēs abſq; appetitu lex eſt. Quare, q̄ legē ſtatuit, cū neq; amicos, neq; inimicos, nec cognatos, nec extraneos, nec pauperes, nec diuites, nec nobiles, nec ignobiles,

& de-

A & denique nec rem ipſam præſentem habeat, nulla perturbatione agitatus clarius iuſtitiam videre poteſt. Ad hæc, hominum etiam optimorum iudicia ſemper aliquid ſuſpicionis habent, & eorum decreta minus bonis, & æquis odioſa videri poſſunt: quę incommoda tolluntur, ſi per leges reſp. gubernetur. Iam vero, ea quoque accedit ratio, quod perpetuitas & conſtantia in regendo eſt maxime vtilis ac neceſſaria; quæ eſſe non poteſt, regentium varietate poſita: at ſi ponamus legem gubernare, maxime: ex cuius perpetuo, & ſimili regimine, naſcitur diſciplina, certaque regendi doctrina. Tertia poſitio, legiſlator quantum fieri poteſt, omnia definire debet, & pauciſſima iudicum arbitrio iudicanda relinquere. Ita docet Ariſtoteles in primo rhetorico capite primo: & facile probatur ex allatis rationibus pro ſecunda poſitione.

B Quarta poſitio, aliquando expedit, vt cauſæ potius per iudicis prudentiam, quam per leges iudicentur. Primo, quando ipſi litigantes conueniunt inter ſe, vt velint iudicari ex iudicis arbitrio. Secundo, quando lex id faciendum eſſe, in aliquo caſu, ſtatueret. Tertio, quando aliquod ſequeretur incommodum, ſi iudicium fieret ſecundum leges.

Ex allata doctrina multa colligi poſſunt, præſertim hæc, de quibus alibi diſputatur. Primo, iudicem ſecundum allegata & probata debere condemnare innocentem, contra propriam ſententiam. Deinde, iudicem nihil debere definire ex proprio arbitrio, ſed ſecundum leges & iura, cum adſunt. Præterea, etiam ſi Principi, vt priuatę perſonæ, conſtet aliquem mereri mortem, non poſſe illum condemnare, non audita parte, & ſine ſcientia publica. *D. Th. 2. 2. q. 67. ar. 2.*

C Vt enim auctoritas Principis eſt publica, ita etiam ſcientia qua quis cōdemnatur, debet eſſe publica. Neque hoc eſt de iure humano, ſed naturali: cum lex naturæ flagitet, vt actus publicus, cuiuſmodi eſt hominis occiſio, publicam auctoritatem ſcientiamque requirat. Poteſt autem triplici ratione publica haberi ſcientia: primo ex ipſius nocentis iudiciali confeſſione: ſecundo ex probatione legitima: poſtremo ex facto notorio. Quo fit, vt ſi actus nō fuit iudicialis & legitimus, cooperari ad necem alterius, etiam ex mandato Principis ſit peccatum homicidij: ſecus eſſet, ſi miniſter non haberet exploratam ſententiæ iniuſtitiam; quia tunc obediendo ſuperiori non peccaret. *Caiet. in ſum. ver. homic.*

Ad primum, non ponimus legem nudam ſine iudice, ſed ei damus miniſtrum habentem auctoritatem cogendi ad eam obſeruandam.

D Ad ſecundum, quæ lege compræhendi non poſſunt, iudicis relinquuntur prudentiæ: & ſane, quod ad hanc partem attinet, melius eſſet vti bono Principe, ſi, cæteris paribus, fieri poſſet.

Ad tertium, eodem reſponderes modo: & licet qui legem ſancit circunſtantias non videat: tamen propter rationes allatas melius eſt habere aliquid decretum vniuerſali lege, quam omnia vni videnda relinquere. Et, vt diximus, non ſolam ponimus legem, ſed ei prudentem damus exequutorem.

Ad quartum, quidquid ſit de illis primis rectoribus, nunc non facile ita abſoluti inueniuntur: qui ſi inuenirentur, potius eligendi eſſent.

An leges humanæ deriuentur a lege naturali. *Diſp.* *III.*

DEMONSTRATA humanarum legum neceſſitate; nunc de earum origine agendum eſt. Et quod humanæ leges a lege naturæ ortum non ducant, his rationibus ſuaderi poteſt. Prima, multæ humanæ leges ſunt contra, aut præter naturæ legem, vt lex de vſucapione, de ſeruitutibus, & de tributis, ex quacunq; re, a quocunque ſoluendis: quare ab ea ortum habere non poſſunt. Secunda, lex humana ea proprie dicitur, q̃ ab hominis voluntate pendet: at quod a naturæ vi naſcitur, non eſt voluntarium: igitur humana lex non poteſt a naturali ortum trahere. Sumptum patet, ex Iuriſconſulto, hunc in modum B legem definiente, Quod Principi placuit legis uigorem habet. Confirmatur, quia eorum quæ ſunt a lege naturæ ratio reddi poteſt: at eorum quæ, a lege pendent humana, non omnium, vt Iuriſconſultus ait: igitur. Tertia, vna ſpecies non oritur ex alia ſpecie diuerſa, vt in natura patet, ſed ſimile producit ſimile: at lex humana eſt vna ſpecies diuerſa a lege naturæ; quoniam *Ariſt. 5. eth.* ius ſiue lex diuiditur in naturale, & humanum, ſiue ciuile: igitur. Quarta, lex naturæ, etiam ea quæ procedit per modum concluſionis, eſt eadẽ apud omnes: humana vero non item: ergo hæc non habet ortum ab illa. Quin- *Prou. 8.* cta, lex æterna eſt omnium legum origo, vt ſupra docuimus, & ſacra ſcriptura docet: igitur & humanæ: quare non oritur a naturali. Poſtremo, eſt argumentum contra quandam doctrinam D. Thomæ, quæ hoc loco explicanda C eſt. Ait ergo ſanctus doctor, legem humanam procedere ex lege naturæ per modum concluſionis: quod videtur falſum, cum ad legem naturæ non ſolum pertineant principia, ſed etiam concluſiones, vt ſunt præcepta decalogi, & quæ ſunt de iure gentium: humana igitur non orietur ex naturali per iſtum modum. Quoniam hæc difficultas ſola explicatione eget; ideo cum nullæ citandæ occurrant ſententiæ, ad ipſa fundamenta accedo.

Primum fundamentum, duobus modis, vt D. Thomæ placet, lex humana ex naturali deriuari dicitur; vno, per modum concluſionis, altero per modum determinationis, & quæ vtroque modo ducuntur, ad humanam legem pertinere exiſtimat. Verum, quæ iura procedunt per modum concluſionis, ea pertinent ad ius gentium: quæ vero per modum determinationis, D ad ius ciuile; vt in articulo quarto, quæſtione nonageſimaquincta, in prima ſecundæ docet. Vbi dubitare licet, an lex humana, quæ diſtinguitur a iure gentium, dicatur procedere a naturali ſolum per modum determinationis, id quod loco citato ſanctus Doctor affirmare videtur: quod tamen non eſt omnino verum, niſi ſano modo intelligatur. Vt autem, quę diximus plane percipiantur, aliud ſtatuo fundamentum, in quo explicabitur, quid ſit deriuari ex lege naturæ per modum concluſionis & determinationis.

Secundum fundamentum, tunc aliquid ex naturæ lege per modum concluſionis deducitur, cum vi ſyllogiſmi ratiocinando ex ea concluditur; vt in hoc patet exemplo, Ille qui nollet ſibi iniuriam fieri, mœchari non debet: at

tu id

A tu Id nolles;igitur mœchari noli.In quo ſyllogiſmo ambæ præmiſſæ ſunt de lege naturali,& naturaliter cognitæ. Tunc verò per modum determinationis,cum id quod natura vniuerſe dictat, & indeterminatum relinquit, lex humana determinat;vt patet in artibus, in quibus communis forma ad hāc vel illam determinatur materiam. Exempli gratia, natura dictat fures eſſe puniendos,lex humana determinat puniendi modum, non per diſcurſum, hoc modo ratiocinando, Omnis malus eſt puniendus: iſte eſt malus; puniendus igitur:ſed ſumitur minor propoſitio ab æſtimatione humana, quæ iudicat furem eſſe ſuſpendendum hoc pacto, Malus puniendus eſt: atqui fur conuenienter ſuſpenditur,hæreticus vero comburitur:igitur ille ſuſpendendus,hic comburendus eſt. Quare, hi duo modi in eo differunt, quod B in primo minor propoſitio eſt naturaliter cognita; in altero vero ab humano iudicio pendet; quod aliter, & aliter ſtatuere potuiſſet: ut patet etiam in ritibus,& in cæremonijs diuinis. Cultum lex naturæ dictat, at determinatio humanæ legi relinquitur:quæ tamen non ſine aliqua ratione eas determinat.Vnde alia oritur differentia, quod in primo modo determinatur cōcluſio, quæ poteſtate latebat in principijs: in ſecundo vero nouum conſtituitur virtutis opus,quod prius non erat: vt eſt latronis ſuſpenſio, & in diuino cultu luſtralis aquæ vſus. Quo fit,vt priores leges vim habeant ex lege naturæ, poſteriores non item. Huius rei hanc rationem quidam aſſignant,quod concluſiones illę in ſuis principijs actu continentur: at uero ſpecies in ſuo genere non ita. Ideo illæ leges quæ per contractionem generis C ad ſpecies conſtituuntur,non habent vim,niſi in ea minore,quam humana ratio conſtituit;vt latronem ſuſpendio conuenienter puniri. Similiter,ex hoc principio naturali & uniuerſali, Temperate viuendum eſt: ſed hoc tempore,huic populo congruit temperate uiuere: igitur in quadrageſima temperate viuendum eſt.

Tertium fundamentum,lex humana duobus modis per determinationē actus a naturali deriuat. Primo ex parte materiæ,quando ſcilicet lex naturalis ordinat aliquid in vniuerſum,& indefinite,non determinando modū, neque circunſtantias,quæ poſtea ab humana lege definiūtur;vt patet in præcepto de colendo Deo:de noxijs hac vel illa pœna puniendis. Quæ determinatio ſi fiat ab habente poteſtatem habet vim legis. Altero modo ex parD te actus;nam per legem humanam aliqui actus pręcepti,aut prohibiti;cum alias eſſent indifferentes,fiunt ſtudioſi,vel mali. Cum autem omnes virtutis actus,vt ſic,ſint ſecundum legem naturę,dum humana lex facit hūc actū ſtudioſum,qui alias non erat,naturæ legem determinare dicitur. Exempli gratia,ante legem de die dominico celebrando abſtinere ab operibus ſeruilibus nō erat virtutis actus:at per præceptum factum eſt religionis opus. Vnde patet differentia quædam inter legem naturalem & humanam:quod illa ſupponit actum uirtutis,quem deinde præcipit: humana vero eundem facit,& præcipit: qui tamen vi legis naturalis obligat.

Quartum fundamentum,tribus modis ex naturæ principijs aliquid deriuatur ut alibi dixi:vno modo clara & euidenti conſequentia,idque a quo.

uis homine, qui ratione pollet colligi poteſt, vt ex illo principio, quod tibi non vis, hoc, non eſſe furandum: Alio modo, clara quidem conſequutione, quam tamen non omnes clare viderent, ſed plures, qui meliore vtuntur ratione; vt, ex hoc principio, Pax eſt amanda: igitur indicendum eſt hoſti bellum: & ſi bellum eſt licitum, igitur & ſeruitutes. Similiter, communitas eſt conſeruanda, igitur emptiones & venditiones introducendæ. Denique aliæ inferuntur obſcuræ, vt quæ ex locis, ex perſonis, atque ex alijs circunſtantijs iuſtitiam habent. Vt, ex hac ciuitate non eſſe exportandum frumentum: in ea non eſſe arma ferenda: ex hac vel illa re tributum eſſe exigendum. Et quidem, quæ ſecundo & tertio modo conficiuntur, ad ius humanum pertinere cenſentur, quod a lumine humano, hoc eſt, a diſcurſu nō penitus euidenti proficiſcantur. A B

Quinctum fundamentum, licet omnis lex ab æterna lege dimanet, vt ſupra docuimus: tamen, non omnes eodem modo. Nam lex naturalis proxime inde naſcitur, humana vero per naturalem: in quam, tanquā in exemplar, ad cuius ſimilitudinem hominis ratio leges humanas conficit, oculos conuertit. Et quemadmodum artifex ſua opera facit inſpiciendo quæ naturæ vi procreata ſunt, aut coniectura aſſequēdo, quid natura feciſſet, ſi quæ arte fiunt, natura facere debuiſſet: ſic humana ratio ſpectando legem naturæ, ex ea aliquid deſumit, vel determinat, ad eum modum, ſecundū quem, lex ipſa naturæ, ſi determinare voluiſſet, determinaſſet. Impreſſit itaque Deus hominum mentibus naturæ legem, quæ nobis eſſet tanquam exemplar, ad cuius ſimilitudinem leges conficeremus humanas. Ex his fundamentis, has elicio poſitiones. C

Prima poſitio, lex humana deriuat a lege æterna. Hanc veritatem demonſtrauimus ſupra, cum de lege æterna agebamus: Ex qua M. Tullius intulit iuſſa, & vetita populorum vim non habere ad recte facta vocandi, & a peccatis auocandi, niſi vt ſunt quædam æternæ ac diuinæ legis iuſſa: ac proinde Tarquinium contra legem ſempiternam feciſſe, cum vim Lucretiæ, attulit: licet nondum vlla eſſet ſcripta lex de ſtupris. Huc facit illa eiuſdem auctoris legis definitio, Eſt ergo lex iuſtorum iniuſtorumque diſtinctio, ad illam antiquiſſimam, & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quā leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, defendunt, ac tuentur bonos. D

Secunda poſitio, lex humana iuſta a lege naturæ deriuat. Eſt doctrina communis, & patet ex fundamentis, quam etiam hæc ratio corroborat: Omnis humana lex, eatenus vim habet legis, quatenus iuſta eſt: ſed non eſt iuſta, niſi quia cum recta ratione conuenit; recta autem ratio eſt ipſa naturæ lex: igitur. Ideo præclare a M. Tullio ſcriptum fuit, Nos legem bonam a mala nulla alia ratione, niſi naturæ norma diuidere poſſe.

Tertia poſitio, duobus modis humana lex oritur ex lege naturæ. Doctrina eſt diui Thomæ, & patet ex fundamentis, propterea nihil eſt neceſſe cur eam probemus. Quarta poſitio, ſecundus deductionis modus per determinationem, magis pertinet ad legem humanam, quam primus: ac etiam

conclu-

A concluſiones, quę tertio modo ex principijs naturalibus ducuntur, quam quæ ſecundo: quo, quę eliciuntur, magis pertinent ad ius gentium, quod ta men dici poteſt humanum. Quod ſi dicas, quod per ſecundum modum ex principijs deducitur, pertinet ad ius naturale; igitur non ad ius humanum. Reſpondeo, in lege humana præcipi, aut prohiberi quædam, quæ ad ius na turæ pertinent; vel, vt pœnas conſtituat maiores contra tranſgreſſores; vel etiam, vt aliquæ conſequentię quæ nō ſunt omnibus manifeſtæ, vt illæ quæ ſolum probabili conſequutione deducuntur omnibus innoteſcant. Quin-cta poſitio, ad legem humanam non ſolum pertinent quæ ex lege naturæ colliguntur per modum determinationis, ſed etiam, quæ per modum con-cluſionis eliciuntur. Doctrina eſt manifeſta ex dictis. Quare, cum D. Tho-
B mas affirmare videtur, legem humanam a iure gentium in eo differre, quia deſcendit a naturali per modum determinationis, voluit ſtatuere ad huma-nam legem ſolum ea ſpectare quæ per hunc modum conficiuntur, ſed per hoc quod eſt ei proprium, eam a iure gentium diſtinxit; cum quo commu-ne habet, vt per quaſdam concluſiones, a iure naturali dimanet. Quare, ea quæ neceſſaria conſequentia, modo ſecundo ſupra explicato, a iure naturæ colliguntur, ſunt iuris gentium, quæ vero tertio modo & probabili conſe-quentia ad ius pertinent humanum. Et quidem in vtroque varij ſunt con-cluſionum magis & minus notarum gradus. Vt, venditiones eſſe neceſſa-rias, magis eſt notum, quam ius poſtliminij. Vltima poſitio, quamuis lex hu mana a naturali deriuet; nihilominus naturalis ab ea mutua beneficia acci-
C pit. Primum lex humana naturalem declarat, & exponit: deinde eandem amplificat, ac dilatat: poſtremo defendit, atque tuetur. Ex his quæ diximus, hanc humanæ legis definitionem conflares, eſt decretum rationis legi æter-næ & naturali conſentaneum per ratiocinationem probabilem ab eo qui publicam habet auctoritatem ſancitum, aliquid neceſſario ſeruandum præ ſcribens. Et quoniam huius deſcriptionis particulę ſatis patent ex ijs quę de lege vniuerſe diximus, ideo in eis declarandis non immoror: illud ſolum dixerim, hic definiri legem humanam, vt a iure gentium, quod etiam huma num vocatur, diſtinguitur.

Ad primum negamus leges illas eſſe contra legem naturæ, quæ, ni pri-mo, ſaltem ſecundario docet neceſſariam eſſe vſucapionem ob commune
D bonum, ac etiam ſeruitutes. Eadem etiā docet tributa eſſe pendenda: quod ſi in hac lege determinanda, aliquo pacto priuata hominum ſtatuta defice-rent, illa non eſſent ſeruanda: cum fieri poſſit, ut humana conſtitutio a recta ratione aberret; ſed tunc vim legis non habet, vt Tullius luculenter ſcrip-ſit. Ad ſecundum, lex humana non pendet a mera hominum volūtate, ſed recta ratione, vel a uoluntate cum recta ratione conforme. Ideo quod Prin-cipi placet legis uim habere dicitur, quia quod cum recta ratione eſt con-ſtitutum ideo obligat, quia ita Principi placuit: Et licet non omnium ratio reddi poſſit, de qua re alibi planius dicetur; non tamen ſine ratione quip-piam ſtatutum fuiſſe exiſtimare debemus. Ad tertium, una ſpecies materia-liter, ex alia fieri poteſt; vt ex homine vermis, ex quantitate continua, nume

rus.

rus. Quare, quod in lege naturæ erat in potentia, per legem humanam deducitur in actum. Ad quartum, concluſiones particulares, & a lege naturæ remotiores non ſunt eædem apud omnes: & multo magis quæ per modum determinationis colliguntur. Ad quinctum, ſoluitur ex dictis: concedimus itaq; oriri a lege æterna, ſed proxime a naturali, quæ eſt legis æternæ participatio quædam. Ad ſextum, qua ratione D. Thomæ doctrina intelligenda ſit, iam plane explicuimus. A

Num lex humana fieri debeat de rebus uniuerſis. *Diſput.* IIII.

HVMANAE legis neceſſitate origineque demonſtrata, ſequitur, vt de eius cauſſis agamus; & primum de materia, hoc eſt, quibus de rebus ſint ſanciendę leges: de qua re illa primum ſe ſe offert dubitatio, an leges de rebus uniuerſis, an de ſingulis ferēdæ ſint: quę autem rationes dubitationem faciunt, hę ſunt. Primo, lex eſt actionum humanarum regula, de cuius ratione eſt, vt ſit accōmodata rebus quas dirigere debet: atqui humanæ actiones ſunt ſingulares; ergo dirigi nō poſſunt a lege uniuerſaliter lata: quare lex humana de rebus ſingulis ferenda erit. Secundo, lex eſt veluti quædam menſura, quæ debet eſſe conſtans & certa, non variabilis: at lex uniuerſe tradita nullam habet certitudinem; quia ad particulares actiones applicata innumeris pene modis uariatur: igitur, vt ſit certa & fixa debet eſſe ſingularis. Tertio, ſi quid impediret, cur non fiat de rebus ſingulis, maxime quia ſunt infinitæ: atqui hoc non eſt uerum, cum actus humani certo numero contineantur: igitur, cum nihil obſtet, idque expediat, vt ex dictis patet, de rebus ſingulis facienda erit. Poſtremo, idem confirmares Ariſtotelis auctoritate, qui ſcriptum reliquit, leges etiam de rebus ſingulis ſanciri, vt Braſidæ ſacrificare; huic enim tanquam Heroi ſacra fieri ſancitum eſt; qua ratione Eccleſia dies feſtos in honorem quorūdam diuorum ſancit; quam legem Ariſtoteles diſtinguit ab ijs quæ publicis decretis conſtituuntur: de ſingulis ergo rebus leges fieri poſſunt. In hac diſputatione nullæ occurrunt citandæ ſententiæ, cū vna ſit omnium ſcriptorum hac in parte uera opinio, leges de rebus uniuerſis ferendas eſſe. Et quoniam in re uerſamur ſatis manifeſta, nihil eſt etiam cur vlla fundamenta ponamus: ſupponimus tamen, cum hic philoſophari nolimus, quid nomine materiæ deſignetur, & quid & quotuplex ſit materia. B C D

5 eth. cap. 7. Euſtr.

Prima poſitio, ſi loquamur de materia legis in qua, quam ſubiectiuā uocant, hoc eſt, in quo ſubiecto reperiatur lex, dicimus, partim eſſe principis ſeu legislatoris, partim ſubditorum mentem, & vniuerſe humanum intellectum. Et quidem lex diuina creata, vt ſuo loco plane docebo, ſicuti & lex naturalis in corde ſcripta eſse dicitur: & leges humanę in Principis pectore veluti in quodam ſcrinio reconditæ eſſe putantur. Secunda poſitio, ſcriptura ſiue codex, poteſt dici quodammodo legis materia: non tamen ita proprie, vt mens humana. Neque enim ſcriptura eſt de legis eſſentia, vt ſupra docui. Cæterum, nullo modo eſt negandum ſcriptas leges eſſe veras leges;

A vt infra demonſtrabo,cum de lege euangelica ſcribam. Tertia poſitio,ſi loquamur de materia ex qua fiunt,vel de qua feruntur leges,in qua ſignificatione, materiæ nomen nunc ſumitur, legis materia dicitur omne id de quo poteſt eſſe lex vtilis,honeſta,poſſibilis,& rationi conſentanea. Hanc poſitionem planius & plenius explicabo, & probabo paullo infra, cum de legis qualitatibus,quæ a materia ſumuntur,ſcribam. Illud nunc obiter dixerim,male eos uocare legum materiam (ſumendo materiam, vt nunc ſumimus) Principis voluntatem,ac etiam præceptum ipſum. Ad quod probandum adducunt illud, Quod Principi placuit,legis habet vigorem: nã Principis voluntas potius eſt materia in qua, vt diximus,& cauſſa efficiens,vt in allata deſignatur ſententia. Præceptum vero eſt potius lex ipſa. *Alex.Tur. lib 2.c.5.*

B Quarta poſitio,lex fieri debet de rebus vniuerſis, non de ſingulis. Quare,ſi feratur lex de homicidio,non eſt aliquid ſtatuendum de perſonis quæ occidere poſſunt,aut de cauſſis homicidij. Primum probatur hæc poſitio ex communi vſu bonorum legislatorum,qui his de rebus ſuas leges ſciuere. Ideo Pomponius recte aiebat,iura conſtitui oportere in ijs, quę accidũt, id eſt in ijs quæ euenire ſolent; non tamen in ijs quæ præter opinionem & inſperato contingunt. Item,vt Iulianus ait,leges non ita ſcribuntur,ut omnes caſus comprehendant, ſed ea quæ plerunq; accidunt. Adde etiam quod Deus ipſe leges uniuerſas nobis tradidit:qui tamen ob ſuam immenſam ſapientiam ad ſingula deſcendere potuiſſet. Deinde, confirmatur argumento ducto a ſimili de ſcientijs ſpeculatiuis, in quibus res ſingulæ relinquuntur,cum nulla certa ſcientia ob earum multitudinem ac varietatem comprehendi queant. Ideo Plato,vt eſt apud Porphyrium,iubebat,vt a ſummis generibus ad ſpecies uſque infimas deſcenderetur,in quibus ſiſtendũ eſt. Quare,idem in dandis legibus faciẽdum erit;vt earum certa poſſit eſſe doctrina, ex qua per prudentiam de ſingulis iudicandum,ac etiam uiuendum erit. Poſtea,idem confirmares ex fine legum,qui eſt,commune bonum;cui conſulendũ eſt per cõmunem legem; quę plures perſonas diuerſę conditionis & ſtatus,pluraque negocia ſolum una communi regula complecti poteſt,qua communi proſpiciatur bono. Nemo itaque,quantum vis occulatus,ſingulari lege,iuuenes & ſenes,mares & fœminas,diuites & pauperes,nobiles & ignobiles recte inſtituere poterit. Poſtremo,leges debent eſſe ſtabiles, firmæ,& quantum fieri poteſt,perpetuæ,cum ex earum mutatione magna exoriantur incommoda: atqui,ſi de rebus ſingulis ſancirentur, eſſent maxime variabiles & incertæ; igitur. De rebus ergo uniuerſis ferendæ erunt;vt multis temporibus,multiſque negotijs,& multis perſonarum generibus accommodari queant. Ex quibus colligeres,inepte facere eos qui dum leges condunt,ſingula facta comprehendere conantur: & ſapienter Platonem irridere eos, qui curioſe pro negocijs omnibus contingentibus, & leges ferunt, & emendant;ſemper confidentes ſe finem aliquem reperturos circa ea,quę inique in commercijs committuntur:ignorantes quod re vera,tanquam hydræ capita amputant. Illi etiam hac in parte peccant,qui,cum ſolum præſens tempus & certas perſonas ſpectent, multas leges præſentibus accommodatas *L. Neque ff. de leg.* *Cap. de ſpec.* *Lib.5 de rep.*

C D

modatas ſtatuunt; quę tamen conſequentibus temporibus & perſonis minime erunt conſentaneæ, ac proinde facile in deſuetudinem abeunt. Sunto itaque leges, quantum fieri poteſt, communes, & paucæ. A

Ad primum, ſi fieri poſſet, ut una lex omnibus particularibus eſſet accommodata, faciendum quidem eſſet: at cũ ob allatas rationes fieri id nequeat, vniuerſe tradenda eſt; quę poſtea per particularem prudentiam ad res ſingulas erit applicanda: ſicuti una & eadem menſura, vt palmo, plures quantitates metiri ſolemus. Ad ſecundum, leges humanę multo magis eſſent inconſtantes, ſi de ſingulis fierent rebus, quam ſi de vniuerſis ferantur. Adde, quod poſtea demonſtrabitur, expedire leges eſſe numero pauciores; quod fieri non poſſet, ſi ſingula legibus eſſent terminanda. Ad tertium, & infinitio, & confuſio, & alia multa incommoda ſuadent leges vniuerſe eſſe ferendas. B Ad quartum, hoc argumento ſolum probatur fieri poſſe leges quaſdã priuatas, quę priuilegia uocantur, de quibus ſuo dicetur loco. Verum quę uniuerſe ſunt ſancita, magis legis naturam retinent, vt hęc, Nemo frumentum exportet: magiſtratus non ſint venales.

An lex fieri poſſit de rebus certis. Diſput. V.

IN hac propoſita difficultate multa a quibuſdam Iuriſperitis in vtranque partem diſputantur: nos autem in re non omnino dubia, Lectorem multis detinere-nolumus, ac proinde breuitatem amplectemur. Et quod de rebus certis, & naturaliter cognitis, lex fieri non debeat, hę ſuadere videntur rationes. C Prima, inter alias legis conditiones hęc ab omnibus recenſetur, vt ſit neceſſaria; vt enim natura nihil facit fruſtra, ita nec ars facere debet: at in rebus certis, & omnibus perſpectis nulla eſt opus lege, nulloque egemus lumine: igitur. Huc facit regula illa iuris, Qui certus eſt, eum amplius certiorari non oportere: & Gentes, quæ legem non habebant, erant ſibi lex, ut Paulus air. Secunda, lex ciuilis & humana debet eſſe diuerſa a lege naturali: non poterit igitur ijs de rebus fieri, quæ naturali lumine ſunt perſpectæ. Tertia, ideo data eſt legum condendarum poteſtas, vt in rebus dubijs; humanis præceptis hominum dirigantur actiones: de rebus igitur per ſe notis nulla ſtatuẽda lex erit. In hac diſputatione aliqui exiſtimant, legem debere eſſe de re D dubia: vt illi qui dicunt, Fruſtra nos legem quærere, ubi naturaliter ſentimus: Et eſſe debilitatem intellectus in rebus manifeſtis, legem exquirere, & deniq; illi, qui uniuerſe concludunt, legem debere eſſe de dubitabili. At vero alij contra ſentirent; quorum uerior eſt ſententia. Vt huic difficultati ſatisfiat, ſequentes ſtatuo poſitiones.

Can. erit d.4.
L. quibis. de uer. obl.
Cap. eum qui de reg. iur lib.6.
Rom.2.
Ripa. l. ex facto nu.6 ff. de uulg. Iaſ. Auth. ſi qua mulier. C. de ſac. eccleſ. Seb. Med.

Prima poſitio, leges fieri poſſunt, ac interdum fieri debent, de ijs rebus quæ alias ſunt naturali lumine cognitæ. Primum quidem, quia hoc idem a Deo factum fuiſſe videmus: cum in decalogo contineantur leges diuinitus datæ de rebus, quæ claro naturæ lumine cognoſcuntur, vt de honorandis parentibus, de non dicendo falſo teſtimonio, & de proximo diligendo, &c.

Deinde,

A Deinde, idem confirmares omnium legiſlatorum conſuetudine; qui multa legibus tradiderunt, quę alias ſine vlla humana lege cognoſcebantur, aut cognoſci potuiſſent: vt de depoſito reddēdo; de iniuria propulſanda. Hinc eſt quod in lege ciuili, ſæpe in caſibus decidendis hæc verba repetuntur, Non dubium, non dubitamus, non eſt ambigendum, nemini dubium, certum eſt, & ſimilia. Pręterea, quoniam, etſi ea quæ legibus definiuntur interdum ſint ex ſe nota, tamen non omnibus, non plene, ac proinde humana cōſtitutione fuit opus, ne quis ignorantiam poſſet excuſare: cum non ęque in omnibus naturæ lumen fulgeat. Vnde factum eſt, vt in rebus alias non obſcuris, ab illis qui oculos aperire nolunt, erratum ſit, vt in furto, in re venerea, & in teterrimo idololatriæ vſu; vt quod homines lignum a ſe dolatum pro ſuo numine colant. Ad hæc, ideo multa, alias non dubia, lege humana ſanciri debuerunt, vt pœna contra nefarios homines ſtatueretur: cuius timore coerciti, a ſcelere abſtinerent. Denique, reip. moderator omnes hominum actiones ad communem vtilitatem dirigere debet; id quod legibus facit: quare omnibus de rebus, ſiue dubijs, ſiue claris, quæ ad hunc finē conferunt, leges ferre debebit. *Cic. lib. 3. de leg.*

Secunda poſitio, neceſſe eſt vt aliquæ leges ſint de rebus manifeſtis. Explico, in legibus ſtatuendis, & vniuerſe in iure humano, cum multa determinanda ſint quæ rationem habent obſcuram; opus eſt, vt aliqua prius certa & manifeſta ponantur, ex quorum clara notitia aliorum obſcura ratio facile percipi poſſit: vt in iure Cæſareo, tria illa præcepta, De honeſte viuendo, de nemine lædendo, & de ſuo cuique dando: huc refer res quaſdam iuris regulas, locosve communes. Cæterum iſta, potius poſitiones & ſuppoſitiones, quam iuris deciſiones nuncupari poſſunt. Tertia poſitio, de illis rebus priuatim humana lex fieri dicitur, quæ ſunt aliqua parte obſcuræ. Quoniam in hoc rerum genere potiſſimum hominū mentes lumine & directione indigent, & cū non omnes eadem ingenij perſpicacitate polleant, opus fuit communi legis humanæ luce: ne, vt vbi non omnes vident, ibi aliquis corrueret. Quarta poſitio, quamuis lex humana de rebus dubijs fieri poſſit, & debeat: tamen apud eos, qui legem ſanciūt, aut exponūt, id quod ſtatuitur pro certa, aut pro probabili haberi debet: ita vt eius quod ſancitur certa aut probabilis ratio, cauſſave legiſlatorem, legiſque interpretem non fugiat. Hæc noſtra poſitio vera eſt, ſi verum eſt illud, quod aliquando Damaſus Papa dixit, Illud eſſe extirpandum, quod ratione caret, & illud quod eſt in omnium Iuriſperitorum ore, Rationem eſſe animam legis. Non tamē eſt neceſſe, vt ſemper ipſa ratio, cauſſave in lege exprimatur. Qua autem ratione legis ratio ab interprete inuenienda ſit, alio dicetur loco. Ex his intelligi poteſt, quando in explicanda lege liceat excogitare rationem dubitandi contra id quod fuerit a legiſlatore decretum, vt poſtea melius inueniatur factæ deciſionis ratio; tunc nimirum, cum lex non habebit omnino manifeſtam rationem: Qua in parte nonnulli legum interpretes peccant, dum ſingula legum dicta in dubitationem reuocare contendunt; ad quod faciendum friuolas & frigidas rationes excogitant. Sed fallit fortaſſe eos, il- *Cic. lib. 1. de leg.* *L. cum pater. § dulciſſimis de leg.*

lud

lud tritum pronuntiatum, Dubitare de ſingulis non eſt inutile; uel illud Bar A
L.1.nu.13 C. de nouo Cod. fac. toli dictum, Nullam legem poſſe fieri adeo claram, vt aliquam rationem du bitandi non habeat. An uero de re, de qua eſt dubium, an ſit uitium, an virtus, lex fieri queat, ſequenti diſputatione docebo.

Ad primum, hoc argumentum ſoluitur ex ijs quę dicta ſunt: ſed vt adhuc plenius explicetur, cur de rebus alias non dubijs, non fruſtra ponantur leges, inter cæteras hæ aſſignari poſſunt rationes. Prima, quia conueniens eſt, vt in legibus aliqua ſint clara, ex quorum intelligētia, quaſi ex quibuſdam notis principijs intelligantur obſcura. Secundo, quia reſpectu imperitæ multitudinis, & humanæ cæcitatis, multa alias nota, cenſentur obſcura. Ideo Paulus dicebat peccatum cognitum fuiſſe per legem. Tertia, vt homines magis intelligant ſe eſſe obligatos ad aliquid ſeruandum, cum etiā per B humanam legem id ſibi præceptum vident. Gentes vero non omnia quæ in lege ſancita erant, recte cognouere; vnde in multis errarunt. Cognoſcebant itaque multa, ſed non omnia, & non omnino bene. Vt omittam, quod multa cognouerunt per legem & doctrinam humanam. Ad ſecundū, hoc argumētum ſolum probat, eam legem magis proprie & proxime pertinere ad ius humanum, quæ eſt de re dubia; quod facile concederem: nec inde ſequitur, a legiſlatore humano ea tantum, quæ omnino dubiam rationem habent, ſtatuenda eſſe. Ad tertium, quid reſpondendum ſit, facile ex dictis intelligi poteſt.

An lex fieri poſſit de rebus dubijs, ſiue probabilibus. *Diſp. VI.* C

VT propoſitæ dubitationis ſtatus intelligatur, nota, legem fieri de re dubia, duobus modis intelligi poſſe. Primo, quando ratio rei de qua lex ponitur non eſt omnino in prōptu, nec omnibus nota, ſed aliqua mentis agitatione inuenta, certiſſima tamen, ita vt per eam lex penitus iuſta, & conſentanea eſſe uideatur. Altero modo, cum rei de qua lex ſancitur, ratio eſt ſolum probabilis; ita vt de eius iuſtitia dubitare liceat, ſit bona & honeſta nec ne: & de re hac pacto dubia hic dubitatur. Quod autem de hoc rerum genere iura fieri nō poſſint, ſic demonſtro.

Primo, ſi legum materia poſſet eſſe talis, non raro contingeret legem eſſe D iniquam: quoniam quod eſt probabile, poteſt eſſe falſum, ſiue iniquum. Secundo, omnis bona lex ſuam origenem ducere debet a lege æterna; a qua profecta lex iſta de re probabili oriri nequit, cum poſſit eſſe mala: bonum enim, & maxime per ſe bonum, & uerum ut eſt lex æterna, non poteſt eſſe cauſſa mali & falſi. Tertio, proprium atque intrinſecum eſt legi hominum actiones recte dirigere; atqui hoc munus, ſiue hanc proprietatem non uidetur retinere, quando cū dubio dirigit, quia contingere poteſt, ut a recto deducat tramite: igitur. Poſtremo, fieri poſſet, vt uim ſuam obligandi non retineret; cum tamen obligatio ſit legi maxime intrinſeca: conſequutio eſt manifeſta; quia in re probabili poſſet aliquis ſentire, ac lege aliter ſancitum eſt: & in

A & in re dubia, ſalua religione, eam cuique partem ſequi fas eſt, quæ ſibi uiſa fuerit probabilior. In hac difficultate, ſunt qui dicant, legem ſtatuendam eſſe de re magis probabili: ſed hi non ſatisfaciunt propoſitæ dubitationi. Vt ergo quid hac in parte ſentiendum ſit plane explicem, notandum eſt, duo eſse veritatum genera: aliæ dicuntur ueritates theoricæ, quæ in ſola cogitatione conſiſtunt: aliæ practicæ quæ ad agendum referuntur, cum ſint de ijs rebus quæ a nobis aguntur. In theoricis veritatibus tres gradus aſſignare licet: aliæ ſunt euidenter veræ; vt res ex materia concretas eſse interitui obnoxias: aliæ euidenter falſæ; vt nihil in natura moueri: aliæ probabiles; vt illæ quarum nec veritas nec falſitas eſt omnino perſpecta; vt, an humana felicitas magis in ratione, quam in uoluntate conſiſtat. At vero in practicis *Ariſt. lib. 3. de ani.*

B quattuor gradus aſſignares. Nam humanorum actuum de quibus ſunt ueritates practicæ, alij ſunt euidenter boni, vt Deum colere; alij euidenter mali, vt proximum odiſse: alij, ex ſe, nec boni, nec mali, vt arma ferre: alij denique de quibus incertum eſt, ſint boni, an mali, ſed probabiliter utrunque dici poteſt: cuius ordinis multa in Philoſophia & Theologia practica reperiũtur. Hoc poſito fundamento, ſequentes adſtruo poſitiones.

Prima poſitio, de rebus euidenter bonis & malis, uel de ijs quorum euidens habetur ratio cur bona vel mala ſint, leges fieri poſsunt. Doctrina eſt certiſſima, & patet ex dictis; an autem de omnibus vitijs & uirtutibus ſint ferendæ, ſtatim dicemus. Secunda poſitio, leges fieri poſsunt de rebus indifferentibus. Hæc etiam poſitio eſt exploratiſſima, quam confirmares ex om-

C nium legiſlatorum uſu, qui de multis huius generis rebus leges multas ſtatuerunt. Vnde Ariſteteles in ethicis ſcriptum reliquit nonnulla eſse mala, quia prohibita: quamobrem de rebus alias non malis leges ſancire licebit: immo in hoc rerum genere potiſſimum humanæ verſantur ſanctiones; cum quæ ſua natura mala, vel bona ſunt, ad legem naturæ ſpectare videantur. Tertia poſitio, de rebus dubijs, ſiue probabilibus, leges fieri poſſunt. Huius poſitionis ſenſus, ex ijs quę in explicatione tituli quęſtionis diximus eſt manifeſtus; eius autem veritas his nititur rationibus. Prima, quia in rebus ad mores & actus humanos pertinentibus, ſæpius occcurrit probabilitas, quam euidẽtia: ac proinde ſatis eſt, vt id quod eſt lege cauendum, ſit probabiliter honeſtum: neque enim in morum materia, vt Ariſtoteles docuit, *Lib. 5. c. 7.* *Ariſt. 1. eth. c. 1.*

D mathematicæ requirendæ ſunt demonſtrationes. Secunda, quoniam leges vt plurimum, ſtatuuntur de ijs, quæ pendent a circunſtantijs, in quibus omnibus difficile eſt videre, quid pro certo ſit eligendum, ſtatuendum ve. Tertia, quoniam alias, ſequeretur hoc inconueniens, quod multis in rebus ignoraremus quid nobis eſſet faciendum; dum hinc inde in rebus multis probabiles ſint rationes & opiniones; ni aliquid humana lege decerneretur: cum tamen ad hominum uoluntates conciliandas & in concordia retinendas aliquid definire ſit neceſſum. Denique, noſtra doctrina re ipſa confirmatur: cum multa reperiantur ſtatuta & leges, tum publicæ, tum priuatæ de rebus, quæ probabiliter utranq; in partem diſputantur: vt gratia exempli, An Carthuſianorum ſtatutum de non edendis carnibus in extrema neceſſitate ſit licitum

citum nec ne? quod, vt exiſtimo, nullo modo eſt damnandum. Ex his in- A
ferre licet, quod ualde expediret, ſi Pontifex, & uniuerſe qui remp. admini-
ſtrant legiſque faciendæ poteſtatem habent, multa determinarent, de qui-
bus probabiliter inter Doctores diſputatur, & quid tenendum ſit, nondum
eſt ſatis exploratum. Quarta poſitio, de rebus de quibus haberetur ſuſpi-
cio an eſſent bonæ, non eſt facienda lex. Quoniam qui ſanciret faciendũ eſſe
id quod ſuſpicatur eſſe malum, ex ſe daret occaſionem mali faciendi.

Ad primum quod probabili ratione tenetur, formaliter, pro uero & iu-
ſto habetur, relatum ad hominis rationem; quamuis materialiter poſſit eſſe
falſum; ſicuti is dicitur eſſe verax, qui rem enuntiat, vt exiſtimat, quamuis
non ita ſit, vt ipſe enuntiat. Ad ſecundum, leges humana ratione ſancitæ,
non profluunt proxime a lege æterna, ſed a lege naturæ, a qua, quo aliquæ B
concluſiones magis abſunt, eo magis ſunt obſcuræ; quæ, modo probabili-
tatem habeant, cum lege naturali conuenire cenſentur; ac proinde etiam cũ
lege æterna: quæ, etſi, vt ante dicebam, poſſint eſſe falſæ materialiter, non
tamen formaliter. Ad tertium, quæ lex cum ratione probabili humanas
actiones, ubi non eſt maius lumen, dirigit, ea non cenſetur in dirigendo er-
rare. Ad quartum, facta legis determinatione, non liceret ei, qui alias con-
tra probabiliter ſentire potuiſſet, cõtra legis determinationem agere: vnde
hoc argumentum procedit, de re probabili nondum a lege determinata, in
quo caſu concedimus fas eſſe agere ex propria ſententia.

An humana lege omnia vitia prohibenda ſint. *Diſp.* VII. C

QVOD hac diſputatione examinandum propoſuimus, id non-
nihil difficultatis habere, ſequẽtia demõſtrant argumẽta, quæ
omnia peccata humanis legibus prohibenda eſſe conuincere
videntur. Primo, lex humana eatenus bona & recta eſſe pu-
tatur, quatenus naturalem, ac diuinam imitatur: his duabus le-
gibus omnia prohibentur uitia: igitur & humana idem præſtare debebit. Se-
cundo, humanæ legis finis eſt homines bonos efficere, vt ſupra docuimus,
& ex Ariſtotele, Platoneq; non uno in loco conſtat: at ad hunc finem conſe
quendum neceſſaria eſt omnium uitiorum prohibitio; cum bonus dici non
poſſit, qui, vel in unum labitur peccatum: igitur. Confirmatur, Princeps D
ex Ariſtotele libro tertio politico, debet habere maiorem uirtutem, quã bo-
nus ciuis: at huiuſmodi eſſe non poterit, ſi quę ſunt mala permittet: ergo om
nia uitia prohibere debet. Tertio, ideo leges humanæ ſunt neceſſariæ, vt il-
lis, quaſi quibuſdam frænis effrænatæ hominum cupiditates cohibeantur,
præſertim pœnarum timore propoſito: at id ſine omnium uitiorum prohi-
bitione fieri nequit: omnia igitur prohibenda vitia. Poſtremo, non eſt ma-
ior ratio cur vnum potius quam aliud prohiberi debeat: quare, ſi uetanda
ſunt, ſingula uetare oportebit. Quod ſi dicas, ea debere magis prohiberi,
quæ remp. perturbant; hoc videtur imprudenter & parum pie dictum, cum
magis grauia, & quæ magis diuinam maieſtatem offendũt, magis digna ſint

quæ

A quæ prohibeantur: Vt omittam, quod alias grauiſſima peccata impune perpetrare liceret. In hac diſputatione, nullæ occurrunt citandæ auctorum ſententiæ; ad cuius tamen explicationem, vnum vel alterum ſtatuam fundamentum.

Primum fundamentum, hominum vitia ſunt in duplici differentia; alia quæ prorſus intus in animo deliteſcunt, & nullo extrinſeco ſunt manifeſtata ſigno; vt ſi quis eſſet animo auerſo a proximo, vel male de religione ſentiret, & nulla ratione extrinſecus ſic male affectum mentem patefaceret. Alia ſunt externo aliquo actu manifeſtata, quamuis non ſint cuipiam nota, vt ſi quis ſecum de ſua hæreſi loquutus fuiſſet, aut eam ſcriptura expreſſiſſet, quam apud ſe haberet. Similiter, ſi quis furtum committeret, B quod eſſet alijs penitus ignotum.

Rurſus, vitiorum, alia ſunt quæ directe & proxime tendunt contra honorem Dei, vt blaſphemia, hæreſis, alia quæ proxime afferunt damnũ proximo; vt illa quę aliqua parte violant iuſtitiam, ad quam conſeruandam potiſſimum leges inſtituuntur humanæ.

Rurſus, peccatorum alia ſunt quæ communem reip. ſtatum non perturbant, vt ſimplex fornicatio, & inanis gloria: alia quæ turbas in republica excitãt; vt ſunt omnia quę non ſine aliorum iniuria committuntur, vt furtum, adulterium, vſura, & id genus alia; quæ quandam inæqualitatem, circa aliena bona introducunt.

Secundum fundamentum, quamuis humanæ legis finis ſit homines efficere bonos: tamen, ſe ſola, hunc finem attingere haud poteſt; cum ſingulo- C rum hominum totiuſque multitudinis actiones dirigere minime valeat, vt eſt per ſe manifeſtum.

Nam, vt ſupra docuimus, leges vniuerſe ferendæ ſunt: quibus ſingulorum actiones recte moderari impoſſibile eſt, cum varij ſint hominum appetitus, variæ cupiditates, & ſtudia varia: ita vt non omnes eadem ratione perfecti eſſe queant. Quo fit, vt multa a legiſlatore prætermittenda ſint, ſiue mala, ſiue bona; & in eo laborandum, vt eiuſmodi ſtatuat leges, quæ ſint toti multitudini accommodatæ; & vt illa ſpeciatim prohibeat vitia, quæ pacem publicam perturbant; qua ſublata, ſubditi in officio contineri minime poſſunt: ac etiam crimina grauiora quæ contra religionem committuntur, cum D nullum peccati genus poſſit magis regnum euertere, & tandem omnis humana gubernatio ad religionem tuendam referenda ſit. Quo fit, vt læſæ diuinæ, aut humanæ maieſtatis crimina, vt quæ magis publicam pacem religioniſque cultum violant, magis quam alia prohiberi ac puniri debeant. Quod, ſi in ijs quæ ad religionem pertinent, fieret, præclarius cum mundo ageretur, & longe maiore perfrueretur pace, reſque Chriſtiana multo floreret magis. Enimuero, vt ex ſacris diſcimus literis, tunc populus Iſraeliticus Chriſtiani populi typus, in hoſtium manus tradebatur, cum iuſtitia, atque religio, cultuſque diuinus uiolabatur. Hinc igitur legiſlatores Chriſtiani diſcant, quæ potiſſimum uitia ſuis legibus prohibere debeant; ut non magis ſui imperij, quod a Deo donatur atq; conſeruatur, quã diuini cultus

ſint cuſtodes, quo conſeruato, omnia eis feliciter ſuccedent. His ita poſitis fundamentis, de re propoſita ita ſtatuo. A

Prima poſitio, lege humana prohiberi non debet ea vitia quæ penitus in animo latent, & nulla ratione extrinſecus ſunt manifeſtata. Quoniã illa ſunt prohibenda, quę ab homine iudicari poſſunt: at iſta nullo modo ſub humanum iudicium cadunt: igitur. Hanc doctrinam multis ſacrorum canonum auctoritatibus confirmarem, niſi eſſet ſatis per ſe manifeſta. Secunda poſitio, de peccatis occultis, quæ tamen aliquo pacto extrinſecus ſunt manifeſtata, humana lex fieri poteſt. Hanc veritatem plene inferius demonſtrabo, cum de lege pęnali agam: nunc breuiter eam confirmauerim ex vſu eccleſiæ, quę in occultos fures excommunicationem fulminat. Tertia poſitio, non omnia vitia, etiam manifeſta, humana lege prohibenda ſunt. Primum hanc B doctrinam confirmat communis omnium ſcriptorum & legiſlatorum ſententia: atq; etiam illa Diui Auguſtini auctoritas, qua dixit, Humanam legem multa concedere, ac impunita relinquere, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Secundo, confirmatur ex ijs quæ adnotata ſunt: quia lex humana debet eſſe proportionata multitudini: multitudo autem a multis vitijs vix abſtinet; quæ, ſi prohiberentur, ac punirentur, reſp. quodammodo ſe ipſam perturbaret, atque conficeret. Prudenter itaque nonnulla permittuntur, & impunita relinquuntur: ne quod in auxilium & remedium eſt introductũ, ſit ruinæ cauſſa. Tertio, ex legum natura, quia leges debent eſſe poſſibiles, non nimis arctæ, vt communiter ab omnibus ſeruari poſſint, cum pro omnibus ferantur: ergo, cum plures ſint imbecilles, quam fortes, & plures veterem hominem viuant, vetuſtatemque retineant, quam ad vitæ nouę perfectionem aſpirent, non expedit, vt per leges omnia omnibus peccata prohibeantur: Nam, vt ſapiens ſcriptum reliquit, Qui nimis emungit, elicit ſanguinem: Et, vt Christus admonuit, Vinum nouum, (hoc eſt perfecta doctrina, & perfectionis calore feruenti mandata) non mittitur in vtres veteres, id eſt, in homines imbecillos, & peccati vetuſtatem ſapientes, culparumque fęcibus infectos. Quarta poſitio, illa vitia potiſſimum a lege humana ſunt prohibenda, quæ rei p. & communitatis publicam pacem perturbant, communeque bonum tollunt; cuiuſmodi ſunt illa quæ non committuntur ſine alterius iniuria, & maxime contra iuſtitiam commutatiuam, vt furtum, homicidium, adulterium, & ſimilia. Doctrina eſt cõmunis, quæ hac firmiſſima nititur ratione: quia leges humanæ ſtatuuntur boni communis gratia: ergo, ſi quæ prohibenda ſunt vitia, illa prohibenda erunt quæ commune bonum tollunt. Huc etiã referres vitia quædam contra religionem, vt hæreſim & ſchiſma, cum hæc maxime omnium turbas, & diſſenſiones in ciuitate excitent & foueant: in quæ grauiſſime animaduertendũ eſt. Ex quibus inferres, non eſſe damnandam eam legiſlatorum conſuetudinem, quod grauius in quædam leuiora peccata animaduertant, quam in atrociora; cum hæc interdum minus publico bono obſint, quã illa: & illa magis ſua frequentia tranquillitati, quam hæc ſua magnitudine noceant.

D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 2.

Lib. 1. de lib. arb. c. 5.

C

Prou. 30.

Mat. 2.

D

Gul. Par. lib. de leg. cap. 1.

Ad primum, lex humana non poteſt, nec debet in omnibus imitari diuinam

A nam & naturalem legem: vnde tanquam lex inferior, quędam de quibus diſponere non poteſt, ſuperioribus legibus prohibenda reliquit. Vnde etiam patet ad confirmationem. Ad ſecundum, eo modo lex humana hominẽ bonum ſtudioſumque efficere conatur, quo poteſt, dando nimirum communem & omnibus accommodatam regulam. Quare, cum non omnes vnam eandemq; perfectionis viam ingredi poſſint, ſatis eſt, ſi ea vetet peccata, quæ magis commune bonũ interturbant: Nam, ſi omnia interdiceret, ob frequentem tranſgreſſionem facile legum vileſceret auctoritas. Ad tertium, nõ omnes homines vno communi duroque & aſpero fræno cohibendi ſunt; ſed vno molliori, atque leniori, quod ſit ad omnium ora accommodatum: & vt in quibuſdam locis prudens equi agitator habenas contrahit, ita in alijs ſa-
B pienter remittit, & aliquid effræni equo condonat. Ad quartum, hoc argumentum ſatis remanet explicatum ex ijs quæ adnotata, & poſita ſunt: ideo nihil priuatim de eo dicam.

An leges humanæ faciendæ ſint de omnibus virtutibus, vel, an omnium virtutum actus præcipere debeant.

Diſput. VIII.

IN hac de legum ferendarum materia, in qua Nomothetica verſatur ars, illud diſcutiendum reſtat, quod in hac diſputatione
C propoſuimus: cuius negantem partem hæ ſuadent rationes. Prima, vt vitia commune bonum euertunt; ita virtutes idem conſeruant: Quare, vt non omnia vitia ſunt lege damnanda, ne commune bonum tollant; ita nec omnes virtutes præcipiendæ, vt illud conſeruent. Secunda, virtus eſt legis finis, cũ, vt ſupra dicebamus, leges hoc habeant propoſitum, vt homines ſtudioſos, & bonos faciant: at leges non dantur de fine, cum ſint præcepta quædam, de ijs quæ ordinantur ad finem: de virtute igitur lex nulla ponenda erit. Tertia, vt homo non poteſt vitare omnia vitia, ita nec omnes virtutes conſequi: nihil igitur eſt cur præcipiantur omnes, ne vana videatur præceptio. Quarta, ſunt virtutes nonnullæ, quarum vſus nihil ad commune bonum obtinendum, aut conſeruandum conferre
D videtur, vt ſunt illę quibus homo non recte diſponitur erga alios: atq; idem diceres de omnibus, aut ſaltẽ de multis virtutibus cognitionis, vt ſunt ſcientiæ & artes, quæ nihil conferunt ad efficiendos homines bonos; cum ex ſe non ſint bonæ, & poſſint eſſe in malis. In hac materia Lycurgus erraſſe videtur, qui omnes ſuas leges ad fortitudinis virtutem retulit, vt Plato, & Alexãdrinus Clemens tradiderunt: atqui contra faciendum eſt. Sunt etiam qui dicunt leges humanas ſolum præcipere actus iuſtitiæ formaliter, cæteros vero materialiter. *Alph. Toſ. Tom. 1. in Exod. Tom. 3. in Mat.*

Prima poſitio, nulla eſt virtutis ſpecies, cuius aliquem actum humana lex non præcipiat. Primo, confirmatur hæc doctrina auctoritate Platonis, qui ſcriptum reliquit, eos qui de diuina rep. diſſerunt, non ad particulam virtu- *Lib. 1. de leg.*

P 2 tis &

tis & præſertim ad dilectionem, ſed ad vniuerſam virtutem reſpexiſſe putandum,& per ſingulas earum ſpecies leges quæſiuiſſe. Idem docuit Ariſtoteles,cum dixit,Leges ob communem omnium vtilitatem, de omnibus dictare:id quod eſt fortis viri opus,quod temperantis,quod manſueti,quibus Diuus Thomas & alij Theologi conſentiunt. Secundo, leges ſpectant commune bonum:atqui nulla eſt virtus,intellige quantũ ad vſum,quę aliquando non ſit neceſſaria ad commune bonum, immo etiam ad priuatam vtilitatem cõſeruandam; vt opus fortitudinis ad tuendam remp. amicos,& propriam vitam: ſimiliter actus temperantiæ ad vitæ conſeruationem, & ad incumbendum in ſtudia ob commune bonum: ſimiliter patientię & tolerantię actus,qui aliorum moderatoribus,& ſpeciatim militum ducibus eſt maxime neceſſarius, ob quam virtutem mirifice excelluit Cæſar, & ſic de alijs: igitur. A B

Li. 5. Eth. c. 1. Ariſt. loc. cit.

Secunda poſitio, lex humana non fit de ſingulis ſingularum virtutum actibus, ſed de illis qui proxime,& per ſe referuntur ad commune bonum. Vnde eos fortitudinis actus imperat, qui proxime ad patriam conſeruãdam conferunt: & eos actus iuſtitiæ, ſine quibus hominum ſocietas nequit conſiſtere; vt parentes alere, & ſuum cuique reſtituere: atque idem de actibus religionis,temperantiæ,aliarumque virtutum dicas. Eos ſimiliter prohibet, qui per ſe communem vtilitatem tollunt, aut perturbant, vt quoſdam actus intemperantiæ,& impudicitiæ. Doctrina eſt certiſſima, & ab omnibus recepta:quam ea confirmat ratio,quia non omnes actus ad rem publicam tuendam & conſeruandam proxime faciunt, id quod legiſlator propoſitum habet. Vnde humana lex multos actus relinquit exercendos ex vi legis naturalis,& diuinæ. C

D. Thom.

Tertia poſitio, lex humana non ſolum ſtatuit de actibus virtutum moralium, ſed etiam intellectualium; vt ſunt actus ſcientiarum & artium. Quoniam ſine horum actuum recto & ordinato vſu communis hominũ ſocietas nequit conſiſtere. Quare ſtatuuntur leges de bonis artibus colendis, deque earum conuenienti vſu. Itaque Nomothetica,ſiue ciuilis ſcientia, tanquam ars architectonica, circa omnes artes aliquid diſponit, & ordinat; vt ad initium primi Ethicorum docet Ariſtoteles: vbi, cum probaſſet dari quendam vltimum humanarum actionum finem,dixit eius conſiderationem ſpectare ad eam facultatem, quæ maxime principalis, maximeque architectonica eſt; cuiuſmodi apparet ciuilis facultas. Quippe quæ qualnam eſſe in ciuitatibus ſcientias oporteat, tum quales quemque diſcere, & quouſque conſtituit. Non itaque ſolum alijs artibus vtitur, vt nonnullæ architectonicæ faciunt; ſed, an debeant eſſe, & quis eas debeat exercere, & quoſque in operibus progredi liceat, ſtatuit, & ordinat, vt Euſtratius diſerte expoſuit. D

In hunc locum.

Quarta poſitio,cum lex humana de actibus virtutum ſtatuit, non ita pręcipit, vt eos ſecundum omnes circunſtantias fieri velit, & ex habitu; ita vt ſint laudabiles & ſtudioſi.

Hanc poſitionem hoc loco tanquam certam ex communi ſententia ponimus; quam infra,alio loco demonſtrabo.

Ad

A Ad primum,vt lex non prohibet omnes vitiorum actus, ita nec omnium virtutum opera præcipit.Nec eſt par ratio de virtutibus & uitijs; quia, nulla eſt virtus, cuius actus ad bonum commune ſeruandum aliquando non conferat:at vero multi ſunt vitiorum actus,qui dictum bonum non tollunt, vt officioſa mendacia,ſimplex fornicatio,& horum ſimilia. Ad ſecundum, virtus,ſiue virtutis actus duobus modis accipi poteſt; primo,ſecundũ ſuam naturam,vt eſt actio ſpontanea cum recta ratione conſentiens,ſiue ex habitu procedat,ſiue non: poteſt enim aliquis,iuſta agere,ſed non iuſte, hoc eſt ex habitu iuſtitiæ; ſecundo,vt oritur ex habitu, quem qui habet, cum facilitate & delectatione agit, & qui ex habitu agunt, proprie ſtudioſi vocantur & ſunt. Hoc poſito,dicimus,humanam legem præcipere virtutis actus primo modo ſumptos, quorum frequentia, acquiruntur habitus, quibus homines ſtudioſi euadunt, quod eſt legislatori propoſitum. Patet igitur quonam pacto ſit de virtute præceptum,& virtus ſit legis latæ finis. Ad tertium, primum falſum eſt,hominem non poſſe omnes virtutis actus exercere, diuina iuuante gratia,cum Paulus dicat, Omnia poſſum in eo,qui me confortat,hoc eſt corroborat, vireſque præbet. Deinde,lex humana, non præcipit omnes omnium virtutum actus: quare argumentum de hac lege non concludit. Ad quartum, negatur non eſſe maiorem rationem, cur magis vnius, quam alterius virtutis actus ab humana lege præcipi debeant; cum non omnes æque ad commune bonum conferant. Sed petat hic aliquis, ſi legis humanæ materia,vt ſupra diximus,eſt actus virtutis, quomodo eſt verum quod aliqui dicunt,hanc legem conſtituere actum in aliqua ſpecie virtutis? quia ex hoc ſequitur eius materiam non eſſe actum virtutis, ſed actus indifferentes. Reſpondeo ſenſum eſſe, conſtituere actum in ſpecie virtutis,non quomodocunque,ſed tanquam neceſſarium & debitum,vt ad hanc vel illam virtutem pertinet. Nam actus vt ſit materia virtutis,vel ex genere, vel ex circunſtantia debet eſſe bonus moraliter, & talis, vt ad aliquam virtutis ſpeciem pertinere poſſit. Sed hæc de legis materia: ſequitur vt de forma dicamus.

Ariſt. lib. 3. eth.

B

Caiet.

C

De legum ferendarum forma. *Diſput.* IX.

D IN hac diſputatione in qua de legum humanarum ferendarum forma acturi ſumus, duo potiſſimum nobis exponenda ſunt: alterum quæ ſit legum forma, ſeu qua ratione leges ferendæ ſint: alterum quæ legislatori in lege ferenda ſpectanda ſint. Et cum in re manifeſta verſemur,quæ occurrunt dicenda quibuſdam poſitionibus docebimus.

Prima poſitio,forma legis poteſt appellari ipſa ratio, ita vt id quod ſtatuitur, aut verbis præcipitur, ſit tanquam legis corpus; ratio vero, quæ eſt decidendi aut ſtatuendi cauſſa,ſit eius forma. Hanc doctrinam communiter tradũt Iuriſperiti,quam a Bartolo accepere:qui per analogiam dixit,

Can. Con ſuet. d. 1. Rationem eſſe animam legis. Idem confirmare licet ex doctrina Iſidori, A
aientis, legē ratione cōſiſtere: atqui proprie quæuis res ab ipſa forma habet vt conſiſtat; igitur rationem eſſe legis formam non male diceres. Idem confirmares ex ijs quæ de legis natura agentes docuimus; & ex illis definitionibus, *Ariſt. li. 3. polit. c. 2.* quibus dicitur, legem eſſe rectam rationem. Vt itaque anima corpori vitam, motumque tribuit, ita ratio eadem legi præſtat. Vnde inferre licet, legem quæ ratione caret, non eſſe vere legem, ſed legem mortuam; ut manus a corpore ſeparata. Quo fit, vt ſtulte illi in legibus verſentur, & leges tractent, qui parui faciunt in legali diſputatione rationem, & eos non libenter audiunt, qui potius ratione, quam auctoritate pugnant: Quare iſti, dum erubeſcunt ſine lege loqui, nō vident ſe non lege viua, ſed mortua pugnare, ſi rationem legis ignorent; cum vis & poteſtas legis in ratione poſita B
L. ſcire. ff. de leg. ſit. Multo itaque magis rubore affici debent, quod legis rationem non uideant, quam quod ſine mortua lege, cum viua ratione diſputent. Hinc eſt vt in legibus condendis non habeat locum illud, quod vulgo circumfertur, ſufficit pro ratione voluntas. Si ergo eorum quæ a Deo legislatore ſapientiſſimo ſtatuuntur rationem reddimus, & vt reddere poſſimus, nos paratos eſſe debere Apoſtolorum princeps docuit; cur eorum quæ ab hominibus ſancinntur ratio aſſignanda, & inquirenda non erit? cum nihil ſit, vt, quaſi ratione deſtituti, aut aliqua pręiudicata alicuius magiſtri opinione impediti, id ſolum pronūtiare debeamus, quod Pythagoræ diſcipuli ſolebant, autos epha, id eſt, ipſe dixit.

Sed hic obijceret quiſpiam, potius ratio debet dici cauſſa efficiens legū, C
quam formalis, cum omnes leges a ratione originem ducant: hoc nihil obſtat, quoniam, vt Ariſtoteles ſcripſit, eadem cauſſa ſub diuerſa ratione, poteſt *Li. 2. phyſ. & 2. de anim.* eſſe forma, & efficiens, ac etiam finis: vnde legum finem, earum formalem cauſſam appellare licet: præſertim in illis legibus, in quibus minus apparet naturalis ratio; vt ſunt illæ, quæ de rebus indifferentibus, non ſine communi boni ratione, ſtatuuntur. Secunda poſitio, non videtur eſſe verum, quod *Salyc. l. ſi ſerui. C. de nox. act.* aliqui affirmant, vnius legis vnam tantum eſſe rationem. Etenim certiſſimum eſt, plures eiuſdē veritatis & ſententiæ licere aſſignare, & aſſignari ſolere rationes: vt patet in lege quæ donationem inter uirum & vxorem prohibet, cuius aliam Paulus, aliā Cæcilius, alias alij reddidere rationes. Quod ſi diceres, vnius rei vnam tantum eſſe poſſe formam, vt omnes Philoſophi D
docent; id verum eſt de forma ſubſtantiali, non de accidentali: vel dicas, plures vnius legis rationes, in vnam communem conuenire rationē. Quare, a pluribus rationibus lex poteſt nominari recta, vt vnus homo a pluribus virtutibus ſtudioſus.

Tertia poſitio, legis forma poteſt appellari eius differentia, ſiue plures differentiæ, quæ in eius definitione ponuntur. Quare, ea particula, quæ loco generis in definitione legis ponitur, erit veluti eius materia, vt Dialectici docent, forma vero, aliæ quæ loco differentiæ adijciuntur, vt in hac definitione, lex eſt rationis ordo & præceptio, in bonum commune, ab eo qui rempub. gerit promulgata: cuius definitionis hæc eſt breuis explanatio. Dicitur

citur

A citur ordinatio rationis, vt demonſtretur genus & ſubiectum, quæ ſunt materia: in bonum commune, ad excludendas priuatas ordinationes, quæ vim legis non habent: ab eo, &c. ad excludenda moralia philoſophorum præcepta, quæ vim cogendi non habent: promulgata, quia ordinatio, etiam a Principe facta, vim legis non habet, ni accedat promulgatio; Vbi nota, hanc poſitionem intelligendam eſſe de lege ſecundum ſe ſuamque naturam conſiderata, non vt deſignat id, quod eſt lege ſtatutum.

Quarta poſitio, quāuis lex de rebus dubijs, vt ſupra docuimus fieri poſſit; ipſa tamen debet eſſe facilis, atque perſpicua. Quoniam lex eſt veluti ſol, qui orbem illuminat, veluti lucerna quæ lumen præbet ijs, qui domi ſunt, & ueluti regula quæ incerta menſurat, & quaſi index, qui iter demon-B ſtrat; cuiuſmodi non erit, ſi ipſa luce, directione, certitudineque egebit. Hāc legis formam inter alias ad Nicoclem ſcribendo, expreſſit Iſocrates, cū dixit, leges inquire æquas, & vtiles, & ſibi inuicem concordes, minimeque ancipites, ſed quæ oppido quam faciles habeant ſolutiones. Vnde Soloni vitio datum eſt, quod quædam obſcurius in legibus poſuiſſet, idque rectius, quod conſulto, id fecerit: vt Plutarchus ſcribit.

Quincta poſitio, in lege conſtituenda potius breuitas, quam longitudo retinenda eſt: dummodo breuitas lucem non tollat; ne dum legislator breuis eſſe laborat, obſcurus fiat. Quod breuitatis forma in lege formanda ſeruanda ſit, primum cognoſcere licet ex modo, quo antiqui ſuas leges tulerunt; vt patet in legibus Romanorum, quas duodecim tabulis exararunt: ac C etiam ex forma qua Deus ſuas leges dedit. Deinde, leges ſunt præcepta quædam, quæ debent eſſe breuia, vt facilius percipiantur, & retineantur. Sunt etiam quaſi apophtegmata & aphoriſmi, quorum forma breuitatem requirit. Denique, verborum multitudo faciliorem occaſionem cauillandi, multarumque interpretationum anſam præbet.

Sexta poſitio, legislatori bonam legem ſtatuere volenti multa ſpectanda ſunt: quæ autem iſta ſint, breuiter numerabo & explicabo. Suppoſito itaque communi omnium legum fine, quo omnia quæ ſtatuuntur referenda, & quo omnia metienda ſunt, primo cautus legislator diligenter conſiderabit, rei naturam atque ſubſtantiam de qua lex ſtatuenda eſt; cum non poſſit non peſſime aliquid de ea re ſtatui, quæ quid ſit ignoratur: vt, ſi quis de ma-D trimonio, de vſura leges ſancire vellet, & quid iſta ſint non intelligeret. Quod ſi in iudicijs exercendis, vt paſſim Iuriſperiti docent, ſubſtantialia ſūt cognoſcenda, quanto magis in bonis legibus ſciſcendis? ex quibus iudicandum eſt. Secundo, ſpectanda eſt quantitas, quæ partim magnitudine, partim numero perpenditur; vt magnum & paruum, multum & paucum. Hæc quantitas ſpectari poteſt, vel ratione ipſius legis quę facienda eſt, vel ratione rerum, de quibus lex fertur; vt de numero teſtium in aliquo cōtractu probando, & in alijs ſimilibus: cum lex omnibus in rebus iuſtā ponere debeat menſuram, ac modum. Nam, vt ait ille,

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Tertio, ſpectanda eſt rerum affectio, ſiue relatio, ex qua maximam varietatem res capiunt humanæ: cum omnes artes & hominum ſtatus inter ſe ſint affecti, & vna res ab alia pendeat. Vnde, alia lex ſtatuenda eſt homini, alia homini parenti, aut matrimonio copulato, aut in magiſtratu poſito: alia iudici, alia reo. A

Quarto, qualitas, vnde res habet, quod bona vel mala, iuſta uel iniuſta, laudabilis vel vituperabilis dicatur: cuius conſideratio latiſſime patet. Quincto actio, ſiue mores, & conſuetudo populi, gentiumve, & negocium; quoniam lex conſuetudini & moribus accommodata eſſe debet: ita vt admitti & acceptari poſſit. Ob quam cauſſam Athenæus Platonis leges minus probabat: aiebatque, opus fuiſſe, vt ille prius aliquibus Græcis perſuaſiſſet, vt illis vteretur, Eſt enim lex, vt Ariſtoteli placet, determinata ratio iuxta ciuitatis conſenſum. Vnde Plato, hominib. non exiſtentibus leges ſtatuit; vt qui poſtea vtantur, requirere ſit neceſſe. Nam, B

Lib. 13. c. 22.

Quid leges ſine moribus uanæ proficiunt?

Hor. ode. 24. lib. 3.

Sexto locus, cuius maxima in lege ſtatuenda ratio habenda eſt: ex cuius conſideratione mirum in modum variantur ac variari debent leges: vnde fere municipalia iura nata ſunt. Conuenire itaque debent leges locis pro eorum qualitate, & affectione. Hinc magna diuerſitas legum in diuerſis ciuitatibus & locis; & tamen omnes conuenientes, vt infra, cum de ſtatutis agam, plene docebo. Septimo, tempus, pro cuius diuerſitate variandę ſunt leges, ac variantur: ob cuius circunſtantiæ conſiderationem, leges, quæ alias erant bonæ, non ſunt amplius bonæ: & vtiles, fiunt inutiles. Pro temporum itaque ratione leges nouæ ferendæ, antiquandæ iam late, & antiquatæ aliquando reuocandæ ſunt. Vnde Terentianus Simo, Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. Et vt Ouidius ait, C

Can. erit. diſt. 4.

In And. de rem. amor.

Temporibus medicina ualet, data tempore proſunt;
Et data non apto tempore uina nocent.
Quin etiam accendas uitia, irriteſque uetando,
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.

Octauo, ordo ſiue methodus in legibus ſingulis faciendis, & factis collocãdis, ac ſuis in locis ponendis; quod ſane maximam affert in arte nomothetica utilitatem, ſed ut exiſtimo, eſt omnium difficillimũ. Ne igitur leges quæ omnibus rebus modũ ordinemque imponunt, ſine modo ponãtur, de earũ collocatione & bona methodo ſollicitus ſit legiſlator. Nono, curãdũ eſt, ut quãtũ fieri poteſt, omnia, uniuerſe tamen ſtatuantur, & pauca iudicibus ſuo arbitrio terminãda relinquantur. Hoc faciendũ Ariſtoteles in rhetoricis monuit, ob cauſſas numeratas. Sunt enim leges quaſi theſes, & communes loci, quorum ea eſt natura, vt rebus multis applicari queant. Poſtremo curandum eſt, vt lex aptis idoneiſque verbis, veluti quodam habitu ſit ornata, atque conuenienter ueſtita. Quæ, ſi ob ſubiectam materiam ſit futura longa ſuo exordio, conſtitutione, ſanctioneque conſtabit, principio nimirum, medio, & fine: vt ſit quaſi unum integrum atque perfectum corpus, cuius forma facieſq; qualis eſſe debeat ſequẽti diſputatione magis innoteſcet. D

Sed

A Sed petat aliquis, an ad bonā legem, opus ſit vt a bono conſtituatur legiſlatore, cui ex Auguſtino ſic reſpondeo, Bona lex a non bono fieri poteſt. Nō enim ſiquis corruptus legem ſtatuat, nulli licere, ad coniugium fœminam rapere, propterea lex mala erit: quia ille corruptus & iniuſtus, hanc legem tulit. Conditor tamen legum temporalium, vt idem ait, ſi uir bonus eſt & ſapiens, illam legem conſulit æternam, de qua nulli animæ iudicare datum eſt; vt ſecundum eius incommutabiles regulas, quid ſibi pro tempore iubēdum, vetandumque ſit diſcernat. *Lib. 1. de lib. arb. c. 5*

Humana lex qualis eſſe debeat. *Diſp.* X.

B CVM rerum qualitates, vt Philoſophi ſcribunt, ſint ueluti quędam ipſarum formæ; propterea ad ea quæ de legis forma proxima diſputatione diximus, nonnulla de eius qualitatibus adijciemus. Ideo autem de humanæ legis, non de æternæ & naturalis qualitate dubitari ſolet, quod illa ob humani ingenij imbecillitatem interdum poſſit non eſſe recta, hæ vero non item. Et quīa Iſidorus priuatim legis bonæ qualitates recenſuit, ideo eas explicabimus. Ex citati ergo auctoris ſententia lex humana ſi bona ſit futura, debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum patriæ conſuetudinem, loco temporique conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta, & pro communi vtilitate conſcripta: contra quam doctrinam ſic diſputares. *Lib. 1. ety. cap. 21. Diſt. 1. ca. erit.*

C Primo, iſta diuiſio, ſiue enumeratio, uidetur habere multas particulas ſuperfluas: quoniam, ſi lex fuerit honeſta, omnes alias conditiones habebit: & quod eſt neceſſarium eſt etiam utile, quare fruſtra iſta duo diſtinguuntur; neque enim hic neceſſarium ſumitur abſolute, ſed pro eo, quod ad finis conſequutionem confert. Secundo, conſuetudo, eſt ſpecies quædam legis, lex nimirum non ſcripta: igitur non eſt neceſſe ut lex ſit ſecundum conſuetudinem; ſi eſt ſpecie diſtincta. Tertio, quia D. Thomas omnes iſtas conditiones ad tres reuocauit, & reuocari poſſunt; vitioſa igitur diuiſio, ſiue numeratio. Huc facit, quod ipſemet Iſidorus aliquando aliter legis bonæ partes expoſuit. Poſtremo talis debet eſſe lex, qualia ſunt futura iudicia: at iudicia debent fieri ſecundum ęquitatem, vt Ariſtoteles, et omnes qui de iuſtitia ſcribunt, docent: igitur non eſt neceſſe, vt lex ſit iuſta: ſed ſatis erit ſi fuerit ęqua;
D & veluti regula leſbia, quæ non erat omnino recta: ſed ad lapidum inæqualitatem ſe ſe accommodabat. De re propoſita ita breuiter ſtatuo.

Prima poſitio, conuenienter nouem humanæ legis numerantur conditiones, ſiue qualitates, quarum hanc breuem ſubijcio explicationem. Prima, lex debet eſſe honeſta, ne contineat aliquam turpitudinem, qua poſita ſtatim tollitur honeſtas, hoc eſt, quaſi honoris & dignitatis ſtatus; ita ut honore & approbatione ſit digna. Hmōi ſunt hę leges in iure diuino, quod ſacerdos per gradus ad altare aſcendere non debeat, ne reueletur eius turpitudo: de immundis aīalibus non edendis: de leproſis expellendis: de puerperæ immunditia, & harum ſimiles; quæ tamen myſticis non carent ſenſibus. Hanc *Exo. 20. Leu. 11. Leu. 13. & 14.*

quali-

Pomp. lat. de ſacerd. Feneſtel. de ſacer. qualitatem,ſiue honeſtatem non habebant leges ritus ve, quibus,in quibuſdam ſpurcorum Deorum ſacrificijs Ethnici utebantur. Quare,cum lex debeat eſſe regula atque norma virtutis, cui ſoli uerus debetur honor, illud præcipue legi congruit, vt ſit honeſta, ac proinde honore digna. Atque hæc prima conditio conuenit legi ſecundum ſe conſideratæ & ex ſua natura. Secunda,iuſta,hoc eſt,vt æqualitatem ſeruet in rebus: eſt enim lex quaſi incorruptus iudex,qui quod ſuum eſt cuiq; tribuit,& inter homines ęqualitatem ſtatuit: Iuſtum enim idem eſt,quod æquale, inter exceſſum & defectum interiectum: Quæ conditio conuenit legi,ut eſt ad alterum relata, & eſt iuſtitia quædam,ſiue iuſtitiæ actus. Tertia, poſſibilis, hoc eſt,talis eſſe debet, vt ſeruari poſſit; vt ſit accommodata viribus eorum quibus imponi- A

Mat. 23. tur. Vnde Chriſtus damnabat Phariſæos, qui ſuis traditionibus onera grauia & importabilia imponebant. Ipſe vero,vt optimus legislator,onus ſuaue & leue impoſuit. Hæc conditio reſpicit legis vſum: cum fruſtra ſtatuatur id,quod ſeruari non poteſt:ac proinde lex debet eſſe poſſibilis,pro viribus eorum quibus imponitur. Quarta,ſecundum naturam, hoc eſt,ſecúdum rectam rationem, & naturalem æquitatem, a qua ſuam trahit originẽ: neque enim illa conſtitutio legis nomen meretur, quæ ratione caret; cum ratio ſit legis anima,vt ſupra docuimus. Sunt tamen qui hanc conditionem cum ſuperiore coniungunt,vt ſit ſenſus,Lex ſit poſſibilis ſecundum naturã, hoc eſt,ſecundum conditionem eorum,quibus imponitur:ſed hæc expoſitio minus quadrat. Quincta,ſecundum conſuetudinem,loco temporique conueniens, hoc eſt, cum dirigat actus humanos, qui a circunſtantijs pen- B

dent,earum ratio habenda eſt,quare pro conſuetudinum,locorum,temporumque varietate varianda lex eſt,vt ſit conſentanea atq; conueniens. Non debet ergo eſſe contraria conſuetudinibus & moribus, modo conſuetudo *Toſt. tom. 1 in exod.* ſit bona,aut non mala. Et ideo diuerſis gentibus ob morum diuerſitatem,diuerſæ congruunt leges: Cuiuſmodi ſane multæ Platonis leges non erant: ac proinde apud quoſdam male audiuerunt. Atque idem de alijs duabus circunſtantijs dicas. Sexta, neceſſaria,ratione mali remouendi ac extirpandi, quod lege prohibetur. Nam cum lex inſtituta ſit ad efficiendum homines iuſtos, & prima iuſtitiæ pars,ſit receſſus a malo, ideo legis ferendæ neceſſitas,hinc ſumenda eſt,vt remoueat incommoda, & nocumenta, quibus peruertimur. Septima,vtilis,reſpectu boni,vt ad bonum dirigat,& promo C

ueat:vtile enim id dicitur, quod eſt ad finem conſequendum commodum. Neceſſaria itaque debet eſſe lex, quia ſine neceſſitate leges non ſunt multiplicandæ; cum legum multitudo ab omnibus legislatoribus damnetur: & vtilis,vt ſit ad finis conſequutionem maxime accommodata. Octaua, ma- D

Pſal. 118. nifeſta, ideſt, non obſcura, quia cum lex ſit veluti lucerna quædam, quæ hominibus in hac rerum cœcitate præit,profecto lucere debet; ne quis prætendat ignorãtiam, ne litigandi occaſionem præbeat. Ideo Iuriſperitus aiebat, Leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab hominibus debent: vt vniuerſi præſcripto earũ manifeſtius cognito,vel inhibita declinent,vel permiſſa ſectentur. Nona,pro communi bono conſcri-

pta,

A pta,hac conditione exprimitur legis ſcopus, bonum nimirum publicum. Nam,vt ſolo hoc diſcrimine Rex & Tyrannus diſcrepant,quod ille publicam vtilitatem ſpectat,hic vero priuatam; ſic etiam lex bona & mala:illa eſt bona, q̃ publici boni cauſſa eſt lata:illa mala cuius finis eſt priuata vtilitas.

Secunda poſitio, bonæ legis conditiones ab eodem Iſidoro ſic numerantur,Porro ſi ratione lex conſiſtat,lex erit omne iam, quod & ratione conſtiterit dumtaxat,quod religioni cõueniat, quod diſciplinæ cõgruat, & quod ſaluti proficiat. Huius enumerationis hæc eſt ratio; lex bona duo habet, ex quibus eius conditiones perpendendæ ſunt. Primum, quod ſit humanarum actionum forma, quæ humanis actibus modum præſcribit in ordinem ad finem: alterum vt ſit facta ad exemplar æternæ & naturalis legis. *Diſt. can. conſuetudo.*
B Si conſideretur vt forma,forma debet eſſe accommodata fini,ex quo eius ſumitur ratio,vt in ſecũdo Phyſico docet Ariſtoteles:Si uero ut regula & menſura,æternæ & naturali legi,vnde eſt expreſſa,conſentanea eſſe debet. At vero rationefinis ad quem ducit,vtilitatem ſpectare debebit, populorum nimirum ſalutem. Lex ergo ſi legem æternam vnde dimanat, exprimet,erit religioni, hoc eſt diuino cultui, qui eſt primus humanarũ actionum finis, congrua: Si legem naturalem repræſentabit, diſciplinæ, hoc eſt humanæ inſtitutioni,hominum mores dirigendo & componendo conueniet: Denique,ſi conuenientem habebit finem,erit hominibus ſalutifera. *Plat.lib.1. de leg.*

Tertia poſitio,aliæ qualitates ſuperius numeratæ, ad has tres reuocare licet.Nam ſi lex humana æternæ legi, ſeu religioni erit conueniens, profecto
C erit honeſta; ſi rõne cõſtiterit,iuſta:ſi ſaluti conſulet,erit pro cõi bono conſcripta, & ſi diſciplinæ conſentiet, oĩbus circunſtãtijs erit accõmodata:poſſibilis igitur,ſm conſuetudinem,loco,tempori conueniens,neceſſaria,vtilis, & manifeſta. Atque ex his colligere licet, quæ leges non ſint recipiendæ, & populos non obligent. Primum, quæ legi diuinæ aduerſantur; ut omnes leges infidelium contra religionem Chriſtianam: quia magis oportet obedire Deo quam hominibus: Deinde,quæ non continent utilitatem cõmunem, ſed potius nocumentum afferunt: Præterea, illæ, quæ licet dettimentum non afferant,ſunt tamen inutiles. Denique aliæ, quæ ſunt difficiles,& cum circunſtantijs non conſentiunt. *Act.5.*

Ad primum, iam docuimus quomodo illæ conditiones tanquam diſtin-
D ctæ ponantur: & ideo iſta enumeratio nihil habet ſuperflui. Ad ſecundum, conſuetudo hoc loco non ſumitur pro lege non ſcripta, ſed pro ritu & moribus, alicuius loci, vel populi:quibuſcum lex bona conſentire debet. Ad tertium,concedimus illas primas conditiones poſſe reuocari ad pauciores, quas idem Iſidorus primo ſub compendio poſuit, & poſtea explicatius numerauit.Neque inſolens eſt apud auctores,quod alicuius rei qualitates non vno modo diuerſis locis numerentur.Ad quartum,debet lex eſſe iuſta;quæ tamen,pro circunſtantiarum & factorum ratione,ſecundum æquitatem ad iudicia eſt accommodanda. *Ant. Lul. lib. 2. de orat.*

De

AD ea quæ proxima diſputatione de recta legum ferendarũ ratione tradidimus,illud etiam ſpectare uidetur,vt priuatim doceamus,an multitudo,an paucitas legum approbanda ſit.Nam pro una parte,potius multitudo, quam paucitas probanda eſſe videtur:cum omnes populi,& reſp. multis abundauerint legibus,præſertim Romani,quibus nullus unquam populus gubernauit melius: Eccleſia quoque multis in ſuo regimine legibus abundat.Ex altera vero parte legum multitudo multa ſecum affert incommoda; quia grauantur ſubditi:leges facile contemnuntur,facileque obliuioni traduntur,vt nõnulla alia inconuenientia omittam. Et quia hæc difficultas facilem explicationem habet;ideo quibuſdã poſitionibus quid tenendũ ſit breuiter indicabo. B

Prima poſitio,leges humanæ multæ & diuerſæ eſſe debuerunt. Nam, etſi vniuerſæ, de rebus ſingulis ferendæ nõ ſint,vt ſupra docuimus; tamen,quia multa & uaria ſunt,quæ in humana ſocietate legibus ordinanda, & moderanda,corrigendaque fuere,vt multa & diuerſa perſonarum genera,multa & varia hominum commercia in rebus acquirendis,conſeruandis, recuperandis,augendiſque,& denique multa hominum errata corrigenda ac punienda,profecto,hæc paucis quibuſdam legibus præſtari non potuere. Secunda poſitio, legum diuerſitas ac multitudo ex his potiſſimum capitibus enata eſt. Primo ex diuerſitate finium diuerſarum ſocietatum, ac etiam partium unam communitatem efficientium. Nam,vt eſt alius finis ad quem natura produxit pollicem, alius ad quem totam manum, alius ad quem brachium;ita alius eſt finis ad quem ſingularem hominem, alius ad quem domeſticam ſocietatem, alius ad quem totam ciuitatem, alius ad quem regnũ leges proxime ordinare debent. Cum ergo humana ſocietas varijs ſit conflata membris,quæ ſuos priuatos fines habent;priuataque munera ad vnum ſupremum finem obtinendum ordinata:profecto legũ varietate fuit opus. Vnde, aliæ leges pro uno, aliæ pro ſingulis, aliæ pro bonis, aliæ pro malis, aliæ pro uno, aliæ pro alio tempore conſtituendæ fuere. Secundo, ex diuerſitate ſtudiorum hominum: Nam cum in ciuitate variæ debeant eſſe artes,quas omnes legislator ad boni publici conſeruationem aliquid pręcipiẽdo, aut prohibendo ordinare debet, idcirco legum diuerſitas & multitudo neceſſaria fuit. Vt hic omittam,hoĩum in artibus & officis exercẽdis prauos affectus corruptoſque mores,qui ſæpe legum nouarum occaſionem prębẽt & neceſſitatem inducunt; ſicuti & hæreſes faciendi noua decreta. Poſtremo, quia in prouincia, vel regno uaria ſunt loca, pro quorum diuerſitate, cum leges locis accommodatæ eſſe debeant,eas multiplicare oportuit. C D

Tertia poſitio,uniuerſe loquendo,potius legum paucitate,quam multitudine reſp.gubernanda eſt.Primum,quia cognoſcendæ & memoria tenẽdæ, ac obſeruandæ ſunt; alias enim fruſtra ſtatuerentur: at quo pauciores ſunt,melius ediſcuntur, & ſeruantur; igitur. Deinde, cum fieri non poſſit

vt legum

A vt legum multitudo, a multitudine ſeruetur, facile contemnuntur, ac etiam in prouerbium abeunt; atque ita earum perit auctoritas. Quod ſi in rerum natura nihil eſt fruſtra, & nihil in uanum conſtitutum: idẽ profecto in humano regimine oĩno curandum eſt: cũ ars imitari debeat naturã. Reijciatur igitur id, cuius nullus eſt futurus vſus, nec introducatur abuſus. Poſtea, legũ multitudo eſt malæ adminiſtratæ reip. haud obſcurum indicium, Multæ leges inquit Iſocrates, argumentum ſunt perperã adminiſtratæ ciuitatis: quod qui oppilationes peccatis faciant, multas fieri leges cogant. Idem ex Platone affirmabat Strabo, Quibus adſunt leges plurimæ, & item pœnæ plurimę, ijs & uiuendi ritus deprauatos eſſe: ſicut, quibus plures adſunt medici; ijs & ægritudines permultas adeſſe, probabile eſt. Præterea, eandem doctrinam

Orat. 10.
Lib. 6. geogr.

B bonorum legiſlatorum auctoritate confirmares: Deus duabus tabulis ſuam legem concluſit: Chriſtus item ſuam paucis præceptis: Romani Regum tẽporibus paucis utebantur legibus: poſtea omnia ſua iura duodecim tabulis comprehenderunt. Laudat Iuſtinianus ſuam curam qua legum multitudinem, ob lõga temporũ ſpatia & ob imperij magnitudinem introductam in compendium redegit. Eandem paucitatem Solon & Plato commendarunt. Quod ſi quis paucioribus legibus ſcriptis, vti uellet, is multa conſuetudini relinquat. Serendi etiam mores, ait Cicero, nec ſcriptis omnia ſanciẽda. Non erit tanta legum multitudo, ſi leges ſuperfluæ reijciantur: ſi incommodæ abrogentur: ſi quæ in deſuetudinem abierunt, non amplius redeturę, ex legum codice tollantur: ſi denique paucæ admodum, ac de grauioribus

Toſt. ad. in Matt. 10. 6.
Demoſt. orat. i Lep.
Lib. 5. de rep.
Lib. 1. de leg.

C duntaxat, leges nouæ ferantur. Dabit ergo operam optimus princeps, non ut multas condat leges, ſed vt quam optimas, maximeque reip. ſalutares. Nã bene inſtutæ ciuitati ſub bono principe & integris magiſtratibus paucæ leges ſufficiunt. Atque ex dictis facile ſolueres argumenta quæ in utranque partem allata fuere.

Iac. ſim.

De humanæ legis diuiſione & partibus. *Diſp.* XII.

D ETsi ſupra, non uno in loco, de legum diuiſione agentes, eius præcipuas & uniuerſes partes recenſuimus; ita vt in præſentia ſolum de humani iuris partibus agendum eſſet; tamen, non ſine vtilitate aliorum ſententias referendo, nunc nonnihil eadẽ de re plenius dicemus; cum legum diuiſio, vt Bolognettus adnotauit multo ſit difficilior, quam primo aſpectu apparet. Id verũ eſſe ex eo intelligi licet, quod hac in parte non omnino conſentiant ſcriptores: qui nõ una eademque ratione legem diuiſerunt. In hac itaque diſputatione primo afferam quaſdam magis celebres diuiſiones: deinde adnotabo nõnulla; poſtremo quid tenendum ſit docebo.

Cap. 6.

Quod ad primum attinet, Vlpianus hunc in modum diuiſit ius. Ius aliud naturale, aliud gentium, aliud ciuile. Naturale eſt illud, quod eſt cum ipſo genere animalium commune: gentium, quod ratio apud omnes gentes conſtituit: Ciuile, quod quiſque populus ſibi conſtituit. At Cicero in ſecundo

cundo de Inuentione libro hoc pacto: Ius aliud naturale, aliud conſuetu- A
dinis, aliud legitimum. Naturale, quod non opinio genuit, ſed innata uis
inſeruit: conſuetudinis, quod a natura ortum habet, & vſu creuit: vel quod
in morem approbatio vulgi perduxit: legitimum, quod continetur ſcripto,
Lib.5.eth. cap.7. & expreſſum eſt, vt ſeruetur. Ariſtoteles hac ratione, ius alterum naturale,
alterum legitimum: Naturale eſt, quod eodem modo apud omnes ſe habet:
Li.1.Rhet. cap.13. legitimum, quod antequam legibus ſtatueretur, nihil referebat ita ne, vel ſe
cus ſe ſe haberet. At uero alibi legem in propriam & cõem diuiſit: Propria
eſt, quã ſinguli ſibi determinarunt, quę in ſcriptã & nõ ſcriptã ſubdiuiditur:
D. de iuſt. & iur. communis, quæ ſecundum naturam eſt. Hanc eandem diuiſionem fecit Ga
Dial 37. ius in lege, Omnes populi: Stephanus Forcatulus hac vſus eſt diuiſione ius,
aliud eſt nobis commune cum dijs: vt ſeruare fidem, bene facere beneficiẽ- B
tibus: aliud commune cum brutis: vt maris & fœminæ coniunctio: aliud cũ
Tract. de ord. iud.3. p. hominibus, vt bella & ſeruitutes. Robertus quoque Maranta, quandam ſuã
ab alijs diuerſam attulit diuiſionem: quam qui noſcere volet, apud ipſum le
Taſi l.ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. get. Diuus Iſidorus melius diuiſiſſe videtur, cuius diuiſionem nos infra ex-
plicabimus. Nec defuerunt, qui omnes iuris diuiſiones reiecerunt, vnicũ
ius ponentes. Ius itaque ex iſtorum ſententia, quod alij diuidunt, in ius cõ-
mune, & gentium, vnicum eſt, quod non poteſt in plura diuidi. Quoniam
diuiſiones non debent fieri per differentias accidentales, & materiales, qua
les ſunt quattuor illæ, ſecundum quas, quattuor aſſignantur iuris partes. Pri
ma eſt, cum in uno ſolus naturæ inſtinctus operatur: Secunda, cum naturæ
inſtinctus ratione temperatus agit: Tertia, cum in hominum mentibus ſi- C
ne ulla ratiocinatione ex ſolis inſitis a natura principijs: Quarta, cum per ra-
tionem diſcernimus ea, quæ ſunt neceſſaria ad medendum hominum pra-
uitati: vnde bellorum, & captiuitatum uſus. Sed de opinionibus hactenus.

Quod attinet ad ſecundum, notandum eſt primo, diuiſiones varijs mo-
dis fieri poſſe, vt Dialectici tradunt; per genus & differẽtias, per partes, per
ſubiecta, & per accidentia. Et quidem illæ probantur, quæ dantur per dif-
ferentias, aut per ea quæ ſunt intrinſeca, non autem illæ, quæ per acciden-
tia; vt ſi diuidatur animal in nigrum & album, quo modo recte diuidere-
tur color; & lex in breuem & longam. Nota ſecundo, quattuor ſunt quæ
ad legis rationem pertinere videtur; primum ut a naturali lege deriuet: de-
inde, ut ſpectet commune bonum: poſtea, ut inſtituatur ab eo, qui facultatẽ D
legis condendæ habet: poſtremo, ut actiones humanas dirigat & emendet:
ex quibus capitibus uariæ ſumi poſſunt legis diuiſiones, cum unaquæque
Ariſtot.7. pol.c.8. & 9. res conuenienter diuidatur ſecundum ea ex quibus intrinſece conſtat. No-
ta tertio, dubitari ſolet a philoſophis ciuilibus, qui nam homines remp. ſi-
ue ciuitatem conficere cenſeantur; & quidem Ariſtoteles tres tantum homi
num ordines ciuitatem conſtituere exiſtimauit, conſultores, milites, & ſa-
cerdotes; ea ratione, quod hi proxime commune bonum conſeruent, & eas
poſſint habere uirtutes, quæ ad ciuitatis felicitatem ſunt neceſſariæ: alij ve-
ro, ut mercatores, & agricolæ ſunt uel uti miniſtri; cum publicæ utilitati pro
xime non inſeruiant, ſed priuatæ: Et ita ſunt in ciuitate, ut pili, & ungues, ac

dentes

A dentes in corpore. Quare iuris diuiſio non a quocunque perſonarum genere ſumenda erit, ſed ab illis perſonis, quæ per ſe proxime ciuitatem conficiunt. Nota quarto, cum uariæ numerentur ſimplicis politiæ ſpecies, Ariſtocratia, Oligarchia, Democratia, & Regnum; ex quibus una miſta fieri poteſt, quæri ſolet, an miſtum regimen ſit ſimplici, præſertim regio, præſtantius atque utilius. Et quidem Diuus Thomas hac in parte, non ſibi conſta- P.p.q.103
re videtur; cum aliquando regiam gubernationem omnibus prætulerit, vt ar.3.
in libro primo de regimine principum, & in quarto contra gentes; in hu- Ac.2.
ius vero dubitationis, quam nunc exponimus tractatione, miſtum regimen Cap.76.
prætuliſſe videtur: quod cum Ariſtotelis doctrina varijs in locis tradita pu 1.2.q.95.
gnat; de qua dubitatione quid tenendum ſit, in ipſis poſitionibus dicam, ad ar.4.
B quas, his notatis, accedo.

Prima poſitio, Iuris diuiſio tradita ab Vlpiano, non eſt admittenda. Hanc concluſionem late probatam inuenies apud Bolognettum: & ſatis patet ex ijs, quæ ſupra ſcripſimus, cum de iuris naturalis definitione egimus. Peccat enim iſta diuiſio, quia quoddam ius ponit, nobis commune cum beſtiis: cum tamen appetitus partis ſenſitiuæ non pertineat ad ius hominum, niſi vt ſubijcitur rationi; cui iſte appetitus, potius repugnat, eamque in cōtrariam partem trahit. Vnde merito Valla iſtam doctrinam irriſit. Naturales itaque inclinationes ſecundum rationem, ad ius naturale hominis pertinent. Quare, iſta diuiſio aliquid extrinſecum & ſuperfluum aſſumit: & unum membrum omittit, nimirum ius illud naturale, quod eſt homini propriū; & ius
C Gentium, aliud iuris membrum a naturali diſtinctum faciat. Secunda poſitio, iuris diuiſio a Cicerone allata, non uidetur bona. Quoniam aſſumit unū membrum accidentariū, ius nimirum conſuetudinis, quod nihil aliud eſt, quam ius non ſcriptum, quod poteſt eſſe legitimum, & accidit iuri, quod ſit ſcriptum, uel non ſcriptum. Verum in libris de Legibus meliorem iuris inſinuauit diuiſionem, in naturale, gentium, & ciuile. Tertia poſitio, Ariſtotelis, Pauli, & Gai diuiſio, ut bona admitti poteſt. Quoniam, ſi quis ſubtilius rem hanc examinare uelit, omnis lex ideo obligabit, uel quia ita ratio ipſa, ſiue clare, ſiue obſcure dictat, uel quia ita uoluntas eius qui præeſt, præcipit. Vnde colligetes, ea priuatim & proprie ad legem humanam pertinere, quæ ſic & aliter ſtatui potuerunt, & ea, quæ ideo mala uel bona ſunt,
D quia inſtituta ſunt.

Quarta poſitio, ius humanum illud nimirum, quod intercedente humano diſcurſu ſtatutum & determinatum eſt, commode diuidi poteſt, iuxta illa quattuor, quæ ad legem pertinere diximus: unde quattuor oriuntur diuiſiones. Prima, ius humanum, aliud gentium, aliud ciuile. Quid autem iſta iura ſint, ſatis ex dictis patet. Ad ius gentium pertinent primæ apud omnes gentes ex lumine naturæ deductæ cōcluſiones. Vt ex hoc principio, cum pace uiuendum eſt, igitur bona diuidenda: igitur bella gerenda, & ſeruitutes introducendæ: igitur venditiones, & emptiones admittendæ. Ad ciuile concluſiones & decreta, ad priuata loca accommodata, & quæ ex voluntate legislatoris potiſſimum pendent. Secunda diuiſio, a fine ſumpta,

quod

quod eſt bonum, & ita diuiditur in iura quæ legem ſtatuunt ijs qui per ſe A
pertinent ad ciuitatem, bonumq; commune curant, atque conſeruant; vnde oritur diuiſio in ius ſacerdotale, militare, cõſulare, quod pertinet ad eos, qui magiſtratum gerunt. Hæc enim tria perſonarum genera exercent eas virtutes, quæ ad publicum bonum conſeruandum proxime pertinent: ac proinde uirtutibus ornata eſſe debent. Tertia diuiſio, ex parte eorũ qui vim habent condendi leges: Ex ariſtocratia oriuntur ſenatuſconſulta & reſponſa prudentum: ex oligarchia, ius prætorium & honorarium: ex democratia, plebiſcita: ex regno, leges & Principum conſtitutiones. His adde diuiſionẽ in ius ſæculare, ex eccleſiaſticum. Quarta, ex rebus quæ prohibentur; vnde diuerſæ leges iuxta res prohibitas, de adulterijs, de ſicarijs, cæteriſque rebus. Atque hæc iuris diuiſio ſumpta eſt ex ijs quæ hac de re ſcripſit Iſidorus: quam etiam explicuit Diuus Thomas. Verum accommodate ad ea quæ de legibus diſputantur, lex humana diuidenda eſt in ius conſuetudinis, & ius ſcriptum: rurſus in ius commune, & ius priuatum, ſiue in priuilegia: & deniq; in ius ciuile & pontificium, illud naturæ legem, hoc diuinã ſpectat. B

Med. lib. 5. de rest. in Deum fid.

D. 1. & 2.

Quincta poſitio, unius gubernatio ſimpliciter loquẽdo eſt omnium optima. Doctrina eſt communis omnium philoſophorum & Theologorum: quam pluribus confirmare non eſt huius loci. Quod autem attinet ad dictum D. Thomæ, qui ſibi contradicere videtur, Caietanus tres adhibet declarationes: quarum prima eſt, Quod monarchia ſit optima comparata cũ ſimplicibus regiminis formis: altera, quod ſit pręcipua, ſecundum ſe, ſed, hominum imbecillitate ſuppoſita, mixtum imperium eſſe utilius: quoniam homines imperij participes eſſe volunt; & vnus non poteſt omnia gubernare, quæ melius a pluribus, quorum reip. conſeruatio intereſt, gubernantur: C
poſtrema, tunc monarchia primatum tenet, quando ille vnus qui præ eſt, eſt uirtute præſtantior, non ſolum ſingulis, ſed etiam omnibus ſimul, vt Ariſtoteles ſcriptum reliquit. Vnde inferunt Theologi, Pontificem eligendũ eſſe, optimum, ex omnibus Chriſtianus. Quare ex adiunctis miſtum imperium poteſt eſſe utilius: quo etiam modo principis creatio per ſucceſſionem poteſt eſſe melior ea quæ per electionem; quæ, ſimpliciter loquendo, primum locum tenet, vt aliqui docent: de qua re alio opere, fauente Deo, accurate dicemus.

Arist. 3. pol.

Lib. 3. pol. cap. 2.

Arist. D. Tho.

D

An humana lex conuenienter fingat, & de fictionis natura. *Diſput.* XIII.

QVONIAM Iuriſperiti, præter eos quos ſupra explicuimus legis effectus, quodã alios priuatim humanæ legi tribuũt; ideo de iſtis quoque nobis vniuerſe de lege tranctantibus, aliquid ſcribendũ eſt. Inquiunt igitur, legem fingere, præſumere, augere, atque minuere: de quorum ſingulis, more noſtro, breuiter agemus. Et quod ad fictionem attinet uidetur talem effectum non eſſe admittendum.

Primo,

A Primo, fictio in numero vitiorũm ponitur cum veritati aduerſetur: igitur non eſt attribuenda legi, nec ab ea vſurpanda.

Secundo, qui ficte agi, ſimulate agit, qui ſimulate agit decipit: igitur ſi lex fingeret, nos deciperet. Tertio, ex ipſa fictionis natura, quæ in hoc ſita eſt, vt ponatur eſſe quod non eſt, & non eſſe quod eſt, falſitatis nimirũ contra veritatem aſſumptio, vt cum fingitur adeſſe, qui vere abeſt. Quæ ad huius effectus declarationem mihi dicenda ſunt, quibuſdam poſitionib. complectar; quibus, quæ ſit natura, cauſſæ, partes, ſiue ſpecies fictionis, & in quibus rebus fiat, quid valeat, & quomodo cognoſcatur, docebo.

Prima poſitio, fictio, cum ſit verbum medium, aliquando in malam ſumitur partem, pro ſimulatione decipiendi & fallendi cauſſa comparata; vt ſi
B quis fingeret, ſe vendere, cum tamen vere det fœnori; aliquando in bonam, vel ſaltem indifferentem; vt ſi quis quippiam fingeret ad prouocandum aliquem ad aliquid faciendum; vt cum Chriſtus finxit ſe longius ire, vt prouocaret duos Apoſtolos qui Emaus proficiſcebantur, ad ſe retinendum: vel veritatis inueniendæ cauſſa; vt cum Salomon finxit ſe velle, puerum infantem diuidi: vel etiam æquitatis conſeruandæ gratia: quomodo leges fingere dicuntur; vt infra patebit; & de fictione hoc modo accepta, hoc loco agendum eſt.

Secunda poſitio, fictio, vt eſt legis effectus, hoc modo deſcribitur, Fictio, eſt in re certa eius quod eſt poſſibile contra veritatem pro veritate a iure facta aſſumptio: vel hoc modo, Eſt in re certa cõtra veritatem rei, quæ fuit, vel
C eſt poſſibilis, a iure ex æquo & bono pro veritate aſſumptio. Quæ duæ deſcriptiones in eundem fere ſenſum recidunt; & ex ſequentibus innoteſcẽt: nunc eas vnico declarabo exemplo. Qui eccleſiæ cauſſa abeſt canonicus, quotidianis diſtributionibus non priuatur; quia per legem adeſſe fingitur, licet re vera abſit: & hoc, vt æquitas ſeruetur. De natura itaque fictionis eſt, fingere non eſſe quod eſt, & eſſe quod non eſt: quæ tantum efficit in caſu ficto, quantum veritas in vero. Tertia poſitio, fictio non eſt idem quod præſumptio: quæ ſic differunt. Primo, fictio eſt de re, de qua certum eſt eſſe falſam; vt in allato patet exemplo: at pręſumptio eſt de re dubia: vnde, de re certa fingitur, de incerta præſumitur. Secunda, contra fictionem iuris non admittitur probatio; at contra præſumptionem maxime. Poſtremo, fictio eſt
D contra veritatem, quia fingitur aliquem mortuum, vel præſentem eſſe, qui re vera non eſt: at præſumptio eſt circa veriſimile & dubium.

Quarta poſitio, cauſſa efficiens primaria fictionis eſt lex, cauſſa vero motiua eſt æquitas. Vnde fictio, quoad effectum iuris non poteſt induci ab homine abſque legis auctoritate: Et cum ſit æquitatis cauſſa introducta, æquitate ceſſante, ipſa quoque ceſſabit. Fit autem fictio, tum a ciuili, tum a canonico iure. *l. a/. ſiquis pro. ff. de uſuc.*

Quincta poſitio, fictio triplex eſt, inductiua, priuatiua, & tranſlatiua. Prima inducit, ſiue facit aliquid de nouo: ſecunda factum deſtruit; tertia factum in aliud transfert; vnde ſic deſcribuntur, Inductiua, eſt in re certa non exiſtenti poſſibili, pro exiſtenti a iure facta aſſumptio. Priuatiua

Q non

eſt in re certa exiſtenti poſsibili non exiſtere pro non exiſtente a iure facta aſſumptio. Tranſlatiua vero, ſiue extenſiua, eſt in re certa vno modo exiſtente pro exiſtente alio modo poſsibili a iure facta aſſumptio. Quæ deſcriptiones & ex dictis intelligi poſſunt, & ex ijs quæ dicentur notiores fient. A

Sexta poſitio, fictio reperiri & fieri poteſt in omni rerum genere. In ſubſtantia, vt cum filius in vtero fingitur iam natus. In quantitate, vt cum fingitur aliquid eſſe plus ratione téporis, quod tamen non eſt ratione quantitatis; quo modo dicitur bis dare, qui cito dat: & minus ſoluere, qui nihil ſoluit. In qualitate, vt cum fingitur eſſe purum, quod eſt conditionale, vt in contractu cum conditione turpi, & eſſe homicidam, qui non eſt. In relatione, vt ſi quis fingatur pater, vel filius, qui non eſt, vt pater putatiuus. In actione, vt cum fingitur aliquem per ſe feciſſe, qui per alium fecit: & mulierem agere, quæ non agit: & eum necaſſe, qui pietatis officium omiſit, & eum loqui qui tacet. In paſſione, vt patrem perpeti iniuriam illatam filio. In loco, ſiue vbi, cum quis fingitur præſens, cum abſit, vt in contumace patet. In tempore, vt accidit in ratihabitione, quę retrotrahitur per temporis fictionem, vt euenit in actu conditionali, qui tunc ſortitur effectum, cum conditio adeſt; ſed tamen conditio retrotrahitur, & fingitur ante fuiſſe. In ſitu & poſitione; vt accidit in præſcriptione non currenti contra minores, vel viduas; fingitur enim ſtare, ac pendere. Denique in prædicamento habere; vt cum fingitur aliquis, vxorem habere, quam vere non habet: quamuis habere & habitus, qui vltimam facit categoriā, apud philoſophos non ſint idem. B

L. cum ac-cuſ. ff. de condit. *L. ingenuus ff. de ſta. hom.* *Ca. quan-te de ſent. excom.* *Can. peri-culoſe de pœn. d. 1.* *L. ſicut. C. de præſ.* *De côuer. coniug.*

Septima poſitio, fictio inductiua non habet locum in rebus impoſsibilibus ſecundum naturam. Vnde adoptio per quam introducitur filius, non poteſt fieri a minore: cum debeat imitari naturam, ſecundum quam filius eſt patre maior. At hæc doctrina quaſdam declarationes, ſiue limitationes admittit. Prima, hæc fictio licet non cadat ſuper re impoſsibili in ſuo genere; cadit tamen ſuper indiuiduo: & ita fingitur aliquem habere duos patres, quamuis per naturam non poſſit eſſe niſi vnus. Secunda, non habet locum, ſi impoſsibilitas ex accidenti naſcatur: vnde ſpado poteſt adoptare, quia ſecundum naturam potuit generare, licet ex accidenti ſit impeditus. Tertia, procedit allata doctrina, variatis aliquo pacto terminis. Explico, cum fingitur natus qui in vtero eſt, impoſsibile eſt per naturam, vt ſit natus, ſi conceptus fuiſſet ante quattuor menſes: at ſi fingamus citius matrem concepiſſe, quod erat poſſibile ſecundum naturam, fingi poterit, nunc peperiſſe. Qua etiam ratione per fictionem dicuntur viuere illi, qui, licet iam mortui ſint; tamen in hominum memoria ob eorum egregia facta viuunt. Atque ex his intelliges verba illa in fictionis definitione poſita, quæ fuit, vel eſt poſſibilis. C D

L. ſi quis poſt. ff. de libert. & poſt.

Octaua poſitio, dicta fictio non habet locum in ijs quæ impoſſibilia ſunt de iure. Vnde fictio non retrotrahitur ad tempus a lege prohibitum: nec facit tutorem, eum qui ex iure eſſe non poteſt.

Doct. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1.

Nona poſitio, fictio non habet locum in ijs, quæ mere iuris ſunt. Nam, cum ſit remedium extraordinarium ex æquitate inductum, ſtante legis diſpoſitione,

A ſpoſitione,& remedio ordinario, ceſſare debet.Vbi nota,quando lex diſponit ea quę ſunt iuris,quamuis vtatur verbis quæ fictionem deſignant:tamen vere diſponit; vt cum facit filium eſſe ſui iuris: vnde filius legitimatus, vere filius eſt.

Decima poſitio, fictio habet locum in ijs quæ ſunt facti,modo factũ non ſit ab omni iuris effectu remotum:Fictiones enim ſunt propter ius introductæ.Quare in ijs quæ ſunt iuris,idem eſt eſſe tale,& haberi pro tali:in ijs vero quæ ſunt facti,aliud eſt tale,aliud haberi pro tali, & ſic factum fictionem ſuſcipit. Vnde lex in ijs quæ a ſua poteſtate pendent, non ficte, ſed vere facit; ſecus in ijs quæ ab hominis poteſtate. Cæterum, factum quandoque infectum fingitur.

B Vndecima poſitio,fictio priuatiua procedit in ijs quæ ſunt puri facti,ſuadente æquitate. Quo pacto Monachus, & is qui ingreditur monaſterium fingitur mortuus: ſimiliter, deportati, damnati ad metallum, ac etiam capti ab hoſtibus. Vbi nota, diſcrimen inter fictionem inductiuam, & priuatiuã; quod illa procedit in ijs quæ facti & iuris ſunt, ita vt vtrunque requiratur: hæc vero alterum horum requirit: vnde ad priuationem ſufficit vnum,at vero ad inductionem ſeu affirmationẽ omnia requiruntur, quæ adeſſe debent.

Duodecima poſitio,fictio tranſlatiua,requirit duos terminos habiles,vnũ a quo,& alterum ad quem fiat tranſlatio; Vt cum factum ab vna perſona per fictionem transfertur ad aliam: quę quattuor modis fit. Primo, de vno tempore,ad aliud tempus,in ijs quæ ſunt mere facti,modo æquitas ſuadeat,vel
C miniſterium iuris intercedat.Vnde,qui hodie mortuus eſt,fingitur ante occiſus. Habet etiam locum in ijs quæ mere iuris ſunt; vt hodie eſſe in poteſtate,& antea fuiſſe.

Secundo, ab vna perſona ad aliam, in ijs præſertim quæ mere facti ſunt; ac etiam in ijs quæ in vtroque conſiſtunt,modo referas ad factum,nõ ad ius. Verum in perſona a qua fit tranſlatio, requiritur habilitas facti, non autem iuris:at in ea ad quam transfertur vtraque requiritur habilitas. *Dyn. c. qui per alium de reg. iur.*

Tertio, de vna re ad aliam; vnde traditis clauibus, finguntur tradita quæ ſub illis continentur. *Dyn. cap. quod alicui. de reg. iur.*

Quarto, a loco,ad locum; cũ factum in vno loco fingitur factum in alio. Vbi nota hanc fictionem comprehendere quæ geſta ſunt voluntarie medio
D tempore,nõ tamen quæ geſta ſunt neceſſario: nec retrotrahitur quoad actus perfectos,ſed quoad imperfectos & pendentes.

Decimatertia poſitio,duæ fictiones,æque principales,& ex eadem æquitate procedentes, circa idem concurrere non poſſunt :ſicuti nec duo ſpecialia circa idem. Quare, ſicuti vnus animus non poteſt efficere retentionem duarum poſſeſſionum;ita vna æquitas non poteſt efficere productionẽ duarum fictionum. Quando autem plures fictiones ita ſe haberent,vt vna conſequeretur aliam, vt cum prima non poteſt eſſe ſine ſecunda, vel quando plures ex diuerſis procederent fontibus, plures concurrere poſſunt.

Vltima poſitio, legis fictio cognoſcitur ex verbis impropriæ ſumptis, & ex his particulis, pro,perinde,quodammodo,& ſimilibus,vt,ſi dicatur Pro

mortuo, pro ciue habeatur: & ex verbis, videri, Haberi, &c. Et hæc ſummatim ex Iuriſperitorum doctrina de fictione dicere volui. Quæ etſi propter breuitatem ijs qui in iure humano non ſunt verſati, non omnino clara videri poſſunt; tamen ab ijs qui aliquam iuris habent notitiam non minus clare intelligentur, quam quæ ab alijs fuſe & confuſe dicuntur. Argumentis in contrarium allatis non reſpondeo, quia ex dictis ſoluuntur. A

An præſumptio ſit in iure admittenda, deque eius natura & effectibus. *Diſput.* XIIII.

QVOD præſumptio non ſit in lege admittenda, nec tanquam effectus ei tribuendus, hæ quę ſequuntur ſuadere videntur rationes. Primo, pręſumptio eſt vitium quoddam, quo quis plus ſibi ſumit, quam debet: at legi nullum attribuendum eſt vitium: igitur. B

Secundo, lex humana obligat in conſcientia: at in præſumendo poteſt contingere error: igitur præſumptio non eſt tribuenda legi. Tertio, pręſumptio ſæpe fit in malam partem; quod videtur eſſe cõtra iuris regulam, de dubijs in bonam partem interpretandis, vt habetur in capite eſtote, de regulis iuris. De hac materia late diſputant iuris vtriuſque periti, & ſcriptores in hanc regulam iuris, Qui ſemel eſt malus, ſemper præſumitur malus, & in titulum, de Præſumptionibus; & Euerardus in locis a Veriſimili, & a Præſumptionibus. Nos quæ a varijs ſcriptoribus dicuntur, ſequentibus poſitionibus perſtringemus. C

Oſtienſ. in ſum. Ioan. And.

Prima poſitio, pręſumptio dicta eſt a pręſumo, quod eſt prius, vel ante ſumo: pręſumere autem interdum idem eſt quod audere, & aliquid contra honeſtum tentare: alias pręſagire, & in re dubia quaſi diuinare. Vnde pręſumptio, aliquando idem valet, quod præoccupatio, quam græce Prolepſin vocant: aliquando audaciam, aliquando præſagitionem, & coniecturam in rebus dubijs ſignificat; quamuis hæ duæ ſignificationes non ſint ita latinæ. Hic in poſtremo ſignificatu ſumitur. Secunda poſitio, pręſumptio hunc in modũ deſcribitur, Pręſumptio eſt cõiectura, ſeu diuinatio in rebus dubijs frequenter euenientibus, per earum circunſtantias. Alij hoc modo, eſt alicuius facti dubij aliquoties ſemiplena, aliquoties plena inueſtigatio: Vel hoc pacto, eſt ex aliqua coniectura, indiciove exorta notitia. Tertia poſitio, pręſumptio in has diuiditur partes: Alia eſt præſumptio hominis, alia legis, ſiue iuris. Illa rurſus duplex, vna temeraria, quæ temere ex leui coniectura in animo pręſertim maleuolo naſcitur, quæ vt mala reijcienda eſt. Altera probabilis, & veriſimilis, quæ ex veriſimilibus indicijs a iudice cuius arbitrio eſt relicta, colligitur, & purgationem inducit. Legis item pręſumptio duplex, una iuris tantum: altera iuris & de iure. Præſumptio iuris tantum, eſt liquida probatio, donec non apparet contrarium, ſufficiens ad rem denominandam, ex uniuerſali probatione cõſurgens, quæ ideo dr̃ præſumptio iuris, quia ius D

Cap. 2. de præſ. ibi Doct.
Euer. in loco a verſ. nu. 18.
Deut. 22.

ita

A ita præſumit eſſe, quam violentam appellant: vt ecce, ius præſumit debitum ſolutum eſſe, ſi chirographum ſit deletum. Præſumptio iuris & de iure eſt, cum lex aliquid præſumit, vt certum, & de eo diſponit. Vnde, qui non contraxit cum aliqua verbis de præſenti, ſi poſtea eam cognoſcat, conſenſiſſe præſumitur: & quæ per violentiam viro tradita fuit, ſi poſtea in carnalem copulam conſentit, non auditur, ſi violentiam probare velit: quia conſenſiſſe a iure præſumitur. Sic etiam ſententia præſumitur eſſe iuſta, cum tranſiuit in rem iudicatam; & ita retractari non poteſt. *Ca. 15. qui de ſponſ. Cap. ad id de ſponſ.*

Quarta poſitio, probabilis præſumptio, purgationem inducit, & contra ipſam admittitur probatio: vnde ex ea iudex non procedit ad ſententiam, niſi quis in purgatione deficiat, & cum vno teſte, vel cum alia ſimili præſum-

B ptione, plenam fidem fecerit.

Quincta poſitio, præſumptio iuris tantum, admittit probationem in contrarium, niſi ius aliter ſtatuat, vt non admittatur; habetque vim teſtium, & confeſſionis: releuat etiam ab onere probandi, & illud transfert in aduerſarium. Sexta poſitio, præſumptio iuris, & de iure, non admittit probationem. Regula & doctrina eſt communis, quæ triplicem admittit limitationem. Primo, ex cauſſa a iudice poſſet probatio admitti, & per conſenſum partium; quia vna pars renunciare poteſt iuri ſuo. Secundo, dicta regula intelligitur quod non admittatur directa probatio per teſtes, quia indirecte admittitur; niſi materia ſubiecta ſuadeat, vt ſimplici ſtetur confeſſioni. Cedit enim hæc præſumptio veritati naſcenti ex probatione, parte non oppo- *Cap. ſuper eo de eo qui cogn. conſang.*

C nente. Poſtremo, admittitur quando res eſt integra, id eſt, cum nondum ex iuris præſumptione lata eſt ſententia: quia tunc admittitur productio inſtrumenti facta poſt terminum datum ad producendum.

Septima poſitio, præſumptio, ex quattuor potiſſimum capitibus oritur: ex cauſſa, ex perſona, ex loco, & ex tempore. Vbi nota, quod qualitas naturalis ſemper adeſſe præſumitur; vt parentes amare filios, & eis bonum conſilium dare; etiamſi prima fronte appareat contrarium. Contra vero mutatio non præſumitur; quia eſt quoddam accidens, accidentia autem non præſumuntur: Vnde ſemel malus ſemper præſumitur malus, & qui bonus fuit, præſumitur bonus. *Diſ 19. & 81. per totam. De reg. lib. 6.*

Verum ſemper in meliorem partem præſumere debemus: & ita qui poſ-

D ſidet, bona fide poſſidere præſumitur, niſi contrarium probetur: modo verum, vel putatiuum titulum habeat. Vnde delictum commiſſum, præſumitur eſſe minus, quod fieri poſſit. *Cap. mandata de præſump.*

Octaua poſitio, præſumptio locum habet in decem rerum generibus. In ſubſtantia; vnde quod olim fuit, nunc præſumitur eſſe; niſi probetur contrarium, quæ probatio fieri poteſt per rationes neceſſarias, probabiles, & per inditia. In quantitate, vnde quantitas quæ fuit in legato, ſiue deſpoſito, hodie præſumitur eſſe; niſi directe, vel oblique probetur acceſſio, vel deceſſio. In qualitate, quia qualis olim quis fuit, nunc etiam putatur eſſe, ſiue bonus, ſiue malus: & ita olim excommunicatus, pro eodem habetur, ni de abſolutione conſtet. *Euerar. in loco a tempore ad tempus, nu. 6.*

In relatione;qui erat pater,aut dominus,adhuc eſſe præſumitur,niſi directe vel oblique contrarium probetur. In actione, non quantum ad ipſum agere,vel actum;quia agere non poteſt eſſe continuum,et ita qui olim procurauit, non præſumitur,procurare, ſed quantum ad ipſum uelle, & mentem,quæ non præſumitur mutata.In paſſione reſpectu animi;& ita qui odiſſe,vel amaſſe ſolebat, in eadem animi affectione perſeuerare cenſetur: at uero corporis paſſiones non præſumuntur continuæ. In loco, ubi olim res fuit,adhuc eſſe putatur:quod non intelligitur de rebus,quæ a ſe, vel ab aliquo alio mouentur:non in aliquo anguſto loco, ſed de receſſu in locum remotum, vt in territorium & prouinciam. Nec etiam cenſetur eſſe in loco, quod eſt in tẽpore tantum,vt forenſis in ciuitate. In tempore,quod temporis diuturnitate mutatur,non præſumitur eſſe idem,quod fuit:at uero quantum ad mores animi,quod olim fuit,eſſe præſumitur, & multo magis ob tẽporis diuturnitatem. In ſitu,res immobilis certis terminis contenta,ibi præſumitur eſſe,vbi prius erat: vt ager.In habitu,qui ſemel habuit, adhuc habere præſumitur,ni priuationem probet:ſed hoc exemplum non pertinet proprie ad categoriam habitus.

L. Tinicũ. ff. de uerb. oblig. c. cũ lo. de fide instr. Dector. in c. trasmiſſa. Qui filij ſint legit.

Nona poſitio,actus pluralitas & iteratio in dubio non præſumitur, vt Bartolus, & alij doctores tradunt. Sed fallit hæc regula;primo,quando ad oſtentationẽ diſpoſitionis expreſſe factæ hoc eſſet neceſſarium: ſecundo,quãdo actus apparet factus ſub duplici forma: quia tunc præſumitur iteratio: tertio, quando ageretur de concordandis dictis teſtium contrarijs. Decima poſitio,quando duæ vel plures præſumptiones circa idem concurrunt, ſi ſint æquales,vna confundit aliam;ſi inæquales,potentior debiliorem tollit: ſimiliter generalis per ſpecialem aufertur. Quando autem iudex per præſumptionem iudicat,ſententiam temperet,tarduſque ſit ad pœnam corporalem, & pecuniarum infligendam. Et hæc ſunt quæ de præſumptione uniuerſe dicenda duxi,ac fere dici ſolent. Argumenta in contrarium allata ſoluuntur ex dictis.

Cap. Quia de præſumpt.

De rerum augmentatione, conſeruatione, diminutioneque.
Diſput. XV.

L. fin. ff. de leg.

QVONIAM vero humana lex bona parte in rerum acquiſitione, conſeruatione, ac diminutione uerſatur: ideo de modis quibus iſta fiant,latiſſime a iuriſperitis diſputari ſolet. Cæterum, cum lex generatim de rerum augmentatione, conſeruatione,& diminutione loquat̃, de his tribus effectibus hac una diſputatione nos quoque aliquid dicemus: cum eorum cognitio ad legis humanæ vim percipiendam non parum conferat: & primo de augumento has poſitiones ſtatuo.

Prima poſitio, augmentum eſt alicuius præexiſtentis rei ſuperueniens acceſſio,vt ſit pars eius:quod intelligitur,non ſolum ratione quãtitatis, ſed etiam qualitatis. Secunda poſitio,augmentum tripliciter fit.Primo naturaliter,

A liter, vt in planta, in puero, quo augmento res non fit diuerſa. Secundo a iure, ex diſpoſitione enim iuris aliquid accedit; dum ius agit de iure accreſcendi. Tertio, miniſterio hominum, & ratione loci, temporis, & cauſæ; vt in augmento ponderis, numeri, menſuræ, & ualoris monetæ. Tertia poſitio, augmentum fieri poteſt in omni categoria, ſed cum differentia. Nam in Categoria ſubſtantiæ facit differre ſubſtantialiter, modo ita res augeatur, vt rei forma mutetur: idque & in re corporea, & in diſpoſitionibus, tum legis, tum hominis, quando per ſecundam augetur prima. Vnde, ſi legi, vel ſtatuto aliquid eſſentiale addatur, dicitur lex noua: teſtamentum itidem & contractus & libellus mutatus in ſubſtantia, dicitur alius. Eſt ergo vniuerſalis regula, augmentum in ſubſtantia, in qualibet diſpoſitione rei ſtatum mutat.
B At vero in alijs categorijs, ut in quantitate, qualitate, relatione, vbi, & quando, res non mutatur in aliam. Quare, per cõmunem regulam, augmentum niſi mutet primam formam, regulatur ſecundum naturam ſui principalis, ſiue antecedentis, cui accedit: Quoniam acceſſorium ſequitur naturã principalis, & pars naturam totius. Et ita diſpoſitio facta in principali extenditur ad eius augmentum, etiamſi res ſit odioſa: quo fit, ut qui poteſt legem condere, poſſit & ei addere: quia augmentum eſt conſequens ad principale. Cæterum, rei limitatæ, vel præſumptiuæ ultra limites non comprehenditur in diſpoſitione limitata, licet alias comprehendi poſſet tanquam augmentum: ſiue limitatio fiat a lege, ſiue ab homine, ſiue a natura ipſius rei. Et quoniam augmentum & diminutio pari paſſu gradiuntur, ideo cui unum
C conuenit & aliud: verum, adducta ad augmentum, diminutionem non patient; ni alia legis diſpoſitio redderetur inanis. Quando autẽ res erit in ſummo, ei non poteſt fieri additio, niſi res ipſa ſubiecta id patiatur: vnde, ſupra gradum illuſtriſſimorum, ponitur Princeps, & Pontifex: & ornatus gratia, dicitur, multo doctior, & longe doctiſſimus. Et hæc ſunt fere, q̃ uniuerſe de augmẽto ſcribuntur. Quod attinet ad conſeruationẽ, has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, res dicitur conſeruari, tribus modis, a natura, ab homine, & a lege, ut patet in reſtitutione ſpoliatorum. Rurſus his tribus alijs, cum res in eodem perſeuerat ſtatu, cum reficitur, vel in priorem ſtatum reuocatur, & cum transformatur, modo deterior, uel melior non fiat, ut clarius ſequentibus poſitionibus patebit.

D Secunda poſitio, res in eodem ſtatu conſeruari & perſeuerare dicitur, licet mutetur temporaliter, rei natura manente immota. Temporalia enim dicuntur plena & effectiua, & quod eſt in tempore, non dicitur eſſe in loco: vnde diſpoſitio, ſiue legis, ſiue hominis non refertur ad actum momentaneum, ſed ad duraturum, qui in eodem ſtatu eſſe præſumitur, ni probetur mutatio: Neque enim ſufficit factum, ſi non duret factum. Tertia poſitio, res conſeruari dicit refectione, modo non augeatur, aut diminuatur: vnde res per refectionem reſtituta, priora iura recuperat. Etenim res per refectionem eadem dicitur cum priori: & vbi eſt eadem ratio, eſt etiam idẽ ius. Nec qui reficit proprie de nouo facere dicitur; ſicuti non dicitur petere, qui repetit. Vnde ſtante ſtatuto, vt aliquid de nouo fieri non poſſit, non prohi-

bereiur refectio, niſi identitatis ratio aliter ſuadeat. Quarta poſitio, cõſerua- A tio per transformationem, quæ fit, cum res in aliam formam migrat, tribus modis contingit.

Primo, cum ex rudi materia ad certam formam reuocatur, vel contra; vt ſi ex maſſa argenti fiat vas, vel vas in materiam informem reuocetur; & tunc appellatione vnius non venit aliud, quando eſt diuerſa ratio inter materiã, & eius quod ex ea fit; niſi extaret materiatum, vt loquuntur, in diſpoſitione materiæ. Secundo, quando ex vna forma traducitur in aliam vt ſi ex una veſte fieret alia: & tunc noua forma tradit nouum eſſe: ſed niſi opus ſuperet materiam, adhuc in nouo ſtatu conſeruari dicitur. Tertio, cum duo corpora vniuntur; & tunc reſpectu duorum dicitur conſeruatio, reſpectu uero vnius fit augmentum, & hoc quando remanet eadem forma; Quare, licet B maneat forma; tamen reſpectu adiuncti, magis dicetur augmentum, quam conſeruatio. Quando itaque per mutationem additur, uel detrahitur, potius dicitur augmentum & diminutio: ſi vero remanet in eodem ſtatu, dicitur conſeruatio. De qua hæc ſummatim; ſequitur diminutio.

Prima poſitio, res duobus modis diminui dicitur, deterioratione, & annihilatione, vt loquuntur: illa opponitur augmento, hæc vero conſeruationi. Secunda poſitio, deterioratio eodem modo perpenditur, vt & augmentum, & idem efficit quoad diminutionem, vt adiectio quoad augmentum: & ita cui prohibetur addere etiam minuere interdicitur: Et, vt inducta ad augmentum non efficiunt diminutionem, ſic & contra. Tertia poſitio, annihilatio eſt rei interitus per remotionem formæ, remanẽte materia: quæ vel C fit in re, cum forma tantum perit, aut etiam materia cum forma: vel in diſpoſitione, re manente, vel annihilando, vel innouando, vel reformãdo. Ex quibus fit, vt re omnino perempta, ceſſet ius, actio, obligatio, atque omnis diſpoſitio: Idem cenſetur, ſi res non reperiatur, & eius perſequutio ſit difficilis: quia pro non extante habetur. Si vero forma deficiat, manente materia, circa id quod remanet, ius, diſpoſitio, actio, & obligatio manent: Vnde, ſi periret res cuius debetur vſusfructus, periret obligatio, cum ſcilicet res tota perit, vel ad minimum quid redigitur: quia parum pro nihilo habetur, & de minimis regulariter non curatur. Allatæ doctrinæ ratio eſt, quia qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt: vt obligatio ſoluendi fructus, re perempta: Et quod de re perempta dicitur, etiam de homine intelligẽdum eſt: mors enim D omnia ſoluit: & ita mortuo accuſatore, accuſatio perit, & inſtantia, & omnia acta ante ſententiam. Id autem procedit in re perſonali, quæ cum perſona extinguitur; ni talis ſit, quæ ad hæredes tranſeat. Quod paullo ante diximus de rei minimo, intelligitur, niſi minimum ſit principale ad totum; vt carina, ad nauem. Quæ allata doctrina etiam in relatis procedit, vnde reſoluto iure datarij, reſoluitur ius acceptatoris. Atque de his tot dixiſſe ſufficiat.

De

A

De effectibus humanæ legis, qui ſunt præcipere, prohibere, permittere, punire, & conſulere. *Diſput.* XVI.

SVPRA, de legis vniuerſe conſideratæ effectibus agentes, diximus, legem præcipere, prohibere, permittere, ac punire, &, vt quidam volunt, etiam conſulere: nunc priuatim de his effectibus ad humanam legem contractis aliquid dicendum eſſe videtur: idemque poſteá faciemus, cum de diuina agetur. Et quoniam in hac parte ſimplicem doctrinam, ſine vlla diſceptatione tradere uolumus: ideo quæ de his effectibus dicenda ſunt, poſitionibus nonnullis, ſuo
B ordine de ſingulis agendo, perſtringemus. Quo loco illud primum monuerim, non eſſe nobis propoſitũ, vt ſingula legis communis præcepta, uel prohibitiones numeremus, aut explicemus, eſſet enim id immenſi laboris, & contra noſtri inſtituti rationem; ac proinde ſolum generatim de prædictis effectibus aliquid ſcribemus.

Prima poſitio, humanæ legis præcepta, quorum alia ſunt eccleſiaſtica, alia ciuilia, ſiue ſint in lege ſcripta, ſiue ab homine poteſtatem habente impoſita, ſeruanda ſunt. Doctrina eſt certa fide tenenda, alibi a nobis probanda. Quanta autem ſit legum humanarum obligatio, poſtea dicetur. Hominum ergo, ſiue humanæ legis præcepta ſeruare oportet; modo nihil contra honeſtatem contineant, ſintque obſeruatu poſſibilia. Obediendum enim
C eſt, cum melior ſit obedientia, quam victimæ multæ. Secunda poſitio, lex humana præcipit, vt honeſte viuatur, nemo lædatur, cuique ſuum tribuatur, ęquitas a Iudice ſeruetur: vt iudex in ferenda ſententia omnia diligenter diſcutiat, alias enim ſententia non teneret: vt ab exequutione non incipiat: vt homo homini proſit; vt iuramẽtum ſeruet; vt abſurda & inconuenientia vitentur, ne quid metu dolove fiat, & in ſumma, vt religionem erga Deum, & pietatem erga parentes & patriam conſeruemus. Tertia poſitio, ad cognoſcendum quando lex dat præceptum, animaduertenda eſt legis materia, ſi verba adſint quæ imperium, quę neceſſitatem deſignant, aut quæ ſimilem vim habent: vt ſunt, præcipio, mando, neceſſe eſt, oportet, atque gerundia: de qua re planius poſtea dicetur. Et hæc de præceptione: ſequitur
D prohibitio, quam Iuriſperiti ęquiparant prohibitioni teſtamenti, & contractus, de qua has ſtatuo poſitiones.

Quarta poſitio, potior eſt uis legis prohibentis, quam præcipientis; vnde dici ſolet, Potiorem eſſe conditionem vnius prohibentis, quam nouẽ concedentium: & lex prohibens vniuerſalior cenſetur, quam præcipiens. Quoniam lex prohibens verſatur circa malum, quod prius vitandum eſt, vt veniatur ad bonum, Hinc pronuntiatum illud, Negatiua, magis negat, quam affirmatiua affirmet; & pro eo regulariter præſumitur qui negat; nam affirmans probare tenetur; vnde actore non probante, reus abſoluitur. Quinta poſitio, quidquid non reperitur expreſſe prohibitum, cenſetur permiſſum: & contra, Prohibitum putatur, quod non reperitur expreſſe cõceſſum. Quæ

Cap. 1. de Conſt. *l. Princeps ff. de leg.* *Oſtien. ti. de conſt.* *Spec. ut. de conſt.* *Cap. Inter corporalia de trãſ. ep.* *Cap ſiquis de fur.*

duo

duo pronuntiata, cum inter ſe pugnare videantur, intelligenda ſunt in ſimi A
libus; vnde vno prohibito, aliud cenſetur prohibitum: alia vero conceſſa pu
Cap. nam de conſt. tantur, ratione prohibitionis ceſſante. Quare, vna re prohibita, cenſetur etiã prohibitum id quo ad illã peruenitur: & actu aliquo certo prohibito, prohibitio trahitur ad antecedens, & ad conſequens illius. Quo fit, vt prohibitio non modo expreſſa, ſed etiam tacita actus nullitatem importet. Sunt tamen aliqui caſus in quibus prohibitio vim ſuam non exercet. Primo, cum aliquid prohibetur ſine cauſſa: ſecundo neceſſitate vrgente; in quo caſu omne prohibitum cenſetur permiſſum: tertio prohibitionis cauſſa ceſſante, & ita prohibitum ad tempus, eo elapſo, putatur permiſſum: poſtremo, licet multà ab initio prohibeantur, ex poſt facto, permiſſa eſſe dicuntur, & tolerantur. Sexta poſitio, lex humana prohibet ſeruum eſſe in iudicio, eũdem B
eſſe arbitrum: filium agere in iudicio ſine conſenſu patris, inter quos litem eſſe negat: fœminam pro alio intercedere, fideiubere, niſi certa fiat de ſenatuſconſulto Velleiano, eſſe tutricem, verſari in iudicio pro alio, publica officia exercere; & contrahere ſine conſenſu uiri: Item feudum alienari ſine conſenſu domini; & vaſallus qui ſecus facit, cadit a iure ſuo: rurſus prohibet contrahere cum minore, & rerum eccleſiaſticarum alienationem, niſi debitis ſolennitatibus adhibitis, ſimiliter, minori per legem alienare non licet, niſi Prætoris adſit decretum: denique, lex humana vetat Iudæum doctorem fieri, cum non ſit dignitatis capax, quia eſt infamis: licet tamen Iu-
Ioa de Anan. rub. de Iudæis dæo exercere medicinam, quia eſt ars abſque dignitate; quam etiã ſeruus poteſt exercere. Atque hæc pauca legis prohibentis exempla attuliſſe ſufficiat. Septima poſitio, lex regulariter prohibet per particulas negatiuas, C
& interdum per verba affirmantia; vt, ſi iuberet rem ſeruari, eius prohiberet alienationem. Quòd attinet ad permiſſionem, has alias ſubijcio poſitio-
Gloſ. Cle. ſap. de verbo. ſig. nes. Octaua poſitio, tribus modis aliquid dicitur permiſſum. Primo, cum nullo iure prohibetur, modo cum ratione iuris congruat; vt contrahere iuſtas nuptias: Et in rebus prohibitis a ſimilibus ad ſimilia proceditur, ita & in permiſſis. Verum, quod alicui ſpecialiter contra ius eſt permiſſum, alijs prohibitum cenſetur; ſicuti & illud, quod ex cauſſa fuit permiſſum, ea ceſ-
Ca. quadã 31.q.3. ſante. Secundo dicitur permiſſum id, quod a lege canonica conceditur, contra legem ciuilem; vt contrahere in quincto gradu; & hæc dicitur vera & abſoluta permiſſio. Tertio, cum illicitum, ſeu malum permittitur, vt D
maius vitetur malum: quæ potius tolerantia, quam permiſſio dici debet; ſecundum quam, quæ permittuntur, non approbantur. Et de hac intelligitur illud, Multa tolerantur, quę ſi in iudicium venirent, redderentur nulla. Nona poſitio, omnes caſus excepti a regula prohibente, cenſentur permiſſi: ſicuti excepti a permiſſiua, intelliguntur prohibiti. Permittunt leges ſpeciatim, uirum fortem præmium petere, filium redire in poteſtatem patris poſt liberationem, ſi fuerit ingratus: patrem poſſe filium emancipare & in adoptionem dare quocunque in loco uoluerit; eundem vendere, uictus neceſſitate cogente; filium eſſe procuratorem, etiam inuito parente: idem officium permittit infami: auiam & matrem eſſe tutricem: vt quis locupletetur cum

A cum alterius iactura, ratione publicæ vtilitatis; vt in vſucapione, & præſcriptione: furta fieri famis neceſſitate: quia tunc omnia fiũt communia. Quæ tamen neceſſitas mulierem a fornicatione non excuſat. Rurſus, lex permittit, aut potius tolerat meretrices ad uitanda maiora mala: & lex ciuilis ſpeciatim concubinas, & vſuras; in quo corrigitur a iure canonico. Denique lex permittit, vt pater necet filiam, quam cum aliquo coeuntem inuenerit. Decima, lex permittendo his fere verbis vtitur, Licet, poteſt, velit, concedit, & ſimilibus. Sequitur punitio, de qua cum integrum librum de lege pœnali ſimus ſcripturi, hoc loco pauca dicemus.

Alciat. l. Nepos: ff. de uerb. ſig.

Vndecima poſitio, lex punit, vel ob commiſſionem, cum fit, quod eſt prohibitum, vel ob omiſſionem, cum non fit, quod eſt imperatum; ſed magis

B ob commiſſionem, quam ob omiſſionem: quia maioris virtutis eſt lex negans, quam affirmans: & illa reddit actum nullum, qui eſt pœna quædam. Duodecima poſitio, lex punit non obedientem Principi, peccantem contra præceptum, dominum nimis grauiter punientem ſeruum, & omnes alios qui in alium poteſtatem habent, ſi in punitione modum excedant: ſeruos occulte dominos accuſantes, hoc eſt delatores: corrumpentes mulierem: Iudæum mancipium Chriſtianum poſſidentem; item, eundem Iudæum cognoſcentem Chriſtianam, & Chriſtianum cognoſcentem Iudæam, etiam meretricem; Item, punit iudicem facientem litẽ ſuam, ita vt teneatur quaſi de maleficio; Item, homicidam vltimo ſupplicio punit, ni aliud ratio ſuadeat: & denique eum qui falſi crimen committit, quod ſcriptura, dicto, &

C facto committi poteſt. Eſt autem falſi crimen doloſe & ex ſcientia ueritatis facta mutatio.

Decimatertia poſitio, uniuerſe loquendo omnes punire poſſunt eos, in quos habent aliquam poteſtatem, iuriſdictionemque; vt parentes in filios, vir in uxorem, dominus in ſeruum, magiſter in diſcipulos, Abbas in monachum, & dux in militem; quibus tamen non quæcunque conceſſa eſt punitio, ſed leuior, ni grauius peccatum grauius puniri a lege permittatur.

Decimaquarta poſitio, lex punitiua cognoſcitur ex verbis aliquam pœnam deſignantibus, vel cum remittitur pœna iudicis arbitrio. Antequam autem pœna repetatur, aut imponatur, cauſſa, perſona, tempus, locus, qualitas, euentus, & circunſtantiæ aliæ perpendendæ ſunt, ut Doctores tradunt;

D apud quos etiam videre licet, quando unus pro alio puniatur. Pœna nunquam inferenda eſt ante latam ſententiam, ne iudicium ab exequutione inchoetur; ni res eſſet notoria, niſi periculum eſſet in mora, vnde delictum remaneret impunitum; & ni ſcandalum aliter ſuadeat. De conſilio ita ſtatuo.

L. aut facta & l. reſpiciem. ff. de pœnis. Boer. c. non debet. de reg. in 6.

Decimaquincta poſitio, miſſis alijs conſilij diuiſionibus, conſilium duplex eſt; unum legis, alterum hominis, & hoc rurſus duplex, unum perſonæ publicæ electæ ad hoc, vt in re aliqua det conſilium; alterum perſonæ priuatæ. Quod autem attinet ad eum qui eligitur ad conſilium dandum, quem conſiliarium uocant, aliquæ conditiones requiruntur, quas ſequenti poſitione explicabo. Decimaſexta poſitio, circa perſonam ad conſulendũ electam hęc animaduertenda ſunt. Primo, talis eligatur perſona, ſiue iudex,

Med. par. 4. q. 22.

vt non

vt non ſit ſuſpectus; quod poſſet accidere, ſi electus fuiſſet a iudice ordinario: ſi vero electus ſit a partibus & concordare nõ poſſent, tunc iudex petat ſibi dari non ſuſpectos in ſcriptis, & ex illis idoneum eligat: quod ſi omnes ſint ſuſpecti, eligantur foren ſes, ni hoc a ſtatuto ſit prohibitum, ſuppoſita ſuſpicionis cauſſa uera. Secundo, perſona quæ eligitur ſit erudita & experta in re de qua conſilium dare debet. Tertio, conſiliarius electus iurare debet ſe conſilium recte daturum. Quarto, conſiliarius auditis partibus, & rationibus perpenſis, conſilium in ſcripta redactum iudici ſecreto offerat. A

Quincto, iudex accepto conſilio, ex illo ſententiam definitiuam, uel interloquutoriam ferat; modo conſilium ſit ſecundum ius; alioqui, eo ſpreto, ſi ipſe conſiliarios elegit, pronuntiet ex iure: atque idem dicas, ſi a partibus fuit electus; niſi in actis fuerit expreſſum, eas uelle pronuntiari iuxta datũ conſiliũ. Quod ſi conſiliarius conuincatur, de dolo, de dolo tenebitur, & punietur: iudex etiam ſi cõſilium iuſtum ſpreuerit, tenebitur. Sexto, qui cõſilium dat, pretium petere poteſt; quod ex cõſuetudine apud iudicem deponitur. Septimo, ſententia ex conſilio lata, non tranſit in rem iudicatam; vnde habito meliore conſilio, retractari poteſt, ex communi ſententia, ut quidam ſcribunt. Decimaſeptima poſitio, conſilium datum a priuata perſona, neminem obligat, niſi honeſtatis cauſſa, & ni tranſeat in uim præcepti, ut conſilium a parentibus & maioribus traditũ, quod maxime expedire uideatur. Hæc enim eſt conſilij natura, ut ſupra docuimus, ut nemini neceſſitatem imponat. Verum, qui dediſſet conſilium fraudulentum, puniendus eſſet: vt etiam ille qui dedit conſilium ei, qui alias facturus non erat, & qui dat conſilium ex officio, ut patet in aſſeſſore: idemque dicas de eo qui dat conſilium in delictis: ſi qui fecit, alias non erat facturus: niſi eſſet delictum atrox: quia tunc non ſolum qui conſilium dedit, ſed etiam is qui commiſit puniendus eſt: quia in hoc delictorum genere, etiam affectus punitur. Sed ut iſta locum habeat, hæc animaduertenda ſunt. Primo probandum eſſet conſilium præceſſiſſe delictum. Secundo, conſtare debet de mala fide conſilij, in dubio enim cenſeretur bonum. Tertio, conſulens non condemnabitur, ſi principalis abſoluatur; niſi ex ſolo conſilio perpetratum fuerit delictum: ſimiliter nõ tenebitur, ſi conſilium reuocauit: ac etiam ſi lex, ſiue ſtatutum ſolum pœnam imponeret facienti. Rurſus, quando conſilium datum fuiſſet a ſapiente, attenditur ſecundo loco datum, & hoc præualeret. De hac materia conſilij ab aliquo dati, late diſputant doctores, qui legendi erunt, ſi caſus occurret. Decima octaua poſitio, legis conſilium duplex eſt: alterum quod uocãt honeſtatis, alterum perfectionis: illud uidetur aliquid obligationis continere, etiamſi lex non addat prohibitionem, uel præceptionem: hoc uero non item; & ita nullam committit culpam, qui hoc conſilium non ſeruat. Verum, quando lex loqueretur de honeſtate in materia peccati nutritiua, aut non ſiſteret in ſola honeſtate, ſed ad præceptum progrederetur, qui ſecus faceret, peccaret: ſicuti & ille, qui ex contemptu conſilium negligeret. Tunc lex loquitur de conſilio, quando utitur uerbis mere hortantibus ad perfectiorem uitam; modo materia non ſit neceſſaria: deho-

Cap. 1. de ſanguin.

Cagn l. cõſilij, nu. 23 ff. de reg. iur.

Cap. Nullus de reg. iur lib 6.

L. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo.

Cap ſicut dignum. §. Qui uero, de homic.

Bar. l. non ſolũ. ff. de minor.

Abb. c. cũ in ueteri, de elect.

Cap. magna de uoto.

Can. porro. 25. q. 2.

Medic.

Can. 1. 13. q. 2.

B C D

A de honeſtate vero, cum utitur verbis honeſtatem deſignantibus, ut eſt verbum, Decet. Eſt etiam quoddam conſilium reuerentiæ; quando propter reuerentiam perſonę ad quam lex loquitur, etiam in materia neceſſaria, vtitur verbo conſultatiuo; ſed tunc ratione materiæ obligat ad peccatū. Multa ſunt quæ a lege humana ſub conſilio proponuntur, quæ perſequi non eſt neceſſe. Quod vero attinet ad conſilia legis diuinæ euangelicæ, ultimo *Cap. 1. de maior. & obed.*
B libro late diſputabimus: vbi accuratius de conſilij natura dicetur: ſicuti & de præceptis, cum de lege veteri ſcribemus: ac etiam de obligatione, legis præceptiuæ & prohibitiuæ, in duobus proxime ſequentibus. Atque hactenus de humanæ legis neceſſitate, cauſſis, & effectis: ſequitur ut de eius poteſtate, quantum ad vim obligatoriam attinet, agamus.

Libri Sexti finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER SEPTIMVS,

In quo de legis humanæ obligatione, mutatione, ac diſpenſatione agitur.

An lex eccleſiaſtica poſſit obligare ad culpam. *Diſput.* I.

QVAMVIS in prima huius operis parte, in qua totius ædificij fundamenta ieci, certa fide tenendum eſſe docuerim, in chriſtiana rep. facultatem eſſe condendi leges: tamen ibi, nihil de earum poteſtate & coercendi vi ſtatui, id quod hoc loco faciendum eſt. Et cum lex humana ſit duplex, altera eccleſiaſtica, altera ciuilis, & quod de vna dicitur, etiam de altera intelligi poſſit: veruntamen facilitatis gratia, de vtraque ſeorſim quæram; & primum de ui obligandi ad culpam, & poſtea de obligatione ad pœnam. Primum itaque examinandũ proponitur, an lex eccleſiaſtica poſſit fideles obligare in conſcientia, vel ad culpam: & quod non poſſit, ſic demonſtratur. A B

Primo, Chriſtus nos liberauit a lege diuina veteri quantum ad iudicialia & cęremonialia præcepta, quod eorum maius eſſet onus, quam quod a nobis ferri poſſet: atqui, ſi leges eccleſiaſticæ nos in conſcientia obligarent, multo maiore onere eſſemus oppreſſi; cum earum maior ſit numerus; vt patet ex tot voluminibus epiſtolarum decretalium, cõciliorum, & canonum, in quibus innumeræ continentur leges cęremoniales & iudiciales: Quare, ſi liberi ſumus a lege diuina quæ iſta pręcipiebat, multo magis ab humana.

Li. 22. cõt. Fauſt. Secundo, peccatum, ideo eſt peccatum, quia eſt contra legem Dei, vt ex eius definitione ab Auguſtino data patet: ergo legis humanæ tranſgreſſio ad culpam obligare non poterit. C

Confirmatur, quia lex inferioris non habet tantam vim obligandi, ut lex ſuperioris: quare, ſi diuina obligat ad culpam, eccleſiaſtica diuinæ ſubiecta obligare non poterit. Tertio, iudicium eccleſiæ non ſe extendit ad actus internos, ſicuti iudicium Dei, cui etiam corda patét: ergo Eccleſia ſuis legibus non poterit obligare in conſcientia. Quarto, humana facultas non poteſt auferre gratiam, neque obligare ad pœnam æternam quæ mortali peccato debetur, cum eam non poſſit inferre: igitur nec condere leges obligãtes ſub peccato. Poſtremo, auctoritate quorundam patrum: Origenes ſcriptum reliquit,

A reliquit, Principatum Eccleſiæ in dilectione eſſe poſitum, non in timore, in voluntate, non in neceſſitate: Chryſoſtomus, *Tract. 11. in Mat.* non poſſe vi peccantium lapſus corrigere, & ſolum ſuadere volentes: Bernardus aliquando ſcripſit, ſe *Lib 2. de ſer.* legiſſe, Eccleſiæ miniſtros ſteriſſe iudicandos, non autem ſediſſe iudicantes.

In hac difficultate quidam hæretici putarunt in Eccleſia non eſſe poteſtatem *Lib. 1 de conſid.* condendi leges obligantes in conſcientia: Ita olim Vualdenſes, vt Antoninus, *Par. 4. tit. 11. c. 7.* præter alios refert: Marſilius de Padua, contra quem diſputauit Pighius: Ioannes Vuiclefus, vt cōſtat ex Conſtantienſi Concilio: Ioannes Vſſius, *Lib. 5.* Ioannes de Vueſſalia, & denique Lutherani & Caluinitæ omnes: *Hier.* qui dicunt nullam eſſe poteſtatem in hominibus eccleſiaſticis condēdi legem veram, quæ non ſit expreſſe in ſcriptura; concedunt tamen facultatē excom-
B municandi, ideſt, reijciēdi a cœtu fidelium incorrigibiles; ſed eam ponunt in tota Eccleſia, hoc eſt in miniſtris, conſentiente populo. Lutherus itaque et Caluinus hominem Chriſtianum liberum eſſe dicunt ab omni lege; fidei beneficio, quem ſolum fidei debitorem faciunt. Ad hominem nouum, ait Lutherus, nihil pertinet lex. Item, ſapientia ſumma, neſcire legem: ſed tamen alio modo liberant a lege diuina, & ab humana. Nam diuinam aiunt obligare in conſcientia: verum fidelibus non imputatur tranſgreſſio; ac proinde liberi cenſentur. At lex humana, ſiue eccleſiaſtica, ſiue politica nullo modo obligat conſcientiam, niſi ratione ſcandali & contemptus, quæ ſunt prohibita lege diuina. Vnde etiamſi quis ſtudioſe eam tranſgrediatur, nihil peccat. Ex fidelibus Ioannes Gerſon uir alias pietate, doctrina, & acuto
C ingenio præditus, Tractatu de vita ſpirituali, lectione quarta, quæ tota fere reijcienda eſſet, aſſeruit nullam legem, ſiue naturalem, ſiue ciuilem, ſiue eccleſiaſticam ex ſe obligare ſub peccato, ſed ſolum diuinam: quod ſi aliæ quādoque obligant, eſt ex eo, quia præcipiunt illud idem, quod ius diuinum præcipit: ita ut lex naturalis & humana ideo obligent, quia diuinam continent. Differt Gerſonis opinio a Lutheri ſententia, quia concedit Eccleſiam poſſe condere leges ad mores pertinentes, quod Lutherus negat. Vnde dubitari ſolet, an humana lege aliquid præcipi poſſit, quod non ſit in iure diuino, & naturali: de quo citatus auctor ita ſentire uidetur. Primum, Eccleſiaſtica poteſtate non poteſt ſtatui niſi id quod eſt in iure diuino. Secūdum, quæ ſtatuuntur, ſunt declarationes eorum de quibus dubitari poterat,
D an eſſent de iure diuino; vt eſt lex de ieiunio. Tertium, ſi conſtaret aliquid ab Eccleſia eſſe ſtatutum, quod non eſſet ex lege naturali & diuina, id non obligaret. Quare, vt Eccleſia non poteſt conſtituere articulos fidei de nouo, ſed ſolum declarare ea quæ ſunt fide tenenda; ita non poteſt facere legē q̄ obliget, niſi per modū declarationis eorū quę ſunt de iure diuino, vel naturali: immo nec ius naturale obligat, niſi explicando diuinum. At vero Fernandus Vaſquius, licet concedat Eccleſiam poſſe per leges obligare ad peccatum mortale, quantum ad poteſtatem: tamen quantum ad uoluntatem in re dubia & regulariter nō obligat, & hoc pacto ait eſſe veram Gerſonis ſententiam & ſolum obligare ad pœnam tacitam, vel expreſſam. Atqui ſententia communis eſt, poſſe obligare, & velle obligare de facto: etiamſi lex non

contineat

contineat materiam de iure diuino. Ita D. Thomas, D. Bonauentura in ſecundo ſent. diſt. 4. vbi hoc examinatur a ſcholaſticis: Durandus, Roffenſis articulo vigeſimoſeptimo contra Lutherum, Caſtro libro primo de lege pœnali, Sotus, Medina, & alij Scholaſtici, vt multos omittam Canoniſtas. Expoſuit Vaſquius Theologorum ſententiam, vt procedat, primo in lege uetante deinde in præcipiente, etiamſi non concurrat cum lege diuina; etiamſi ſit pœnalis, etiam in præceptis & edictis ſuperiorum. A

Cap. 4. Lib. 1. de iuſt. q. 6. ar. 4. Cap. 1. de conſt. li. 6. Dried. lib. 2. de lib. Chriſt.

Nota hoc loco eſſe difficultatem ſolum de Eccleſiaſtica poteſtate, vt eſt diſtincta a politica, vt pertinet ad uitam æternam. Nota rurſus non eſſe dubiū de legibus iniuſtis ex parte finis, & eius qui legem fert, & materiæ, ac formæ, ideſt, cum non conuenienter promulgaretur, nec de lege quæ non eſt proportionata ſubditis: vt, ſi omnes æqualiter obligarentur ad ieiunandū. B Et quamuis lex iniuſta ui ſua non obliget, tamen diſtinguendum eſt. Nam, ſi ſit iniuſta ratione materiæ quia eſt contraria iuri diuino, vel naturali, nec obligat, nec ullo modo ſeruari debet; iuxta illud, Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Si uero ex alijs requiſitis vt ex parte formæ, vel finis, ſeruanda eſt, quando ſequeretur ſcandalum ſi non ſeruaretur, iuxta illud, qui angariauerit te mille paſſus, vade cum eo, & alia duo: Non quod ſemper hoc ſit faciendum; ſed vt parati ſimus id facere ad gloriam Dei; vt Petrus monuit. His notatis, de hac difficultate ita ſtatuo.

Aug. in pſ. 124. Hier. in c. 6. ad Ephe. Mat. 5. 1. Pet. 2.

Prima poſitio, in Eccleſia eſt facultas ſtatuendi aliqua quæ non ſunt de iure diuino. Quare qui contra ſentiunt, cum hæreticis affirmare uidentur, nihil eſſe tenendum, ac ſeruandum quod non ſit in uerbo Dei, quod eſt erroneum. Hæc doctrina ſic probatur. Primo, ex facto, quia Eccleſia ſtatuit, de bigamo non ordinando, de abſtinendo a ſanguine & ſuffocato, de abſtinentia a carnibus certis diebus, de matrimonio non contrahendo in tertio & quarto gradu, & de alijs ſimilibus, quæ non ſunt de iure, diuino, vel naturali. Secundo expreſſa auctoritate Pauli, dicentis, Præcipio ego, non Dominus: ergo eſt aliquod præceptum hominis proprium. Et, ſi parentes poſſunt aliquid filijs præcipere quod non ſit de iure naturæ, cur non idem poterunt Eccleſiæ Prælati, qui ſunt noſtri ſpirituales patres? Præterea, alias ſequeretur, vt bene ait Medina, legem ſemel latam, nunquam aboleri poſſe; quia ex iſtorum ſententia eſſet de iure diuino, vel naturali: at vero quæ ſunt de iure pure humano, cum ſint indifferentia, mutari poſſunt: igitur. Poſtremo, Chriſtus poterat nouas leges conſtituere, & hanc poteſtatem dedit Eccleſiæ, eam nimirum, quam ipſe acceperat a Patre: ergo Eccleſiæ princeps qui eſt Chriſti vicarius hanc facultatem habebit. Secunda poſitio, lex eccleſiaſtica iniuſta non obligat conſcientiam. Hæc doctrina, quæ eſt communiter recepta, intelligitur iuxta id, quod ſupra ſecundo loco adnotauimus, & cum ſit per ſe certa, nihil eſt cur probetur. C D

Act. 15. 1. Cor. 7. Ai ſlot. 5. eth. c. 7.

Tertia poſitio, lex iuſta eccleſiaſtica habet uim obligandi in foro conſcientiæ. Eſt hæc poſitio certa fide tenenda, quæ his rationibus confirmatur. Primo, ex omnibus locis diuinæ ſcripturæ, in quibus Eccleſiæ miniſtri vocantur paſtores, quorum eſt per leges dirigere conſcientiam eamque

aliquo

A aliquo pacto ligare,& coercere,quod eſt legis proprium.Item ex omnibus locis in quibus vocantur iudices,quorum eſt per ſententiam ſubditos obligare,præſertim ad culpam,cum non ſemper pœna ſit accommodata errori, aut ſufficiens. Denique ex omnibus locis in quibus vocantur præpoſiti, prælati,& rectores,quorum munus nequit conſiſtere,ſi quæ ſtatuunt, non obligant conſcientiam in ijs quæ ad animæ curam aliquo modo pertinent. Sed vt planius agam, aliquot illuſtriora loca priuatim proferam,& illa in quibus ſpeciatim obligandi facultas deſignatur. Qui vos audit,aiebat Do- *Luc.10.*
minius,me audit;at qui Chriſtum aliqnid præcipientem non audit, peccat, *Epi.9.li.4.*
igitur,& qui non audit eius miniſtros, de quibus hunc locum Cyprianus *In conſt c. 22.*
& Baſilius intelligendum eſſe docent.Idem alio loco,quodcunque ligaue- *Matt. 16.*
B ris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis:vbi nota vniuerſalem loquēdi mo *23.*
dum,quodcunque:& verbum ligandi,quod ad leges refertur. Idem, ſuper cathedram Moſis ſederunt Scribæ & Phariſęi: Omnia ergo quæcunque dixerint vobis,ſeruate,& facite. Cathedra deſignat poteſtatem: facite,præce- *Mat. 23.*
ptum obedientię:quare qui non obedierit,peccabunt.Idem,de correctione loquens,quod ſi non audiuerit eos,dic eccleſiæ:ſi autem Eccleſiam non audiuerit,ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus:vnde expreſſe colligitur ec *Matth.18.*
cleſiam poſſe præcipere aliquid ſub peccato,& graui pœna. Scitis, ait Paulus,quæ præcepta dederim uobis:& addit, qui hæc ſpernit, non hominem *1 Theſ.4.*
ſpernit,ſed Deum. Idem alibi,ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & ne commiſceamini illi. Accedat commune omnium *2. Theſ. 3.*
C Apoſtolorum decretum,viſum eſt Spirituiſancto & nobis,nihil vltra nobis *Act.15.*
imponere oneris,niſi hæc neceſſaria,vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum,ac ſuffocato,& ſanguine,& fornicatione.Fit hic lex noua,nō lata a Chriſto,de rebus indifferentibus,quæ neceſſario erat ſeruanda:& præceptum Apoſtolorum alibi vocatur,& pro tali accepta fuit ab eccleſia,& ſub *Act.16.*
graui pœna imperata. Nec eſt verum quod aduerſarij dicunt,hoc eſſe præ *Can.62 apoſt.Conc.*
ceptum diuinum,quia Chryſoſtomus nouam legem uocat. Nec etiam ualet,ſi dicas,ſeruatam fuiſſe propter ſcandalum;quia,licet hic eſſet huius prę *2. Ancyr.c. 19.20.*
cepti finis:tamen præceptum non cadebat ſupra ſcandalū, ſed ſupra abſtinētiam dictarum rerum;& nulla ſit mentio in eius latione de ſcādalo,obſer *In Apol c.*
uabaturq; abſolute ob cōſcientiam,& culpæ timorem,vt ex Tertul. Orige- *9.lib.8. in*
D ne,Euſebio,& Auguſtino,& Concilio Gangrenſe diſcimus.Quod ſi Paulus *celſ.lib. 5.*
reſpondens Corinthijs de hoc præcepto eum conſulentibus, videtur indica *hiſt ca.5.*
re non fuiſſe illicitum comedere idolothyta, niſi propter infirmos, inditiū *Epiſt.154. cap.2.*
certum eſt,eos non habuiſſe hoc præceptū:quia Apoſtoli ſolum ſcripſerant *1.Cor.8.10.*
ad Eccleſias Syriæ,& Cyliciæ:vnde non cogit eos ad hoc præceptū ſeruandū,ſed relinquit in lege naturali,vt ſeruarent ob ſcandalū. Denique, ex veteri lege habemus,morte afficiēdum eſſe,eū qui noluerit obtēperare ſacerdoti:igitur ſacerdotis præceptū poterit obligare ad culpā ob quā lāta imponitur pœna. Secūdo eadē veritas probatur ꝑpetua traditione Eccleſiæ: nam Apoſt.multos cōſtituerūt canones.ſimiliter primi Pontifices ſub grauiſſimis pęnis,q̄ non infligūtur niſi ob culpā;de qua ēt ſæpe mētionē faciunt:igitur.

R Tertio

Tertio auctoritate Pontificum, vt Gelaſij epiſt. ad Anaſtaſium; Nicolai, epi- A
Epiſt.88. ſtola ad Michaelem: Leonis 1. epiſtola ad Rauennitem, & Leonis X. in ſua
Act.15. bulla contra Lutherum: adde auctoritatem Conciliorum, vt Calcedonēſis, Sextæ Synodi, Viennenſis in Clementina, Ad noſtrum, Conſtantiēſis, Gan-
Seſ.6. cap. 20. grenſis, Toletani octaui, & deniq; vt multa alia mittam, Tridentini. Quarto auctoritate ſanctorum patrum. Ita docet Ignatius ſæpiſſime in ſuis epiſtolis,
Epiſt.1.3.4.5.10.11. hortando fideles ad ſubiectionem & obedientiam erga ſuperiores: quæ loca conſulenda eſſent. Polycarpus epiſtola ad Philippenſes: Baſilius oratione ſecūda de ieiunio: Chryſoſtomus homelia.6. ad populū Antiochenū, libro primo de ſacerdotio, & homel.23. in epiſt. ad Hebræos, Ambroſius ſermone 22. Hieronymus in epiſtola ad Marcellā: Auguſtinus ſermone 62. de tempore, ſerm.43. & 46. de verbis Domini, & libro de hæreſibus, hæreſi 63. Epi B
Lib.1. epiſ. 3. phanius hæreſi 75. vt Cyprianū in ſuis epiſtolis, Tertullianum, Bernardū, &
Lib.3. epiſ. 14. vniuerſum corpus iuris canonici, omittam. Quincto, vrgeo ratiōne; eccleſiæ ſtatus requirebat vt poſſent conſtitui nouæ leges, quæ a varijs circunſtantijs
Grat diſt. 11.12. pendent: quæ ſi non obligarent in conſcientia; facile deſpicerentur, cū pęnę non omnibus applicari, nec ab omnibus ſumi poſſint, nec debeant: igitur, vt vim habeant, neceſſe eſt vt obligent conſcientiam; vt, quod pęnæ timor non præſtat, religio perficiat, ob quam homines a legis tranſgreſſione magis abſtinent, quam ob pœnæ timorem. Confirmatur, ab ipſa experientia; quia, ſi quis alias bonus, contra Paſtorum præcepta fecerit, ſurdo conſcientiæ verbere ſe percuti ſentit. Neque valet, ſi dicas, nos habere euangelicam; quia cū ſit vniuerſalis non ſufficit ad dirigēdas actiones eccleſiaſticas particulares; C
ſicuti nec lex naturalis actiones morales omni ex parte dirigit, ac proinde fuit opus lege ciuili. Creauit Chriſtus miniſtros, ſed in lege non habemus modum vitę, & officij ipſorum: Dixit eſſe ſacrificandum, ſed modū non habemus in euangelio: idem dicas de Eucharistia ſumenda; & de alijs ſimilibus. Atq; has rationes attuliſſe ſufficiat: cum ex ijs quæ deinceps diſputabuntur, adhuc magis allata veritas confirmāda ſit. Quarta poſitio, lex eccleſiaſtica non ſolum obligat rōne contemptus, vel ſcandali, ſed ēt vi ſua. Primū, culpa quæ oritur ex contemptu, eſt vniuerſalis, quam ēt is contrahere pōt, qui contra legem nihil agit: illa quæ ex ſcandalo oritur eſt ēt extrinſeca: igitur cum lex obliget, vt eſt probatū, priuatam contrahet culpā, qui eam præterit. Deinde, de natura legis eſt, vt coerceat, vt ſupra docuimus: ergo ex vi ſua obli D
gationē habet. Præterea, qui pōt legem ſtatuere, poteſt id quod alias erat indifferens, reddere neceſſariū; ſecus fruſtra præciperetur: ergo lex vi ſua obligationē inducit: alioqui, neq; lex diuina poſitiua obligaret in conſcientia, vt lex Circūciſionis, & Baptiſmi, quæ ſunt de actibus alias indifferentibus. Vnica igitur rō, cur iſta obligēt, hæc eſt, quia Deus iſtos actus ſuo præcepto fecit actus religionis. Et cur Machabæi ex conſcīa obligabātur ad ſeruādam legē de nōn edenda carne ſuilla, niſi quia id qđ erat oīno indifferens Deus præceperat? Atq; idem in ſua lege vir facit eccleſiaſticus. Deniq; lex eſt q̄dā humanarū actionū norma a Deo proxime, vel remote conſtituta, vel vt ait
Li.10. Eth. c.9. Ariſtoteles, ſermo ab aliqua prudentia, & a mente profectus, vim habēs cogendi:

A gendi:at deuiare a regula eſt peccare,cum peccatũ nihil aliud ſit, q̃ trãſilire lineam;ideo in diuinis literis dr̃, ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία .i. peccatũ,legis iniquitas,ſeu legis tranſgreſſio:igitur,ét omni contemptu,& ſcandalo remoto, in legẽ peccat,qui contra legem facit;præter cuius voluntatem ſæpe accidit contemptus,& ſcandalũ.Vnde grauiter errant illi legiſtæ,qui dicunt humanam legem obligare ad peccatum,ſolum extrinſece,ratione contemptus. 1. Ioan. 5.

Quincta poſitio,lex eccleſiaſtica obligat in conſciẽtia,quatenus humana eſt,licet non contineat materiã iuris diuini,vel naturalis. Eſt hęc poſitio cõtra opinionẽ Gerſonis,q̃ ſane ab errore excuſari nõ pôt; quã hæretici ad ſuã opinionẽ tuendã adducunt.Quod aũt ſit expreſſus error,hę rationes demõſtrant.Primo, Eccleſia pôt leges condere, ẽt de rebus indifferentibus, ut eſt

B probatum,& oĩs lex,ſua natura,obligat ad culpam:igitur. Quare,cum Pontifex non ſolum poſſit leges declarare,ſed ét nouas facere, alias.n. non eſſet Chriſti Vicarius,nec Chriſtus acceptam a Patre ei dediſſet poteſtatem,poterit ẽt eas condendo ad aliquid obligare.Deinde ex determinatione Damaſi, dicentis,Violatores canonum grauiter a patribus iudicari, & a Spiritu ſancto dãnari. Rurſus Innocentius ſtatuit, Neminem debere cõicare in ſacris cum excõicato,propter quemcunque metum; quia cõicare eſt graue peccatum:atqui iſte canon eſt mere humanus;igitur. Rurſus præceptum confitendi ſemel in anno, & præceptum quadrageſimæ obligant ſub peccato mortali,quod ét Gerſon fatetur:& tñ non cõtinent materiam iuris diuini: alias.n. mutari non poſſent:igitur.Nec valet,quod Gerſon ait, Chriſtum præcepiſſe 25. q. 1. can. viola. Cap. ſacis de his, quæ vi. ca. omnis.

C ieiunium & confeſſionẽ,& ideo eos qui hæc pręcepta non ſeruant peccare; quia,licet de iure diuino ſit confiteri & ieiunare:tñ, quod ſit ſemel confitẽdũ,vel hoc tpe ieiunandũ,modus nimirũ,eſt de iure humano, quẽ modum qui non ſeruat,peccat:ergo ex vi poteſtatis eccleſiaſticæ. Sexta poſitio, lex eccleſiaſtica ita obligat in conſcientia,ut poſſit ét obligare ad peccatũ mortale.Primum patet ex locis ſupra citatis,de præcepto abſtinendi a ſanguine, & ſuffocato:de lege ieiunij,de ſemel in anno confitendo, & de alijs:q̃ pręcepta ſub tali culpa obligare cenſentur. Deinde,qui reſiſtit poteſtati Eccleſiaſticæ, Chriſto,& Spiritui ſancto reſiſtit: igitur,ſi materia ſit grauis,peccabit grauiter.Præterea,parentes naturales pñt obligare filios ſub tali peccato; vt patet ex pœna mortis inobedientibus filijs impoſita:igitur & parentes ſpiri Act. 15. Rom 1. Deut. 17.

D tuales.Denique,ex multis conſtitutionibus,vſq; a principio eccleſiæ,in quibus grauiſſimæ pęnę infliguntur,idq; ob peccati grauitatẽ,vt poſtea dicetur. Septima poſitio,lex naturę obligat ſub peccato,ẽtſi nõ contineat ius diuinũ. Primũ iſta lex,eſt diuina,nobis a Deo impreſſa,& in corde ſcripta: ergo habet vim obligãdi,vt diuina habet. Ideo Paulus de gẽtibus loquẽdo dixit,Cũ iuſtitiã Dei cognouiſſent.i.pręcepta decalogi,q̃bus quæ iuſta ſunt cõtinent, intellexerunt, (ἐπιγνόντες, affirmatiue ſine particula, Non, vt Chryſoſt. & Ambroſius legunt) qm̃ qui talia agunt,digni ſunt morte:ergo ſine lege diuina,qui in lege naturæ viuebant,cognouerũt peccatũ eſſe dignũ morte.Et qđ hic ſit ſenſus illius loci,patet ex antecedẽtibus:nã Paulus dixerat eſſe inexcuſabiles;quia cognouerunt Deũ & cõſequẽter talẽ legẽ eſſe diuinã. Itẽ,ait eos Pſal. 5. Rom. 1. Cap. 2.

peccaſſe ſine lege, diuina.ſ.ſcripta, & qđ ſine lege iudicabuntur.i.punietur. A
Cap. 7. Itē, alio loco ait, Antequã lex eſſet, erat quaſi mortuũ peccatũ.i.incognitum:
Aug. lib. 1. ad ſimp. ergo ante legē erat peccatũ, ſed ob ignorantiæ tenebras a peccato adductas ignotũ. Deinde, ſi lex naturalis nõ obligat ſub peccato mortali, niſi quate-
Ambro. in hunc locũ. nus explicat ius diuinũ; ſequeret᷑ eos qui ignorant hanc legē tale ius explicare, nõ peccare, ac proinde nõ poſſe dãnari; quia excuſarentur per ignorantiã inuincibilē: & tñ Paulus eos nõ excuſauit: atq; idem diceres, de illis q neſcirent, canones explicare ius diuinũ. Quo loco adnotauerim, ſi Gerſon vir valde pius cuius pietatē ſæpe admiratus ſum, dicere voluit, hoïes peccare, &
Gal. 3. 4. & 5. eſſe peccatores, nõ quia contra rectã rõnem agunt, ſed quia contra legē æternã faciunt, id concedi poſſe. Ad primũ, concedimus nos liberatos fuiſſe ab illa lege, quæ vmbras continebat, adueniente luce veritatis, quæ ſciſſo velo, B nobis illuxit: ſed cũ ceſſauerit ſynagoga, & nata ſit eccleſia, debuerũt exiſtere aliæ leges, quas Chriſtus ſuis Vicarijs conſtituẽdas reliquit. Quare, nõ poſſumus hanc libertatē ita vniuerſaliter intelligere, vt liberi ſimus ab omni hu
Rom. 13. mana lege: cũ ſcriptura doceat, parendũ eſſe miniſtris Dei. De legũ latarũ cumulo, primũ dicimus ptãtem datã eſſe non ad deſtruendũ, ſed ad ædificãdũ, & ideo ſine neceſſitate multiplicari non debent: vnde illę ſunt ferendæ, q̃ ad euangelicã legem ſeruãdam, iuxta varias circunſtantias tẽporũ, locorũ, perſonarum, negociorum, & modorum ſunt neceſſariæ. Deinde leges impoſitæ oïbus Chriſtianis, paucæ numerantur, de diebus feſtis celebrandis, de ieiunijs ſeruandis, de confeſſione ſemel in anno facienda, & de Euchariſtia ſumenda in paſchate: cæteræ conciliorum & Pontificũ conſtitutiones, vel non C ſunt leges, ſed admonitiones, q̃ nõ obligant ad culpã, citra contẽptũ, vt inſtitutio aquæ luſtralis, ſalutationis angelicæ recitatio, & huius generis aliǫ: vel ſunt leges cũ cõditione; ſi quis velit eſſe ſacerdos, monachus, cõiugatus; vel regulæ præſcriptæ iudicibus & miniſtris, vel pęnæ & cenſuræ latæ in violatores iuris diuini: vel explicationes dogmatũ fidei, q̃ nullũ onus imponunt Chriſtianis. Adde, qđ multæ ſunt repetitæ, multæ abolitæ. Vt omittã, qđ non oẽs ſunt leges, ſed ſingularũ actionũ determinationes, & legũ expoſitiones. Et cũ varia ſint in eccleſia officia, quiſq; ſolũ ea ſeruare & noſcere debet, quę ad officiũ libere ſumptũ exercendũ pertinent. At vero leges ſingulis Iudæis impoſitę, erant fere innumerabiles, de ciborũ delectu, de ſacrificijs, de purificationibus, & alijs multis. Quare nõ oportet cõparare q̃ ſcripta ſunt in pau D cis libris Moſis cũ conciliorũ tomis, ſed cũ aliquo breui catechiſmo, paucorũ pceptorũ, q̃ cuiq; Chriſtiano ſimpliciter ad pie viuẽdũ ſcitũ ſunt neceſſaria. Qđ vero attinet ad grauitatē, nulla eſt cõparatio: nã illorũ paucorũ pceptorũ, q̃ ſunt iuris diuini determinationes quẽdã facilē modũ, qđ attinet ad obſeruationē, adhibuit eccleſia. Dies feſtus nõ eſt ita ſeuere ſeruãdus, vt apud Iudęos, nec paſchatis celebratio: multo facilior eſt noſtra peccatorũ expiatio, q̃
Epiſt. 119. c. 19. olim Iudæorũ, & ſic de alijs. Neq; Auguſt. quẽ puerſe pro ſe Caluin⁹ citat de ritibus Pontificijs loqt᷑, ſed de qbuſdã cõſuetudinibus popularibus vulgi, q̃ paulatim vim legis obtinebãt. Ad ẽm, q agit cõtra legē humanã, agit ẽt cõtra legē Dei, quæ præcipit, vt humanæ legi pareamus. Adde, qđ omnes iuſtæ leges,

A ges, deriuant ab æterna, contra quam omnes quarumcunque legum violatores faciunt. Ad confirmationem, negatur conſequentia: nam Princeps ſecularis, gratiá exépli, non poteſt dare vitam, & tamen leges condit, per quas vita priuat. Adde, quod ratio procederet, ſi princeps eccleſiaſticus haberet hanc poteſtatem a ſeipſo: ſed quia habet a Deo, ideo poteſt obligare, vt is a quo poteſtatem habet. Ad tertium, iudiciũ eccleſiæ non ſe extendit ad actus internos, quantum ad ſententiam & punitionem; vt planius infra cum de lege pęnali agetur docebo. Ad quartum, ideo legiſlator humanus poteſt obligare ſub pœna amittendæ gratiæ, & ad perpetuas pęnas, quia hoc habet ab auctoritate ſuperiore, ob ſibi conceſſam facultatem condendi leges, vt eſt Vicarius Dei. Ad poſtremum, Origenes non aufert Principi eccleſiaſtico *Lege Tut-*
B vim coactiuam, ſed tantum eum ſui officij monet, vt alium habeat finem, & *rec lib 1. c.*
alium modum regẽdi ex amore. Eodem modo intellige Chryſoſtomũ; qui *45.*
expreſſe vim coactiuam miniſtro eccleſiaſtico conceſſit, vt patet homel. 70. ad populum, & epiſtola prima ad Innocentium Papam, & homel. 83. in Matthæũ. Diceres etiam, ſermonem habere de poteſtate ſacerdotali in foro conſcientiæ, in quo non poſſumus corrigere pœnitentem, niſi volentem. Bernardus, vt patet ex ſequentibus verbis, loquitur de iudicio in cauſſis ciuilibus: & non tam diſputat, an Pontifex poſſit iudicare cauſſas de terrenis litibus, quàm, an conueniat.

An in rep. ciuili ſit poteſtas condendi leges obligantes ad culpam.
Diſputat. II.

C QVONIAM vero quidam Doctores non facile concedũt, legẽ ciuilem vim habere in foro cõſcientiæ, qualem eccleſiaſticam habere docuimus: ideo hęc difficultas priuatim a nobis tractãda proponitur. Et quod ciuilis poteſtas ſuis legibus conſcientiam obligare nón valeat, ſic probo. Primo, poteſtas ciuilis nõ eſt ſpiritualis: peccatum autem eſt ex genere rerum ſpiritualium: quare ſub hanc poteſtatem non cadet: & ita lex ciuilis defectu poteſtatis in foro conſcientiæ non obligabit. Secundo, finis reip. & legis ciuilis eſt pax tẽporalis, vitæq; humanę ſufficientia: atqui peccatũ eſt contra finem ſupernaturalem: igitur. Tertio, poteſtas ciuilis data eſt Principi a ſubditis in meram ſubditorum
D vtilitatem: at ſi Princeps ſuis legibus ſub peccato mortali & ad æternã pęnam obligare poſſet, in ſubditorum cederet perniciem: igitur. Prima propoſitio eſt certiſſima ex ijs quæ ſupra docuimus, cum de legum fine egimus; *Vaſ. lib. 1.*
quam ſic confirmares, Nemo poteſt tranſgredi facultatẽ ſibi conceſſam: igi- *c. 1.*
tur, ſi data eſt facultas ferendi leges in vtilitatẽ, nullus poterit ea in perniciẽ *L. Quod ſi e-*
abuti. Quarto, ita diſputat Vaſquius, argumẽto ducto a ſimili de iudice arbi- *cere. ff. de*
trario; qui ex facultate ſibi conceſſa nõ põt obligare cõpromittẽtes ad pecca- *leg.*
tũ: igitur nec Princeps: conſequutio patet, quia vtriſq; datur facultas ab ijs, q ſeſe illis ſummittũt. Quincto, omnis poteſtas data eſt propter vſum: ſed Princeps non poteſt ęterna pęna punire tranſgreſſores, qđ attinet ad vſum: igitur nec ad illã obligare. Quo loco, ait Vaſquius, Alphõſum a Caſtro nõ bene ab

hoc argumentum ſe ſe extricare. Et ad eius reſponſionem quæ eſt, Ideo poſ- A
ſe Principem ad æternam pœnam obligare, quia eſt a Deo conſtitutus, & ab eo poteſtatem habet, iuxta illud, Per me Reges regnant, Ait, hoc idem eſſe, ac ſi quis diceret, ſolem per Deum lucere, & flumina currere: addit etiam, ſe idem dicturum de arbitris. Confirmatur, Princeps non poteſt abſoluere a peccato, igitur nec ligare ſub peccato. Sexto, intentio legiſlatoris non eſt illaqueare animas, ſed potius contra, eas iuuare, ne illaqueentur: quare, non ſolum ei deeſt poteſtas, ſed etiam uoluntas, atque intentio. Septimo, in quo argumento citatus auctor magnam vim eſſe ait: omnes homines quotquot ſunt in mundo, & maxime illiterati, ita videntur ſentire, leges non habere aliquid cum conſcientia: igitur cum illis eſt ſentiendum, quia vox populi, B
vox Dei. Tandem addit, non magni faciendam eſſe communem Theologorum ſententiam, quia ignorant vnde lex humana originem ducat; & ita non poſſunt intelligere qui ſint eius effectus; quod ſatis imprudéter & impudenter ab eo dicitur; cùm boni Theologi melius legum naturam intelligant, quam legiſtæ, & cum Theologos damnat, omnes fere ſui ordinis doctores, qui contra ſentiunt, vituperat.

Cap. 12. In hac difficultate prima ſententia fuit Gerſonis, loco ſupra citato, & Al-
Cap. 11. mayni, in quæſtione prima de poteſtate eccleſiaſtica, & Vaſquij in ſuis qſt.
12. 14. 29. illuſtribus, qui mordicus hanc ſententiam tuetur, quæ affirmat, legem ciuilem non habere vim obligandi in foro conſcientiæ, niſi quatenus præcipit, id quod eſt de lege diuina. Et quoniam Vaſquius hanc opinionẽ late proſequitur, ideo eius doctrinam ad quædam dicta reuocabo, quæ poſtea refellam. C
Primum dictũ, Princeps ex defectu poteſtatis & voluntatis non obligat ſuis legibus ad peccatum. Secundum, lex ciuilis non obligat ſub peccato, ſed ſolum ad pœnam expreſſam vel tacitam. Tertium, fortaſſe hoc fallit quando materia eſt grauis, quę ſi eſſet leuis, nullo modo obligaret ad culpam, etiamſi legiſlator id exprimeret, & in rebus dubijs, potius cenſendum eſt obligare ad pœnam, quam ad culpam. Quartum, dixit, forte, quia tunc non obligat ratione materiæ, ſed ex eo quod continet id quod eſt de iure diuino, vel naturali, quod ait eſſe de iure diuino, contra Gerſonem. Vnde cõ-
Num. 14. cludendo dicit; ſe nullum reperire caſum in quo lex Principis obliget ad mortale, niſi cum incidit cum lege naturali & diuina: Quinctum, idem dicendum eſt de præcepto parentum, ſiue de lege patriſfamilias, & de lege alicuius domini, & mariti, niſi ſit grauis materia. Septimum, in omni præcepto ſuperiorum, vbi adeſt contemptus, eſt peccatum mortale, ſecus, ſi trãſgreſſio fieret ob ignauiam, vel cupiditatem aliquam non illicitam. Octauum, fatetur hic auctor, illud quod habetur initio omnium fere regularum religionum & ſocietatum, Regulam noſtram non obligare ſub peccato, fauere opinioni Theologorum. D

Secunda ſententia contraria quæ eſt communiſſima Theologorum & iuris vtriuſque peritorum; Ita Albertus in 2. ſent. diſtin. 44. ibidem Diuus
Art. 7. q. 1. Bonauentura, Diuus Thomas in prima ſecundæ; Durandus in citata diſtin-
q. 96. art. 4.
q. 3. q. 36. ctione ſecundi; Alphonſus a Caſtro libro primo de lege pœnali; Domini-

cus

A cus à Soto libro primo, de iuſt. & iure quæſt. 6. art. quarto Ioannes Medina in tractatu de reſtitutione. Driedo libro 3. de libertate Chriſtiana, Fráciſcus Victoria in releɛt. de poteſtate ciuili, & Adrianus quolib. ſexto; vt hic omittam multos ſummiſtas, Antoninum, Syluestrum & alios. Ex iuriſperitis præter cęteros, Gloſ. cap. quæ eccleſiarum, de conſtit. quam ibi ſequuntur Doctores: Panormit. in prooemio, Rex pacificus, Felinus, Decius, Innocentius, Nicol. Boer. Hieronymus Cagn. Franciſcus, Bartolus l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſ. Baldus in prooemio feudorum, Didacus Couar. ſecunda parte epit. in quartum decret. cap. 7. §. 7. numero 8. & in regulam, peccatum. Pro explicatione hęc pono fundamenta.

Primum, de natura legis, vt lex eſt, eſt ligare, & coercere, a quocunque

B tandem feratur, ſiue a Deo, ſiue ab Angelo, ſiue ab homine; quæ legis natura, aut propria paſſio, nullo modo ab ea ſeparari poteſt; ſicuti nec ab equo, quod hinniat, vel ab homine, ꝙ ſit rationis particeps; quiſq; eam ſciſcat; nec enim naturæ rerum variantur ratione cauſſæ efficientis, cum efficiens ſit cauſſa externa, quare, licet lex exiſtere non queat, niſi per eum qui auctoritatem habet feratur; tamen quod lata obliget, non pendet a latore, cum hoc ei ſit intrinſecum, vt eſt quædam legis æternæ participatio. Et hoc eſt, quod fortaſſe explicare voluit Auguſtinus, cum dixit, Peccatum eſſe dictum, vel factum, vel concupitum contra æternam Dei legem; quia contra quamcunque legem quis commiſerit, contra æternam facere videtur; cum omnis lex ſit ęternæ legis particula quædam. Quare, etſi nulla lex ſit, quæ non pendeat *Lib. 22. contra Fauſt. c. 27* *Rom. 13*

C a Deo, a quo omnis proficiſcitur poteſtas; tamē, ſi per impoſſibile lex a Deo non penderet, adhuc ad culpam obligaret; ſicuti adhuc homo eſſet rationalis, etiāſi a Deo non crearetur; quæ doctrina omnino contrariā euertit ſententiam. Secundum fundamentum, lex diuina & humana partim cōueniunt, partim differunt; conueniunt primo in ratione obligationis, ut patet ex dictis; vtraque enim obligat in conſcientia, magis minuſve pro rerum varietate. Vnde colligere licet regulam ad diſcernendum, quando lex humana obliget ſub peccato mortali, ſi quis cogitaret illam eſſe diuinam, & videret, quomodo obligaret, ſi diuina eſſet. Secundo ratione finis, qui eſt caritas, Finis præcepti caritas, ait Paulus; qui vniuerſe de omni præcepto loquitur: & vt ſupra docuimus, finis humanæ legis eſt efficere homines ſimpliciter bo- *1. Tim. 1*

D nos: ad quem finem dirigit per actus externos dilectionis, dum pacem, iuſtitiam, &, conſeruationem reipub. curat: ſed lex diuina dirigit etiam quantum ad actus internos caritatis. At dicat quiſpiam, ſi ex rei natura, & ex ordine ad caritatem ſumitur grauitas, peccati, ſiue obligationis, non erunt neceſſariæ leges: quoniam æque quis obligabitur ante legem, ac poſt legem, quia facit, id quod eſt contra caritatem. Huius rationis conſequutio facile negatur; quia poſita lege, multa ſunt mala, quæ alias nō eſſent; vt, arma ferre poſt prohibitionem; quod non fuiſſet malum viro pacifico, vt ei qui inimicitias exerceret, aut facile ad iram & manus concitaretur. Adde, quod multa ſunt neceſſaria bono communi, quę non ſunt bona vel mala alicui particulari, niſi lex adſit; vt ſoluere tributum, exportare aurum, quæ non eſſent

neceſsaria ratione priuatæ perſonæ, cum parum detrimenti afferre poſſit, A
qui tributum non ſoluit, aut aurum ſuum exportaret, lege lata, iſta neceſſaria ſunt ob publicam vtilitatem. Tertio conueniunt, quod vtraque poteſt conſtituere aliquid in genere vitij, aut virtutis, quod alias non erat, & facere neceſsarium, quod non erat neceſsarium. Differunt primo, quia diuina abrogari non poteſt, niſi a Deo: humana vero, vt ab homine inſtituitur, ita etiam abrogatur. Secundo, diuina vt iuſta & obligatoria ſit, habet a ſola voluntate legiſlatoris, humana vero præter hoc, requirit etiam vt ſit honeſta, & vtilis reipub. Denique differunt, quod diuina proxime habet auctoritatem a definitione diuina: humana uero deriuatur a diuina, mediante uoluntate & determinatione humana: ita vt illud idem quod recte determinat voluntas humana, determinaſset etiam diuina, ſi per ſe id feciſset. B

Tertium fundamentum, in quo explicandum eſt, an in ratione obligãdi conſcientiam, ciuilis poteſtas differat ab eccleſiaſtica. Nam Dominicus a Soto, exiſtimat eccleſiaſticam poteſtatem poſse obligare ad obſeruantiam legis directe, diſtinguendo inter peccatum mortale & veniale, dicendo, Obligo te ſub mortali, vel veniali, vt hoc facias; ciuilem autem id non poſſe; ſed ſolum poſse præcipere actum virtutis, qui pro ratione ſuæ grauitatis, magis minusve obligabit: quem qui non faciet, conſequenter contra iſtam legem peccabit. Atqui iſta differentia, alijs non probatur, de qua quid nobis uideatur in poſitionibus dicemus.

Prima poſitio, lex ciuilis habet vim obligandi ſub peccato: addunt aliqui, non minus, quam eccleſiaſtica; intellige etiam de Principe infideli, modo iuſte imperet: &, etiamſi lex non contineat materiam iuris diuini, vel naturalis. Eſt doctrina tam certa, ut contraria poſſit haberi pro errore, aut ſaltem pro valde temeraria, vt inſequentes demonſtrabunt rationes. Prima, auctoritas ſcripturæ, ſerui, inquit Petrus, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis: hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitiam, patiens iniuſte. In qua auctoritate hæc omnia ponderanda ſunt. C

1.Pet.2.

Primũ, ait, In omni timore dominis, vbi loquitur etiam de infidelibus. Deinde bonis & dyſcolis, i. prauis, aſperis, & moroſis. Poſtea, ne exiſtimetur dare conſiliũ, ait, vt ſuſtineant propter conſcientiã, ac ſi dixiſſe, hoc eſt meritum, ſi quis eis obediat, ne peccet. Omnis anima, aiebat Paulus, poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali, vis autem non timere poteſtatẽ? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Quo in loco hæc omnia obſeruanda ſunt. Primo, loquitur Paulus de omni anima: Secundo ait poteſtatem eſſe a Deo, cui qui reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: Tertio, eos qui reſiſtunt, damnationem ſibi acquirire, exponunt Patres de damnatione æterna: Quarto, ob neceſſitatem oportere eſſe ſubiectos: Quincto, non ſolum propter iram, ideſt propter punitionem, ſed etiã D

A propter conſcientiam. Sexto, quia miniſtri Dei ſunt; non ergo propter ſcan
dalum, ſed propter poteſtatem. Confirmatur ex auctoritate Auguſtini: Qui- *Lib. de cor*
cunque, ait ipſe, legibus Imperatorum, quæ contra uoluntatem Dei feru*n- rup. dona-*
tur, obtemperare non uolunt, acquirunt grãde præmium: qui vero legibus *ad Boniſ.*
quæ pro veritate Dei feruntur obtemperare nõ vult, acquirit grande ſup-
plicium. Et alio loco, Facere contra legem, hoc eſt eſſe inimicum Dei: nõ *Li. 83. qq.*
quia aliquis Deo nocere poteſt; ſed quia ſibi nocet quiſquis reſiſtit Dei ordi *q. 66.*
nationi. Secunda, Principum ſecularium poteſtas eſt a Deo, vt patet ex lo- *Prou. 8.*
co proxime citato; igitur & ſubiectio: igitur, cum hæc poteſtas ſit diuina, po
terit obligare vt lex diuina. Neque alia ratione probari poteſt confeſſio-
nẽ, exempli gratia, eſſe de iure diuino, niſi quia eius inſtitutor eſt Deus. Vn-
B de non ualet Vaſquij reſponſio, ſuperius allata, quæ ſane uidetur eſſe con-
tra Paulum dicentem, ideo legem obligare, quia Dei ordinatio eſt. Deus
enim priuata quadam ratione homines gubernat, eiſque leges & Principes
dat; id quod non animaduertit Vaſquius. Confirmatur, vt Chriſtus reli-
quit Eccleſiæ poteſtatem condendi leges eccleſiaſticas, & determinandi le-
ges diuinas; ita etiam reliquit humanæ prudentiæ Principum ciuilium de-
terminandi ea quæ ad ius pertinent naturale, & ad politicum regimen ſunt
neceſſaria: ergo vt leges eccleſiaſticę obligant cõſcientiam, ita & ciuiles obli
gare poterunt. Tertia, imperium politicum, vt Ariſtoteles docet, multo *Lib. 1. pol.*
maius eſt, quam œconomicum & paternum: at paternum, vt diſcitur ex di- *cap. 2.*
uinis literis, poteſt obligare ſub peccato etiam mortali, cum Paulus inter *Et lib. 5.*
C eos qui damnantur recenſeat etiam inobedientes parentibus: igitur. Quar- *eth. c. 1. & 2.*
ta, ex dictis in primo fundamento; de eſſentia legis eſt obligare: igitur om- *Prou. 6.*
nis lex obligabit. Confirmatur, ſi lex ſolummodo obligaret, quia diuina, *Rom. 1.*
omnes leges æqualiter obligarẽt; quia eadem eſſet ratio in omnibus, vt pa-
tet in certitudine articulorum fidei; qui in eodem ſunt gradu certitudinis,
cum una ſit omnium credendi ratio; auctoritas diuina; atqui falſiſſimum eſt
omnes leges etiam diuinas eodem modo obligare, vt patebit, cum de legũ
diſpenſatione agetur & nemo diceret, non magis obligare præceptum de
non occidendo, quam illud de non furando: igitur. Quincta, finis le-
gis ciuilis eſt publicum bonum, cultus Dei, caritas, ac uita beata: ad quod
bonum homines ordinantur per leges ciuiles, quantum ad actus externos,
D vt ſupra docuimus; ergo hæ leges poterunt obligare in conſcientia, ſicuti &
eccleſiaſticæ, ac diuinæ, cum omnes ab una lege oriantur æterna, & eodem
tendant. Neque enim lex humana & diuina aliter differunt, quam lex Re-
gis & Proregis, atque lex Pontificis, & eius legati; quæ eodem modo obli-
gant, & ſolum firmitudine diſcrepant, vt adnotauimus: Principes autẽ ſunt *In tit. pſal.*
Dei miniſtri, vt diuina pagina docet. Ideo D. Auguſtinus aiebat, Vbi hoc *70.*
iubet pater, quod contra Dominum non ſit, ſic audiendus eſt, q̃uo Deus: Et *Ser. 6. de*
Bernardus pari ratione ſeruandum eſſe ait Dei præceptum, & hominis Dei *uer. dom.*
Vicarij. Cum uero Bernardus, affirmare videtur, humana præcepta ſolum *Tract. de*
obligare ratione contemptus, intelligit de leuibus: cum Prælati pro ſuo ar- *præcepr.*
bitrio ad culpam grauem obligare non poſſint. Denique, implicare uide-

tur,

tur, legem ciuilem poſſe obligare ad pœnam, & non ad culpam, cum pœna A
Lib.1.retr. ſupponat culpam, ſitque eius correlatiuum: Vnde Auguſtinus, Omnis pœ-
cap.9. na, ſi iuſta eſt, pœna peccati eſt: & alio loco, Deum, ait, fore iniuſtum, ſi dam
Epiſt.105. naret innoxium. Sed quomodo regulæ quarundam religionũ obligant ad
pœnam, & non ad culpam? Reſpondeo, quia non obligant per modum le-
gis, ſed per modum cõuentionis & pacti, vt leges mere pœnales: nec illa eſt
Grat. d.9. proprie pœna, ſed pœnalis afflictio ſuſcepta in auxilium ſpiritus. Omitto
& 10. hic auctoritates patrum & Conciliorum, quas poſſem afferre. Secunda po
ſitio, poteſtas ciuilis poteſt obligare directe in foro conſcientiæ. Hoc poni-
mus contra opinionem Soti, quam hac ratione refelleres. Quoniam, actus
a lege præceptus non obligat ex eo tantum, quod ſit actus virtutis: quia ho-
mo ſub nulla culpa tenetur multos virtutis actus exequi, vt dare eleemoſy- B
nam, & ieiunare extra præceptum: at leges ciuiles poſſunt obligare ad ali-
quos actus, ad quos homo alias non eſſet obligatus: quare aliunde uim ob-
ligandi habebunt, quam ex eo quod actum virtutis præcipiant, nimirum
ex voluntate legiſlatoris obligare uolentis. Itaque ieiunium a lege præ-
ceptum, non obligat ex eo, quod ſit actus temperantiæ, ſed quia præceptũ:
ac proinde, ſi poteſtas ciuilis haberet intentionem obligandi ſub peccato
veniali, vel mortali, poterit etiam talem uoluntatem verbo exprimere, vt le-
ges Eccleſiaſticæ ſæpe faciunt. Reijciatur igitur iſta differentia, quam ex
cogitauit Sotus. Ex ijs q̃ docuimus facile refelleres ea q̃ dicebat Vaſquius.

Primũ quidem, quia ciuilis Princeps poteſt, & vult, aut poteſt velle obli-
gare, licet id non exprimat: cum lex vi ſua obliget. Quo fit, vt in quibuſdam C
conſtitutionibus non addantur fruſtra verba illa de intentione non obli-
gandi ad peccatum.

Secundum, quoniam multo magis dicendum eſt obligare, ad culpam,
cum nulla adeſt pœna; quia alias, lex nullam haberet, coercendi rationem:
tunc enim excitat ad ſui obſeruationem, timore culpæ.

Tertium, quia, vt diximus, poteſt obligare ad rem alias indifferentem, &
obligationem exprimere, quam ſecum neceſſario lex affert: vñ patet etiam
Quartum dictum eſſe falſum. Quod ait, ſe non inueniſſe caſum in quo præ-
cipiatur aliquid quod non ſit de lege diuina, aut naturali, parum ſe legiſſe,
aut lecta animaduertiſſe oſtendit.

Quinctum, continet apertiſſimam falſitatẽ, ſicut etiam Sextum; cum om- D
nes qui habent aliquod dominium poſſint aliquid ſub graui peccato præ-
cipere: ad quod fugiendum homines magis mouẽtur propter timorem cul-
pæ, quam pœnæ, quæ impoſita eſt ſolum propter malos: & hanc rationem
duo Apoſtolorum Principes aſſignarunt, nimirum conſcientiam. Quod ſi
Num. 20. cum Vaſquio dicas, legem humanam non obligare, niſi quatenus eſt iuſta,
& non eſſe talem, niſi quia fluit a lege naturali, vel gentium, eſſeque veluti
earum declarationem & determinationem quandam, & nihil de nouo ſta-
tuere, ſed ſolum quod erat in lege naturæ poteſtate contentum explicare, &
per pœnam ad illud faciendum commouere; id nihil eſt, cum, vt ſupra di-
ximus, ea ſæpe ſtatuantur, quæ prorſus ſecundum naturæ legem ſunt indif-
ferentia:

A ferentia: vt omittam, quod leges humanæ non eſſent veræ leges, ſed ſolum legis naturæ interpretationes, quod eſt omnino abſurdum, eſſet enim hæc propoſitio falſiſſima contra ſcripturæ diuinæ ſenſum, Principes habere facultatem ſtatuendi, aut ſtatuere leges, ſed ſolum leges latas declarare.

Ad primum, etiam lex ciuilis habet aliquid ſpiritus, vt eſt a Deo, & a lege æterna deriuat: & hoc ſat eſt, vt poſſit obligare tranſgreſſores in conſcientia; vt agunt contra ordinationem diuinam, ſic enim loquitur Paulus. Quãuis ergo lex humana dicatur temporalis ratione obiecti circa quod verſatur, quia verſatur circa temporalia: tamen poteſt dici ſpiritualis, prout attingit forum animæ. Licet ergo ſolum verſetur circa actus externos de quibus poteſt iudicare; tamen non inde ſequitur, non poſſe obligare in conſcientia; Rom. 13.
B quia contra conſcientiam agit, qui contra regulam.i.contra legem actuum externorum agit.

Ad ſecundum, finis proximus reip. eſt quidem pax temporalis, qui ordinatur ad finem honeſtum, & ad efficiendum hominem ſimpliciter bonum; & eſt ſubordinatus fini vniuerſali & vltimo: & ita qui agit contra finẽ reip. agit contra Deum; ſicuti qui agit contra Iudicẽ, agit contra Principem. Vnde non licet Regibus legem ſtatuere contra vltimum hominis finem; cum debeant curare reip. finem, per media non contraria vltimo fini, ad quem reip. finis ordinatur.

Ad tertium, ſi hoc argumentum concluderet, dicerem etiam non poſſe obligare, ad pœnam, quia etiam pœna nocet ſubditis. Deinde, ſi cedit in detrimentum, hoc eſt per accidens: ob malitiam eius qui legem ſeruare non
C vult; cui, ſi obligationem tollas, eius naturam aufers. Denique, facultas eſt a Deo, quam transfert in Principem per populum; qui velit nolit, ab aliquo gubernandus eſt. Vera itaque eſt diuinæ ſcripturæ ſententia, poteſtatẽ omnem eſſe a Deo, qui pro ſua voluntate dominia transfert. Non itaque abutitur poteſtate, qui, vt leges ob communem vtilitatem ſeruentur, conſcientiam ligat; cũ non ita homines timore pœnæ vniuerſe, in officio contineantur, vt ob timorem culpæ. Vnde a multis dici ſolet, Si non eſſet culpa, uel, ni culpa obſtaret, hoc vel illud contra legem committerem.

Ad quartum, negamus arbitrorum iuſtum arbitrium non obligare conſcientiam compromittentium: vt omittam, quod non ſunt omnia ſimilia, cũ
D poteſtas ſanciendi leges, non ſit mere humana.

Ad quinctum, licet Princeps non poſſit inferre pœnam ſpiritualem, & æternam, nec etiam eam remittere: tamen, poteſt ad illam obligare; quia id facit auctoritate ſibi a Deo conceſſa, qui ei conceſſit vnum, & non alterum, vt ſi Princeps concederet ſuo miniſtro facultatem obligandi ad pœnam capitis, cuius exequutionem ſibi reſeruaret. Vel dicas, politicum magiſtratũ ideo obligare ad pœnam æternam, quia eſt miniſter Dei: cui qui non paret, Deo non obedit, iuxta illud, Qui vos ſpernit, me ſpernit: vnde ſequitur ſpiritualis pœna & æterna damnatio. Neque eſt verum illud ſimile de ſole lucente, & de fluminibus currentibus, qua in parte parum eruditionis oſtendit Vaſquius, cum Deus multo aliter gubernet homines & regna, quam res

quæ

quæ ratione carent, & ad ſupernaturalem felicitatem non ſunt factæ. Neq; enim ni fallor, iſtæ duæ propoſitiones a diuina ſapientia prolatæ eundem facerent ſenſum, Per me reges regnant: & Per me ſol lucet: Et ſatis impropria,& remota eſſet illa Pauli ratio ad perſuadendam legum obſeruationē, Quia omnis poteſtas a Deo eſt:quam damnare uidetur Vaſquius, dum ait, non eſſe bonam illam reſponſionem,ideo Principem poſſe obligare in conſcientia,quia a Deo poteſtatem habet. Ad confirmationem,ligare conſcientiam,nō eſt aliquid efficere in rem ſpiritualem, ſed ſolum imperare aliquid alteri,& ni faciat,eum peccare,& vt cōſcientiæ teſtimonio intelligat ſe peccaſſe. Quicunque igitur poteſt præcipere,poteſt conſcientiam ligare, etiāſi de internis non iudicet,nec conſcientiam ſcrutetur alterius. In ſumma,nemo poteſt ſeipſum a culpa liberare;& tamen quiſque ad eam ſe obligare poteſt. Sed inſtares,aut obligatio naſcitur ex natura legis ciuilis,aut ex uoluntate legiſlatoris:ſi ex natura legis,ſequeretur,hanc obligationem nunquam poſſe relaxari, & non eſſe diuerſitatem in hoc, quod nunc obliget ad mortale,nunc vero ad veniale:Si ex voluntate,tunc ſequeretur legem non obligare ad culpam,niſi hoc exprimeretur, neque ſciretur ad quod genus peccati obligaret, niſi eſſet in lege expreſſum. Aliqui exiſtimant neceſſarium eſſe, vt obligatio iſta exprimatur; & ita dicunt legem ieiunij non obligare ad mortale,quia hoc non eſt in lege expreſſum. At vero dicendum eſt,obligationem oriri ex ipſa legis natura: poteſt tamen legiſlator eam ſuſpendere. Vnde, ſi dicat,ſe nolle obligare ad culpam,lex non obligabit:Sed qñ nihil dicit,lex ui ſua obligat, & multo magis ſi legis conditor id exprimat.

Rom. 13. — A — B — Caiet. — C

Ad ſextum, licet in arbitrio Principis ſit velle legem veram condere, vel ſolum ſimpliciter oſtendere, an aliquid ſit agendum ſine imperio: tamen, cum legem verām vult ſtatuere,& ſerio imperare, non poteſt efficere, quin lex ad aliquam culpam obliget. Et quamuis ex ſe nolit animas irretire:tamen,dum ſua vtitur poteſtate,impij ſua culpa ſeſe illaqueant. Non itaque intendit ſubditorum interitum, ſed communem omnium ſalutem, quæ ex legum obſeruantia oritur,quas timor culpæ facit obſeruare.

Ad ſeptimum,indignum eſt uiro docto argumentum,dum nos in re difficillima & abſtruſa ad indoctæ plebis iudicium vult reuocare. Immo,ſi ex hoc loco volumus argumentum ducere,quiſq; in ſe conſcientiæ ſtimulum ſentiet, cum ſe contra ſui moderatoris præſcriptum egiſſe animaduertet, & hæc conſcientiæ accuſatio,ſine dubio eſt uox Dei,non autem illa malorum hominum,qui impune leges tranſgredi vellent,falſa loquutio. D

An leges eccleſiaſticæ obligent ſemper ſub peccato mortali. *Diſp.* III.

HAEC dubitatio intelligenda eſt de iuſtis legibus, cum iniuſtæ legis nomen non mereantur; ac etiam de illis quę ſunt in vſu: rurſus intelligitur de præceptiuis & prohibitiuis meris, non de pœnalibus,de quibus poſtea. Quod autem huiuſmodi leges ſemper obligent ſub graui peccato, ſic probatur. Primo, auctoritate Damaſi Papæ vniuerſe dicentis, Violatores ſacrorum canonum

à Spiritu

A a Spiritu ſancto damnari: atqui nemo ſic damnatur, qui non grauiter peccat: igitur. Secundo, ſi non omnes eccleſiaſticæ leges ſub graui culpa obligarent; nulla ſpeciatim obligaret, quod tamen eſt aperte falſum: conſequétia probatur; quia non eſt maior ratio vnius, quam alterius. Poſtremo, ideo ſacri canones vim habent obligandi ad peccatum mortale; quia procedunt a poteſtate habente vim obligandi: ſed leges omnes ab hac facultate æqualiter pendent: igitur. Hic nullæ citandæ occurrunt ſententiæ: quædam tamen fundamenta ponenda ſunt.

Primum, cum leges ob aliquam cauſſam latæ ſint, & cauſſa ceſſante, lex ceſſare dicatur, idque nō ſit ſimpliciter verum, ideo quonam pacto hoc pronuntiatum intelligendum ſit, explicare oportet. Primum igitur non ſatis

B eſt ad auferendam legis obligationem, vt cauſſa ceſſet in parte, ſed oportet vt eſſet in toto: vnde ſi quis putaret ſe non eſſe obligatum ad ieiunandum, quia non ſentit carnis motus, ad quos comprimendos ieiunium confert: iſte erraret, quia reſtant aliæ cauſſæ, mentis eleuatio, & virtutum acquiſitio. Deinde, cauſſa debet ceſſare in vniuerſum, & ita nō ſatis eſt, ſi ceſſet in vno indiuiduo, vt adnotauit Innocentius; exempli gratia, matrimonia prohibita ſunt in quarto gradu, in hunc finem, vt contractus fiant cum extraneis; vnde fit ut pax magis in rep. conſeruetur. Hæc cauſſa interdum non habet locum in aliquo particulari; & pax magis conſeruaretur, ſi intra iſtum gradū contrahere liceret: quæ tamen non dicitur ceſſare, cum in plurib. vim ſuam habeat. Quando in vno particulari ceſſat, confugiendum eſt ad legiſlato-

C ris diſpenſationem, ita accipiendum eſt caput, poſt translationem, de renunciatione; ubi, ideo ceſſat Concilij præceptum, quia ipſe Pontifex ita diſpenſat. Quare, ſi legis cauſſa omnino ceſſet, etiam obligatio omnino ceſſabit. Vt adhuc regula illa melius declaretur, animaduerte, varia eſse legum genera: Aliæ ſunt leges quarum finis eſt reuocare homines ab illicitis, uel traducere ad honeſte uiuendum, in quibus cauſsa non eſt momentanea, ſed perpetua; cum homines perpetuo a malo abſtinere, & cum pietate uiuere debeant. Et harum legum obligatio nón ceſsat, licet effectus per eas intentus non ſequatur; ſed ſatis eſt, ſi euenire poſſit, ſi homines, vt decet, viuere velint. Aliæ latæ ſunt in aliquem particularem finem principaliter ac præ- *Ioã. Med. Cod. de re. ſtu. 14.*

D ciſe; & tunc, ceſsante cauſsa lex ceſſabit. Huiuſmodi eſt præceptum de corrigēdo proximo, ſi vtilitas non ſperetur: huiuſmodi eſt lex de ſoluendis certis tributis, ad reficiendos pontes, vel ad vias ſternendas; quibus finibus ceſſantibus, legis obligatio ceſſat, ni alia ſuboriatur cauſſa: ex quo capite multæ gabellarum leges ceſſare ſolent. Aliæ denique ſunt leges ad aliquem priuatum finem conſtitutæ, non tamen præciſe; ſed aliam etiam cauſſam habent: quæ non ceſſant, etiam ſi illa particularis cauſsa ceſſet; Vt lex de ſoluendis decimis ad ſuſtentandos Eccleſiæ miniſtros, quæ non ceſſat etiamſi miniſtri habeant vnde viuant: quia reſtat hæc alia ratio, recognitio dominij vniuerſalis, quod Deus habet in res omnes. Similiter votum emiſſum obligat ad ſui ſolutionem, licet effectus particularis propter quem factum fuit, non ſucceſſerit, cum maneat generalis cauſsa, vota reddenda eſſe Deo.

Secun-

Secundum fundamentum, cum leges ratione contemptus ſub peccato mortali obligare dicantur, quæ cauſſa eſt communis, explicãdum eſt, quid ſit contemptus, cum non vno & eodem modo exponi ſoleat. Primus modus Ioannis Andreæ, cap. ſacris, De his quæ vi, metuſue cauſſa fiunt: qui po nit contemptum in frequentia; ut is contẽnere dicatur, qui frequenter contra legem facit; vt ſi quis frequenter cum excommunicato loqueretur, qui peccaret mortaliter. Hunc modum quidam alij approbare uidentur; qui tamen ut ex Diuo Thoma diſcimus, omnino reijciendus eſt. Primo, quia actus cum ſola circumſtantia frequentiæ, remanet ſemper in eadem ſpecie: & ita, ſi vnicus actus non eſt peccatum mortale, nec alij erunt. Deinde, ex iſta ſententia ſequeretur peccata venialia multiplicata fieri mortalia, quod eſt omnino falſum. Verum tamen eſt, frequentiam diſponere ad contemptum, quia impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Secundus Archidiaconi, qui ait, tunc peccari ex contemptu, cum quis legem tranſgreditur ſine cauſſa. Sed neque hic modus admittendus eſt, ſi loquatur de contemptu, qui inducit peccatum mortale. Non enim omnes qui ſponte & ſine cauſſa peccant, mortaliter peccant; vt is qui iocoſum mendacium dicit. Similiter, non dicitur peccare ex contemptu, qui ex certa malitia, vel ex electione & habitu peccat; ſed ſolum hi modi ad contemptum diſponunt. Peccare ergo ex contemptu, vt Diuus Thomas Gerſon, Adrianus, Altiſiodorenſis, Driedo, Alphonſus a Caſtro, & denique Diuus Bernardus exponunt, tunc aliquis dicitur, cum ideo legem tranſgreditur, quia nõ vult obedire, & præcipue ad peccãdum mouetur, vt legem & legiſlatorem deſpiciat. His ita adnotatis, has ſubijcio poſitiones.

Prima poſitio, lex eccleſiaſtica interdum obligat ad peccatum mortale. In hac poſitione affirmare volumus, nõ ſolum in miniſtris eccleſiaſticis eſſe hanc facultatem obligandi ſub tali culpa; ſed etiam interdum eã ad vſum redigi. Hæc doctrina patet ex canone illo in primo argumento citato, & ex communi fidelium conſenſu, qui exiſtimant leges de ieiunio obligare ſub graui peccato; & ex communi Doctorum ſententia circa legem de admiſcenda aqua cum vino in ſacrificio miſſæ.

Secunda poſitio, lex eccleſiaſtica non ſemper obligat ad peccatum mortale. Quoniam nec naturalis nec diuina ſemper ſub tali culpa obligat.

Tertia poſitio, lex iniuſta ex ſe ſub nullo peccato obligat. Quæ cenſenda ſit lex iniuſta, ſupra docuimus: illa nimirum quæ deficit, vel ex parte poteſtatis, uel finis, vel formæ, ac etiam materiæ, cum eſt de re mala; quæ, quoniam non meretur legis nomen, ideo nullam uim habet ad obſtringendam conſcientiam. Hinc fit, vt multæ leges ciuiles non ſint ſeruandæ in conſcientia, ut inter alias iſtæ, quod quis poſſit præſcribere, etiamſi non adſit bona fides: quod quis non teneatur reſtituere, ſi non læſerit, vltra dimidium iuſti pretij. Similiter nullæ leges quæ nituntur falſæ præſumptioni obligant in conſcientia; vt ſi quis eſſet excommunicatus iniuſte; ſi non fuiſſet damnatus ſecundum allegata & probata, qui non teneretur ſtare ſententiæ: Idem dicas de lege inutili. Dixi, ex ſe, quoniam per accidẽs, ad mo-

A ad modum ſupra expoſitum, ratione ſcandali, interdum iſtæ leges ſeruandę
ſunt. Neque ſtatim a ſubditis lex iniuſta, vel inutilis iudicanda eſt, cum ſæ-
pe ignorentur iuſtitiæ & utilitatis cauſſæ. At vero leges iniuſtæ contra ius *Mat 5.*
diuinum, vel naturale, etiamſi adſit ſcandalum, non obligant. Vnde conci- *Act. 5.*
liares hæc duo loca, Quod ſinamus nos angarizari, & quod magis obedien
dum ſit Deo, quam hominibus. Quarta poſitio, lex quæ iam ceſſauit, non
habet amplius vim obligandi ſub ullo peccato. Intelligenda eſt hæc poſi-
tio iuxta ea quæ diximus in primo fundamento. Doctrina eſt manifeſta
ex capite cum ceſſante, de appellat. Cauſſa ceſſante, ceſſat effectus: ſed in no-
ſtro propoſito cauſſa ceſſauit, lex nimirum ipſa; igitur, & eius obligatio:
quam veritatem communis confirmat ſcriptorum ſententia.

B Quincta poſitio, trangreſſio cuiuſcunque legis eccleſiaſticæ ex contem- *Pano. cap.*
ptu, eſt peccatum mortale, etiamſi lex non obliget ſub mortali. Doctrina *Quia ple-*
eſt manifeſtiſſima apud omnes, quam ſpeciatim tradidit Caietanus in artic. *rique, de*
quæſt. 104. ſecundæ ſecundæ partis D. Thomæ. Quam ea ratio confirmat, *immun. ec*
quoniam in tali caſu ſumpto contemptu, vt expoſuimus, intercedit vera *cleſ.*
inobedientia, quæ eſt peccatum mortale: &, ſi peccant qui tranſgrediuntur, *Con. ſi. Non*
non deſpiciendo legiſlatorem, quanto magis qui eundem contemnunt? cũ *dub. C.*
ſcriptũ ſit, qui uos ſpernit me ſpernit. Addit Caiet. hoc nõ eſſe omnino cer- *Luc. 10.*
tum. Nam contemnere legem intra terminos legis leuis, & non maximi *1. Reg 15.*
momenti, eſſet ſolum veniale: ſecus ſi finem legis aliquis impedire intende- *1. Theſ. 4.*
ret: quia tunc ſe ſe opponeret legi. Sexta poſitio, non quæcunque trangreſ- *In ſum.*
C ſio legis obligantis ſub peccato mortali, eſt peccatum mortale. Quoniam *uerb. cont.*
non eſt magis obligatoria lex eccleſiaſtica, quam ſit diuina, vel naturalis: at *Medin.*
qui non omnis iſtarum legum tranſgreſſio inducit peccatum mortale: igi-
tur. Nam, cum leges uniuerſe ferantur, fieri poteſt, vt aliquis non oblige-
tur, & tranſgreſſio in leui materia ſolum culpam uenialem affert: ſiquidem,
ex leuitate materiæ, quod alias fuiſſet graue, fit leue peccatum.
Septima poſitio, lex eccleſiaſtica, ſiue humana non obligat ſub peccato
mortali, ſi materia ſit leuis, etiamſi iuſta ſit: vnde materia debet eſſe talis, quæ
ſit idonea ad obligandum ſub peccato mortali. Primum, quia neque lex di-
uina in tali caſu obligat ad mortale, & nõ poſſet vt in leui mẽdacio, & leuiſ-
ſimo furto. Deinde, idem probatur a ſimili in uoto, quod non obligat ad
D peccatum mortale in leui materia: quidquid olim quidam doctores dixe-
rint: tenet conſequentia: quia votum eſt lex quædam, quam ſibi aliquis im-
ponit. Præterea, ſumitur ratio ex natura legis, quæ debet præſcribi ſecun-
dum rectam rationem; contra quam eſſe videretur, ſi in re leui ad graue pec
catum obligaret. Neque enim lex iuſta ex ſola legiſlatoris voluntate pen- *Ariſt. 8.*
det. Poſtea, Reges, vt habetur in capite, Paſtorali, de re iudicata, non poſ- *polit.*
ſunt auferre bona ſubditorum, niſi ex graui cauſſa: ergo neque per leges mi
noris momenti poterunt auferre bona ſpiritualia. Ad hæc, temporalis poli
tia non poteſt imponere pœnam capitis niſi pro graui culpa, & qui ſecus fa *Lege Aug.*
ciunt, inique faciunt: igitur neque ſpiritualis poteſtas, poterit quempiam *21. de ciu.*
ad æternam mortem damnare, niſi ex graui cauſa, conſequutio patet a ſimi- *cap. 11.*
li: quia,

li:quia,vt ſe habet poteſtas temporalis ad pœnas temporales: ita ſpiritualis, A
Rich. de S. Vict. trac. de hac re. Caſt. Sot. ad æternas. Denique, idem confirmare licet ex differẽtijs, quas aliqui doctores aſſignant inter peccatum veniale & mortale, cum illud cenſeatur mortale, quod non fit ſine magno contemptu, vel ſine magna læſione, ſiue detrimento ſui, & proximi. Ex hac doctrina aliqui colligunt, leges ſuperiorum etiamſi dicant ſe obligare velle ad mortale, re vera, non obligare, ſi materia ſit leuis: Et magnam eſſe eorum ſuperiorum leuitatem, qui in rebus parui momenti putant ſe poſſe obligare ad mortale; vt gratia exempli, ſi Monacho præciperetur, ne omnino rumperet ſilentium: ne tarde veniret ad miſſam, ne comederet lactucam, remoto ſemper cõtemptu: ſunt tamen qui hac de re dubitent, ſi loquamur de religioſis & clericis: quibuſcum Bernardus lib. de præcep. & diſp. ſentire videtur. Vnde ſi circunſtantia materiã, alias leuem grauem redderet, prælatus, præſertim, Pontifex, poſſet obligare ad peccatum mortale. B

Placet hoc loco, cum facta ſit mentio de Prælatorum contemptu, ea breuiter complecti quæ Caſtro hac de re docuit. Dico itaque primo, prælatum, hoc eſt vt includit ipſam dignitatem, non vt eſt talis perſona, contemnere, pro ratione contemptus & irreuerentiæ, eſſe peccatum mortale, vel veniale, modo quis noſcat eius prælationem & dignitatem. Secundo, prælatus vt eſt talis perſona, puta Petrus, poteſt cõtemni ſine peccato, male de illo exiſtimando, non tamen indignando, vel conuicijs afficiendo. Nam ſi vere, & palam ſit malus, licet male de eo ſentire; vt, ſi vere ſit ignorans, ſi negligens, quod non liceat indignari, manifeſtum eſt, quia eſt frater noſter. C
Luc. 10.
Mat. 5.
Tertio, poteſt ſubditus ſine peccato prælati mandatum contemnere iudicando illud eſſe malum & contra rationem, cum cõſtaret eſſe iniuſtum, & irrationabile. Sed quando eſſet irrationabile, hoc eſt inutile (non autem ſi eſſet contra rationem) obſeruandum eſt, vt Scotus ait, quod Caſtro limitat, quando non obſeruando, naſceretur ſcandalum. Quarto, ſubditus non poteſt ſine graui culpa iuſtum præceptum ſuperioris contemnere, illud iudicando iniuſtum, aut illi grauiter indignando: Quia, væ illis qui dicunt bonum malum, & qui tale præceptum ſperneret, Deum ipſum paruifaceret. Atque ex dictis colligeres erroneum eſſe, affirmare, nullam legem humanam obligare ad peccatum mortale: ac etiam falſum eſſe ſemper ſub eadem culpa obſtringere; ſemper tamen ſub dicta culpa obligat, ne ob contemptum prætermittatur. Colligeres etiam eam legem quæ aliquando obligauit ad mortalem culpam, non ſemper & vbique ad eandem obligare: quia cum leges vniuerſe ferantur, ex varijs circunſtantijs fieri poteſt, ut earum uis minuatur, uel etiã ceſſet. Quæ de legibus ſcriptis hac in parte diximus, intelligenda ſunt etiam de conſuetudine. D
Sco. 4 S. d. 3. q. 4. ar. 1.
Iſa. 5.
1. Theſ. 4.
Caſt. lib. 1. cap. 5.

Ad primum, verum eſt ſacros canones obligare ſub peccato mortali; nõ tamen omnes: ſicuti præcepta decalogi, quæ ſub tali peccato obligant, ſed non ſemper: Pontifex autem eo loco uniuerſaliter loquitur: cuius doctrina intelligenda eſt ſecundum ſubiectam canonum materiam. Ad ſecundum, negatur conſequutio; quia in quibuſdam exprimitur intentio legiſlatoris,

in alijs

A in alijs non item:& non eſt eadem legum omnium materia. Ad tertium, pro cedunt ex eadem facultate, ſed nõ ex eadem intentione, nec ſunt de eadẽ re.

De regulis ad cognoſcendum quando lex obliget ſub peccato mortali. Diſput. IIII.

CVM ſtatutum ſit, leges eccleſiaſticas vim habere obligandi ad graue peccatum,& interdum obligare; peteret nunc quiſpiam quanam ratione poſſimus diſcernere, quando obligent vel nõ obligent, ſub graui, vel non graui culpa, id quod hac diſputatione explicandũ propono. Et quia hac in parte quędã dãtur regulæ, quas omnes tanquã certas admittũt; eas priore loco recẽſebo,& poſtea opiniones circa regulas incertas numerabo, & quid tenẽdũ ſit docebo.

B Prima regula, quando legiſlator exponit ſuam mentem,& aſſerit ſe obligare ad peccatum mortale, vel veniale, ſtandum eſt eius declarationi: modo lex ſit rationabilis. Hoc verũ eſt ſpeciatim in vniuerſalibus eccleſiæ decretis, in quibus faciendis legiſlator non poteſt errare. Exprimitur mens, ſi dicatur, In virtute ſanctæ obedientiæ, Clement. Dudum, de Religios. ſi ſub obteſtatione & interminatione diuini iudicij, Clement. prima, de immunit. eccleſ. & ſub indignatione Diui Petri & Pauli. Hæc regula eſt communis Canoniſtarũ, in titulo de Conſtit. & Theologorum, priuatim Diui Thomæ. Et ratio eſt manifeſta, quoniam lex mere poſitiua, non tam obligat ex re ipſa, quam ex legiſlatoris voluntate, quæ eſt obligationis radix. Hinc eſt, quod Regula ſancti Dominici non obligat ad mortale; quia ſic explicuit. Secũda, ſenſus communis fidelium exiſtimantium aliquam legẽ obligare, vel non obligare ſub mortali peccato: ſtandum eſt ergo huic conſenſui, quo mens legiſlatoris explicatur. Exempli gratia, in cap. Omnis, de pęniten.& remiſ. habetur præceptum de confitendo ſemel in anno,& non exprimitur ſub qua culpa, id præcipiatur: ſed quia omnes fideles exiſtimant obligare ſub graui peccato, ita cenſendum eſt. Idem diceres de præcepto audiendi ſacrum, in die feſto: de quadrageſimali ieiunio,& ſimilibus: vnde nõ placent, qui dicunt non obligare ad mortale propter vſum. Tertia, ſi non exprimatur intentio, nec adſit communis conſenſus, attenditur materia legis, quæ, ſi ſit grauis & neceſſaria ad bonum commune, obligabit ſub mortali. Quoniam rei grauitas legiſlatoris mentem demonſtrat; & ita, ſi ordinaret, id quod maxime conduceret ad communitatis bonum, cenſetur velle obligare ſub peccato mortali; vt ſi prohiberetur frumẽti exportatio caritatis tempore. Quarta, quãdo aliquid præcipitur ſub grauiſſima pęna, vt excõmunicationis latæ ſententiæ, degradationis, & priuationis ſepulturæ eccleſ. habetur ẽt pro graui pęna infamia,& bonorũ confiſcatio: intellige hanc regulã cũ pęnę hæ imponuntur pro crimine. Vnde de pęna interdicti & irregularitatis aliqui dubitant; ſed cum inferuntur propter culpam, cenſendũ eſt obligare ſub graui peccato; idem de ſuſpenſione dicas. Atque hæ regulæ habentur pro certis; quibus deficientibus, nonnullæ aliæ dantur, & circa hanc partem ſunt varij dicendi modi.

C

D

22.q. 186. ar.9.

Caiet.

Can. Nemo, Nullus, cẽtum, 11.q.3.

Lib. 1. de iuſt. q. 6. ar. 4.

Primus Dominici a Soto, qui hæc docet. Primum, omnes leges humanæ A obligant ſub aliqua culpa, niſi aliter in illis exprimatur: quia lex ſecũ affert obedientiam, quæ eſt virtus, cui aduerſatur peccatum. Secũdum, falſum eſt, quod dicit Caietanus, ideo aliquam legem non obligare ſub peccato mortali, quia in ea id non exprimitur. Tertium, grauitas peccati contra legem eſt perpendenda ex materia: & ita, ſi materia eſt grauis, erit peccatum mortale, ſin minus, veniale: & loquitur ſolum de legibus non pœnalibus. Secundus Medinæ, Codice, de pęnit. in quæſtione de neceſſitate Ieiunij, quandocunq; in lege eſt verbum quod indicat præceptum, aut inhibitionem, vel neceſſitatem, obligat ſub mortali; vt cùm adſunt hæc verba, Præcipimus, Iubemus, Prohibemus, Inhibemus, Non licet, Tenentur, Oportet, Neceſſe eſt, & In virtute ſanctæ obedientiæ: ſi huius generis verba non adſint, ſed ſolum verba B ſtatuentia; vt, ordinamus, ſtatuimus, volumus, tunc lex non obligat ad mortale, niſi materia ſit grauis. Et hæc eſt communior ſententia Iuriſperitorum, & maxime Canoniſtarum, vt Felini, cap. Nam, de conſtit. Panormit. cap. Noſtra, de cohabitatione cleric. Alphonſi libro primo de lege pęnali capite tertio: Qui tamen diſcrepat ab alijs in verbo, Oportet; quod non indicat obligationem ad mortale, niſi materia ſit grauis. Panormitanus etiam habet neſcio quid proprium in hac ſententia: quia cenſet obligare ad mortale, etiam quando adeſt verbum aliquod per modum imperatiui. Huius doctrinę fundamentum ſumitur ex Clementina exiui, de verborum ſignificat. vbi definitur in regula Diui Franciſci, eam obligare ſub peccato mortali, vbi eſt verbum præceptiuum: vbi vero eſt verbum per modum ſtatuti, non item. Tertius domini Caietani, in ſumma, verbo Præceptum, & Ieiuniũ, qui hæc do- C cet. Primum, non poſſe colligi ex verbis ſupra allatis, an lex obliget ſub peccato mortali, & ita refellit multis rationibus præcedentem ſententiã. Deinde, cum non adeſt legiſlatoris expreſſio quod uelit obligare ad mortale, potius cenſendum eſt non obligare. Poſtea, ſi pęna appoſita ſit grauis, cenſendum eſt obligare ſub graui culpa; talis eſt excommunicatio, nõ autem aliæ pęnæ, vt irregularitas, & interdictum. Poſtremò approbat regulam ductã ex communi cõſenſu hominum, ſuperius allatam. Nos de hac re ita ſtatuimus.

Nau. cap. 23. nu. 52. & 53.

Prima poſitio, in re dubia, priore loco, legis materia eſt attendenda, quæ ſi ſit grauis obligabit ad mortale, eſt communis doctrina, & ex ſe patet. Materiæ grauitas perpendenda eſt iudicio boni uiri: poteſt etiam perpendi ex D communi conſenſu. Secunda poſitio, quãdo deeſt iſta regula, ex uerbis quę præceptum indicant, aut inhibitionem, aut determinationẽ, & neceſſitatem; ut, neceſſe eſt, &c. colligitur obligatio ſub peccato mortali: quod intelligendum eſt, quando ex altera parte non conſtat de leuitate materiæ, quæ ſi eſſet, excuſaret a peccato mortali. Primum probatur hæc ueritas ex cõmuni conſenſu Canoniſtarum, Summiſtarum, in uerbo lex, & præceptum, ac ẽt Theologorum. Deinde, tunc lex obligat ſub peccato mortali quando adeſt intentio legiſlatoris ſic obligãdi, & non conſtat de materiæ leuitate: at in legibus ſic expreſſis adeſt intentio; ut patet ex Clemẽtina exiui: igitur. Et licet aliqui dicant, hanc auctoritatem non urgere, quia ibi eſt ſermo de particulari regula

Dried. Med. Sot. Caiet. Vict.

Cap. Nam de conſt. Caſt. Med. Panor.

gula

A gula Diui Franciſci: tamen credendum eſt Pontificem declaraſſe priuatā regulam per regulam communem iuris. Poſtremo, quia legiſlator non poteſt melius & clarius explicare ſe velle ad grauem culpam obligare, cū non patet de leuitate materiæ, quam, cum dicta verba vſurpat. Tertia poſitio, quādo in lege non ſunt iſta verba, ſed verba ſtatuentia, vt ordinamus, ſtatuimus, ſtabilimus, & ſimilia non eſt obligatio ad mortale: Intellige, cum non conſtat de grauitate materiæ; quia tunc obligaret, vt docet Medina, vt, ſi Dux in exercitu diceret militi, ſta hoc vel illo in loco, & occaſio vrgeret. Primum allata doctrina probatur ex communi ſententia: ita Gloſ. cap. 1. de conſt. libro ſexto. cap. Tua, de poſtulat. præl. Canoniſtæ, cap. Nam. de conſtit. & Diui Thomę. Deinde, quia videtur rationi conſentaneum, cum verba iſta vi ſuę ſigni- *Quæſt. de reſtit.*
B ficationis non videantur habere vim perfectam obligandi. Quarta poſitio, lex eccleſiaſtica ex eo quod cōtinet verbum imperatiuum, aut verbum, debet, & oportet, nō inducit obligationem mortalis culpæ. Hoc affirmauerim contra Panormitanum, & Adrianum. De verbo imperatiuo, facite, dicite, & ſimilibus ſic probatur. Primum, quia lex diuina ſæpe eo vtitur, & tamē non obligat ad mortale, vt patet in conſilijs: vt cum Paulus dixit, Omnia in gloriam Dei facite. Deinde, quia verbum imperatiuum ſolum demonſtrat voluntatem volentis fieri quod præcipitur: ſed uoluntas legiſlatoris eſt indeterminata ad volendum obligare hoc uel illo peccati genere: igitur. Quod uerbum Oportet talem uim non habeat, patet ex Gloſſa, quæ aſſerit aliquando deſignare honeſtatem, & conuenientiam, aliquando neceſſitatem: idem do- *Cap. epiſt. de præſ. li. 9. 25. q. 1.*
C cent Archidiaconus & Alphonſus. De uerbo, Debet, idem aſſerit eadē Gloſſa, & eſt textus expreſſus, cap. Tua, de ſponſal. Sunt qui hac in parte pontificiam determinationem deſiderant: cum res ſit maximi momenti, & maxime dubia: interim utendum eſt allatis regulis. Quod de lege diximus, intelligendum eſt etiam de præcepto Prælati, & Superioris; cum hæ perſonæ non poſſint ſine graui peccato contemni, ut diximus. *ca. 1. Cic. lib. 1. offic.*

An leges ciuiles vnquam obligent ſub peccato mortali, & quando. Diſputat. V.

D SVPRA vniuerſe docuimus politicas leges tantam uim habere, vt poſſint cōſcientiam obligare: nunc examinare uolumus, an interdum, hac facultate utantur, & quando: ſed in præſentia nihil de pœnali lege dicemus. Quod autem nunquā ad mortalem culpam obligent, his rationibus demonſtratur. Primo, ſi ſub tali culpa politicus legiſlator uellet obligare, id interdum exponeret: at nullibi facit, nec ulla extat alicuius poteſtatis hac in parte determinatio, qua explicatum ſit, ciuiles leges ſic obligare: igitur. Et licet interdum lex ciuilis utatur uerbo Præcipimus, uel ſimili; tamen huiuſmodi uerba, non indicant talem obligationem. Deinde, quia eſſet grauiſſimum onus, ſi leges politicæ re ipſa obligarent ſub graui culpa: quare, cum magis accedat ad æquitatem, ſi dicamus non ita obligare, & nihil nos ad contrarium aſſerendū cogat, ita

dicendum erit. Confirmatur, quia cum res ſit dubia benignior pars ſequẽda eſt. Poſtremo, quia ſatis eſt, ſi lex ciuilis obliget ad pœnam, quam præcipue intendere uidetur, cum eam ſæpe adijciat. A

In hac difficultate, prima opinio eſt eorum, qui cum ſentiant legẽ ciuilem non habere uim in conſcientia, palam fatentur, nunquam obligare ad grauem aut leuem culpam. Ita Gerſon libro & lectione ſupra citata, ac ẽt Almaynus, & Vaſquius. Secunda aliorum qui ei hanc facultatem tribuunt, ſed hi in exponenda hac ſententia nõ conueniunt: unde alij ſuboriuntur dicendi modi. Primus eorum qui dicunt interdum obligare ſub graui peccato, in cis locis, In quibus ponitur uerbum præceptiuum, uel inhibitiuum, uel neceſſitatis, ſicuti in iure canonico. Ita Medina quæſt. de neceſſitate Ieiunij, Alphonſus, Syluester, uerbo lex, Henricus, quolib. 3. q. 22. & eſt communis: B vnde iſti parem faciunt rationem legis ciuilis, & eccleſiaſticæ in hac parte. Secũdus Caietani in ſumma, in verbo præceptum, Soti libro primo de iuſt. & iure, qui dicunt legem ciuilẽ non obligare ad graue peccatũ, vbi ſunt iſta verba, ſed ſolũ cum materia eſt grauis. Tertius Nauarri in ſuo Manuali, qui licet admittat Principem ciuilem poſſe obligare ſub graui culpa: tñ re ipſa nunquam talẽ facultatem ad vſum traducere exiſtimat. Eius fundamentum eſt, quia nullibi in ciuilibus legibus extat talis declaratio, vt in eccleſiaſticis. Ideo iſte doctor deſiderabat fieri determinationẽ hac in parte a iure canonico: quæ ſi fieret contra eius ſententiã fieret: cum concilium, ſiue Pontifex nihil niſi ex doctorum ſententia, & ex rõne ipſa determinet: at eius opinio, nihil pro ſe habet, & priuatæ ſententię, vt plurimum, damnari ſolent. Nos ita C ſtatuimus. Prima poſitio, leges politicæ re ipſa obligãt ſub aliqua culpa mortali, vel veniali, & hoc ſua ui atq; natura. Primo probatur ex locis ſcripturæ ſupra allatis, quibus demonſtraui in ciuili dñio eſſe facultatẽ obligãdi conſcĩam, & priuatim illis duobus quæ ex Petro, & Paulo attulimus, & ex loco de ſolutione tributorũ apud Matthæũ, vbi Chriſtus vr̃ facere parẽ rõnẽ Dei & Cæſaris in hoc, dum ait, Reddite q̃ ſunt Dei Deo, & q̃ ſunt Cęſaris Cęſari. Deinde, ciuilis ptãs põt obligare in conſcĩa, vt eſt probatum, & lex, ſua natura, hoc habet, & legiſlatores non dicunt, ſe nolle obligare: igitur re ipſa obligant. Adde poſtremo cõem ſententiã, quæ in re morali non facile abijciẽda eſt. Scd̃a poſitio, leges ciuiles aliquando obligant ſub peccato mortali. Et cõmunis ſentẽtia, a qua ſine vrgenti rõne recedere, eſt temerarium. Primo, qui D ordinationi humanæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & damnationẽ habet: igitur lex humana vim habebit obligãdi ad graue peccatum, quã in legibus ferendis exercebit, cũ contrariũ non conſtet. Scd̃o, tu concedis in rep. eſſe talem facultatẽ, ergo aliqñ redigitur ad actum, ne fruſtra data eſſe videatur: nã quod ad cõe bonum conſeruandum eſt neceſſarium, adhiberi debet; cũ humanæ pęnę minus poſſint, quã religionis & conſcientiæ timor. Tertio, quãdo exprimitur intẽtio legiſlatoris volẽtis obligare ſub graui offenſione, lex vtique hoc pacto obligabit: atqui in lege ciuili huiuſmodi intentio interdũ exprimitur, ut cum dicitur, præcipimus; quare ſi grauis erit materia, orietur obligatio ſub culpa graui. Quod ſi ẽt lex diuina interdũ nõ obligat ſub mortali,

A tali,cum adſunt præcipiendi verba,id accidit ob leuitatem materię. Confirmatur,verbum,præcipio, explicat totam efficaciam poteſtatis,& voluntatis ferentis legem:ergo ſi per te ciuilis poteſtas poteſt obligare ſub mortali,tūc obligabit, cum hunc in modum exprimitur, ni aliquid ſit in contrariū. Poſtremo,quia Pontifex in Clementina, exiui, vt ſupra dixi,non eſt loquutus ad libitum,& pro voluntate,cum dixit,verba præceptiua obligare ad grauē culpam;ſed hoc affirmauit conſiderata verborum ſignificatione: igitur.Tertia poſitio,eadem eſt ratio legis ciuilis & eccleſiaſticæ quantum ad ſigna & regulas obligandi ſub peccato mortali;quas ſupra attulimus:quare in vtroque legum genere adhibendæ erunt. Etenim, in vtroque iure obligatio ſub læthali culpa ſumitur ab intentione legiſlatoris; quæ tam in vno , quam in
B altero eodem exprimitur modo : igitur eadem erit in ea inueſtiganda ratio.

Quarta poſitio, leges ciuiles procedentes ex falſa præſumptione,nullam habent vim in foro conſcientię:atque idem dicas vniuerſe de omni lege humana.Explico,duobus modis humanæ leges ſolent aliquid diſponere:vno modo ex quadam præſumptione, de qua ſupra egimus, qua poſita,aliquid decernūt;quæ tñ interdum poteſt eſſe falſa, & hæ leges dicuntur procedere ex præſumptione. Altero modo abſolute nulla facta præſumptione. Quādo igitur id nō adeſt,rōne cuius facta eſt lex,ſiue id,qđ eſt p̄ſumptū,non tenetur homo legem in conſcīa ſeruare. Exempli gratiá,aliqua mulier contraxit matrimoniū cum conſanguineo,quo cum contrahere non poterat: ſi ei mandetur, vt cum eo maneat,donec videatur,an ſit verus maritus, iſta ex religione
C non tenetur obedire mandato,etiamſi ſub obediētia ei præcipiatur: quia eſt falſa præſumptio.Similiter nec tenebatur illa cui olim pręcipiebatur,vt maneret cum marito,cum quo cōtraxiſſet in publico, relicto eo quo cū ſecreto prius contraxerat; cum ille non eſſet verus maritus;qđ iudex falſo præſumebat. Rurſus,lex eſt de inuentario faciendo,quę diſponit vt hæres ex teſtamē *Inſt lib. 2.*
to poſſit accipere quartam partē ex legatis, ſm legē Falcidiā:is tenetur adim *tit. 22.*
plere legata,ētſi bona non ſufficiant:quia non vr̄ feciſſe inuentariū:ſed quia lex procedit ex falſa pręſumptione, qđ iſte videatur occultaſſe defuncti bona,is non tenetur in conſcīa.Cæterum,ēt quando lex eſt contra ius diuinum vel naturale,nec ēt in foro externo eſt ei obediendū, ētſi quis graui pęna ad id faciendū impellatur,vt accideret in exemplis priore loco allatis Qn̄ vero
D eſſet contra ius humanū,parēdū eſſet in foro exteriori pp ſcandalū. Quincta poſitio,nulla lex ciuilis in foro conſciæ obligat, cū aliquid cōtinet,qđ repugnat legi diuinæ,vel naturali,vel eccleſiaſticæ.Doctrina eſt manifeſta:qa talis ordinatio nō eſt iuſta, ac ꝓinde nō eſt lex:nō igit̄ l'gat. Ideo Symmachus *Diſtin. 10.*
vere dicebat, Nō licet Imperatori,vel cuipiā pietatē cuſtodiēti aliquid cōtra *can. Non*
diuina mādata p̄ſumere,nec quicq̄ qđ euangelicis,vel propheticis aut apo- *licet.*
ſtolicis regulis obuiet,agere.Et Felix Papa,conſtitutiones contra canones & *Ibidē.can.*
decreta Pręſulū Romanorū,vel bonos mores,nullius ſunt momēti.Ex qbus *leg.,& a-*
colligere licet,vna cū Gloſſa,qn̄ leges ciuiles vergūt in periculū aīarū,qa cō *lijs.*
tinēt alqd cōtra ius diuinū,vel naturale,vel cōtra rectā rōnē,Pōtificē i vtro- *Cap. poſ-*
que foro eas abrogare poſſe: qđ ꝓbares ex Innoc.III.in c.Nouit,de Iudicijs, *ſeſ. de reg. iur.*

vbi determinatur, ſtatuere de aliqua re an ſit peccatũ, pertinere ad Pōtificē, A
& Principes debere obedire. Vnde, re ipſa, Pontifex aliquando abrogauit le
ges ciuiles; vt patet in cap. finali, de præſcript. vbi ſtatuitur præſcriptionem
ex mala fide nullo tempore vim habere: quia iſta lex eſt contra rationem, &
continet materiam de peccato. In cap. ſuper illa de ſecundis nuptijs, abroga
uit legem ciuilem tanquam contrariam D. Paulo, Quod debeat haberi pro
infami vidua, quæ intra annum a marito defuncto, nubit. Huc etiam facit
Vt Cleric. cap. Clerici de Iudicijs, vbi habetur, Leges ciuiles non dedignari imitari ſa-
cros canones: quod ipſe Imperator in Authen. prius dixerat: ſtatueratque vt
clerici de omni crimine coram iudice eccleſiaſtico conueniantur. Quando
materia eſſet mere temporalis, nō poteſt Papa derogare leges ciuiles iuſtas:
vt colligitur ex canone, cum ad verum, diſt. 96. ex Nicolao Papa, qui inter B
regiam & pontificiam poteſtatem diſtinguit, & ait, Reges in ſpiritualibus
indigere Pontifice, & Pontificem in temporalibus imperialibus legibus vti.
Idem ex can. Quoniam, diſt. 10. vbi etiam iſtæ duæ diſtinguūtur poteſtates.
Neque enim, vt communiter docetur, Pontifex eſt ita abſolutus Princeps, vt
ei ſubſint Domini ſeculares ratione poteſtatis ſecularis, ſicuti Epiſcopi, in
ſpiritualibus. Quando autem eſſet diſſenſio inter hæc duo iura in materia,
ſiue in re temporali, & indifferenti, ſi ciuilis lex procederet ex falſa præſum
ptione in foro interno, ſtandum eſſet iuri canonico, in externo iuri ciuili:
Quod ſi non intercederet falſa præſumptio, vtraq; poteſtas in ſuo foro ma-
In reg. poſ- neret. Et hæc fere omnia ex Gloſſa ſupra citata. At vero, ad poteſtatem ciui-
ſeſſ. lem nullo modo pertinet iudiciū de rebus & perſonis eccleſiaſticis: in quo C
Leg. d. 10. turpiſſime errauit Brentius, qui ciuiles Principes non ſolum religionis cu-
& 96. ſtodes, ſed etiam iudices & magiſtros religionis fecit; ita vt eorum ſit mi-
niſtros eccleſiaſticos conſtituere, & eorum cauſſas iudicare: quæ doctrina
Chryſ. ho. eſt contra omnia diuina & humana iura, vt omittā, quod per trecentos an-
83. in Mat. nos Eccleſia ſolis Epiſcopis & Presbyteris, gubernata fuit, cum nondum ſe
Gelaſ. epi. culares Principes eſſent chriſtiani.
ad Anaſt.

Ad primum, licet non ſit facta expreſſa de hac re determinatio: tamen ſa-
tis expreſſe ex ipſa legum ferendarum forma, iam dicta colligitur obliga-
tio: Quia præcipiendi verba plane indicant voluntatem obligandi ad culpā,
niſi aliunde limitentur, & legiſlatoris exprimatur intentio, & cum in lege
ciuili nullibi declaratum ſit leges non obligare ad culpam, eas obligare cē- D
ſendum eſt, cum id eis ſua natura conueniat: & cum Clementina citata, non
conſtituat nouum ius, ſed antiquum declaret, hanc obligationem expreſſe
demonſtrat. Ad ſecundum, ſi hoc argumentum aliquid concluderet, pro-
baret etiam leges eccleſiaſticas non obligare ſub mortali peccato. Deinde,
pauciores ſunt leges quæ ſub tali culpa obligent, nec obligant omnes & ſin
gulos, ſed quoſdam. Ad confirmationem, res non eſt ita dubia, vt tuta con
ſcientia contrarium defendi poſſit; vt patet ex allatis pro vera ſententia ar-
gumentis. Ad tertium, non ſatis eſt, vniuerſe loquendo, vt ſolum timore
pœnæ homines ad legis obſeruationem inducātur; vt ex ijs quæ docuimus
intelligi poteſt.

Sed

A Sed dubitaret hoc loco quiſpiam, an ſimus obligati ad ſeruandas Tyrannorum leges? Pro explicatione nota; Tyrannum eſſe duplicem, vnũ qui eſt legitimus dominus, ſed tyrannice gubernat: alterum, qui per vim occupauit remp. & hoc vel ciuium voluntate, vt de proprio principe ſe vlciſcerentur, vel ciuibus inuitis. Hoc poſito, reſpondeo his dictis. Primum, principi legitimo, etiam ſi tyrannice imperet parendum eſt, dum iuſta præcipit. Quia dictum eſt, ut etiam dyſcolis obediamus: adde quod iſte habet auctoritatem condendi legem; ergo & obligandi. Secundum, parendum eſt legibus tyrannorum ex voluntate ciuium imperantium. Quæ obligatio non oritur ex lege humana, ſed ex diuina & naturali, qua obligamur ad acceptãdas leges ſine quibus reſp. nequit conſiſtere, & quia iure naturæ bona ſunt
B facienda. Tertium, ſi qui tyrannice regnum inuitis ciuibus occupauit, iuſtas leges ferat ei obediendum eſt. Hoc dictum probares ex illa Christi reſponſione, facta Hebræis, quorum imperium Romani per vim vſurpauerant, cũ dixit, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Quod ſi obijcias, iniquus Princeps iudicando peccat; quia vſurpauit alienum iudicium: igitur non licebit ab eo iuſtum repetere. Reſpondeo, qui ad talem iudicem accedunt, vt inter eos ius ſtatuat, conſtituunt eum tanquam iudicem arbitrum, & ita non eſt uſurpatum iudicium: vel dicas, eum inducere ad minus malũ, quia minus malum eſt, ut ille iuſte iudicando peccet, quam ut reſp. remaneat ſine iuſtitiæ adminiſtratione: vnde non repetunt uſurpatum iudicium, ſed qualitatem iuſtam iam uſurpata iudicij, ut Medina ait. (Medin. — Mat. 23. — 1. Pet. 2.)

C

An ad legis humanæ obſeruationem mors corporalis interdum ſubeunda ſit. Diſput. VI.

TANTAM eſſe humanæ legis vim, vt quis pro ea obſeruanda mortem ſubire debeat, his argumentis perſuaderi poteſt. Primo, in cap. ſacris, de his quæ vi metus ve cauſſa fiunt, habetur, ob nullum metum debere quempiam communicare cum excommunicato, quia hoc eſt peccatũ mortale: at hoc peccatum ob nullum metum eſt committendum, quod etiam Ariſtoteles affirmaret: quare cum iſta lex ſit mere humana, & obliget ſub mortis periculo, verum
D erit quod probandum propoſui. Secundo, eſt lex eccleſiaſtica, ne quis in tertio gradu matrimonium contrahat, et quod potius mortem ſubire debet: igitur lex humana non eſt prætereunda ob mortis periculum. Tertio, lex humana obligat ad peccatum, vel mortale, vel veniale; at nullum peccatum committendum eſt pro vitæ conſeruatione: ergo nec lex humana negligenda. Poſtremo, quidquid homo habet, quiquid eſt, tanquam pars reip. totum reip. debet: igitur legislator publici boni cauſſa poterit legem condere ſub mortis pœna obligantem. Tres ſunt hic ſententiæ. (Lib. 3. eth. cap. 1.)

Prima Caietani, qui defendit legem poſitiuam humanam obligare ad ſui obſeruationem, etiam cum mortis periculo, vt potius ſit mors ſubeunda, quam lex negligenda: addit tamen, interdum ex legislatoris benignitate, nõ (In com. in 1. 2. q. 96. ar. 4.)

Lib. 1. de iuſt. et iur. q. 6 ar 4. obligare ſub hoc periculo. Idem Adrian. quæſt. de clauibus, & Oſtienſ. cap. ſacris citato, ad quos nonnulli alij accedunt. Secunda Soti, qui tria dicit: Primum, quando lex continet materiam neceſſariam bono communi ex cuius tranſgreſſione bono periculum immineret, potius mors eſt ſubeunda, quam lex prætermittenda. Secundũ, quando lex apponit mortis pœnam, potius oportet mortem perpeti, quam legem tranſgredi. Tertium, Caietani ſententia uniuerſaliter accepta non eſt vera, etiamſi lex obliget ad peccatum mortale, cum aliud ſit obligare ad mortale, aliud, non obſtante periculo mortis. Tertia ſententia aliorum, qui dicunt leges humanas non obligare ſub mortis periculo, niſi earum tranſgreſſio cedat in detrimentum fidei, vel communis boni. Ita Innocentius & Panorm. in cap. ſacris citato: Syluester verbo excommun. 5. §. 23. & eſt communis Theologorum opinio. Pro explicatione nonnulla adnotanda ſunt: Primum, hoc loco nos nolle examinare hanc quæſtionem, an liceat peccare, etiam venialiter ad mortem fugiendam; quod non licere pro certo habendum eſt; ſed ſolum, an ob mortis metum, humanam legem non obſeruare fas ſit. Deinde notandum eſt duplicem eſſe metum: alterum cadentem in cõſtantem virum, cum recta ratio dictat, poſſe quempiam cenſeri conſtantem, etiamſi aliquid ob metũ faciat, vt ſi quis ob metum amiſſionis vitæ, daret centum aureos furi: alter qui non cadit in conſtantem virum; cum potius mors eſt ſubeunda, quàm ob metum aliquid contra honeſtum faciendum: priorem Iuriſperiti iuſtum uocant, poſteriorem non iuſtum. Præterea notandum eſt vitæ diſcrimen ad legis obſeruationem ita interdum ſequi, vt a legiſlatore optime præuideri potuerit; aliquando uero ſequitur ex accidenti, & extrinſecus: idque, vel ob odium & contemptum legum, vel ob hominis nequitiam, vel periculum perſonæ. Denique, reuocanda eſt in memoriã diſtinctio illa, quod alia ſint mala ſua natura, alia quia præcepta, & hæc ſunt, quæ proprie ad legem humanam pertinent. His adnotatis, has ſtatuo poſitiones.

Diligẽtius in 4. ſent. d. 21. q. 1. ar. 4. *Arch. can. Vnam. d. 26.* *D. Th. 2. 2. q. 147. ar. 2 ad 2.*

Prima poſitio, legis tranſgreſſio quæ vergit in detrimentum fidei, eſt peccatum mortale, etiamſi metu mortis fiat. Eſt communis doctrina, quæ his confirmatur rationibus. Primo, auctoritate Chriſti dicentis, qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt: & Paulus, ſi negauerimus, & ille negabit nos. Secundo, ex facto Machabæorum, qui potius voluerũt mori, quam carnibus prohibitis veſci: idem fecit Thomas Cantuarienſis epiſcopus. Denique huc facit quod Ariſtoteles tertio Ethico de fortitudine agendo docet, eam uerſari in ijs rebus in quibus præclarum eſt mori: at nihil poteſt eſſe præclarius, quam pro religione vitam profundere: igitur. Quare, ſi quis in contemptum religionis vellet, te die vetito carnes edere, aut diem feſtum non colere, potius debes mortem perpeti, quam legem tranſgredi: ſecus dicendum eſt, ſi mortis metus incutiatur alia de cauſſa; vt ob hominis nequitiam. Similiter, ſi tyrannus incuteret timorem ſacerdoti nolenti coram eo celebrare, quia eſt excõmunicatus, ſi id faceret in contemptum poteſtatis eccleſiaſticæ; timori non eſſet cedendum; ſecus, ſi id faceret, vt oſtenderet, ſe non eſſe excommunicatum,

Mat. 10. *2. Tim. 2.*

A B C D

A tum, tunc enim poſſet. Secunda poſitio, politia humana poteſt condere legem obligantem ad ſui obſeruationem cum mortis periculo, etiam præuiſo & manifeſto. Explico, poteſt Pontifex legem condere, vt aliquis cum diſcrimine vitæ fidem prædicet, & defendat. Similiter Princeps ſecularis poteſt militi præcipere, vt in acie maneat, vbi eſt euidens mortis periculum: ſi inde totius exercitus penderet ſalus; cui non ſat eſſet, ſe excuſare, quod hoc munus poſſet alteri demandari: & ita ſub graui peccato parere deberet. Primum probatur hæc poſitio argumento vltimo ſuperius facto; nam, vt Ariſtoteles ſcribit, ciuis magis pertinet ad remp. quam ad ſeipſum, & naturæ inſtinctu pars exponitur ad defenſionem totius: vt brachium ad defenſionē capitis. Deinde confirmatur exemplo Saulis qui adiurando præcepit populo vt pugnaret, dicens, Maledictus vir qui comederit panem uſque ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis. *1. Reg. 14.*

B Tertia poſitio, vniuerſe loquendo, lex humana non eſt ſeruanda cū mortis periculo; ſeu, quod idem eſt, legis humanæ tranſgreſſio facta ad uitandā mortem, non eſt ſemper peccatum mortale. Explico, humana poteſtas, vt talis eſt, nō poteſt ita obligare, nec obligat ſuos ſubditos, vt leges ſeruent, cū periculo mortis, niſi boni communis neceſſitas ex earum obſeruantia pendeat. Vnde patet, quomodo ſit intelligenda etiam ſecunda poſitio, quæ nō habet locum niſi in aliquo priuato caſu, quando ageretur de communi utilitate, quæ pluris facienda eſt, quam unius hominis vita. Allata poſitio ſic probatur. Primo, lex diuina in præceptis pure affirmatiuis non obligat ſub

C periculo mortis; vt patet in præcepto de ſuſcipiendo baptiſmo, quod eſt diuinum poſitiuum; quod nemo tenetur obſeruare cum periculo mortis: ſimiliter confeſſionis integritas eſt de iure diuino, quam cum mortis periculo nemo integram facere debet, quod etiam Caietanus concederet: ergo multo minus obligabit humana. Secundo, lex naturalis non obligat ſemper cū periculo mortis; vt patet in obſeruatione præcepti de reſtituendo, vt conſtāter Caietanus & multi docent; ergo nec humana. Tertio, quia Eccleſia non obligat cum tali periculo ad audiendum ſacrum, vt alibi docui, cuius tū præceptum obligat ſub peccato mortali, ni adſit cauſſa iuſta quæ excuſet; vt ſi quis timeret hoſtium inſidias: nec obligatur ad ieiunandum is, cui cibi quibus in ieiunio uimur, multū nocerent: & ſane cenſeretur lex inconſiderata, ſi obligaret cum magno valetudinis detrimento. *Lege Trac. noſtrū de Reſtitut.* *In opuſ. de præc. eccl.*

D Quare cum hæc videatur legiſlatoris intentio, non eſt dicendum, humanam legem vniuerſe obligare cum diſcrimine vitæ. Quarto, cauſſa rationabilis a legis humanæ obſeruantia excuſat: at nulla alia poteſt eſſe cauſſa magis rationi conſentanea, quam periculum mortis; immo cauſſa leuis ſufficit interdum ad diſpenſationem; igitur. Quinto, poteſtas humana non eſt data ad deſtructionem; ſed ad ædificationem: igitur non poteſt cum uitæ diſcrimine obligare reſpectu cuiuſcunque finis legis; cum ſæpiſſime melior ſit unius hominis vita, quam legis finis, & id quod ex legis obſeruantia habetur. Quare, videtur non poſſe fieri legem humanam obligantem generatim cum periculo vitæ ſed tantum aliquos, & in aliquo caſu. Atque idem diceres de obligatione *Pan. rubr. de ieiun.*

ad pec-

ad peccatum mortale;cum,vniuerſe loquendo, lex humana , verſetur circa A
ea,qua alias non ſunt mala,nec uirtutis opera . Vndè ſeruanda videtur hæc regula. Quando maius eſt detrimentum , quod ex non obſeruantia legis naſcitur,quam ſit uita hominis, tunc lex poteſt obligare ſub diſcrimine vitæ; ſecus,non item. Quare non placet dictum ſecundũ Soti,ejuſ ve regula, tunc legem obſeruandã eſſe cum periculo mortis, qñ apponitur pęna mortis:cũ (etiamſi finis legis ſit maius bonum,quam uita hominis) non ſit vera. Pôt enim accidere,vt quamuis finis legis ſit maius bonum,quam vita huius vel illius hominis, & eius detrimentum ſit maius, quam vita iſtius,idq; ſufficiat,ad hoc vt recte talis lex ponatur:tamen,in particulari,ſi ex eo quod iſte deficit, non ſequitur totum illud detrimentum, is non obligabitur ſub vitæ B
2.1.q.147 periculo.Eſt enim regula Diui Thomæ maxime hac in parte obſeruãda:pro
ar.3.ad 2. lege humana , quando eſt cauſſa rationabilis , & non impeditur finis legis, non peccat mortaliter, qui legem non ſeruat. Exempli gratia, refert reip.ne in ciuitate deſit frumentum,ac proinde ſtatuit,ne euehatur, idque prohibet ſub graui pœna: quod ſi quis contra faciat,ob vitæ diſcrimen,is non peccabit mortaliter, quia non impeditur legis finis, qui eſt, ne ciuitas fame laboret;cũ adſit cauſſa rationabilis.Quarta poſitio,qui in caſu dicto,hoc eſt,cum ob timorem mortis legem non ſeruat, non eſt legis tranſgreſſor. Quoniam in tali caſu non eſt ei lex impoſita: quare, cum non ſit lege conſtrictus,non erit legis tranſgreſſor: vt patet de eo, qui extrema neceſſitate impulſus, rem alienam capit.Ad primũ,Panor.ſuper illo capite varias affert doctorum expoſitiones,ſed vna eſt vera propriaque ſolutio, quam eodem loco affert Innocentius . Duobus modis poteſt aliquis communicare cum excommunicato:primo in communi colloquio,communique conſuetudine: altero modo in eodem crimine propter quod eſt excommunicatus : qui priori modo communicat, eſt excommunicatus minore excommunicatione:qui ſecundo,eadem excommunicatione innodatur,quia participat in crimine criminoſo.Eſt modo caſus,an qui metu mortis communicat cum excommunicato poſteriore modo contrahat excommunicationem , reſpondet Pontifex , contrahere; quia peccat mortaliter, & ſicut non liberatur a peccato mortali propter metum,ita nec ab excommunicatione. Vnde non loquitur de tráſgreſſione legis humanæ,ſed diuinæ,quia peccat mortaliter,cum ſit homicida,vel aliud graue peccatum committat.Ex quibus inferres,ſacerdotem ſub D
periculo mortis non eſſe obligatum ad celebrãdum ſine corporali, vel ſine lumine, vel ad non celebrandum coram excommunicato, remoto religionis contemptu. Ad ſecundum, licet illa determinatio de non cõtrahendo in tertio gradu ſit humana;tamen,lege conſtituta,qui contra facit,peccat contra legem diuinam naturalem , & eſt fornicarius : cum huiuſmodi perſonæ factæ ſint inhabiles ad contrahendum.Ad tertium,legiſlator in tali caſu non habet intentionem obligandi ad culpam:& ideo non eſt ſeruanda cũ mortis diſcrimine. Ad quartum,probat id quod nos docuimus,poſſe interdum obligare,& interdum ciuem debere exponere uitam pro rep.cum de communi bono agitur;quod,lege non ſeruata,tolleretur.

An

A

An omnes ſubijciantur legibus, & ſpeciatim iuſti. Diſp. VII.

EXPLICATA legis vi, quod ad obligationem attinet, opus eſt vt nunc doceamus in quos eam exerceat. Vbi duæ difficultates nobis tractandæ occurrunt; vna eſt iſta quam propoſuimus de qua Catholici cum hæreticis diſſerunt: quam ideo breuiter perſtringemus, quia ex ijs quæ ſupra diximus de poteſtate ſtatuendi leges, & de facultate obligandi ad peccatum, facile explicari poteſt: altera de legiſlatore, an ſuas leges ſeruare debeat. Quod aũt iuſtus non ſit ſubiectus legibus, his rationibus hæreticus perſuadere conatur.

B Primo auctoritate ſcripturæ dicentis, Lex iuſto non eſt poſita: ſi ſub ſpiritu ducimini, ſub lege non eſtis: Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas: denique, iuſtis dictum eſt, Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Secundo, iuſti, vel ſunt ſub lege quantum ad uim coactiuam, & hoc non, quia non eſſent iuſti: vel quantum ad directiuam, quod etiam affirmare non licet; cum ſpiritu Dei ducantur: igitur. Poſtremo, ſi omnes eſſent iuſti, non eſſet opus legibus; quia lex ponitur ob tranſgreſſores, ut ait Paulus: iuſti igitur ſunt omnino a lege exempti. 1. Tim 1. Gal. 1. 2. Cor. 3. Rom. 3.

In hac difficultate fuit primus error Begardorum & Beguinarum, qui dicebant, hominem iuſtum ad talem perfectionis gradum peruenire poſſe, vt nihil teneatur obſeruare; vt ei facere liceat, quidquid natura ſuggeſſerit, C & poſſe ſine ſcrupulo omni delectatione perfrui. Similem errorem habent apud Indianos ſacerdotes quidam, quos Iogues vocant, Græci olim Gymnoſophiſtas dixere: qui cum, prius vitam duram & aſperam duxerint, in quendam ordinẽ adſcribũtur: quo cum peruenerunt, rerum omnium, licentiam adepti, nullis iam tenentur legibus, & in omni ſcelerum & flagitiorum genere impune volutantur. Contrarium docet veritas catholica. Vt huic quæſtioni ſatisfiat, nota, duobus modis poſſe aliquem eſſe ſubiectum legi; vno quantum ad vim dirigendi, quod per eam inſtruatur ad faciendum id, quod pertinet ad commune bonum: altero quantum ad vim coactiuã; quod poſſit compelli ad legem ſeruãdam: a qua aliquis poteſt dici exemptus, vel ratione metus, quia non ex metu, ſed ex amore eam ſeruat, & plus facit, quã D lex præcipiat; quo modo eſt intelligendus Diuus Thomas, cum ait, iuſtum non eſſe legi ſubiectum quoad vim coactiuam; cum lex ei non minetur, nec ei tamquam onus quoddam imponatur: yel ratione exequutionis, quod poſſit cogi ad eam ſeruandam. Maſſaus lib. 18. Genebr. Mapb. li. 1 indic. hiſt. 1. 2. q 95 art. 5.

Rurſus nota, duobus modis poteſt aliquis eſſe a lege exemptus: primo, quia non eſt legiſlatori ſubiectus; cui aliquis poteſt dici ſubiectus, vel ratione dominij, vel ratione commiſſi criminis: altero modo, quia licet poteſtati ſubſit, tamen eſt exemptus ab aliqua poteſtate inferiore, & a ſuperiore tantum regitur. His notatis, has ſubijcio poſitiones.

Prima poſitio, Omnes qui ſunt ſub poteſtate legiſlatoris conſtituti, ſubijciuntur legi quantum ad vim directiuam. Doctrina eſt Diui Thomæ, & certiſ-

certiſſima: quia, ſi vlli eſſent exempti, eſſent iuſti: at iſti non eximuntur, vt A
ſtatim dicam, ergo.

Secunda poſitio, qui ſunt extra iuriſdictionem alicuius poteſtatis, non ſubijciuntur vllo modo legibus illius. Quoniam non eſt poteſtas niſi in ſubditos: quare non ſubditi legibus ligari non poſſunt: niſi quis ratione criminis ſeſe ſubijciat, vt alibi dicetur.

Tertia poſitio, qui ſunt ſub aliqua inferiore poteſtate non ſubduntur legi illius in ijs, in quibus reguntur a poteſtate ſuperiore, & in ijs in quibus cum illis facta eſt diſpenſatio. Doctrina eſt manifeſta; & ideo probatione non eget. Quarta poſitio, iuſtus quantumcunque ſit perfectus, tenetur ſeruare leges diuinas & humanas. Eſt hæc poſitio certa fide tenenda: quam
Mat. 19. hæ demonſtrant rationes. Primo, auctoritas ſcripturæ dicentis, ſi vis ad vi B
tam ingredi, ſerua mandata: ergo mandatorum obſeruantia erit neceſſaria
1. Theſ. 4. ad ſalutem, nec ſola fides ſufficiet. Scitis, inquit Paulus, quæ præcepta dederim vobis per dominum Ieſum; hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio
Rom. 13. veſtra: & ſtatim enumerat decalogi præcepta. Idem, Omnis anima pote-
Heb. 13. ſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: & poſtea ſubdit, Non ſolum propter irā, id eſt propter punitionem & pœnam, ſed etiam propter conſcientiam; & Apoſtolorum princeps, ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; quia hæc eſt voluntas Dei. Confirmatur, primis parentibus, cum adhuc iuſti eſſent, lex fuit impoſita; iuſtus igitur non eſt a lege exemptus; ſumptum patet ex ſcriptura, & ratione; quia ſi legem non habuiſſent, non
peccaſſent; & ſi quis illud negaret, iam Libertinorum ſtultiſſimum, indueret C
errorem, vnde omnium religionum, & rerump. dimanaret interitus, Nullam, vnquam fuiſſe, aut eſſe in mūdo legem. Hæc confirmatio ita aduerſarios vrget, vt ab ea ſe extricare nullo modo poſſint. Secūdo, ex determinatione Conciliorum, & Pontificum, Beguardi dānati fuere a Concilio Vien-
Seſ. 6. can. 27. nenſi, & a Ioanne XXII. ac etiam a Concilio Tridentino, una cum Luthero, in ſeſſione ſexta canone vigeſimo. Poſtremo confirmatur ratione, ſi iuſtus non eſt obligatus ad legem ſeruandam; igitur nullum aliud committit peccatum, quam infidelitatis; quia peccatum eſt contra legem, & per Lutherū ſolam fidem ſeruare tenetur; idque cæteri concedunt; quod tamen damnatum eſt in Concilio Tridentino. Adde & illud, quod Lutherus concedit, Iuſtum in omni ſuo opere peccare; igitur lege tenetur, cum peccatum ſit id, D
quod fit contra legem.

Quincta poſitio, iuſtus ſubditur legi quantum ad vim coactiuam, non tamen ratione exequutionis. Explico, lex quod attinet ad facultatem quam habet, poteſt iuſtos cogere ad ſui obſeruationem legis timore pœnæ: ſed cum ex amore eam ſeruent, ideo ratione exequutionis non dicuntur eſſe
aiet. ſub lege, vt aliqui ſcribunt; quæ doctrina limitatione quadam eget. Etenim duobus modis homo poteſt timore pęnæ agere; primo, ſumpta pœna pro totali fine, ita vt ſi non eſſet pœna legem transgrederetur: altero, vt pœna excitat & mouet ad obſeruationem; ita tamen, vt etiamſi non eſſet, adhuc legem ſeruaret. Qui priore timore motus legem ſeruat, eſt iniuſtus, & peccat; qui
vero

A vero ſecundo modo, poteſt eſſe iuſtus. Neque enim, vt perperam ſentit Lutherus, omnis timor malus eſt, cum Chriſtus diſertis verbis dicat, Sed potius *Mat. 10.* timete enim, qui poteſt & corpus & animam perdere in gehennam. Subſtat ergo iuſtus legi quantum ad vim coactiuam, non ratione exequutionis, ſed poteſtatis: quod vero attinet ad vim punitiuam nullo modo, nec etiam quãtum ad facultatem, cum lex non poſſit, hominem punire, niſi poſt peccatũ. *Ioan. 19.* Ideo Chriſtus aiebat Pilato, Non haberes poteſtatem aduerſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea quærebat eum dimittere. Sexta poſitio, iuſti imperfecti, aliter cenſentur ſubditi legibus, quam perfecti. Nam illi admittunt timorem pœnæ a quo mouentur, hi ſolo amore ſtudioſe viuunt. Atque ex dictis facile argumentis reſponderes.

B Ad primum, lex non eſt impoſita iuſto, quaſi onus quoddam, cum eam *Diu. Leo* ex amore ſeruet; nec quantum ad pœnam. Sed vt adhuc planius locum, quẽ *epiſ. 88. ad Pauennium.* aduerſarius urget exponamus, nota ex Ambroſio, legem non imponi, hoc *In pſ. 36.* eſt, non ſtatui, non ſcribi, & renouari cauſſa iuſtorum; quia illam ſemper habent in corde, ſed iniuſtorũ, qui legum obliti ſunt. Vnde non propterea iniuſtis ponitur, quod antea non tenerentur lege; ſed quia obliti erãt: nec ideo non imponitur iuſtis, quod lege carere debeãt; ſed quia ſe legem tenere per bona opera teſtantur. Vel, vt dicebamus, dicuntur non eſſe ſub lege, quia bene agunt, amore iuſtitiæ, non timore pœnæ, & ita bene viuunt, ac ſi nullus legis timor eis, quaſi iugum & flagellum, immineat. Quare iuſti ſub *Auguſt. de ſpir. et lit. c. 10.* lege non ſunt, ſed tamen ſine lege non ſunt. Huc pertinet illa Auguſti-

C ni diſtinctio. Eſſe ſub lege, in lege, & ſine lege. Sub lege ſunt carna- *Li. de oper. Monac.* les, & Iudęi: in lege ſpirituales & Chriſtiani: ſine lege Gentes quę nunquam crediderunt: quod inter gradus abuſionis ab eodem reponitur: quia populus ſine lege, dum legum pręcepta contemnit, per diuerſas errorum vias pręuaricationis laqueum incurrit. Denique Chryſoſtomus, locum in quo verſamur tractando, hæc fere ſcribit. Lex iram operatur: Quid igitur ad eos, *Iſa. 53.* qui merentur honores? Per legem peccati cognitio: quid ergo ad eum qui *Prou. 14.* iuſtus eſt? Cur iuſto lex impoſita non eſt? Quia ille cruciatu ſuperior eſt, *Hom. 2. in epiſt. ad* neque a lege quæ ſint gerenda ſcire expectat, cum habeat intrinſecus dictantem ſpiritus gratiam. Lex enim data eſt vt metu atque comminatione *Theſ.* homines teneantur & peccare deſiſtant. Nihil igitur fręno opus eſt manſueto

D & obſequenti equo. Nihil inſtructione opus eſt ei, qui pedagogo non indiget. Dicimur eſſe ſub ſpiritu, hoc eſt ſub lege ſpirituali euangelica; & ita liberi ſumus a lege antiqua carnali; ita vt ſpiritus idem ualeat, quod lex gratiæ, vt in poſtrema auctoritate allata dicitur. Et vbi eſt ſpiritus, ibi eſt libertas, non quæcunque, non a pœnis in quas nos coniecit primi hominis peccatum, non ab omni præcepto, cum & primus homo ante lapſum ſub præcepto fuerit; ſed a ſeruitute peccati. Ideo Apoſtoli ſolebant ſæpe hortari ad ſeruitutem Principum, & ad obediendum legibus humanis; ne ſub hac ſpecie libertatis Chriſtianæ viderentur nos a politica ſeruitute eximere, quod Ethnici Chriſtianiſmo uitio dare ſolebant. Ad ſecundum, patet ex dictis: ſubſunt enim quantum ad vtranque vim, modo iam explicato. Ad vltimũ,

etiam

etiam iuſtis imponitur lex, vt dirigantur, & vt timore pœnæ contineantur; cum non omnes ſint perfecti. A

Rom.7. Sed obijciat aliquis, Lex eſt ſpiritualis, nos auté carnales, & nemo, quan tumuis iuſtus, poteſt ſeruare præceptum de nō concupiſcendo, vt etiam de ſeipſo, confeſſus eſt Paulus, cum dixit, ſe venundatum eſſe ſub peccato, qua *Prin. Anſ. D. Tho. in hunc locū.* re, ſi ſeruari non poteſt, non obligabit. Reſpondeo, legem ſpiritualem ſeruari poſſe ab homine iuſtificato: alias non eſſet verum quod Apoſtolus dicebat, Nihil damnationis eſſe his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Seruatur ergo lex ſpiritualis a iuſtis quatenus opus eſt ad peccatum vitandum, licet ſeruari non queat quātum ad finem & perfectionem legis, ita vt nec etiam concupiſcant, hoc eſt, concupiſcentiæ motus non ſentiant. Vbi notandum eſt, interdum in præceptis non ſolum contineri medium neceſſarium ad conſequendum finē, vt ſi dicatur, pugna aduerſus hoſtes, vbi ſola pugna præcipitur, ſed etiam finem, vt ſi etiam diceretur, Victoriam refer: at obligatio præcepti, proprie ad medium, non ad finē refertur. Huiuſmodi eſt præceptum de non concupiſcendo, quod medium & finem continet: quod plene ſeruatur, ſi concupiſcentijs nō conſentiatur: licet non poſſimus omnino omnes concupiſcentiæ motus in hac vita extinguere. Lex ergo ſpiritualis eſt, quia homines ſpirituales facit, quamuis iuſti adhuc ſint carnales, quia nondum corpus habent ſpirituale, ideſt omni ex parte ſpiritui ſubiectum, in quam calamitatem ob peccatum primi homin is incidimus: ac proinde dicimur venundati ſub peccato, non quia ſanguine Chriſti non ſimus redempti, ſed quia expectamus redemptionem corpo *Rom.8.* ris carnalis. Et quod Paulus ſentiret, ſed non conſentiret concupiſcentiæ, plane docuit, cum dixit, Quod enim operor, non intelligo, hoc eſt, non approbo. Item cum ait, Non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio: intellige, non affectu conſentiendi & implendi, ſed ipſo motu concupiſcendi. Vel certe dicas, præcepto illo de non concupiſcendo, non prohiberi ne omnino concupiſcamus, ſed ne concupiſcentijs conſentiamus; ita ut ſolum ſit de medijs, vt præcepta eſſe ſolent, non de fine. B C

An Princeps, ſiue legislator ſuis ſit ſubiectus legibus. Diſp. VIII.

DIFFICILEM aggredimur diſputationē, cuius difficultatem argumenta quæ in vtranque partem fiunt, & diuerſę ſcriptorū ſententiæ plane demonſtrant. Quod igitur Princeps non ſit ſuis legibus ſubiectus, ſic probo. Primo, eſt auctoritas expreſſa in l. Princeps, ff. de legibus, qua dicitur, Princeps ſolutus eſt a lege: quam ex eo confirmares, quod multæ leges in multis Principem a lege excipiunt vt in l. Omnium, C. de teſtamentis, l. ex qua profectis, eodem titulo, l. ex perfecto ff. de legibus, & alijs in locis. Secundo, leges generaliter diſpenſantes, non comprehendunt perſonas priuilegiatas, vt ex Decio, Tiraquello, Baldo, & alijs late probat Vaſquius: atqui Princeps, vt patet ex lege citata, priuilegium habet: igitur. Tertio, populus totam ſuam poteſtatem D

De hac re. Ari lib.10 eth.c.9 & lib.5.pol.c.9. Plat. 9. de leg.

A tem tranſtulit in Principem (de tali enim principe loquimur, qui abſolu-
tam habet poteſtatem) l.prima ff.de conſtitutionibus Principum,§. ſed,& l.
Iulianus ff. de legib.3. ergo Princeps erit omnino exemptus, cum non ſit ſi-
biipſi ſuperior. Quarto, condere leges eſt actus iuriſdictionis:atqui nemo
hẽt iuriſdictionẽ in ſeipſum:implicat .n. quod quis ſit ſuperior & inferior:
lex aũt non obligat,niſi ex ui iuriſdictionis:igitur. Quincto legis obligatio
fundatur in obediẽtia:ſed nemo ſibiipſi obedit, quia obedientia eſt actus iu
ſtitiæ;iuſtitia aũt eſt ad alterum:ergo ui ſuę legis nõ poteſt ſe obligare.Sexto
ſi põt ſua lege ſe obligare,põt ẽt ſe punire; neque enim lex retinet ſuam na-
turam, ſi vim amittat punitiuam:atqui Princeps non ſubijcitur legi ratione
punitionis:igitur lex reſpectu Principis non retinet vim ſuam.Septimo,vel
B ad hoc obligatur lege diuina,& hoc non,quia de hac re nulla extat talis lex:
vel a tota rep.& hoc non,quia ſermo eſt de Principe apud quem eſt ſumma
poteſtas:vel a ſua voluntate, & hoc non,quia obligatio quæ oritur a volun
tate,eſt voti,vel pacti:igitur. Octauo,Princeps habet facultatem diſpenſan
di, interpretandi, & abrogandi legem: igitur non eſt ſubiectus legi,a qua
ſeipſum primum eximere poteſt. Poſtremo, Princeps ſoli Deo eſt ſubie-
ctus,& ratione aliorum hominum eſt veluti quidam Deus,ac proinde,Prin
cipes in diuinis literis Dij vocantur: igitur erit ab humanis & a ſe latis legi-
bus exemptus. Huc facit illud Dauidis, ad Deum poſt ſuam tranſgreſſio- *Pſal.50.*
nem conuerſi,Tibi ſoli peccaui:ac illud Sapientis, Cor Regis in manu Do-
mini,ſicut inundationes aquarum,quocunque voluerit, vertet illud.

C Prima ſententia eorum qui vniuerſe,& abſolute dicunt, Principem non *P.Greg. in*
teneri ſuis legibus:ita nonnulli Canoniſtæ, & Legiſtæ:&, ſi aliquo pacto te *Meth.c.3.*
netur,id ex æquitate,naſcitur Sum.Aſtenſ.lib.5.tit.10.art.2.quæſtiunc.5.Pa *nu.5.*
nor.cap.ſignificaſti.de foro comp.Salycet.l.digna vox C.de leg. Richard.4. *Fel.cap.1.*
Sent.diſt.17.quæſt.2.art.4.Toſtat.tom.6.in Math.Gloſ.cap. Canon,de cõſt. *de conſt.*
quibus fauere videtur,quod Ariſt.lib.quincto polit.cap.nono ait,Excellen
tes virtute & potentia,non eſſe legibus aſtringendos; vbi & iuſtos & prin-
cipes eximere videtur. Secunda eorum,qui dicunt teneri, ſed ex vi legis na
turæ,quæ docet,quod tibi non uis,alteri ne feceris, & ex lege diuina, quæ
ait, Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros *Mat.23.*
hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Ita exiſtimauit dominus
D Caietanus. Tertia aliorum qui putant teneri,niſi ante,vel poſt ipſas condi-
tas ſeipſos excipiant, cuius ſententiæ meminit Caietanus. Quarta aliorum
qui vniuerſe docent leges obligare ſuos legiſlatores, & hoc non ſolum ex
æquitate,vel extrinſece,ſed ex vi legis, quod attinet ad vim directiuam, de
qua dubitatur, & quantum ad culpam. Ita Nicolaus Cuſanus libro tertio
de concordantia catholica,capite vndecimo,in fine,& alibi:qui de Rege lo
quendo ait, Non debet ſe ſolutum legibus exiſtimare Rex: quia ſi lex iuſta
eſt,tunc ligat,& non aliter:quare & ipſum Regem,qui iuſtitiæ ſub eſt.Idem *Vaſqui li.*
videtur ſentire Sotus,Bartholom. Medin. & Buridanus quæſt. octaua in li- *11.c.45.*
brum quinctum politicæ Ariſtotelis. Pro explicatione ſequentes ſtatuo
poſitiones.

Prima poſitio, ſummus Princeps non eſt ſubiectus pœnæ legi appoſitæ. Primum, probatur ex communi ſcriptorum ſententia: licet Vaſquius contra ſentire uideatur. Deinde, de ratione pœnæ eſt, vt ſit paſſio inuoluntaria; quod ſi ſibi pœnam imponeret, iam non eſſet inuoluntaria: & ſi imponeret, non deberet eam a ſe ſumere, iuxta ea quæ infra de lege pœnali agendo docebimus: alij autem cum ſint inferiores, pœnas ab eo repetere non poſſunt, nec debent; cum ſuprema poteſtas a nemine debeat iudicari. Quod lex in Principem vim cogendi non habeat, id pro priuilegio ab eo haberi non debet; cum hoc ſit deſtitutus auxilio, ſeu ſtimulo ad recte agendum, dum a nemine cogi poteſt. Quare, quo magis hac in parte eſt liber, eo vigilantius uiuere debet; ne de eo dicatur, Dicit, ſed non facit; & quod imponat onera grauia, & ipſe digito ea nolit mouere. Ex hac concluſione colligunt nonnulli, in quibus D. Thomas in librum quartum ſent. & Oſtienſis, quod ſi alicui legi ſit appoſita excommunicationis ſententia, is qui legem ſancit, quamuis contra legem faciat, eam non incurrit: atque idem dicendum eſt de interdicto, & ſuſpenſione. Vnde, ſi Princeps legem non ſeruet, non fit infamis, nec incidit in pœnam periurij. Hæc doctrina duplici eget limitatione. Primo, quando illa pœna ſancita eſſet etiam a ſuperiore poteſtate: quia tunc, qui eãdem imponeret, in eam incurreret; Exempli gratia, excommunicat Epiſcopus aliquem iudicem, & participantes: poſtea, ſi ipſe communicet, in eandẽ excommunicationem incideret: Quia decreto Pontificis, qui eſt ſuperior excommunicantur participantes, cap. ſacris, de ſent. excommun. ſed hoc nõ habet locum in Pontifice, cum ſit uniuerſalis conditor canonum. Rurſus Epiſcopus excommunicat concubinarium, ſi poſtea eum iuuat in tali crimine, eandem excommunicationem contrahit, cum hoc ſancitum ſit a ſuperiore poteſtate: cap. Nuper, de ſententia excomm. Vterque caſus ponitur ab Oſtienſe, tit. de excommunic. §. & quæ ſit, verſic. Quid ſi epiſcopus? Secunda, quando conditor Canonis non tam eſt conditor, quam declarator ſuperioris poteſtatis: quia tunc incurreret, cum non vere legem condat.

Mat. 23. *Diſt. 18. q. 2. artic. 3. quæſtiunc. 1. in ſum. tit. de excõ.*

Secunda poſitio, quando in lege poſitiua eſt aliquid de iure diuino, vel naturali, vel gentium, ratione eius quod ad iſta iura pertinet, legiſlator, eſt ſuæ legi ſubiectus. Explico, legiſlator interdum legem ſancit declarando, & determinando ius diuinum, vel naturale; tunc eſt obligatus ad hanc legem ſeruandam. Exempli gratia, ieiunium eſt lex diuina, quod tali tempore ieiunandum ſit, eſt de iure humano: ratione eius quod eſt de iure diuino, qui legem facit, eam ſeruare tenetur. Quia Princeps ſubditur Deo illarum legum auctori. Ideo Cicero de lege naturæ loquendo dixit, Eam, neque per Senatum, neque per populum ſolui poſſe. Male igitur, regis Perſarum iudices, Cambyſi ſororem ducere cupienti, & an ſibi liceret petenti, reſponderunt, Legem quidem nullam eſſe quæ tale matrimonium permitteret: ſed eſſe aliam legem, qua Perſarum regi, quidquid collibuiſſet, facere liceret. Male etiam Anaxarchus, qui Alexandrum, Clito interfecto, ſolari volens, dixit, Themin & Dicen Ioui adſiſtere, vt intelligeremus, omnia regum, & facta & conſilia pro iuſtis habenda eſſe. Scelerate Iulia, quæ priuigno Caracallæ

A racallę dicenti, Vellem ſi liceret, te in vxorem ducere, reſpondit, ſi libet licet: an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere? cui quidquid libet, licet: quibus verbis incitatus nefarias contraxit nuptias, cũ libere non debeat, niſi quod licet: Rectius Papinianus qui eius ſcelus in fratre noluit excuſare, dicendo, Facilius eſſe parricidium facere, quam defendere.

Tertia poſitio, probabile eſt, Principem ſolum ex quadam naturali ęquitate, non ex vi legis, obligatum eſſe ad ſeruãdas leges humanas a ſe ſancitas. Hanc poſitionem quantum ad illam partem, quod vi legis non obligetur, probare videntur nonnullæ rationes ſuperius factæ, maxime, illa quę ſumitur a iuriſdictione, & quæ ab obedientia, & a vi punitiua; huc facit illud Iuriſperiti, Princeps legibus ſolutus eſt. De altera parte, quod ſolũ ex æquitate B teneatur, probat dictũ illud, quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit, eo ipſe debet vti: atq; hoc pronunciatum, Ius, quod tibi non vis, alteri ne ſtatuas: atque admonitio illa Pitaci, Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris. Hæc æquitas nõ induceret ad obligationem ſub lethali peccato, niſi, vel ratione ſcandali, vel damni priuati, aut publici. Nam, ſi æquitas introduceret peccatum graue, nõ eſſet æquitas, ſed ius & præceptũ. Vnde patet, qũo intelligendi ſint Doctores cũ dicunt Principẽ non ſeruando legẽ, peccare, venialiter nimirũ, vniuerſe loquendo. Quia ſi naturalis æquitas nõ obligat alios niſi ſub veniali culpa, nec ẽt Principẽ aliter obligabit, cũ maior rõ ſit in principe, vt ſoluat a lege, q̃ in alijs. Quarta poſitio, probabilius eſt Principẽ eſſe obligatũ ad ſuã legẽ ſeruandam vi ipſius legis, quantũ ad culpam. Principes ergo, vniuerſe loquen C do, ſuis legibus, vt ſunt directiuæ, ſubijciuntur. Primò, quia leges latæ a communitate, æque omnes obligant: igitur & latę ab vno Principe, eandem habebunt vim, cum Princeps ſit reip. pars, & vt ait Vaſquius, veniat nomine Magiſtratus: quid igitur cauſſæ eſt, ſi cætera membra obligantur, vt caput eximatur? Secundo, leges in hunc finem ſunt latæ, vt retineatur & conſeruetur commune bonum, vt ciues fiant ſtudioſi: at ob has cauſſas nõ magis ſunt obligati ſubditi per leges directiuas, quam ipſi Principes, qui eſſe populo meliores, & magis commune bonum ſeruare debent. Vt merito Plato lib. 4. de legibus ſcripſerit, Paratum exitium illi ciuitati videt, in qua non lex magiſtratibus, ſed magiſtratus præſunt: ſalutem uero illi ubi lex ſeruientibus magiſtratibus dñatur. Tertio, ſi ulla rõ impedit, cur Princeps non obligetur, *Valent.*
D ea maxime, q̃a nõ hẽt iuriſdictionẽ in ſeipſum: ſed hęc nõ impedit, qm̃ in fauorabilibus hẽt homo iuriſdictionẽ in ſeipſum, ut exẽpli gratia Põtifex in indulgẽtijs applicãdis, in p̃cepto cõfeſſionis, & in ſimilibus: & ſecũ põt diſpẽſare in uoto, & in iurõ. Quarto, qđ Princeps ſua lege pręcipit, facit actum bonum moralem, ut præcipiendo ieiunium, actum temperantiæ, & ſtatuendo diem feſtum, actũ religionis, quibus hoĩes recte diriguntur, q̃ directio ęque conuenit ſubditis & Principi, cũ non ſolum alios, ſed ẽt ſe dirigere debeat, ne dũ alijs lucem præbet, ipſe in tenebris ambulet: igitur, ut populum obligat, ita ẽt ſeipſum obligabit. Quincto, auctoritas legiſlatoris ad leges cõdendas eſt miniſterialis, q̃a eſt a Deo, p̃ quẽ legũ cõditores iuſta decernũt: igi° põt & debet ſeſe obligare vi maioris auctoritatis primi legiſlatoris. Sexto, regi- *Prou. 8.*

minis auctoritas iure naturali, & diuino eſt in toto populo; qui eam tranſtu- A lit in Principem; ac proinde tantum Princeps poterit, quantum populus poterat: ſed populus legem ferendo omnes & ſingulos ſua vi obligat: igitur & Princeps. Nemo enim plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat, l. quarta, de regulis iuris. Septimo fauent huic opinioni hæ leges. l. ex imperfecto. C. de teſtam. Nihil tam proprium imperij eſt, quam legibus viuere: id autem quod alicui rei proprium eſt, ſua vi & natura eam attingit, & l. digna. C. de legibus, Digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri. Quæ iura, inquit Mynſinger. §. finali, quibus modis teſtam. infirmetur, numero 5. Principibus noſtris eſſent inculcanda, non illa adulatorum vox, quod Principi placuit, legis habet vigorem. Huc facit, c. cum omnes, de conſtitut. vbi citatur illa communis naturę vox, Patere legē, quam B ipſe tuleris. Huc etiam pertinet, quod de Antiocho tertio Aſiæ Rege ſcribitur, Omnibus ſui regni ciuitatibus ſcripſiſſe, vt ſi quid in literis ſuo nomine exaratis eſſet, quod legibus aduerſaretur, crederent ſe ignaro fuiſſe ſcriptū, ac propterea, nec eis parerent. Sanctiſſimum profecto verbum, quod iuſto Regi maxime conueniat, vt quemadmodum ipſe populis præeſt, ita ipſi leges atque æquitatem præeſſe intelligatur. Octauo, ſic arguit Vaſquius, licet non omnino neruoſe, legibus non aliter obligamur, quam contractibus ipſis, lex enim eſt contractus quidam & mutua promiſſio omnium ciuiū inter ſe, & ita rogantur ciues, cum leges feruntur, vt fit in contractibus, lex enim eſt communis omnium ſponſio: ſed Princeps ſuis contractibus obligatur: igitur & ſuis legibus. Ex quibus colligeres, non eſſe verum quod aliqui di- C cunt, Principem illis legibus eſſe ſolutum, quæ eo valent, quia ſcriptæ ſunt: cum hæ ſolæ ſint propriæ Principum leges. In ſumma, omnes, puto concederent, Principem eſſe obligatum, aliquo modo ad ſuas leges ſeruandas; ſed tota difficultas eſt, an ex vi legis, ſuaque natura, & nō ſolū ex ęquitate. Quod de Principe vniuerſe dixi, intellige etiam de ſummo Pontifice, qui non eſt ſubiectus legibus eccleſiaſticis quantum ad coactionem, ſed quantum ad directionem: etiam ſi leges latæ ſint ab vniuerſali concilio, vel ab Apoſtolis. Vbi nota, quando concilia vniuerſe de Epiſcopis loquuntur, cum legē ſanciunt, ſemper intelligenda ſunt de illis, qui legiſlatori ſunt ſubiecti; ut ſunt epiſcopi vnius prouinciæ nationali concilio, & omnes ſi lex feratur ab vniuerſali concilio, quo Pontifex eſt ſuperior, ac proinde ab eo cogi nō poteſt. D Quare, perperam Nilus Theſſalonicenſis epiſcopus, argumento ex Conciliorum decretis ſumpto, contra primatum Romani Pontificis diſputat, quod non feciſſet, ſi ſuos Patres, Ignatium, Irenæum, Epiphanium, Athanaſium, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum, & alios ſequutus fuiſſet.

Bapt. à Cap. Fulg.

L. 1. ff. de leg.

M. Anton. Mur.

Dion. Lib. 44.

Quincta poſitio, Princeps non eſt obligatus ex ęquo ad ſeruandas omnes ſuas leges, vt populus. Sunt enim leges in duplici genere: aliæ, quæ nō comprehendunt æque omnes, ut lex de pompis, lex de non ferendis armis, & ſimiles: quibus Princeps non eſt obligatus. Quia capitis & membrorū in hoc genere æqualitas, eſſet magna iniquitas. Aliæ ſunt, quæ æqua ratione ad omnes per-

A nes pertinent, & caput membraque attingunt, vt lex ieiunij, lex confeſſionis, lex frumentaria, & has Princeps ſeruare tenetur. Cum ergo lex cōem rationem habet, communiter & ſubditos & Principem obligat. Sexta poſitio, poteſt Princeps ex cauſſa ſecum diſpenſare, ne lege obligetur. Quia id poteſt cum alijs; igitur & ſecum. Septima poſitio, Princeps in aliqua re agēda, non ſolum obligatur naturaliter, ſed etiam ciuiliter. Ita Vaſquius, & patet ex ijs, quæ in probatione quartæ poſitionis diximus. Octaua poſitio, particulares legiſlatores ſuis legibus tenentur, quantum ad vtranque vim. Vt; ſi canonici in capitulo legem ſciſcant; & Epiſcopi in ſuis concilijs vniuerſalibus, vel *Medin.* particularibus. Nam huiuſmodi cœtus ſunt ſuperiores ſingulis: ideo a quolibet particulari poſſunt repetere pœnam.

B Ad primum, Princeps dicitur ſolutus a legibus, ſed non ab omnibus, ab illis nimirum, quæ non æque omnes complectuntur: & ab illis a quibus ex cauſſa ſe eximere potuit.

Ad ſecundum, Princeps gaudet priuilegijs, ſed non omnino: non ijs, quæ ad ipſum recte dirigendum pertinent. Vnde cum Vlpianus dixit Principem legibus eſſe ſolutum, non ad ſingulas, ſed ad Iuliam, & Papiam, reſpexit.

Ad tertium, cum princeps ſit pars reip. & maiorem poteſtatem nō habeat, quam quæ erat in populo, non erit magis exemptus, quam ipſa ratio poſtulat: ac proinde non omnino liber.

Ad quartum, non repugnat, vt quis in ſe iuriſdictionem exerceat, in cauſſa fauorabili: eſtque Princeps quodammodo ſibi inferior; cum non a ſe, ſed C ab alio poteſtatem habeat. Ad quintum, poteſt quis ſibiipſi obedire, dum præceptum a ſe ſtatutum ſeruat, & duorum quodammodo perſonas gerit; refert enim Princeps totum populum, eſtq; populi pars quædā. Ad ſextum, iam diximus, cur non poſſit ſe punire: neq; eſt ita proprium legis punire, vt dirigere: quia, ſi omnes legem ſeruarent, non opus eſſet punitione, & ita pęna apponitur obſeruationis cauſſa; quā, ſi Princeps vellet ex ſe ſoluere, poſſet, aut alteri dare facultatem, vt de ſe ſumeret, vt aliquādo Pontifices fecere. Quare accidit, vt reſpectu vnius particularis lex careat vi coactiua, cū Princeps non habeat ſuperiorem a quo puniatur, ſed ſat eſt, quod obligetur in conſcientia, & tranſgrediendo peccet. Ad ſeptimum, obligatur, lege diuina, naturali, & a uoluntate propria: quia dum vult legem in publicā vtilitatem D condere, omnes reip. partes vult obligare. Ad octauum, concedimus poſſe diſpenſare, ſed cum ratione, non vt deſtruat, ſed ut ædificet. Ad ultimum, ſolum probat eſſe ſuperiorem cæteris, poſſe alios punire, & uicem Dei gerere, eſſeque Deo proxime ſubiectum, a quo grauius punietur: in cuius manibus & poteſtate ita eſſe dicitur, ſicuti & fluuiorū curſus, quos quo uult, conuertere poteſt. Huc facit hic illuſtris diuinæ ſcripturæ locus, ubi Deus cum *Sap. 6.* Principibus malis loquendo ait, Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum uoluntatem Dei ambulaſtis. Horrēde & cito apparebit uobis: quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.

A

An ei qui legi ſubeſt, liceat præter verba legis agere.
Diſputat. IX.

HAEC dubitatio ideo ſpeciatim proponitur de illis, qui ſunt legibus ſubiecti, quia qui legem ſancit, cum nouerit quorſum legem tulerit, proculdubio poteſt præter legis verba facere. Vt autem quod quæritur melius intelligatur, notandũ eſt, hæc tria inter ſe differre, Agere in fraudem legis, contra legem, & præter legem; vt in ſubiectis patebit exemplis. Eſt lex, quæ prohibet, ne adulter inſtituat ſpurium hæredem: is dat alteri hæreditatem, quam poſtea filio ſpurio tradat: is in fraudem legis facere dicetur, cum faciat quod lex non vult, ſed facere non prohibuit. Quod ſi lex prohibuiſſet, vt nec per alium ſpurius ad hæreditatem venire poſſet, & id fieret, contra legem factum eſſet. In primo caſu ſeruantur nuda legis verba, in poſteriore non item. Quod ſi lex eſſet, ne in obſidione ciuitatis ciui ab hoſtibus fugienti portæ aperirentur: ſi ciuis ingredi vellet, qui eſſet reip. vtilis, & nullum immineret periculum, ſi ianitor aperiret, faceret præter verba legis: ſed non contra legiſlatoris intentionem. Hoc itaque loco quærimus, an ſubdito liceat facere præter verba legis id, quod ſi legiſlator adeſſet, vtique faceret; cum quod fit, non fit præter legiſlatoris mentem. Quod autem ſubdito nunquam liceat præter legis verba agere, ſic probo.

L. fraudẽ. ff. de legib. L. contra. ff. de legib.

B

Primo, ſolius Principis, vel eius cui data eſt auctoritas a Principe, eſt legẽ interpretari: igitur ſubditus, qui hanc facultatem non habet, legem interpretando, præter legis verba facere non poterit. Secundo, ſubdito agendum eſt ex mente legiſlatoris, quæ explicatur verbis: igitur cũ verba nullam patiuntur dubitationem, nihil præter eorum ſenſum agendum erit. Tertio, ex Auguſtino dicente, non licere hominibus, legibus iam ſtatutis, de illis iudicare, ſed oportere iudicare ſecundum ipſas: at qui vult, verbis omiſſis, legiſlatoris intentionem ex ſe iudicare, de legibus iudicare videtur: igitur. Hic nullæ occurrunt citandæ ſententiæ, ſed ſola opus eſt explicatione, cuius gratia nonnulla ponam fundamenta.

C

Primum, hæc dubitatio requirit ad ſui explicationem eam doctrinã, quã de æquitate, tum philoſophi morales, tum Theologi tradunt: ex quibus aliquid repetemus. Reuocãdum eſt itaque primum in memoriam, quod de legum humanarum natura agentes diximus, eas humanas actiones vniuerſé dirigere, bonumq; cõe habere propoſitum. Et quia ſæpe contingere põt, vt ſi quis ex uerbis legis ageret, publico bono noceret, aut præter legislatoris voluntatẽ faceret, ut patet in exẽplo, de eo qui ciui portas aperiret: hinc factũ eſt, ut legũ interpretes ad eas leges quas habemus, dũ legislatorũ mẽtẽ aĩaduertũt, multas addiderint limitationes, q̃ caſus priuatos cõtinẽt, in q̃bus fit p̃ter legis uerba, ſed ex legislatoris mẽte. Vñ exortæ ſunt duæ iuſtitiæ partes: una legalis, q̃ cõe bonũ cõſeruat, ut in lege expreſſũ eſt, & ut plurimũ accidit: altera q̃ proſpicit idẽ bonũ, ſm id, qđ rarius accidere ſolet; q̃ æquitas noĩatur, & eſt

Ariſtot. 5. Ethic. c. 10. D. Thom. 2. 2. q. 120.

D

A & eſt legis poſitiuæ veluti moderatrix & interpres. An vero iſtæ ſint duæ iuſtitiæ ſpecies inter ſe diſtinctæ, in poſitionibus dicam. Hinc etiam natum eſt duplex iuſtum; vnum naturale, quod æquitate conſeruatur, quod eſt ſecundum ſe iuſtum, non quia ita lex ſtatuit: alterum legale, quod a lege dependet; & ideo iuſtum eſt, quia ſancitum eſt. Vtrunque duplex eſt; alterum vniuerſale, quod commune bonum reſpicit, & quod vt plurimum accidit; quod in vſu, & re ipſa non eſt ſemper iuſtum: alterum particulare accõmodatum ad ſingulos euentus, cuius contrarium ſemper eſt iniuſtum Exempli gratia, iure naturæ depoſitum reddendum eſt, & hoc eſt vniuerſale iuſtum; ſed non ſemper iuſtum: quia accommodatum ad hoc priuatum factum, de reſtituendo gladio homini furioſo, fit iniuſtum. Idem dicas de aliquo iuſto B legali, vt de præcepto, de tritico non exportando, de ſacro audiendo. De quo iuſti genere quidam agendo dixit, non eſſe iuſtum niſi materialiter: quia iuſtum formaliter & ſimpliciter, eſt in opere, & in actione ſecundum rectam rationem. Hinc fit, vt iuſtitia legalis, quæ ſecundum verba legis agit, non ſit ſemper & formaliter iuſtitia: vt eſt illa, quæ inclinat ad agendum ſecundum rectam legiſlatoris mentem. Bur. lib. 5. Eth. q. 26. & 27. Cic. lib. 1. offic.

Secundum fundamentum, legis inſtæ obſeruatio duobus modis põt eſſe damnoſa, cum cedit in damnum reip. & cum continet detrimentum graue certæ perſonæ; vt ſi quis deberet audire ſacrum cum certo vitæ periculo: & in vtroque caſu præter verba legis facere licet. Quando autem caſus contingit, aut ſubditus eſt omnino certus, de legiſlatoris mente, aut omnino incer- C tus, aut eſt quædam probabilitas, ita vt medio modo ſe habeat is qui præter legis verba velit agere; ſed tñ magis vergit in vnam partem, quod ſibi id facere liceat. Et ſi caſus occurrat, aut datur facultas adeundi Principem, qui de ſua mente interrogetur, aut non datur, ſed ſubitus caſus vrget. Tertium fundamentum, cum lex communiter lata, in particulari, non raro, deficere ſoleat, hic defectus dupliciter poteſt contingere; vno negatiue cum ratio legis in aliquo priuato caſu, ſiue homine nõ habet locum, & ſi non ſeruetur, nullum ſequitur inconueniens. Exempli gratia, eſt lex de confitendis peccatis ſemel in anno, ſi accidat, vt quis non habeat peccata grauia; leuia.n.nõ ſunt neceſſario confitenda, iſte poterit legem non ſeruare. Similiter, ſi ratio legis de armis non ferendis in aliquo ceſſaret. Altero contrarie, cum ex legis ob- D ſeruatione accideret aliquid contra legiſlatoris intentionem; vt accidere poteſt in reddendo depoſito. Rurſus, declarare legem duobus modis contingere poteſt: vel, quando legis verba ſunt dubia, & incertus eſt legis ſenſus: vel, quando ſententia eſt certa, ſed dubitatur de aliquo caſu, an ſub lege contineatur, propter circunſtantiarum naturam. Prima poſitio, æquitas eſt virtus, quæ ſm ſubſtantiam non eſt diſtincta a iuſtitia legali, niſi ſm accidens. Qđ ſit virtus, certum eſt; quia per eam recte viuimus, & iuſta facimus, cuius extremũ eſt nimis ſuperſtitioſa legis obſeruatio, pter legiſlatoris intentioné: in quo peccauit Iephte in obſeruãdo iuramento, occidendo filiã: & Saul, dũ voluit punire filiũ qđ patũ mellis guſtauerit: Hinc prouerbia illa, Ne qđ nimis: ſummũ ius, ſumma iniuria: & fraudulẽta obſeruatio verborũ legis cõtra Iud. 11. 1. Reg. 14.

legiſlatoris mentem facit: de quo eſt l.Non dubium, C. de legibus, Non dubium eſt eum in legem committere, qui uerba legis ampleċtens, contra legis nititur voluntatem. Quod non differat ſpecie a iuſtitia legali, patet, quoniam nulla virtus eſt quæ inclinet ſemper ad agendum ſecundũ leges, quia aliquando erraret: ſed vna eſt virtus quæ inclinat ad faciendum iuſtum, ſiue ſecundum legem, ſiue præter legem: ac proinde habitus iuſtitiæ legalis perfectus erit, qui inclinat ad agendum ſecundum legiſlatoris mẽtem, qui non differt a iuſtitia legali. Quod aliquo pacto differat, patet, quia verſatur circa iuſtum particulare. Secunda poſitio, æquitas non modo poteſt eſſe circa ius legale, ſed etiam circa iuſtum naturale, ſi ſumatur ſecundum communes regulas. Quoniam etiam iuſtum naturale, ſic acceptum, eget limitatione & declaratione in multis caſibus. Tertia poſitio, quando obſeruatio legis eſt expreſſe contra bonum commune, non eſt ſeruanda, etiamſi agatur præter verba legis, nec in tali caſu opus eſt diſpenſatione, aut declaratione. Primum probatur auctoritate communi; ita D. Thomas, Caietanus, Sotus, & alij. Secundo, eatenus lex eſt ſeruanda, quatenus continet bonum commune: igitur, ſi ex eius obſeruatione commune bonum labefactetur, ſeruanda non erit. Poſtremo, quia, qui ſic agit, ex mente legiſlatoris agit, quæ eſt magis attendenda, quam legis verba: & ſi legiſlator adeſſet, ſic proculdubio ageret. A B

Quarta poſitio, Quando legis obſeruatio expreſſe faceret contra bonum priuatum, ſeruanda non eſſet. Hæc doctrina non eſt contra D. Thomam, qui dum loquitur de obſeruatione cauſſa boni cõmunis prætereunda, non negat licere etiam tranſgredi, cum ex obſeruatione oritur euidens damnum particulare. Quare, ſi caſus contingeret, vt quis tempore quadrageſimæ nõ haberet niſi carnes, poſſet veſci carnibus, ne fame periret. Quod ſi poſſet haberi diſpenſatio, tutius eſſet eam obtinere, ne fraus intercedere videretur. In ſumma quando lex deficit contrarie in damnum publicum, vel priuatum graue, licet agere præter verba legis. Quinta poſitio, quando eſt dubium an lex in aliquo caſu obliget, & adeſt facultas adeundi ſuperiorem, is conſulendus eſt: ſi non eſt opportunitas, lex ſeruanda eſt. Ita D. Thomas, Caietanus, & alij. In dubiis enim tutior pars eſt eligenda, & tutius eſt ſecundum legem agere: quæ, cum ſit in poſſeſſione & vſu, meliorem habebit conditionem, vt obſeruetur. Sexta poſitio, quando caſus eſt dubius, & tamen opinio ex prudentis hominis iudicio magis in alteram partem vergeret, quod liceret præter verba legis agere; quia ſi legiſlator adeſſet, non obligaret, ſi eius copia haberi non poteſt, licet præter verba legis agere. Sufficit enim certitudo moralis, ad hoc vt quis non cenſeatur agere contra iuſtitiam legalem, & vt æquitate vti poſſit. Et cum vrget periculum, tutius eſt minus malum eligere, ut eſt, non obſeruare legem, quam aliquod graue periculum ſubire. Septima poſitio, cum lex deficit negatiue, hoc eſt, cum ratio ob quã lex condita eſt in aliquo particulari ceſſat, non tollitur obligatio, nec contra legis verba faciendum eſt. Declaratur ac probatur hæc doctrina his exemplis: Non propterea, quod quis ferendo arma, turbas non excitat, licet ei contra C D

legem

A legem arma ferre:non propterea,quod aliquis parum frumenti extrahit, & caritatem in vrbem non introducit,ei frumentum exportare licet. Quia,ſi huiuſmodi exceptiones introducerentur, nullæ leges ſeruarentur. Quandiu ergo ex legis obſeruatione pendet bonum commune, & lex viget, huiuſmodi particulares rationes non excuſant a legis obligatione.

Ad primum, ad legislatorem legum pertinet interpretatio, quando uerba dubiam continent ſententiam:at quando ſententia eſt certa, & dubiũ eſt, an aliquis caſus ſub legem cadat,tunc etiam inferior legem interpretari poteſt; maxime,cum res eſt clara,& non eſt aditus ad legislatorem. Ad ſecundum,verba legis,vt aliquando adnotauit Panormitanus, iuxta intentionem & finem legis interpretanda, amplianda, & reſtringenda ſunt; cum uerba
B ſint intentionis ſigna,non contra, & licet interdum ſint clara; tamen magis intentio legislatoris,perpendenda eſt,quam uerba. Ad tertium,patet ex reſponſione ad primum: non enim iudicat de lege,qui in aliquo caſu legem non ſeruat,cum eam non obligare animaduertat.

An lex humana mutari poſſit. *Diſput.* X.

HVMANAE legis origine,natura,effectibus, poteſtateque demonſtrata, ſequitur, vt quanta ſit eius firmitudo & ſtabilitas doceamus. Quod autem non ſit mutationis capax his argumentis ſuadetur.

C Primo,ex hac legis definitione, Lex omnium regina eſt diuinarum humanarumque rerum;cui ſimilis eſt hæc alia, Lex omnium regina, & mortalium, & immortalium: ſi lex eſt omnium rerum regina & moderatrix, vt res omnes mutari nequeunt; ita nec lex mutari poterit. Secundo lex humana eſt quoddam iuſtum; quod in quadam immutabili æqualitate conſiſtit: igitur non eſt mutationis capax. Tertio, ratio,vt alibi diximus,eſt cuiuſque legis anima; at ratio eſt ſemper vna & eadem:igitur & lex. Quarto, lex eſt veluti regula & menſura actuum humanorum: at de ratione menſuræ eſt,vt ſit ſemper eadem:igitur & lex.

Quincto,lex humana conſtituit aliquem actum in genere moris, quem conformem facit cum recta ratione; atqui virtus ſemper eſt eadem; igi-
D tur etiam lex humana. Denique, lex humana dependet a lege naturæ per quaſdam conſequentias veras & bonas; igitur quod per veram ratiocinationem conſtitutum ſemel fuerit,amplius mutari non poterit. In hac difficultate omnes ſcriptores conueniunt, legem humanam mutationis eſſe capacem. Ita Ariſtoteles in ſecundo politico, Plato libro ſexto de legibus, *Cap.6.* Diuus Thomas, & cæteri Theologi. Poſſunt autem in hac parte eſſe duo extrema;alterum,ſiquis exiſtimaret leges debere eſſe omnino immutabiles;alterum,vt facile quacunque data occaſione eas mutare fas ſit;de primo in hac diſputatione,de altero in ſequenti dicam.Vt autem quod hic quæritur,plane exponam,vnum vel alterum ſubijcio fundamentum.

Primum fundamẽtum lex humana,nihil aliud eſt,quam rationis dicta-

men, quo actus humani diriguntur; quo fit ut in eius natura duo includan- A
tur; ratio dictans, & ordinans, & actus ordinatus; & quidem ex vtroque habet, vt mutationem admittere poſſit & debeat. Ex parte rationis, quia humana ratio, cum ſit imbecilla atque infirma, nec uno intuitu omnia uideat, nec longe proſpiciat, ſed per diſcurſum, vnum ex alio paulatim colligendo ueritatem inueniat; tum in rebus, quæ ſola cogitatione attinguntur, tum in ijs quæ ad hominum vitam moreſq; pertinent, errare facile poteſt, ac proinde in melius commutanda erit: nam ut ille inquit.

Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.

Cum ergo non omnia ſimul præuideat, temporis curſu cernit, quod prius uidere non potuit. Ex quo factum eſt, vt omnium artium initia fuerint imperfecta, quæ poſtea per rationem, erroribus animaduerſis, ad B
perfectionem ducta ſunt. Ex parte humanorum actuum, & hominũ quibus leges ponuntur, quia eorum varij ſunt mores pro locorum, temporũ, ætatum, & conditionum varietate. Cum itaque non ſolum diuerſarum nationum, ſed eiuſdem populi ob varios rerum caſus variæ ſint viuẽdi rationes; neceſſario leges mutationem admittunt, ut tanquam regula lesbia ſint ijs quibus dantur, accommodatæ.

Secundum fundamentum, actionum honeſtarum rationes, ſiue naturæ, longe diuerſæ ſunt a rationibus rerum naturalium. Hæ eædem ſemper ſunt, vt quæ a nulla re extrinſeca pendent, & ut Philoſophi loquuntur, eſſe habent abſolutum: Illæ vero conſiſtunt in quodam reſpectu & ordine ad intelligentiam humanam, quo ordine mutato, etiam humani actus natura C
mutatur. Quare, eadem res ob diuerſas relationes, quas ad rationem habet, vel honeſta, vel turpis videri poteſt: præſertim, ſi illæ accedant circunſtantiæ, quæ humanos actus ita afficiunt, vt in aliam ſpeciem traducant, aut vehementer augeant. Et vt doctrinam in legibus ferendis, mutandis, explicandis, & ad vſum traducendis maxime neceſſariam plane explicem, Fingamus aliquem hominem fuiſſe necatum, hic actus relatus ad eum qui inculpata tutela ſe defendit, nullum eſt peccatum: relatus ad eum qui cum aliqua leni culpa ſe tuetur, aliquid turpitudinis habet: relatus ad eũ qui ſine cauſſa occidit, plenam ſuſcipit culpæ rationem: quę pro ratione circũſtantiarum maior vel minor poteſt eſſe. Sui defenſio aduerſus inuadentem eſt iuſta, aduerſus miniſtros iuſtitiæ eſt iniqua. Item, interdum nocentis punitio erit vtilis, interdum etiam neceſſaria, & honeſta; interdum vero perni- D
cioſa. Quod ſi actus qui ex lege naturæ cenſentur boni tantam varietatem admittunt; quid dicendum erit de illis, qui ideo boni ſunt, quia lege iubentur? quibus honeſtas ac turpitudo extrinſecus legis cõſtitutione accedit; quę pro rerum diuerſitate & viciſſitudine debet eſſe varia. Ex his ergo mutandarum legum neceſſitas, perſpicue cognoſcitur: quam adhuc in poſitionibus demonſtrabo.

Prima poſitio, humanæ leges ſunt mutationis capaces. Doctrina eſt certiſſima, quæ ex dictis neceſſario colligitur. Cum itaque Sapiens ait, Cogi- *Sap. 9.*
tationes mortalium ſint timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ, & humani

A actus omnino inſtabiles;impoſſibile eſt, vt humana lex ſit ſemper immobi-
lis, quaſi trabali clauo parietibus affixa. Bona cenſebatur lex apud Roma- *Cic. lib. 2.*
nos de religione a maiorib. tradita conſeruāda:quæ tamen, vero adueniēte *de leg.*
veri Dei cultu,facillime aboleri debuit, in quo tamen multū diuq; eſt labo-
ratū.Secūda poſitio, expedit,immo neceſſe eſt, vniuerſe loquendo,vt leges
mutentur.Doctrina eſt certiſſima,quam tradit Ariſtoteles loco citato:ad cu
ius confirmationem ex eodem hæ ſumuntur rationes. Primum,quia mu-
tatio multum profuit in omnibus artibus & ſcientijs,quarum initia & pri-
ma documenta fuerunt imperfecta;vt patet in ſcientia naturali,cum illi pri
mi philoſophi multa inepte dixerint,& in medicina: Deinde,in re politi-
ca,multæ apud multos pueriles, & iniquæ ſunt latæ leges, vt ibidem qui-
B buſdam exemplis,oſtendit Ariſt.qui varijs in locis multorū legiſlatorū re- *Li. 1. polit.*
fellit errata:igitur in legibus ſtatuendis,aut retinendis,non tam antiquitas,
quæ proxime,vt Cicero ſcribit,ad deos accedit,quam quod recta ratio po-
ſtulat,animaduertendum eſt.Denique,ni hoc fieret, ſępe leges quæ debent *Lib. 2. de*
eſſe iuſtæ,euaderent iniquiſſimæ. Quare,vt cum Auguſtino cōcludam, lex *leg.*
temporalis, quamuis iuſta ſit, commutari tamen per tempora iuſte poteſt. *Lib 1. de*
Et alio loco,loquendo de lege æterna ait,ex ea temporales leges recte con- *lib. arb. c. 5*
ſtitui,recteque mutari.Dum populus eſt iuſtus & bonus,recte ei magiſtra- *& 6.*
tuum committitur electio;eodem corrupto & deprauato,non item.

Tertia poſitio,legiſlator in ferendis legibus non debet ita eas condere,vt
ſingularia facta reſpiciendo eas reddat immutabiles.Quoniam neque Deus
C talem legem ſanciuit;cum tamen,vt qui omnia videt,id facere potuiſſet:ho
mo autem nec poteſt,nec debet:quod non poſſit eſt manifeſtum, quia non
uidet omnia quæ ſunt futura: quod,etiamſi poſſet, non debeat, probatur;
quia ſingularum rerum inculcatio confuſionem,& moleſtiam procreat:vn
de ſatis eſt,vt res vniuerſe ſpectentur, & vt poſteris declaratio relinquatur.
Quod ſi quid inconueniens inde accidat,nihil refert, cum idem in eccle-
ſię & mundi gubernatione contingat.Neque enim ait Ariſtoteles,leges ſcri *Lib. 2.*
ptæ meliores ſunt,ſi ſint immutabiles.Vt enim in alijs artibus, ſic etiam cir *Polit. c. 6.*
ca ciuilem conſtitutionem,impoſſibile eſt ſingula ad minimum vſque ſcri
ptis comprehendere:neceſſe eſt enim ut generaliter ſcribantur. Et Bonifa-
cius Octauus Alma mater eccleſia,plerunque nonnulla rationabiliter or-
D dinat & conſuluit:quæ,ſuadente ſubiectorum vtilitate, poſtmodum conſul
tius,ac rationabilius reuocat,in melius ve commutat.Nō debet ergo repre-
henſibile iudicari,ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque
varientur humana;præſertim,cum vrgens neceſſitas,vel euidens vtilitas id
expoſcit.Quoniam ipſe Deus ex ijs quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, mul
ta mutauit in nouo. Quarta poſitio, leges varijs modis mutari ſolent. Pri-
mo ſi contrariæ leges ſtatuantur, quæ priores abrogant. Secundo transfi-
guratione: vt ſi ex ſenatuſconſulto inter priuatos lato, fiat edictum a Prin-
cipe: vel ſi moribus ſingularibus lex fiat vniuerſalis.

Tertio, additione, vel detractione. Quarto compoſitione, quando
ex pluribus particularibus legibus, vnum conflatur corpus: qua ratione

ex legibus 12.tabularum, prætorum edictis, alijſque partibus factum fuit ius ciuile,alijs iuribus Papyniano,Flauiano,& Aeliano abolitis. A

Ad primum,qui dicebant legem eſſe veluti reginam, nomine legis intelligebant quandam vim cauſſamve vniuerſalem omnia neceſſario agentem & mouentem,in quo grauiter errabant. Ad ſecundum, ſolum probat rationem legis mutari non poſſe,cum debeat ſemper eſſe iuſta:non autē quod hæc,vel illa mutari nequeat. Ad tertium,eodem reſpondetur modo, cum eandem habeat uim cum ſecundo. Ad quartum, lex eſt menſura accommodata rebus:quibus mutatis,etiam ipſa mutatur. Ad quinctum,actus bonus ex lege humana, non eſt intrinſece bonus, ſed quia præceptus, & cum eius bonitas aliunde pendeat,rebus mutatis,ipſe mutari poterit.Ad ſextum, falſum eſt omnem legem humanam oriri a lege naturæ per modum conſequentiæ: multa enim a dicta lege pendent per modum determinationis, B quæ ex cauſſa mutationem admittunt.

An expediat legem mutare cum aliquid melius occurrit. Diſp. XI.

LEGES humanas mutari poſſe cum demonſtratum ſit,illud nūc in dubitationem venit, an earum mutatio pro quauis meliore cauſſa admittenda ſit, & quod admittit debeat, ſic perſuaderi poſſet. Primo,ex communi pronuntiato, e duobus bonis melius ſemper eſt eligendum: igitur maiore propoſito bono, lex mutanda erit. Secundo,ſupra probauimus leges mutare licere exemplo du- C cto ab artibus,in quibus facile admittitur mutatio; quæ ſemper artibus pro fuit,cum aliquid in melius mutatum eſt; igitur & arti nomotheticæ proderit. Tertio,ni expediret,cur tanta facta eſſet legum in omni repub.mutatio? vt patet in legibus Romanorum,ac in multis Conciliorum decretis. Quarto,Princeps pro ſua uoluntate,modo adſit commune bonum, poteſt nouas leges condere:ergo etiam pro ſuo libitu eaſdem poterit mutare. In hac difficultate,Hippodamus,vt ex Ariſtotele diſcimus,legum mutationem ut utilem admiſiſſe videtur: Quippe qui inuenientibus aliquod commodum ciuitati,honores tribuendos eſſe ſtatuit; quæ ſanctio,licet primo aſpectu appareat bona,tamen,vt Ariſtoteles ait,multas continet calumnias. Vnde cōmunis eſt bonorum ſcriptorum ſententia, legum mutationem, fugiendam D eſſe,ni magna adſit utilitas,aut neceſſitas. Vt huic dubitationi, quæ facilis eſt,breuiter reſpondeamus,notandum eſt, hic duplicem eſſe difficultatem; an legum mutatio facile admittenda ſit,& an Princeps pro ſua uoluntate eas mutare queat,& ſi faciat,an mutatio ſit firma. Rurſus ſermo eſſe poteſt,tum de Principe ciuili,tum eccleſiaſtico, & de legibus humanis ad ſtatum ciuilem pertinentibus, & de cęremonijs ritibuſq; religionis, ac de præceptis ad religionem ſpectantibus.

Ant. Aug. lib. de leg. cap. 17.

Prima poſitio,legum mutatio,ex ſe,potius eſt inutilis & damnoſa, quam vtilis; ac proinde non facile cuiuſque boni cauſſa admittenda eſt. Primum confirmatur ex communi omnium legiſlatorum ſententia;qui quantum po

tuerunt,

A tuerunt,id vnum curarunt,vt leges eſſent ſtabiles. Ideo Plato Minois leges *Dial. de*
laudauit,quod immutabiles perſeuerarent,tanquam bona gubernatione re *leg.*
perta. Secundo,ratione qua utitur Ariſtoteles;quia ad obſeruantiam legis *Lib. 3 pol.*
plurimum confert conſuetudo, quam legum mutatio tollit. Quare, quo- *cap. 6.*
tieſcunq; leges mutantur,earum vis minuitur:& ita leges præſentes in alias *Toſt. q. 10.*
mutare,eſt legum uires infirmas reddere. Poſtremo, quia antiquitas ſem- *3. Reg. 10. 1.*
per in honore fuit: Ideo recte monebat ſapiens, Noli tranſgredi termi- *Prou. 22.*
nos antiquos,quos patres tui conſtituerunt. Et Octauianus Cæſar Princeps *Lib. 53. hi-*
optimus, & regnandi arte maxime inſtructus, Senatum monuit, Dione re- *ſtor. Rom.*
ferente, vt leges firmiter retineret, nec quicquam mutaret: Nam quæ ea-
dem ſemper manent etſi ſint non nihil vitioſa, vtiliora tamen ſunt his, quæ
B ſubinde,etiamſi in melius innouentur. Platoni ita legum mutatio diſplicuit,
vt ne muſicorum quidē modos ſine grauiſſimo periculo mutari in rep. poſ-
ſe cenſuerit: Id quod ab eo, tum alibi, tum quarto de rep. copioſe diſputa- *Lib. 2. &*
tur, & a Cicerone refertur. Et Lacedæmoniorum Ephori, qui apud eos, *3. de leg.*
erant vt apud Romanos Tribuni plebis,Terpandū,auctore Plutarcho, mul
tarunt,quod in cithara præter neceſſitatē vnū neruū addidiſſet. Quid igitur
faciendū in legibus,quibus tanquā quibuſdā neruis reip. corpus cōtinetur?
Difficile itaq; eſt,vt Simonides aiebat, μάχεσθαι τῷ πολλῷ χρόνῳ, ideſt,pu-
gnare cum longo tempore. Et ſane antiquitas eſt bonæ legis ſignum, & id-
circo non facile tollenda: ac proinde memoria tenendum eſt illud Heſiodi
dictum, νόμος δ' ὁ παλαιὸς ἄριστος,i. lex vetus optima. Huc facit quod Charon *Demoſt.*
C das,ne ſuæ leges abrogarentur,laqueum parari voluit ei,qui abrogationem *orat. cont.*
ſuadere vellet,vt ſi non obtinuiſſet,ei moriendum eſſet;quam legem,vt Sto- *Timocr.*
beus refert, Hierocles ſummis laudibus extulit:atque leges alteros Deos eſ- *Lib 34.*
ſe exiſtimari debere dixit: & illud apud Liuium. Nihil motum ex antiquo
probabile eſt veteribus,niſi quæ vſus euidenter arguit,ſtari malunt. Secun-
da poſitio, magna & euidenti exiſtente vtilitate, aut neceſſitate vrgente, ac
etiam ſi leges inutiles euadant, mutandæ ſunt. Primum facit hæc Iuriſperiti *Vlp. l. in re*
ſententia,In rebus nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet,vt receda- *bus, ff. de*
tur ab eo iure,quod diu ęquum viſum eſt. Et Valerius tribunus plebis,vt eſt *conſt.*
apud Liuium,ego,aiebat, quemadmodum ex ijs legibus, quæ non in tēpus *Lib. 34.*
aliquod,ſed perpetuo vtilitatis cauſſa in æternum latæ ſunt,nullam abroga-
D ri debere fateor,niſi quam,aut vſus coarguit,aut ſtatus aliquis reip. inutilem
fecit,ſic quas tempora aliqua deſiderarunt leges mortales,vt ita dicā,& tem
poribus ipſis mutabiles eſſe videro. Et in cap. Non debet,de conſang. & affi-
nit. Statuta quoque varian tur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas,vel
euidens vtilitas id expoſcit. Tanta autē debet eſſe vtilitas,vt longe prępon-
deret incommodo, quod ex non obſeruantia, ex mutatione nata, exoritur:
cum melior ſit lex cui propoſitum eſt minus bonum, obſeruata, quam illa,
quæ maius bonum ſpectat, ſine obſeruatione. Deinde, cum lex aliquando
mutari poſſit,vt ſupra eſt probatum; tunc profecto eam mutare licebit,cum
euidens vtilitas,aut neceſſitas occurret. Quare,hac in parte duo extrema fu-
gienda ſunt;ne vnquam mutentur,& vt facile mutentur:ac etiam ne muten-

tur in

tur in peius, quod, vel malitia, hoc eſt tyrannide, vel ignorātia & inſcitia fit. A
Tertia poſitio, Princeps ſine cauſſa leges mutando peccat. Quoniam materia eſt grauis, & non poteſt fieri ſine aliquo detrimento communis boni: igitur. Quare explorate hac in parte ſe gerat; ne dum per legum innouationem & mutationem reipub. conſulere videri vult, aliquid grauius peccet: & cum leges pro ſacroſanctis habeantur, earum temeraria mutatio ſine piaculo eſſe non poteſt. Quarta poſitio, ſi lex a Principe mutaretur, aut tolleretur, factum teneret; hoc eſt, iam lex illa nō amplius obligaret, niſi aliquid contineret, quod ius diuinum, vel naturale ſpectaret. Doctrina eſt manifeſta: quia re ſublata, eius tollitur effectus. Quare, ſi Princeps remoueret legem de puniendis ijs qui furantur, aut ludos prohibitos exercent, aut ſi Pontifex auferret præceptum de ieiunando in quadrageſima, ſubditi liberi B
eſſent a lege. Neque tamen lex in quam facta eſſet mutatio, uim haberet legis, niſi in bonum publicum cederet, & eas haberet conditiones, quas recte latæ leges requirunt. Quare Princeps pro ſuo libitu leges mutare non poteſt. Quinta poſitio, poteſtas eccleſiaſtica in mutandis publicis & antiquis ritibus debet maxima cautela vti, & rariſſime id efficere. Ratio, quia id, vniuerſe loquendo, fieri nequit niſi cum publico detrimento, aut ſcandalo. In quibus, quantum fieri poteſt, deberet eſſe maximus conſenſus; cum rituum diuerſitas & diſſenſionem, & cōfuſionem pariat: vt experientia demonſtrat. Hanc ob cauſſam olim in eccleſiam noua pſalmorum verſio in canendis diuinis laudibus introducta non fuit. At vero quidam particulares ritus permitti poſſunt. Multa enim vt ait Alexander III. per patientiam tolerātur; C
quæ, ſi deducta fuerint in iudiciū, exigente iuſtitia, non debeant tolerari. Contra vero, vt Nicolaus, ait, Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitus a Patrib. ſuſcepimus, infringi patiamur. Huc faciunt nonnullæ aliæ auctoritates quæ diſtin. 12. habentur. Sexta poſitio, quamuis poteſtas eccleſiaſtica a ſe ſancitas leges abolere valeat: tamen, diuina ſic ordināte prouidentia, qua piorum Eccleſia regitur, nunquā eas abolebit conſtitutiones, quæ ad rectam fidelium inſtitutionem cultumque diuinum pertinent: Vt legem de peccatis certo tempore confitendis, de Euchariſtia ſumenda, de ieiunio, de diuinis laudibus, deque rebus ſimilibus. Septima poſitio, qui uellet legum nouitatem fugere, ad veterum innouationem confugiat: & ita non tam nouæ condantur, quam veteres in vſum reuocentur. D
Et ſane, raro continget, vt lex prorſus noua fieri debeat, ſi quis antiquas conſtitutiones conſulat: cum quæ hactenus in repub. ſancita ſunt, vel expreſſe, vel tacite omnia contineant, quæ ad rectam adminiſtrationem ſunt neceſſaria. Vt omittam, quod non pro ſingulis factis ſunt ſemper innouandæ leges; qua in re, an peccetur, quorum eſt uidere, ij videant. Et vt hanc diſputationem de legum mutatione breuiter concludam, vtilitate, non obſcura ſuadente, leges mutari poterunt, vt leges ſimplices, duræ, & inutiles; cum in omnibus diſciplinis melioribus inſtitutionibus utendum ſit. Tunc autem facile uitabitur mutatio, ſi pauca iudicibus relinquentur & quæ relicta ſunt, æquitate iudicabūtur: neque enim omnia legibus cōprehendi

Cap. cum dudum de conceſ.

Can. Ridiculum, d. 12.

Ariſt. li. 1. rhet. c. 1. Lib. 2. poli. cap. 6.

A prehendi poſſunt. Quare, nec leges damnandæ ſunt, nec reſp. legibus oneranda, nec veteres facile abrogandæ. Ex quibus colligeres, quæ ſint ad rép. conſeruandam neceſſaria, duo nimirum, vt optimas & firmas habeat leges, & vt viris vtatur optimis, cum hominum iudicio relicta ſint quæ legibus comprehendi non potuere, & ex legibus iudicandum ſit. Quæ duo, hoc breui, ac pene diuino verſiculo, expreſſit Ennius, *Aug.lib.2. de ciu.c.21.*

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Cum enim a moribus antiquis, & inſtitutis receſſum eſt, cum leges improbiſſimus quiſque mutare auſus fuit, tum libertas, tum imperium amiſſum eſt. Itaque, cum vel flagitijs, vel legibus reſp. laborat, ad interitum properat. Cauendū ergo eſt, ne vnquā illud vere dici de re aliqua publica queat. *Tacit.lib. 3.hiſt.*

B -------- *Fixit leges precio, atque refixit.* *Virg.lib.6.*

Ad primum, mutatio legum, ſecundum ſe conſiderata, non eſt bona: at, ſi re diligenter inſpecta, multo maius bonum afferat, non eſt reijcienda. Ad ſecundum, non eſt par ratio de artibus, & de legibus: quia, quæ in artibus fit mutatio, non habet ea incommoda, quæ legum variatio ſecum affert. Ad tertium, illa mutatio quæ in ciuitatibus bene inſtitutis, & in eccleſiaſticis conſtitutionibus facta eſt, ortum habuit ab euidenti neceſſitate & vtilitate: quamuis concedi poſſit, eam aliqua parte, vel aliquando, non omnino bene ceſſiſſe. Ad quartum, ſolum probat, Principem legem mutare poſſe; ſed non prudenter mutabit, quocunque meliore propoſito bono, niſi neceſſitas, aut maxima vtilitas moueat.

C

An lex humana diſpenſationem admittat, Quid, & quotuplex ſit diſpenſatio. Diſput. XII.

HAEC de diſpenſatione diſputatio eo tendit, vt adhuc magis legis humanæ vis in obligando explicetur. Nam, ſi diſpenſationem, hoc eſt ſolutionem ab obligatione non admittat, longe maius eius erit obligationis robur, quam ſi ſit diſpenſationis capax. Quod autem lex humana diſpenſationem non admittat, his rationibus probatur. Primo, lex humana boni communis cauſſa eſt inſtituta: igitur eius uis ob priuatam vtilitatem minuenda non erit: cum, *Bur.in lib. 3.polit.q.8 ar.2.*

D vt Ariſtoteles ſcriptum reliquit, commune bonū, vt diuinius ſit magis amādum ac retinendum. Secundo, qui aliquam priuatam perſonam a lege vult eximere, is perſonam reſpicit, accipit: vt qui hunc vult eſſe a lege liberum, alios vero legi ſubiectos: at hoc peccatum ſæpiſsime in diuinis damnatur literis: igitur. Tertio, in lege naturæ non poteſt eſſe diſpenſatio, quod etiam M. Tullius docuit: igitur nec in lege humana; conſequutio patet, quia hæc habet ortum ab illa. Quarto, aut lex eſt iuſta, & ſic nullo modo diſſoluenda, aut minuenda erit: aut iniuſta, & ſic, cum non obliget, non eſt diſpenſatione opus. Poſtremo, diſpenſatio idem eſt quod ęquitatis declaratio, qua demonſtratur aliquem ſub lege non eſſe comprehenſum: igitur idem erit quod legis declaratio, & tamē ponitur vt quid ab ea diuerſum. Nemo, quod *Lib.2.eth. cap.2.* *Iodoc.in paran.*

ſciam,

ſciam, negauit vnquam diſpenſationẽ neceſſariam eſſe in humana lege, eaq; A
qui remp. adminiſtrant, vti poſſe: vnde nullæ hic mihi occurrunt citandæ ſententiæ. Vt quæ propoſita ſunt exponam, vnum, vel alterum ſtatuam fundamentum.

Primum fundamentum, nomen hoc, diſpenſatio, ductum eſt a verbo frequentatiuo, diſpenſo, quod eſt magis in vſu, quã eius primitiuum diſpendo, ideſt, varie pendo, expendo, diſtribuo. Verbum vero, diſpenſo; ita vernaculum, & Italicum quibuſdam videtur, vt ni eo vteretur Cicero, pro non latino haberent. Verum tamen eſt, bonos auctores, nõ eo modo hoc verbo vti, vt nunc Iuriſperiti vtuntur. Nam apud antiquos, diſpenſare, idem erat, quod expendere, in varias partes diſtribuere, familiamq; gubernare. Hinc diſpenſatio, ideſt adminiſtratio diſtributio; & diſpenſator, qui impendit, B
domum curat, neceſſaria in familiam diſtribuit, qui victui præeſt, & rationibus expendendis: qui domini pecuniam fœnori dare conſueuit. Diſpenſator itaque eſt ille ſeruus, quem dominus præficit familiæ, græce œconomus. Vnde diſpenſatio, pro hoc diſpenſatoris officio; qua voce, & in Othone, & in Veſpaſiano vtitur Suetonius. Iuriſperiti per catachreſin, diſpenſare, pro a legibus ſoluere, paſsim dicunt, & diſpenſationem, pro conceſsione & indulgentia contra ius a Principe impetrata; vt diſpenſatio in lege, ſit a legis obligatione ſolutio. Qui loquendi modus Budęo, & quibuſdam alijs, vt non latinus minime probatur. Cæterum, cum non ſit omnino remota translatio, nec imprudens catachreſis, non eſt, cur permitti non poſsit, Nam, ſicuti domus diſpenſator & œconomus omnibus qui ſunt in familia C
cum ratione, tum operas, tum neceſſaria ad vitam diſtribuit; ita Princeps, veluti totius reip. diſpenſator, ius diſtribuit, ne ob æqualitatem, cuipiam fiat iniuria; diſponendo, ac ordinando qua ratione communis lex ſit a ſingulis obſeruanda. Hinc eſt quod Romanus Pontifex a Diuo Bernardo Diſpenſator vocatur, & hic eſt ille fidelis & prudens diſpenſator, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, & ideo Paulus ſe aliquando diſpenſatorem appellauit.

Alciat. *Theoph.* *Suet.* *Oldendor.* *Lib. 5. de conſider.* *Luc. 12.*

Secundum fundamentum, hæc verba, irritare, abrogare, derogare commutare, interpretari, & diſpenſare, inter ſe valde differunt. Irritare, eſt per dominij poteſtatem, quod ab inferiore factum fuerat, infectum reddere: vt ſi Princeps legem tolleret, quam feciſſent ciues, & pater votum a filio in mi D
nore ætate factum; in quo ſi firmum eſſet, diſpenſare non poſſet. Abrogare, eſt id quod prius vim habuit, prorſus tollere: vnde abrogare legem, eſt vim eius obligatoriam tollere: quod ſi lex ad certum tempus cõſtituta fuiſſet, eo exacto, non tã tolli, quam impleri diceretur: Quo ſenſu, illud a Chriſto aliqui dictum putant, Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Derogare eſt partem detrahere. Commutare, eſt obligationem de re aliqua facienda in aliquid aliud conuertere: quo modo vota dicuntur cõmutari; hoc eſt in aliud mutari; vt, ſi votum ieiunij, in eleemoſynam commutaretur. Interpretari eſt per æquitatem legem declarare, atque in aliquo caſu locum non habere exponere; quod ingenij acumẽ, doctrinam, atque epieciam, nõ pote-

Cic lib. 2. de inu. *Lib. 3. ad Attic.* *L. Derogator. ff. de verb. ſign.*

A poteſtatem requirit. Eſt autem interpretatio duplex:vna magiſtralis,quam Iuriſperiti afferunt in ſcholis:altera iuridicialis,quæ iuriſdictionem requirit,qualis eſt in Principe. Diſpēſare,eſt ex auctoritate aliquem a legis obligatione excipere, vel legis obligationem in aliquo priuato caſu relaxare quando lex deficit negatiue. Ex quibus intelligi licet, eſſe differentiam inter æquitatem,qua utitur qui legem interpretatur,& diſpenſationem,qua vtitur qui legem relaxat. Nam interpres oſtendit legem non obligare,diſpenſator uero ab obligatione eximit:in hoc requiritur dominium, in illo non item;illud poteſt omnibus conuenire,hoc vero non niſi Prælatis. Quod ſi obijcias,diſpenſator non diſpenſat ſine cauſſa,ergo diſpenſare eſt,per vim cauſſæ ob quam diſpenſat, declarare legem non obligare, ac proinde non B differat ab interpretatione. Reſpondet Sotus,aliud eſſe quod obſeruatio legis rationi ſit contraria,vbi opus eſt æquitate & epieeia:aliud quod ratio legis in hac perſona deficiat,vbi adhuc eſt diſpenſatione opus. Exempli gratia,die veneris poſſum carnes edere, quas ni ederem, fame perirem; & hoc per legis interpretationem & æquitatem: at mihi qui in ſtudia incumbo nō licet carnes edere, licet aliquo pacto obſint, ſed hæc poteſt eſſe cauſſa cur Prælatus mecum diſpenſet. *Lib. 1. de Iuſt. q 7. ar. ult.*

Tertium fundamentum, hoc loco reuocandum eſt in memoriam quod ſæpe diximus,humanas leges non poſſe accommodari ſingulis perſonis,tēporibus,& locis;quo fit,vt non omnes ex æquo,ſi ſingulos ſpectemus, obligare poſſint,aut debeant:quoniam iſta æqualitas eſſet ſæpe maxima iniqui-C tas. Quo fit,vt relinquatur locus declarationi & diſpenſationi, per quam bonus & prudens reip.œconomus ius in ſingulos diſpenſet:ne ſi oēs æquo modo obſtringeret,& omnes idem ſemper facere vellet,iniquus & imprudens diſpenſator euadat.

Prima poſitio, lex humana diſpenſationem admittit, vel quod idem eſt, multitudinis rectores in legibus diſpenſare poſſunt. Doctrina eſt communis ab omnibus recepta;quam ea confirmat ratio, quam in poſtremo expoſui fundamento:quia ſæpe poſſunt incidere caſus,in quibus,ni fieret diſpenſatio, lex eſſet iniqua, & interdum in communis boni cederet detrimentū. Adde perpetuam traditionem ab Apoſtolis acceptam: quam diſpenſandi facultatem ſibi conceſſam fuiſſe,aliquando Paulus affirmauit. Secunda *1. Cor. 9.* D poſitio,diſpenſatio non eſt idem quod abrogatio,aut legis interpretatio. Patet hæc poſitio ex ſecundo fundamento. Tertia poſitio, diſpenſatio a quibuſdam hoc modo definitur, eſt iuris communis relaxatio,ex cauſſa utilitatis,neceſſitatis,& ingentis prærogatiuæ meritorum:vel breuius, Diſpenſatio eſt abrogatio quædam particularis legis. Dicimus eſſe abrogationem particularem,quia non tollit uniuerſe legem,vt abrogatio facit, ſed tantum in certo caſu,qui ſub lege continetur,& obligabat, ſed diſpenſationis beneficio,a lege eximitur. Vt ecce,lege humana nobiles & litterati beneficia curam animarum habentia obtinere prohibentur:at Pontifex aliquem nobilē & literatum ab hoc iure eximere poteſt;vt multi ſcribunt. Quo fit,vt diſpenſatio ſit quaſi legis vulnus,abrogatio vero mors. Poſſent hoc loco fieri nonnullæ *Cap. de multa de præben. Tur. Crem. Lib. 1. cap. 53. de eccl.*

nullæ diſpēſationis diuiſiones, quod alia ſit eccleſiaſtica, alia ciuilis, alia ſuperioris, alia inferioris; alia cum cauſſa, alia ſine: alia prudenter, alia imprudenter facta, ſiue alia bona & legitima, alia mala, & denique ex parte rerum in quibus fit, vt in votis, in beneficijs, in gradibus matrimonij, & aliæ, quas miſſas facio. Quarta poſitio, bona & legitima diſpenſatio tria in diſpenſatore requirit, auctoritatem, cauſſam, & prudentiam, de quibus ſequenti diſputatione dicam. A

Ad primum, per diſpenſationem legitimam nihil detrahitur de communi bono: ad cuius conſeruationem nō eſt neceſſe, vt lex ſingulos in ſingulis caſibus obliget. Ad ſecundum, nulla eſt hic perſonarum acceptio; cum perſonæ non ſint æqualiter obligatæ: quarum inæqualitate poſita, nihil eſt æqualitate iniquius. Ad tertium, negatur conſequentia: quia lex humana eſt etiam de rebus alias indifferentibus: an autem in iure naturali poſſit eſſe diſpenſatio, mox dicetur. B

Ad quartum, cōcedimus legem eſſe iuſtam & bonam, ſed non omnibus: neque enim quidquid eſt bonum, eſt cuique bonum, vt Ariſtoteles docet. Ad vltimum, patet ex ſecundo fundamento: differt enim interpretatio a diſpenſatione manifeſto diſcrimine.

Lib.5. eth. cap.1.

An omnes multitudinis rectores in lege diſpenſare poſſint. *Diſput.* XIII.

TRIA ad legitimam diſpenſationem neceſſaria eſſe dicebamus, de quorum primo, nimirum de auctoritate, ſiue de cauſſa efficienti, & de diſpenſatore hac diſputatione acturi ſumus. Quod autem non omnes multitudinis rectores in legibus diſpenſare poſſint, ſic probo. Primo, contra ſtatūta patrum, inquit Zoſimus, condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt auctoritas: igitur Pontifex apud quem ſumma reſidet poteſtas, non poterit in lege diſpenſare. Secundo, diſpenſare in lege, eſt ex parte legē abrogare: at abrogatio non conuenit niſi eis qui poſſunt legem condere: igitur, non omnes multitudinis rectores diſpenſare poterunt, cum non omnes poſſint legem ſciſcere. Poſtremo, probo omnes poſſe: diſpenſatio fit ex cauſſa neceſſaria, iuxta Gelaſium dicentem, Neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & quæ apud ipſum ſequuntur: at neceſsitas nullam legem habet: igitur, ea poſita, quiſque a ſeipſo, vel a quocunque alio, a legis obligatione eximi poterit. C D

Diſt.15.q.1.ca.cōtra.

Can. Neceſſaria, 1.q.7.

In hac quæſtione duo dubitantur; primum an in Pontifice ſit tanta auctoritas, vt in omni iure, tum diuino, tum naturali, tum humano diſpenſare queat: alterum, an inferior poſsit diſpenſare in lege a ſuperiore lata. Quod attinet ad ius diuinum, Abbas, cap. cum non eſt, de voto, & qui eum ſequuti ſunt, Felynus, Decius, Ferdinandus Loazes, & quidam alij, quorum opinionem Hieronymus Grattus communem eſſe ait, exiſtimarunt Pontificem diſpenſare poſſe in iure diuino, ex cauſſa: quæ opinio eſt omnino reijcienda,

ſi de

A ſi de diſpenſatione proprie loquantur:quo modo priuatim aliqui loquuntur:ſi vero per diſpenſationem, declarationem & interpretationem intellexerunt,nihil peccarunt. *Ludou. Goza.*

Rurſus idem Abbas exiſtimauit,Pontificem diſpenſare poſſe in iure naturali;cuius opinionem merito refellit Couarruuias.Rurſus, quod attinet ad Pontificem, Victoria in Relectione de auctoritate Papæ & Cōcilij,cenſuit Concilium poſſe impedire Pontificem,ne in aliqua lege valeat diſpenſare:at vero libro quarto de Eccleſia contra docet Turrecremata; quem ſequitur Couarruuias.Quod attinet ad inferiores miniſtros & rectores,communis eſt opinio,eos in aliquo caſu,expreſſa, vel tacita ſuperioris licentia diſpenſare poſſe. Et cum nihil hic occurrat notandū,ad poſitiones accedo. *Cap ſi. de conſu.* *In epit p. 2 c.6. § 9. nu.3*

B Prima poſitio,diſpenſatio,vt ſit legitima ſupponit in diſpenſatore auctoritatem. Doctrina eſt certiſſima,quam ea confirmat ratio, quia diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis: igitur.

Secunda poſitio, Pontifex ui ſuæ auctoritatis poteſt declarare ius diuinum.Hæc Doctrina pro certa,eſt admittenda,cuius probatio ad alium pertinet locum.Et cum diuinum ius non ſit vbique planum,vt quidam cęci homines ſomniarunt;profecto ſummo Pontifici, vt vniuerſali eccleſiæ magiſtro,iſta facultas eius interpretandi danda fuit. Idem dicas de iure naturali; cuius declarandi poteſtas eſt etiam in ciuili rep. Vnde lex naturalis de furto non faciendo,per declarationem humanam, non habet locum in neceſſitate:nec is cenſetur homicida, qui, vt miniſter iuſtitię, aut vt ſe defendat, C hominem necat. *Cap. maiores de bapt.* *Cap.per uenerab qui fi.ij ſint leg.*

Tertia poſitio,ſi proprie loqui velimus, Pontifex in iure diuino diſpenſare non poteſt.Doctrina eſt apud Theologos certiſſima, qui multo melius his de rebus loquuntur ac ſentiunt, quam Iuriſperiti faciant. Ita D. Thomas in quolibeto quarto,art.12.& quolib.9.artic.5.Ioannes Driedo, de libertate Chriſtiana,Almaynus,tract.de poteſtate eccleſiæ,Ioānes Maior, Catharinus,Sylueſter,Angelus in verbo Papa,& alij.Ratio eſt manifeſta,quia diſpenſatio eſt quædam abrogatio: at Pontifex non poteſt abrogare ius diuinum,ſicut nec illud condere; igitur:ſoli itaque Deo relinquatur ſui iuris diſpenſatio: de qua re infra ſuo dicetur loco. *Pariſius cōſ.68.lo. Bapt. a S. Seuer.tractà.de pēſ. q.19*

Idem de iure naturali dicas,in quo diſpenſare non poteſt. Huc facit hic D Ciceronis locus ex libro tertio de repub.quem Lactantius Firmianus citat, Huic legi nec propagari fas eſt, nec derogari ex hac aliquid licet: nec tota abrogari poteſt; nec vero aut per Senatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus. *Lib.6.c.8.*

Quarta poſitio, Pontifex poteſt diſpenſare in ſuis legibus: & quod de Pontifice dico, intellige etiam de quolibet humano Principe, qui diſpenſare poteſt in ſuis.

Doctrina eſt ab omnibus recepta, & patet ex ijs quæ proxima diſputatione docuimus: quam ex multis Canonib. qui prima quæſtione ſeptima, habentur, confirmare poſſes, vt multa alia vtriuſque iuris loca miſſa faciam. *Mat.18. Ioan.28.*

Concludamus itaq; uniuerſe, eum qui legem condit, in lege a ſe, vel ab alia æquali poteſtate ſtatuta diſpenſare poſſe. Quincta poſitio, Pontifex poteſt diſpenſare in ſtatutis humanis conciliorum, & Apoſtolorum. Primũ patet ex praxi perpetua Eccleſiæ, quæ ita habet, vt ex tota cauſſa citata. cognoſcere licet, & ex alijs innumeris locis. Deinde, quia concilium non eſt ſupra Papam, & dato quod eſſet, adhuc in Pontifice talis deberet eſſe auctoritas, cum Concilium uniuerſale raro cogatur, & caſus diſpẽſandi quotidie occurrant. Huc facit pulcherrima auctoritas Iulij Papæ, quæ habetur. 2. quæſt. 6. can. qui ſe ſcit; vbi dicitur, plenam poteſtatem eſſe apud primam Eccleſiam. A

Gloſ. c. pro poſuiſti de conceſ. preb. Abb. c. ſignif. de elect. Iaco bac. lib. 5. de Conc.

Sexta poſitio, Concilium non poteſt impedire Pontificem, vt in aliqua a ſe ſtatuta lege diſpenſare non queat: vnde Pontificis diſpenſationes irritare non poteſt. Ita docet Turrecremata, quem ſequitur Couarruuias: & ratio eſt in promptu; quia Concilium non dat poteſtatem Pontifici, ſed ſolus Deus: igitur eam ligare non poterit. Septima poſitio, poteſtas inferior non poteſt diſpenſare in legibus a ſuperiore poteſtate latis, niſi quatenus ei cõmiſſum fuerit, aut expreſſe, aut interpretatiue. Quia inferior poteſtas nõ habet auctoritatem in ijs quæ ſunt maioris poteſtatis. Eſt etiam definita hæc doctrina in lege prima, C. de legibus. Quamuis autem inferior poteſtas in legibus a ſuperiore poteſtate latis diſpenſare nequeat, poteſt tamen a pecca to & a pœna abſoluere niſi id ſit nominatim ſuperiori reſeruatum. Immo, in Concilio Tridentino ad communem fidelium commoditatem data eſt Epiſcopis facultas abſoluendi ab omni culpa, & cenſura ex peccato occulto proueniente, & diſpẽſandi in omnibus irregularitatibus excepta ea, quæ ex voluntario naſcitur homicidio. B C

Seſ. 14. c. 6 de refor.

Octaua poſitio, vniuerſe loquendo, poteſtas inferior poteſt diſpenſare in lege a ſuperiore lata, in multis caſibus, qui ad tria capita reuocantur. Primũ in omnib. in quibus viget conſuetudo, quæ eſt optima legũ interpres: qua ratione Epiſcopi diſpenſant in omnibus votis, exceptis tribus, quę ſunt, votum caſtitatis, peregrinationis Hieroſolymitanæ, & religionis. Secundum, in caſibus leuibus, in quibus recurrere ad ſummum Pontificem eſſet omnino intolerabile. Leuia autem, vt Sotus exponit, cẽſentur illa, quæ non præcepto proprie dicto obligant ad mortale, ſed ſtatuto poſita ſunt: qua ratione rectores religionum poſſunt diſpenſare, in eſu carnium, in induẽdis lineis, & in ſimilibus. D

Caie. 1. 2. q 97. ar 4.

Tertium, caſuum frequentia, hoc eſt in caſibus qui frequenter ſolent incidere: vt in legibus ieiunij, & abſtinentiæ: quia grauiſſimum eſſet onus, ſi quotieſcunque hi caſus incidunt, a ſuperiore poteſtate diſpenſatio petenda eſſet, ſed addit hoc loco Sotus, quoddam temperamentum, vt hæc diſpenſatio ſolum fieri poſſit ad breue tempus, exiſtente cauſſa: an autem per totam vitam, ait ſe neſcire.

Ex hoc capite infert Syluester, Epiſcopum poſse diſpenſare cum duobus, qui contrahærent in gradu prohibito, ſi non poſſunt facile adire Pontificem, & ſine ſcandalo non poſſunt ſeparari, vt de nouo contrahant:

A hant:quod tamen nec Soto, nec Medinæ placet. Quia ſi hæc ianua aperiretur, ampla daretur occaſio fingendi huiuſmodi neceſſitates. Verum in impedimento ſuperueniente, poſſet Epiſcopus diſpenſare: vt cum marito qui *Caiet.* cognouiſſet conſanguineam vxoris ſuæ, in debiti petitione, cum ob pecca- *Sylu.* tum contractum petere non poſſit, quamuis reddere teneatur. Rurſus, rector *Sot.* inferior diſpenſare poteſt in legibus ſtatutis in vtilitatem alicuius priuati loci, vt oppidi, & ciuitatis, vt ſi lex eſſet De non extrahendo frumento, poſſet Prætor ex cauſſa in hac lege diſpenſare, maxime conſentiente populo: ſecus tamen epiſcopus in matrimonijs, & ordinibus ad bonum commune pertinentibus. Atque hæc de diſpẽſatoris poteſtate dicenda vniuerſe habui: neque enim huius loci eſt deſcendere ad caſus particulares; quibus doceatur B quis in hac vel illa materia diſpenſare valeat, vt in matrimonijs, in beneficijs, in votis, in iuramentis, & alijs ſimilibus.

Ad primum, auctoritatem illam Zoſimi aliqui intelligendam putant de *Conar.* ſtatutis quæ ius diuinum, vel naturale continent, vt præter alios, ibi adnotauit Gloſſa, & ex præmiſſis comprobare licet.

Ad ſecundum concedimus rectores non poſſe diſpenſare ex propria auctoritate, ſed ex conceſſa, uel expreſſe, uel tacite. Ad poſtremum, patet ex ijs quæ ſupra diximus, quia præter cauſſam requiritur auctoritas.

De cauſſa & firmitudine diſpenſationis, deque diſpenſatoris prudentia. *Diſput.* XIIII.

C

CVM diſpenſandi poteſtas, vt ex Paulo diſcimus, in Eccleſiæ ędificationem, non in deſtructionem data ſit; profecto prudens diſpenſator aliqua cauſſa moueri debet, ut diſpenſando legem aliqua parte abroget. Debet itaque hac in parte eſſe, cum fidelis, tum prudens. Fidelis quidem, ne quicquam de communi bono ob priuatam alicuius vtilitatem minuat: prudens uero, ne antequam cauſſam exploratam habet, temere contra legem diſpenſet. Has duas uirtutes ſimul in uno coniungere quam ſit difficile, haud obſcure ſummus totius humani generis, atque eccleſiæ diſpenſator Chriſtus ſignificauit, cum *Luc. 12.* D dixit, Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuam? Dicemus itaque aliquid hoc loco de cauſſa, & de prudentia diſpenſatoris; & quæ iſta conſequuntur, an diſpenſatio ſine cauſſa facta teneat, & an qui imprudenter diſpenſat, aut diſpenſationem petit, quicquam peccet.

Quod attinet ad neceſſitatem cauſſæ, vt diſpenſatio teneat, quidam ita ſen- *Abbas, ca.* tiunt: ſi diſpenſatio fiat ab inferiore poteſtate ſine cauſſa, non tenet; vt ſi fie- *non eſt, de* ret ab epiſcopo in ſuis legibus: Quia cum hac conditione ei data eſt facultas: *voto* ſi vero fiat a Pontifice, teneret; quia ſuo prorſus arbitrio leges condit: ſecus *Innoc. cap.* dicendum eſſet in ijs quæ ad ius diuinum & naturale pertinent; quamuis, vt *cũ ad mo-* diximus, in his nõ ſit proprie diſpenſatio, ſed declaratio. At Sotus exiſtimat *naſt. de ſta-* *tu Monac.*

parem eſſe rationem, de ſuperiore & inferiore, cum diſpenſant in lege a ſe lata. Verum, ſi prior ſententia intelligatur de inferiore habente poteſtatem delegatam, admittenda erit: quia talis poteſtas cẽſetur communicata, vt cum cauſſa diſpenſetur. Ideo ſuperioris diſpenſatio ſine cauſſa, valet, quia vt potuit a principio cũ legem ſtatuit aliquos ab obligatione eximere; ita & poſt latam legem hoc poterit. A

Hic dubitari ſolet, an diſpenſatio facta ſine cauſſa in his, quæ ſunt mere iuris poſitiui, teneat in foro interno, ſicuti tenet in externo: Quidam, vt Fortun. in l. Gallus, §. & quid ſi, ff. de liberis, & poſthum. exiſtimat nullam eſſe, & actum qui ex ea ſequitur, non fore validum: ad quod confirmandum citat auctoritatem Diui Thomæ ex articu. quarto, quæſtio. 97. in 1.2. Cui merito refragatur Didacus: ait tamen iſtam opinionem habere locum in diſpenſatione facta ab inferiore poteſtate ſine licentia ſuperioris, vt Innocentius, cap. cum ad monaſt. & cap. dudum ſecundo, de elect. quem Curtius ſenior, Ripa, Felynus, & alij ſequuntur. De peccato, ſi diſpenſatio fiat ſine cauſſa, omnes concedunt legiſlatorẽ, qui ſine cauſſa diſpenſat, peccare, cum ſit infidelis miniſter: ſimiliter, ſi ex cauſſa non idonea, quia tunc imprudenter ſe gerit. B

Conſ. 75. cap. ad audie. ſecundo, de reſcr.

De eo qui diſpenſationem obtinet, cum ſit ſine cauſſa, quidam putant tutum eſſe in foro conſcientiæ, ſi fiat in ijs quæ ſunt iuris poſitiui; ita Felyn. in cap. ad audientiam, ſecũdo, de reſcriptis: Cui contradicit Couarruuias, niſi Felynus loquatur de valore actus. Idem docet Caietanus in ſumma, vbi ait non eſſe tutas conſcientias eorum cum quibus ſine cauſſa diſpenſatur. Quia, licet tollatur obligatio iuris poſitiui, reſtat tamen obligatio iuris naturalis, ne quis ſe a iure communi ſine cauſſa eximat. C

Verb. diſpen.

Quid autem in his difficultatibus tenendum ſit, ſequentibus poſitionibus explicabo.

Prima poſitio, diſpenſatio non eſt facienda ſine cauſſa, a quocunque fiat. Doctrina eſt certiſſima, & patet ex ijs quæ initio huius diſputationis diximus: quia diſpenſator debet eſſe fidelis prudens, non deſtructor, non diſſipator.

Cur autem, etiam iuſta diſpenſationis cauſſa in aliquo exſtente, adhuc ſit neceſſaria diſpenſatio, ſupra docuimus: Quia lex vniuerſe obligat, nec eius obligatio & communis finis ceſſauit, vnde non poteſt aliquis ab ea eximi, niſi legiſlatoris ex cauſſa intercedit relaxatio. D

Lex ieiunij lata eſt ad carnis motus comprimendos, quæ etiam eos obligat, in quibus iſta cauſſa ceſſauit; Clem. ad noſtram: non ita accidit in legibus quarum finis eſt particularis; vt lex de corrigendo proximo, ſi eius non ſperetur vtilitas.

Vnde colligeres, male quoſdam eximere viros iuſtos a legibus ieiunij, quod hi eo non egeant ad id cauendum, cuius gratia inſtitutum fuit: cum lex non deſinat obligare ob id, quod in paucis eius finis, non reperitur, modo quod præcipitur non ſit contra communem finem, qui eſt charitas, ad quem finem conſeruandum ieiunij lex prætermittenda eſſet,

vt Ogu-

A vt Opuſculo de præceptis eccleſiæ docuimus. Et ſi quis alia ratione, quam per ieiunium carnem comprimat, cuius compreſſio tanquam finis ieiunio aſſignatur, is tamen ieiuniorum legibus obligatus erit; cum lex pro vniuerſis lata ſit, vniuerſoſq; obliget. Vt omittam, quod nemo ita iuſtus euadit, qui cum Paulo vere dicere non poſſit, ſentio aliam legem in membris meis. Nec etiam viri iuſti qui per totum fere annum ieiunant, a præcepto eccleſiaſtico ſunt liberi, quod ipſi plus Deo offerant, quam eccleſia præcipiat, vt Caſſianus aliquando dixit, quia ob voluntariam oblationem, non eſt prætermittenda neceſſaria, nec ob priuatam, ea quę omnibus eſt indicta. Secunda poſitio, qui cum cauſſa diſpenſare vult, eam perpēdet ex tempore, vtilitate, perſona, qualitate, & denique tunc cenſebitur ex cauſſa honeſta facta, cum in B bonum cedet cōmune. Nam ſi ob alias cauſſas, & ob priuatos reſpectus fiat, certiſſime inde legum iniquitas & reip. graue orietur incommodum. Quare, ſi ob id leges ferantur, vt per diſpenſationes non iuſtas pecuniæ colligantur, inde fiet, vt ſolum pauperes & infimi homines legibus teneantur. Non ſint itaque leges, vt recte admonet Sotus, legiſlatorum peculium: ſed cum cauſſæ ob quas latæ ſunt ceſſarunt, abrogentur, ne pretio earum redimatur obligatio. Vnde ſanctiſſime Concilium Tridentinum hac de re ita ſanciuit, ſicut publice expedit legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius conuenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi bono ſatisfiat; ſic frequentius legem ſoluere, exemploque potius, quam certo perſonarum, rerumque delectu, potentibus indulgere, nihil aliud eſt, quam vnicuique C ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant vniuerſi, Sacratiſſimos Canones exacte ab omnibus, &, quoad eius fieri poterit, indiſtincte obſeruandos. Quod ſi vrgens iuſtaque ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulauerint, cum aliquibus diſpenſandum eſſe; id, cauſſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis, a quibuſcunque ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum: aliterque diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.

Collat. 11. c. 29.

Lege, totā cauſ. 1. q. 7.

Tertia poſitio, ſi Pontifex diſpenſaret ſine cauſſa in ijs in quibus admiſcetur obligatio iuris naturalis, aut diuini, diſpenſatio nulla eſſet. Doctrina eſt communis, Innoc. Panorm. Ioan. Andr. atque Theologorum. Quia Pontifex non habet auctoritatem in hæc iura, ut pro ſua uoluntate ea abrogare poſſit. Quare, ſi ſine legitima cauſſa diſpenſaret in uotis, in iuramentis, in reſi- D dentia, in pluralitate beneficiorum quæ reſidentiam requirunt, in alienandis bonis eccleſię, ſi puerum animarum curæ præficeret, ſi laicum in Abbatem monachis conſtitueret, diſpenſatio nulla eſſet. Ab hac doctrina excipit Bart. Medina unum caſum, quando ſummus Pontifex tribueret ſacerdotium homini indigno, aut minus digno, collatio ualida eſſet, licet contra ius naturale & diuinum conferret: alioqui nihil eſſet tutum, aut ſecurum in eccleſia Christi.

D. Thom. quol. 9 ar. 15.

Gulie. & Cart. de plur. beneſ.

Nauar. in apolo.

Quarta poſitio, ſi ſuperior diſpenſet ſine cauſſa in ijs quæ ſunt mere iuris humani, diſpenſatio tenet, & actus qui inde ſequuntur, ſunt ualidi. Vt ſi Pontifex diſpenſet, in tertio gradu, ſi aliquem eximat ab obligatione recitandi horas canonicas, & in ſimilibus.

Primum, confirmat hanc doctrinam communis doctorum citatorũ ſen- A
tentia. Deinde etiam ratio, quia harum legum obligatio pendet a mera legiſlatoris voluntate: qui, vt antequam legem ferret, potuit aliqtiem eximere, ita & lege iam lata. Quare omnino reijcienda eſt Fortun. opinio, qui ait actus ex iſta diſpẽſatione prouenientes eſſe inualidos in foro interno. Nam, quis diceret matrimonium contractum in quarto gradu, ex diſpenſatione Pontificis, non intercedente cauſſa, eſſe inualidum? & filios ex hoc matrimonio natos eſſe ſpurios? Cum poſsit contingere, vt committatur crimen in actione alicuius rei, & tamen ipſum actum firmum eſſe; vt Sylueſter in
Quæſt. 15. verbo, Papa, diſputat. Nec D. Thomas, quem pro ſe citat, contrarium docet; ſed ſolum ait, male agere Principem, qui ſine cauſſa in lege diſpẽſat. Quod de Pontifice dixi, intellige etiam de Epiſcopo, & de quacunque alia pote- B
ſtate, quæ diſpenſat in legibus a ſe latis.

Quincta poſitio, rectores inferiores ſi ſine cauſſa diſpenſent in lege a ſuperiore lata, diſpenſatio eſt nulla. Et hoc eſt quod Innoc. & Panor. docẽt. Quare ſi Epiſcopus ſine cauſſa diſpenſaret, in ijs quæ ſunt a Pontifice ſancita, diſpenſatio non teneret: Quia non datur alicui inferiori facultas diſpenſandi ſine cauſſa: vnde cum Pontifex diſpenſationem alicui committit, ſem-
Cap. cum ſolit. de maior. & obe. D. 11. can. conſequẽs. per, vt cum cauſſa fiat, committit. Sic enim ſe habent Epiſcopi ad Romanum Pontificem, vt hic ad Chriſtum: at hic non poteſt ſine cauſſa diſpenſare in ijs quæ continent aliquo modo ius diuinum, & ſi faciat, diſpenſatio non tenet: ergo, nec particularis Epiſcopus, in ijs quæ vniuerſalis Eccleſiæ rector ſanciuit. Sexta poſitio, ſi cauſſa ad petendam diſpenſationem ficta fuit, di- C
ſpenſatio eſt inualida. Quia diſpenſatio innititur cauſſæ expoſitæ, tanquam fundamento: quod ſi fundamentum eſt nullum, ruit ædificium. Septima poſitio, omnes qui ſine cauſſa diſpenſant, peccant. Primo, probatur ex communi ſcriptorum ſententia, & priuatim Diui Bernardi libro tertio de Conſideratione ad Eugenium, & in epiſtola ad Theobaldum comitem. Deinde, quia aperiunt viam ad deſtruendam legem, vt ipſa experientia patet. Adde, quod faciunt quandam iniuriam alijs, præſertim, ſi ex diſpenſatione alij grauarentur. Vnde inferres, peccare etiam eos qui talem diſpenſationem petunt, aut ea vtuntur: quia conſentiunt peccato. Quod ſi obijcias, ſi legiſlator ſine cauſſa abrogaret legem, qui hac vterentur abrogatione non peccarent; igitur nec illi qui diſpenſatione ſine cauſſa conceſſa vtuntur. Re- D
ſpondeo, non eſſe parem rationem: quia, cũ intercedit abrogatio, lex omnino ceſſat, & nemini fit iniuria, & ita ſolus princeps peccat. Quod ſi petas, quodnam peccatum ſit diſpenſare ſine cauſſa; reſpondeo, ſi materia ſit grauis, erit peccatum mortale: quare in tali materia ni cauſſa ſit talis quæ compenſet id quod oritur mali ex diſpenſatione, erit graue peccatum: & ita diſpenſatio fieri debet ob maius, vel æquale bonum: alias erit peccatum veniale; præſertim in ijs quæ mere ſunt iuris poſitiui, ni ex vnius priuilegio alij grauentur, aut inde oriatur ſcandalum. Octaua poſitio, diſpenſatio requirit prudentiam: quæ potiſsimum in duobus conſiſtit. Primum, vt ita fiat, ne dici poſsit diſsipatio, hoc eſt, iuſtis de cauſsis facienda eſt: al-

terum,

A terum, ne videatur introducta lucri cauſſa, ac proinde iuxta Concilij Tridentini determinationem debet fieri gratis.

Sed peteret hoc loco quiſpiam, an ſola alicuius rei obſeruandæ difficultas, ſit iuſta cauſſa ad diſpenſandum: vt ecce, an quia voti obſeruatio eſt difficilis & ardua, propterea in eo diſpenſare liceat? Reſpondet Sotus, ſi difficultas oriatur ex re ipſa, quam quis inconſiderate vouit, non conſideratis ſuis viribus, vt ieiunium longum pane & aqua, peregrinationem longam
B pedeſtrem; & tunc erit iuſta cauſſa: ſi uero difficultas oriatur ex prauo habitu vouentis, vt ſi difficultas abſtinendi ab aliqua prima conſuetudine fuit cauſſa voti, non eſt iuſta diſpenſationis cauſſa. Quod ſi poſt votum factum ſuperueniat perpetuum impedimentum, vouens erit a voto abſolutus. Sed de diſpenſatione, & hoc libro hucuſque.

Libri Septimi finis.

DIVINARVM HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER OCTAVVS,

In quo agitur de natura effectibuſque legis pœnalis.

Quid & quotuplex ſit pœna, lexque pœnalis. *Diſput.* I.

INTER cęteras humanarum legum partes, illa priuatam difficilem tractationem habet, quæ a pœna quam continet, lex pœnalis nominatur, de qua, & ſi a nonnullis fuſe, & a quibuſdā etiam confuſe ſcribitur: nos tamen multa in pauca diſtincte conferre nitemur, nihil omittentes quod ſit cognitu dignum, & ad rem pertineat. Vt autem quę de propoſita materia ſcripturi ſumus, facilius intelligantur, priore loco pœnæ & legis penalis natura nobis explicanda eſt: ad quod efficiendum nonnulla notanda proponam. A

Primum notandum, ad indagandam alicuius rei naturā, primo eius categoria, vt Dialectici monent, inueſtiganda eſt. Pœna ergo ad eam pertinet categoriam, quæ paſſio nominatur. Paſſio interdum ſumitur in bonam partem, cū id patiendo recipitur, quod naturam perficit; quo modo, doceri dicitur eſſe quoddam pati: & hoc pacto paſſio non deſignat pœnam. Interdum ſumitur proprie, pro ea receptione, quæ eſt contraria naturæ patientis quo modo manus calefacta dicitur pati ab igne. Paſſio hoc modo ſumpta, aliquando accipitur philoſophice pro ea re cui opponitur actio; vt calefieri & calefacere: aliquando grammatice, cum explicatur per verbum paſſiuum quāuis quod dicitur, pati, re vera, nihil patiatur; vt amari, videri: quo pacto etiam priuationes dicuntur paſſiones & pœna; vt priuari diuitijs, fama, & beatitudine; quibus paſſionibus nulla reſpondet actio, ſed potius actionis priuatio. Pœna dicitur paſſio, etiam more grammatico, vt aliquando Diuus Thomas docuit. B C

D.Th.1.2.

In 4. ſec.d. 35.q.3. Secundum notandum, licet pœna dicatur paſſio; tamen non eſt neceſſe vt actu paſſionem inferat, ſed ſatis eſt, ſi ſit apta inferre. Poteſt autem pœna ſiue nocumentum inferri vel in bonis animi, vel corporis, vel fortunæ: vel auferendo bonum quod quis prius habebat, vt ſanitatem, pecunias; aut inferendo aliquid noxium, vt ſi quis igne crucietur: vel etiam vtroque modo, vel in

A vel in toto vel in parte. Sed omnes pœnæ reuocari poſſunt ad duo capita, vel ad eas quæ attingunt perſonam, vel ad eas quæ ad res externas pertinẽt. Et quia perſonæ non ſunt vnius habitus, & cõditionis, hinc eſt; vt quod vni eſt pœna, alteri non ſit. Quod accidere poteſt, vel ex parte perſonæ, vel habitus corporis, vel ex genere vitæ; & ita ieiunium, homini cogitationi dedito non eſſet pœna: vel ex parte amoris & affectus, qui ſuaues facit labores: vel ex parte odij, cum aliquid pro nihilo habetur: cuius priuatio non erit pœna. Ex quibus fit, vt quod non eſt aptum ad lædendum, vel nocendum, non poſſit proprie dici pœna; quamuis alias offendat. Vnde aliquid poterit pœnam afferre, vel per ſe & ſua natura, vel per accidens; & quod eſt pœnale uno, vel altero modo in peccatorum pœnam inferri poterit. Verbi B gratia, ieiunium homini exercitato erit dulce, non exercitato in pęnam; ſi ei noceat; non autem ei, cui prodeſt. *Cic. in orat.* *Iob 6.*

Tertium notandum, pœna habet relationem ad culpam quam neceſſario ſupponit: culpa vero oritur ex receſſu a lege, vel naturali, vel diuina, vel humana; ac proinde omnis culpa punitur, vel cruciatu conſcientiæ, vel a Deo, vel a poteſtate humana. Pœnarum aliæ contrahuntur ſolo actu peccandi, ſine alia noua actione, vt priuatio gratiæ, fomes concupiſcentiæ: aliæ infliguntur poſt perpetratum peccatum, vel a Deo, vel ab homine. Quæ ſunt prioris generis non ſunt proprie pœnæ, vt aliquando docuit D. Thomas: quia de ratione pœnæ eſt, vt ſit contra voluntatem. Nec quæ infliguntur habent abſolutam pœnæ rationem, niſi dicant relationem ad culpam. *Aug. lib. 1. retract.* *1. 2. q. 46. ar. 6*

C Quo fit, vt quæ iuſti patiuntur incommoda, non dicantur proprie pœnæ, ſed exercitamenta virtutis: & ita aliquæ improprie dicuntur pœnæ, vt irregularitas ſine culpa contracta. Quare, quod reſpectu alicuius eſt vere pęna, ratione alterius nõ erit: vt interdictum reſpectu eius qui cauſſam dedit, & reſpectu eorum qui non fuerunt cauſſa: ſimiliter pœna hæreticorũ, quæ in filios tranſit, in quibus non habet rationem pœnæ: quæ relata ad patres proprie dicetur pœna. Culpa quæ punitur, præceſſiſſe debet; cum non puniatur proprie peccatum non factum. Cæterum, ſi pœna conſideretur, vt ſatisfactio quędã eſt, eſſe poteſt, vbi non pręceſſit culpa; cum vnus pro alio, vt Chriſtus fecit, ſatisfacere queat: iuxta illud, Quæ non rapui, tunc exoluebam. Quod ſi conſideretur, vt eſt vindicta & punitio, non eſt niſi ob culD pam propriam, ſiue actualem, ſiue originalem in alios transfuſam. Neque neceſſe eſt, vt culpa tempore præcedat, ſed ſat eſt, ſi anteeat natura, vt patet in pœnis ex originali culpa contractis. *Gerſ. li. de vita ſpir.* *Aug. li. 4. de ciu. c. 3.* *Pſal. 68.*

Atque ex his colligitur, quædam pœnæ deſcriptio, Pœna eſt paſſio inferens nocumentum ſuſtinenti, aut apta inferre, niſi impediatur, inflicta aut contracta ob peccatum proprium præteritum: Vel breuius, eſt perpeſſio ob perpetratum peccatum inflicta. vel hoc modo, Pœna eſt noxiæ vindicta: Vnde colligi poteſt deſcriptio quædam legis pœnalis, Lex pœnalis eſt rationis ordinatio qua ſtatuitur de pœna propter peccatum infligenda: vel, Cõſtitutio quę peccato pœnam infligit. *Caſt li. 1. de leg. pæ. c. 3.*

Quartum notandum, leges varijs modis ferri ſolent. Primo, feruntur nul

la facta mentione de pœna:& talis lex, dicitur lex moralis: cuiuſmodi mul- A
tæ habentur in veteri teſtamento:& in nouo, lex de ieiunio, de audiendo ſa-
cro. Secundo ita lex fertur, vt in ea nulla alia fiat mentio niſi de pœna: &
hæc dicitur lex pure pœnalis; vt ſi dicatur, Fures ſuſpendantur: cuiuſmodi
multæ habentur in Leuitico. Tertio, aliquando præcipitur aliquid, &
ſimul contra tranſgreſſores apponitur pœna: & hæc vocatur lex miſta: vt ſi
Dux in exercitu talem legem ferat, Miles dato ſigno reuertetur, ſecus pe-
reat. Lex pure pœnalis duobus modis ſe habere poteſt, nam, vel pœna illa
reſpicit rem alias prohibitam; vel eſt de re non prohibita. Quarto, ferri
ſolet lex pœnalis cum conditione, & hoc duobus modis: primo, cum ita ap-
ponitur conditio, vt quaſi relinquatur in manu ſubditi, vel ſeruandi quod
præcipitur, vel dandi pœnam: vt ſi dicatur, vel compareat, vel ſoluat quin- B
quaginta: Secundo ex quadam cõuentione & pacto, vt ſunt leges Religio-
ſorum: Quarum pœnas recipiunt, ſi non perſeuerauerint.

Caſt. li. 1. c. 5. Rurſus, quattuor modis feruntur leges pœnales: aliquando fit mentio de
pœna, ſed non explicatur, & ita relinquitur arbitrio iudicis: aliquando de-
finitur, ſed relinquitur inferenda a iudice; vt ſi dicat, qui hoc fecerit, ſoluat
decem: & huiuſmodi leges dicuntur continere ſententiam comminatoriã,
& ferendam, non latam: aliquando ita definitur pœna, vt legiſlator velit
tranſgreſſorẽ eam a ſe ſumere, cuiuſmodi ſunt multæ, in iure canonico, & in
regulis religioſorum; vt ſi dicatur, Qui non ſurrexerit ad horas matutinas,
ſedens in terra manducet; quam pœnam Monachus debet a ſe ſumere; ali-
quando definitur pœna, & ab ipſa lege infligitur; vt ſunt leges in quib. con- C
tinentur excommunicationes latæ ſententiæ; vt ſi dicatur. Qui hoc fecerit,
ſit ipſo facto excommunicatus, vel irregularis; & hæ dicuntur continere la-
tam ſententiam. Atque ex his nonnullas legis pœnalis diuiſiones colligere
licet, quas alijs colligendas relinquimus, cum facile colligi poſſint.

An humana poteſtas legem pœnalem, præſertim capitalem condere poſſit. Diſput. II.

POENAE, legiſque pœnalis natura vtcunque expoſita; antequã
de huius legis obligatione quicquam ſcribo, illa difficultas
diſcutienda eſt, an humanæ poteſtati legem pœnalem, præſer- D
tim capitalem ſancire liceat; & quod non liceat, hunc in mo-
dum probares.

Primo, ſi homines talem legem, ſtatuere poſſunt, poterunt etiam pęnam
de perpetrato peccato repoſcere; & cum Deus etiam a peccatoribus pęnam
requirat, ſequeretur idem peccatum ſæpius puniri, quod contra iuſtitiam
eſſe videtur.

Secundo, poteſtas ciuilis non habet dominium in membra & vitam ho-
minum; quia nec ille cuius ſunt, hoc habet; igitur, cum iſta non ſubijcian-
tur hominum dominio ob nullam culpam auferri poterunt. Tertio, Chri-
ſtus emendauit legem antiquam, talionis, damnauitque vltionem, & vin-

dictam,

A dictam, atque percutienti, maxillam dandam eſſe docuit; igitur neminem, punire licebit. Quarto, Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat; igitur ei qui ſe emendat parcendum erit; & ſi non ſe ſtatim emendat, expectanda erit emendatio, ne vna cum corpore anima pereat; & Chriſtus in euãgelio præcipit, vt non eradicetur zizanium, uſque ad meſſem, ideſt per totam uitam; & Petro commiſit, ut mitteret gladium in uaginam. Poſtremo, homicidium ſua natura eſt malum, & uniuerſaliter prohibitum, cum dictum ſit, Non occides; igitur nulli humanæ poteſtati licebit imponere mortis pœnam; cum non poſſit facere contra ius diuinum. *Mat. 13.*

Allata argumenta multas attingunt difficultates; quarum prima eſt, an liceat pœnam criminibus imponere, quod hoc loco priuatim quæritur; ſecunda an liceat imponere pœnam mortis; tertia de punitione quorundam

B criminum, vt hæreſis; quas omnes difficultates, ſi fuſe examinare vellem, longum omnino facerem; breuiter itaque omnia perſtringam. Quod attinet ad primum, non deſunt hæretici, qui, vt iudicia omnia in Eccleſia damnant, ita & ius gladij. De pœna mortis, quidam negarunt hanc pœnam inferri poſſe, contra quos egregie libro de legibus agit Gulielmus Pariſienſis. Scotus vero hac de re ita ſentit, Primo, ait preceptum de non occidendo eſſe generale, vt nullum hominem occidere liceat per quamcunque poteſtatem. Deinde, eos licere occidere aut pœna mortis punire, in quibus Deus diſpenſauit per reuelationem, quæ habetur, Exodi capite vigeſimoprimo: Poſtea, non licere occidere latronem, niſi ſit nocturnus: quia ita eſt *Anabap.* *Trinitar.*

C in lege diuina declaratum. Poſtremo, quamuis olim licuerit pœna capitali adulteram punire, nunc tamen non licet, quia Chriſtus hanc diſpenſationem reuocauit. Quæ omnia contra omnes fere Scriptores dicuntur: quamuis aliqui a Scoto non diſſentiant: quibus priuatim Alfonſus, & Sotus ſeſe oppoſuerunt. *Exo. 22.* *Leu. 20.* *Ioa. 18.* *Gabr. d. 15 4. ſent.*

De punitione hæreticorum, olim Donatiſtæ, vt ex Auguſtino diſcimus, docuerunt hæreticos temporali pœna, præſertim mortis, non eſſe puniendos: idem Ioannes Huſſus, quem ſequutus eſt Lutherus: quibus nõ modo omnes catholici ſeſe oppoſuerunt, ſed etiam nonnulli hæretici, vt Caluinus, Benedictus Aretius, & Theodor. Beza. Nos ad has difficultates, miſſis ijs quæ notari poſſent, ita reſpondemus. *Vict. rel. de homic.*

D Prima poſitio, in Eccleſia Chriſti eſt facultas ſtatuendi legem pœnalem. Hæc doctrina vniuerſe accepta, eſt certiſſima, quam prudens negaret nemo. Quia, ſi aliæ reſp. hoc habent priuilegium a lege naturæ, non debuit negari eccleſiæ. Secunda poſitio, leges pœnales iuſte feruntur, & pœnæ per eas ſtatutæ iuſte repetuntur. Eſt doctrina fide tenenda, quam his rationibus confirmo. Primo, ſcripturæ auctoritate, qui effuderit humanum ſanguinẽ, ait Deus, fundetur ſanguis illius: quæ verba non prædicunt futurum, quia ſæpe contra accidit, ſed ſtatuunt quid ſit faciendum, vnde paraphraſis Chaldaica exponit, de effuſione per iudicem facienda. Iudas tanquam familiæ princeps, adulteram ad ignis ſupplicium adiudicauit. Qui acceperit gladium, dixit Dominus Petro, gladio peribit: hoc eſt, vt aliqui Pa

tres

Aug. trac. tres exponunt, qui eædem iniuſtam fecerit,a iudice puniri debet,qui publi A
112. in Io. cam habet auctoritatem,quam non habebat Petrus; qui,non tam ſe & Do-
Cyr. lib. 11. minum defendere,quam iniuriam ulciſci volebat. Paulus docet, magiſtra
in Io. c. 15. tum eſſe timendum;quia non ſine cauſſa gladium portat:habet igitur facul
Cap. 13. tatem puniendi per gladium deſignatam,& non ſine cauſſa:igitur eam exer
1. Cor. 4. cere poteſt. Ideo Corinthijs dicebat. Quid uultis? in uirga ueniam ad uos an in ſpiritu manſuetudinis:vbi nomine, Virgæ, intelligitur iudiciaria pu-
Pſal. 144. niendi poteſtas. Item,ad eoſdem ſcribendo ait,Prædico,quoniam ſi vene-
2. Cor. 13. ro iterum,non parcam. Item,Vt non præſens durius agam ſecundum poteſtatem quam dedit mihi Dominus. Idem,quoſdam vexandos diabolo tradidit. Secundo,perpetua Eccleſiæ traditione, quam ex Apoſtolorum conſtitutionibus,ex epiſtolis decretalibus Pontificum , Conciliorum omnium B
Lib. 6. decretis;& ſpeciatim Gregorij X. capite, exigit,de cenſibus demonſtrare licet. Tertio,auctoritate ſanctorum patrum,Chryſoſtomi, homelia ſecunda in primam ad Timotheum: Hieronymi in caput 22. Ieremiæ: Auguſtini libro primo de Ciuitate Dei cap. 31. & ne plures recenſeam, expoſitorum,in
Lib. 3. 4. loca ſcripturæ ante citata: His adde auctoritatem omnium legislatorum &
Lib. 10. ſapientium omnium, vt Platonis, in ſinis de legibus dialogis, & Ariſtotelis
cap 9. in Ethicis. Poſtremo, rationibus, quas egregie tractatas apud Gulielmum inuenies. Primum, petit Gulielmus,an paruuli ſint erudiendi & corrigendi,ſi hoc aduerſarius concedat,qđ uolumus habebimus;ſi neget,pręclarius agetur cum canibus,& aſinis, quorum tanta habetur cura, vt eos errãtes flagellis corrigamus: quã cum hominibus,qui cæteris animalibus inferiores C
Prou. 1. & 8. erunt,quod homines ſint:at omnes peccatores, vt ex ſacro codice diſcimus, ſunt ueluti paruuli,& bruta animalia:ergo. Secundo, ratio docet, humanitas ſuadet,vt homines ẽt inuitos a periculis corporis eruamus; vt ab igne, ab aqua,ſi ſe ſe in eam uellent præcipites dare:cur igitur eoſdem etiam per vim & pœnam a morte ſpirituali,quę peccato contrahitur,eruendi nõ erũt? ſi aſinum in lutum ceciderit,ſtimulis vrgetur, vt ſurgat, ac etiam ſi opus eſt, funibus extrahitur; cur etiam homo de luto fęcis & limo profundi pœnis extrahendus non erit? Si corpore furioſi, ligantur, & in carcerem conijciuntur,ne ſæuiendo alijs noceant, & remp. perturbent; cur non etiam qui ſunt animo dementes,& cupiditatum furore perciti? cum,vt vere dixit Ariſtoteles, Sex millia plura mala faciat homo malus,quam beſtia. Tertio,aut D
male agentibus occurrendum eſt,aut non;hoc nemo prudens dixerit; ſi primũ,improbi non modo lingua, ſed etiam re alijs nocent, ita ipſi viciſſim & lingua,& manu coercendi erunt;Nullo enim priuilegio,ait Gulielmus,exẽpta eſt manus a diuini honoris ſeruitute; immo per omnia æque debitrix, vt lingua. Etſi beſtiæ, vt lupi,& leones ferro & igne pro corporum noſtrorum ſalute exterminantur; quanto magis beſtiæ ſpirituales pro animarum ſalute exterminandæ erunt? Ideo ſponſa, auxiliũ contra hmõi feras petendo,
Cant. 2. dicebat,Capite nobis vulpes paruulas,quę demoliuntur vineas. Quarto vt homines boni virtutis amore bene agunt;ita mali formidine pœnæ,a malis abſtinent:& cum plures ſint mali,quam boni,vnde prouerbium, Pauci

Bacchi,

A Bacchi,profecto legiſlator, vt homines in officio contineat,ad pœnam confugere debebit, quæ eſt ignis qui purgat; aqua quæ mundat, gladius qui putrem carnem reſcindit, ſtatera quæ æqualitatem facit, medicina quæ ſanat,& antidotum quod morbo reſiſtit. Concludamus igitur rempub. per leges pœnales poſſe reuocari ad ſanitatem, ad ordinem, ad æqualitatem, & pulchritudinem, Quare,vt iniuſtiſſimi reijciendi eſſent,qui negarent iuſtitiam eſſe adminiſtrandam; ita qui impios non coercẽdos eſſe affirmãt,reijciendi ſunt. *Aug.lib. 2. de ord. Boet.lib.4. de conſ. proſ.4.*

Tertia poſitio, inter alias pœnas pro maioribus erroribus commiſſis iuſtiſſime infligitur mors. Primum hoc probares locis ex diuinis literis citatis,in quibus fit etiam ſermo de pœna mortis: & Diuus Petrus morte puni-
B uit Ananiam & Sapphiram:vt hic omittam legem Moſis,qua ſancitum fuit, vt qui volens hominem occidiſſet,morte moreretur,& exempla ſanctorum virorũ,qui hoc mortis genere multos puniuerunt,vt Samuel, Dauid,Elias, & etiam pij Imperatores, legiſlatoreſque prudentiſſimi: Omitto etiam Conciliorum, & Patrum multas auctoritates,quarum nõnullas paullo inferius afferam. Secundo, ſi minores pœnæ non ſufficiunt ad quoſdam nefarios homines corrigendos, & aliquæ quibuſdam criminibus non videntur ſufficere; tunc peterem, an eas augere liceat? quin augendæ ſint, quis neget? alias enim æquali ratione maior & minor culpa puniretur: Quare, ſi augendæ ſunt,pro hominum ſumma impietate veniendum erit ad extremam pœnam,quæ eſt capitalis. Confirmatur,quia ſi non liceret hanc pœ-
C nam pro aliqua culpa inferre,ſequeretur nullam habere proportionẽ cum vlla culpa,quod eſt falſum: nam,vt aliæ minores pœnæ ſunt proportionatæ minoribus culpis,ut mutilatio, & tortura; ita hæc erit proportionata maioribus culpis. Vt enim amiſſio oculi ſe habet ad oculum, ita mors totius corporis ad corpus:Quare,qui hominem occiderit, mortis pœna iuſte afficietur: vt etiam is,qui grauiorem culpam commiſerit. Tertio,ſi bonus agricola reſecat ſiccos ramos ne arbori noceant, Chirurgus putridum membrum, ne totum corpus pereat, cur legiſlator tanquam bonus agricola, & medicus remouere non poterit inutiles & infectas reip. partes, ne tota reſp. pereat? Denique, accedant tres præcipue cauſſæ ob quas homines morte punire licet,quas præter alios aliquando attigit Galenus. Prima, quia mali
D bonis nocent,& modicum fermentum totam maſſam corrumpit, vt Paulus ait:& vt experientia docet,potius vnus multos corrumpet,quã multi vnum efficiant bonum: Vt merito cecinerit ille, *Lib. quod mores animi corpori tẽpera. ſequantur.*

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

Hinc fit, vt iuſtiſſime quædam grauiora peccata, ac etiam quædam minus grauia, quia multum reip. nocent, capitis pœna puniantur. Secunda, vt paucorum ſupplicio,multi corrigantur; vt qui noluerunt prodeſſe viuendo, proſint moriendo. Quo fit, vt etiam quædam crimina, quæ alias non multum alijs nocent,graui ſupplicio puniantur; vt necromantia, & nefandum vitium; vt qui iſta puniri videant,ab eis abſtineant. Tertia, qm̃ ijs ipſis qui vita priuantur expedit vt e medio tollãtur,cum quotidie fiant peiores.

res. Quam vtilitatem his verbis expoſuit Gulielmus, Occidendo enim tẽ- A
poraliter ab æternis ſupplicijs corporibus impiorum in tantũ parcitur, quã
tum ea ſi perſeuerarent adaugerent: proportionabiliter nanq; ſicut ulterius
viuentes impij peccata peccatis adderent, ſic & ſupplicia ſupplicijs cumu-
larent. Et propter hoc, ſicut per mortem corporum proſunt eis, licet inuitis,
nec peccent amplius ſic ne amplius torqueantur: non ſolum ne in anima-
bus, ſed etiam ne in corporibus. Quapropter ipſis corporibus eorum occi-
dendo parcitur euidenter, cum pars ſuppliciorum infernalium, quæ in cor
pore paſſuri erant, eis detrahitur per mortem. Quælibet enim pars ſuppli-
ciorum infernalium maior eſt incomparabiliter ſupplicio mortis corpora-
lis, quia incomparabiliter magis parcitur eis occidendo corporaliter, quam
parci poſſit eiſdem a morte corporali parcendo. Hæc ille. B

Quarta poſitio, hæreticos corporali pęna, atque etiam capitali damnare
Deut. 13. licet. Huius poſitionis probatio ex ſuperioribus neceſſario colligitur. Quã
17. confirmares ex eo quod in veteri lege falſi prophetæ qui ſuadebant Deos
3. *Reg.* 18. falſos colere, ſine ulla miſericordia occidebantur: & etiam illi qui, ob ſu-
Mat. 18. perbiam, ſacerdotis imperio non obediebant. Et in nouo, qui non obediunt
Eccleſiæ, habentur vt Ethnici & Publicani, & traduntur poteſtati ſeculari,
Mat. 7. quæ non geſtat gladium in vanum, vindex in iram. Adde, quod ſunt lupi
Act. 13. rapaces fures, & latrones, quia non mittuntur, non intrant per hoſtium, &
læſæ maieſtatis rei. Ideo Paulus falſum quendam prophetam cæcitate per-
C. *de Hæret.* cuſſit. Omitto hic determinationem Conciliorum, Imperatorum, vt Theo
doſij, Valentiniani, Martiani; ac etiam auctoritates Patrum, vt Hieronymi in
epiſtolam ad Galatas, in illud, Modicum fermentum: Auguſtini contra Par- C
Epiſt. 48. menianum, & tractatu 11. in Ioannem, & in quibuſdam epiſtolis: qui etiam
50. teſtatum reliquit, multos cõuerſos fuiſſe timore pęnæ: Leonis ſanctitate, do
Lib. 1. epiſ. ctrina, & gradu Magni: Maximi in epiſtola ad Turbium. Optati Mileui-
72. tani, libro tertio, reſpondendo ad calumnias hæreticorum, qui hac de re
Ser. 66. in cant. querebantur: & denique Gregorij, ac Bernardi. Neque eſt par ratio de Iu-
Con. Tole. ca. 55. dæis quos Eccleſia tolerat, & de hæreticis; quia illi nunquam dederunt no-
men Chriſto, & non ſeruant religionem a diabolo inuentam, vt hæretici fa
Aug. epiſt. ciũt: vt omittam quod aliquo pacto ſunt nobis vtiles: quia eorum libri ſunt
122. 123. noſtrarum rerum prophetiæ. Cum propheta ait, Non occident & non no
cebunt in omni monte ſancto meo, intelligitur, quod nihil nocebit catholi- D
Iſa. 11. cis, quos potius pęnæ exercent, quam eis noceant. Illud, oportet hæreſes eſ-
1. *Cor.* 11. ſe, dicit neceſſitatem, ſuppoſita hominum malitia; ut etiam illud, Neceſſe eſt
vt veniant ſcandala. Cur autem Chriſtus dixerit diſcipulis Samaritas com-
burere cupientibus, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, ea fuit ratio, quia non tam
zelo animarum, quam amore uindictæ mouebantur: adde, quod illi non
dederant nomen Chriſto: ſicuti nec eius diſcipuli, cum eis dixit, Vultis &
vos abire? Qui præterea non debebat per ſe iniurias ſibi factas vindicare,
3. *Reg.* 2. ſed ſuis vindicandas relinquere, vt Dauid fecit. Quod ſi dicas, Paulum iu-
Tit. 3. bere, vt ſemel & iterum hæreticis parcatur, Reſpondeo Paulum non loqui
de venia danda hæretico, ſed de admonitione; & alij codices tum græci, tum

latini

A latini habebant, Poſt vnam correctionem deuita. Denique, cum Chriſtus *Lib 4. de*
Petro dixit, Mitte gladium tuum in vaginam, non vult eum vti gladio corpo- *conſid*
rali, quo per poteſtatem ſæcularem vt præclare docuit Bernardus, vti debet.

Atque ex his facile confutares illa quattuor Scoti dicta. Primum quidem *Cic. Orat.*
quia ſi omnino generaliter illud præceptum intelligendum eſſet, non lice- *pro mil.*
ret occidere aggreſſorem, quod omnia iura concedunt; hic caſus non ſit de-
claratus in lege diuina. Neque valet, ſi dicas eum qui ſic occidit, non occi-
dere, ſed ſe defendere: quia licet id intendat; tamen, pro medio accipit oc-
ciſionem: at nullum malum poteſt eſſe medium ad finem conſequendum:
igitur. Neque etiam valet, ſi dicas, occidere auctoritate publica; cum re ve-
ra id ſuo iure ei liceat, pro vt quiſque ſe tueri debet. Secundum, etiam non
B probatur; quia ſi erat tam graue præceptum, cur tot Deus in eo diſpenſa-
tiones fecit? Adde etiam, quod damnandi eſſent omnes illi boni viri, qui
ante legem datam nefarios occiderunt; quoniam cum illis diſpenſatū non
erat. Et omnes reſp. quæ non erant ſub lege ſcripta peccaſſent, nocentes
morte puniendo; quod ſane ſtultum eſt aſſeuerare: neque enim cum illis
erat diſpenſatio facta. Tertium etiam tanquam falſum reijciendum eſt, cū
ſit contra perpetuum vſum bonarum rerump. Principum & eccleſiæ con-
ſuetudinem: cum etiam diurni fures occidantur; vt qui maxime pacem pu
blicam perturbare ſolent. Habebit itaque reſp. facultatem exterminandi
hoc genus hominum: Quamuis in huius poteſtatis vſu ſit adhibendus mo
dus, vt non quicunque, & pro quocunque furto ſit capite puniendus. De-
C nique quartum etiam facile refelleres: neque enim ex eo, quod Chriſtus di
miſit impunitam adulteram illam, ſequitur reuocaſſe facultatem occiden-
di adulteras: cum in eo caſu non tam iudex ſcelerum, quam morum magi-
ſter fuerit; dum quales iudices eſſe deberent, demonſtrauit. Argumentis
initio factis ſic reſponderes.

Ad primum, non eſt contra iuſtitiam, quod aliquod peccatum pluribus
pœnis puniatur, cum plures offendit, & pluribus in locis. Vnde homicidæ
vno in loco abſcinditur manus, in alio capitis pœna infligitur. Ad ſecun-
dum, quia poteſtas ciuilis eſt a Deo, & quia quiſque iure naturæ ſe defende
re poteſt, ideo reſp. poteſt reos occidere: &, vt Deus poteſt homines neca-
re, ita filij Dei, & qui exercent iuſtitiam ob honorem Dei idem facere pote-
D runt: & vt infirmo licet abſcindere brachium putridum, quamuis non ſit
membrorum dominus, ne totum corrumpatur; ita reip. licebit abſcindere
nefarium hominem. Ad tertium, lex vetus, vt data hominibus imperfectis,
minorem perfectionem requirebat, permiſit vindictæ appetitionem, ſed nō
maiorem, quā culpa requirebat: at Chriſtus perfectiores inſtituendo, hanc
permiſſionem ſuſtulit, ut Auguſtinus, Chryſoſtomus, & Hilarius hunc lo- *Li. 1. de ſer.*
cum exponendo docuere. Verum, quia etiam in lege antiqua interdū pro- *dom. c. 35.*
hibebatur vindicta, & ex lege talionis magiſtratibus data Phariſæi inferebāt *In hunc lo*
vindictam priuatā eſſe licitam; ſicuti ex præcepto de diligendo amico, infe- *cum.*
rebant inimici odium; ideo Chriſtus reprehendit iſtas legis corruptiones, *Bonau. 3. ſ*
& ait, Nolite reſiſtere malo. Illud de maxillæ percuſſione, quo modo acci- *d. 30.*

piendum ſit, ſupra docuimus. Ad quartum, vt Deus non vult mortem peccatoris, ita etiam vult improbos puniri; idque præcipit, & maxime eos qui pertinaciter & grauiter peccant; quorum rara eſt conuerſio, & emendatio: et expedit, vt vnus vel alius moriatur, ne cæteri pereant: & multi hac via ſaluãtur, qui alias damnarentur, dum eis futura mors prænuntiatur, cuius timore reſipiſcunt: & hinc eſt quod multi ad ſupplicium ducti, fatentur, hac ratione Deum eorum ſaluti conſuluiſſe. Adde quod Deus non capit incommoda a maleficis, vt reſp. capit. Ad illud de zizanio, vult, ait Gulielmus, parci zizanijs, ne triticum patiatur detrimentum: quare, cum non poteſt ei parci, ſine tritici detrimento, per mortem eradicanda erunt. Quod autem, ſi ſinãtur, fieri poſſint triticum, non eſt certum, cum rara & parum vtilis, hæreticorum præſertim ſit conuerſio: quorum tamen quæ afferunt detrimenta certa & maxima ſunt. Non eſt itaque paucis lupis parcendum, hac ſpe, vt oues fiant: neq; relinquẽdi pauci leproſi in medio populo verſantes, quod Deus poſſit illos a lepra mundare; & facilius ſæuiat rabies lupina in gregem, quã manſuetudo ouina in lupos. Adde etiam, quod Christus loquitur vniuerſe de zizanijs, hoc eſt de improbis, qui nõ poſſunt omnino extirpari, et ideo boni hoc conari non debent, cum fieri non poſſit ſine ingenti clade bonorũ ideo ait, ne forte cum eis eradicetur triticum: at cum quæritur de quibuſdã improbis tollendis, eſt alia ratio. Quare, Chriſtus non docet parcendum eſſe zizanijs, ſed cauendum ne noceatur tritico, ob cuius ſalutem, cum commode fieri poteſt, extirpandum eſt zizanium. Ad vltimum homicidium non eſt intrinſece malum, vt eſt mendacium: ſed tunc eſt malum, quando eſt contra naturam, cum homo hominem viuit, non beſtiam. Vt enim ait Ariſtoteles, perfectione ſuſcepta, optimum cũctorum animalium eſt homo, ita ſi alienus fiat a lege, & a iudicijs, peſſimum eſt omnium animalium. Sæuiſſima eſt enim iniuſtitia tenens arma. Homo vero tenet arma per innatam prudentiam atque virtutem, quibus plurimum volet in contrarium uti. Itaque impijſſimum & immaniſſimum eſt ſine uirtute, & ad libidinem cibatio nemque deterrimum. Iuſtitia vero ciuile quiddam eſt: nam ius ordinatio eſt ciuilis ſocietatis: iudicatio autem iuſti iudicium. Qui itaque per iuſtitiam hominem necat, nihil peccat, nec homicidium committit: quod, etſi ſit vniuerſe prohibitum: tamen in rep. eſt facultas interpretandi ius naturale & diuinum.

A B C D (margin letters)

Lib. 1. pol. cap. 2.

Qualis & quanta debeat eſſe pœna legi adiecta. *Diſp. III.*

POSTQVAM ſancitum eſt in rep. eſſe poteſtatem ſtatuendi leges pœnales, etiam ſub mortis ſupplicio, non erit inutile, nec a loco in quo verſamur alienum, aliquid vniuerſe de pœnarum qualitate & quantitate admonere; hoc enim ad ea quę dicturi ſumus non parum conferet. Et cum hic nulla occurrat maior dubitatio, quæ dicenda ſunt, quibuſdam poſitionibus complectar. Prima poſitio, pœna debet eſſe proportionata culpę. Ita habetur in diuina lege, cum

A cum dicitur, Pro menſura peccati, erit & plagarum modus: & in iure ciuili,
l. Reſpiciendum, ff. de pœnis. Quare nec ſeueritatis, nec clemẽtiæ gloria affe *Leuit. 18.*
ctanda eſt. Huc facit, quod Deus in veteri lege, maiore minoriq; pœna pu-
niuit reos, qui matrimoniũ contrahebant, in gradib. prohibitis, pro graduũ
diuerſitate. Ideo Draconis Athen. legiſlatoris leges, cũ pro minimis ẽt reb. vt *Gel. li. 11. c. 18*
pro otio, mortis pęnã continerẽt, p vituperiũ, sãguine ſcriptæ fuiſſe dicũtur.
Et ratio eſt in prõptu, quia, vt Plat. & Ariſt. ſcripſere, pęnæ ſunt medicinæ, q̃
debẽt eſſe accõmodatæ morbis. Vnde, ſi laboret calcaneus, ad hũc morbũ ſa
nãdũ, nõ eſt eruẽdus oculus: & ad læthalẽ morbũ curãdũ, debilis & exigua
nõ ſufficit potio. Cum ergo Principes ſint veluti medici, & paſtores, neca- *Cle. Alex.*
re, aut deglubere non debent; ſed ſanare & curare: qui ſecus faciunt, graui-
B ter in diuinis literis reprehenduntur. Quare tanquam tyranni dãnandi ſunt
iudices illi, qui ſeueritatis zelo magnas reperunt a reis pęnas. Secunda po-
ſitio, interdum pęnarum grauitatem augere licet, in aliorum remediũ, & in
bonum commune. Quare, ſi multi extarẽt fures, publiciq; latrones, & hære
tici, ad eos extirpandos pęnas, alias mitiores, augere liceret. Quo tempore,
pęna non ſolum eſſet peccati punitio, ſed etiam medicina, quæ pro morbi
grauitate augenda eſt: medicina, inquam, ad alios deterrendos, ne impro-
borum creſceret numerus. Nam, peſtilente flagellato, ſtultus ſapiẽtior erit. *Prou. 19.*
At ſi peccantium multitudo ſuum agnoſceret peccatum, ei parcendũ eſſet;
ne ſi aliter fiat, oriatur in rep. ſeditio: & ita ſatis tũc eſſet, ſi capita punirẽtur.
Hanc doctrinam aliquando pulcherrime tradidit Auguſtinus, quæ extat *Can. com-*
C apud Gratianum: Cogunt. n. multas inuenire medicinas, multorum experi *meſ. d. 44.*
menta morborum. Verum in huiuſmodi cauſſis, vbi per graues diſſenſio- *Can. ut cõ*
nũ ſciſſuras nõ huius, aut illius hominis periculũ, ſed populorũ plurimorũ *ſtituerũt. d. 50. &*
ſtrages iacet, detrahendum eſt aliquid ſeueritati: vt maiorib. ſanandis ma- *Gloſ.*
lis caritas ſyncera ſubueniat. Eandẽ doctrinam præclare explicatã habes in
capite, Latores de clerico excõmunicato, & cap. vlt. de Trãſact. Et ſicuti pęnã
augeri põt, ita & minui: ſed neutrũ fieri dẽt, ni vtilitas ſuadeat: cũ ſemp pęna
ex culpa ſit ppendenda. Verũ, vt Caſtro ſcribit, nõ ita a iudice augeri põt, vt *L. reſpice-*
pro aliquo crimine morte puniat, ſi hoc genus pęnæ nõ ſit a lege ſtatutum. *re. ff. de pœ.*
Tertia poſitio, culpæ grauitas ppendenda eſt ex circũſtantijs, vt nocũmenti *Gl. l. quid*
genere & quantitate, ex qualitate perſonæ, ętate, habitu, intẽtione. Vnde ma *ergo. §. pœ.*
D le faciũt Principes, qui pro leui culpa, vt pro occiſione leporũ in agro mor *ff. de his*
tis pęna afficiũt reos. Quarta poſitio, in lege capitali ferẽda, duo ſpectantur. *qui notan tur. inf. & l.*
Primo, vt peccatũ ſit cõtra Deũ, & valde noceat proximo: alterũ, vt trãſgreſ *auxiliũ, §.*
ſor ſit incorrigibilis. Incorrigibilis vt quidã volũt, cenſeſ aliquis, aut ex ma *in delictis.*
gnitudine delicti, cũ pro valde malo habeaſ qui grauiſſime delinquit, aut *ff. de min.*
ex frequẽti alicuius peccati iteratione. Vnde infert Caſt. licitas eſſe leges q̃
pmittũt occidere, ẽt diurnũ furẽ, qđ lex vetus nõ cõcedebat, pp eorũ copiã.
Furti grauitas, tũ ex re ſublata, tũ ex pſona cõſideranda eſt. Quincta poſitio,
nõ ſunt ferẽdæ leges capitales pro quouis peccato mortali: qa cũ hoĩes ſæ-
piſſime grauiter peccẽt: breui tpe reſp. ſeipſam deſtrueret: ideo ea potiſſime
peccata punit, q̃ quietẽ publicã pturbant. Vnde nõ ſatis prudenter dictũ fuit

X a Scoto,

a Scoto, Principes dum magis puniunt furtum, quam blaſphemiam, vel aliquod grauius peccatum, quod minus remp. perturbet, quam furtum, magis ſibi & reip. attẽdere, quam Deo: cum humana gubernatio hac in parte, quia non poteſt, nec debet punire omnia, magis in ea animaduertit, quæ ſuũ ſtatum magis labefactant, reliqua iuſtitię diuinæ relinquit. Quare, non ſemper ab humana iuſtitia ſunt punienda, nec puniri poſſunt peccata pro ſui grauitate: cum quæ ſunt minora, quandoq; magis ſtatum publicũ perturbent: hęreſis vtrumq; habet. Furtum vero, rõne grauitatis, non eſt omnino graue ex ſuo genere: ac proinde in veteri iure nemo pro ſimplici furto puniebatur capite, ſed ſolum latrones, quo iure prouinciæ quædam vſæ ſunt. Sed iam, ob furum frequentiam vſus habet, vt pro triplicato, & multiplicato furto, ac ẽt pro vno graui, fures etiam ſimplices, morte puniãtur. Neq; hac in parte placet quod aliquando Baldus dixit, triplicatum furtum poſſe dici latrociniũ, quod non tam ex numero, quam ex modo nomen ſumit. Quis. n. latrocinij culpa eum damnet, qui bis, terve minutum commiſerit furtum? Neq; etiam illud ab eodem pronuntiatum facile admiſerim, vnum graue furtum æquipollere tribus, ac proinde pro latrocinio habendum eſſe: quia, licet æquipolleat in quantitate, non tñ in modo. Ex qua doctrina illud parum prudenter intulit, ob enorme peccatum licere legem tranſgredi; cũ legum tranſgreſſio ſit peccatum, quod legum cauſſa nõ eſt committendum: niſi noĩe tranſgreſſionis intelligat, agere præter verba legis, non contra legiſlatoris intẽtionẽ. Sed obijciat aliquis, pœna debet eſſe ꝓportionata culpę: at pœna mortis quæ eſt æterna, nullam hẽt proportionem cũ culpa qua auffertur bonum tpale: igitur iniqua erit lex quæ pœnã capitis imponit furibus: cui rñderẽ, ſeruati proportionẽ, non ratione rei, ſed in genere moris, hoc eſt virtutis & vitij: vt omittam, quod quodcunq; graue peccatũ meretur æternam pœnã, ex ſe, quã humana ptãs non infligit, dum vita corporali priuat, quæ eſt quoddã bonum tpale. Sexta poſitio, ut in pœnis corporalibus, ita in ſpũalibus, & quidã multo magis, ſeruandus eſt modus: ni forte tanq̃ medicinæ inferantur. Quare pęna excõicationis non eſt paſſim inferenda: tum ob eius grauitatẽ, tum quia facile contemnitur, vt experientia docet. Neq; ait Alphonſus admittẽda eſt multorum Epiſcoporum excuſatio, qui cũ pro leui culpa excõicant, dicunt id ſe facere rõne contumaciæ & inobedientiæ. Nã, vt ait Gerſon, multum refert, an contumacia, & inobedientia ſint in rebus quæ perturbant eccleſiam, an uero in re leniori. Quare pro leui contumacia non eſſet inferenda: &, vt Gerſoni placet, ſolũ pro contumacia in rebus ſpũalibus: cũ ſit gladius ſpũalis, qui non debet facile adhiberi ad defendẽdas res tpales. Quæ admonitio cõſentanea eſt ijs quæ S. Leo epiſt. 87. non longe ab extremo ſcripſit. Sed peteret aliquis, ſi pœna fuiſſet aucta poſt commiſſum crimen, qua pœna is qui peccauit puniendus eſſet? Cui petitioni quidã hunc in modũ ſatisfaciunt, ſi pœna eſt ordinaria, habẽda erit rõ tpis, quo peccatum commiſſum fuit, cap. finali, de ſñia excomm. & l. 1. ff. de pœnis. Si uero eſt extraordinaria, quæ ex cauſſa minui & augeri põt, habenda eſt ratio tpis ſententiæ latæ, aut ferẽdæ. Rurſus peteres, ſi pœna nõ eſt determinata pro crimine, qua pœna erit puniendum?

Lect. de ui ta ſpir. co rol. 7.

Bart. Abbas. ca. fin. de con ſtit.

A B C D

A niendum? Rn̄dent aliqui, non ſolum habendam eſſe rōnem conſuetudinis,
ſed ēt grauitatis criminis, ſm quam iudex cuius iudicio hoc relictū eſt, iu-
dicare debet. Sed peteres, qn̄ pœna eſt in arbitrio iudicis, an iudex poſſit ca-
pitis pœnam infligere. Caſtro reiecta Abbatis hac in re ſnīa, ſeqnitur Alberi-
cū de Roſato, aitq; non licere: quia iudici, vt Ariſtoteles ſcripſit, relicta ſunt
minima, & ita ſi puniret pœna mortis peccaret mortaliter: quia faceret cōtra
præceptum, Non occides. Sed huius generis dubitationes Iuriſperitis, & ijs
qui in foro verſantur relinquantur. In veteri lege qui contra decalogi præ-
cepta peccabant, his pęnis puniebantur. De primo, primū puniebantur ido- *Deut.* 13.
lolatræ, & qui ad idolatriā inducebant. Secundo qui immolabāt ſemen hu- 17.
manum. Tertio qui peccabant circa auguria. De ſecundo, qui violabant ſab- *Exod.* 22. *Num.* 15.
B bathū: licet Rabbini dicant, id factum fuiſſe ad terrorē, vel quia illi, quos le *Exod.* 27.
gimus fuiſſe punitos, iam admoniti fuerant. De quarto, qui maledicebāt pa- *Deut.* 17.
rentibus, & principi. De quinto, qui ex deliberatione & per inſidias occi- *Nu.* 35.
debant. De ſexto, qui rem habebant cū conſanguinea, vel cum affinibus, & *Exod.* 22.
qui peccabant vitio nefando. Propter ſimplicem fornicationē ſolū filia prin *Deut.* 22. *Leu.* 18.
cipis & ſacerdotis pœna capitali puniebatur. De ſeptimo, qui furabatur ho- 28.
minem & vendebat. Quod attinet ad alia furta, præcipiebatur reſtitutio, ex- *Leu.* 21.
cepto magno furto. Pœna capitis erat triplex, lapidatio, vſtio, ſuſpenſio. *Matt.* 17.

An lex humana pęnalis habeat vim obligandi conſcientiam. Diſputat. IIII.

C LEGIS pœnalis obligationem explicaturus, cum in hoc legum
genere duplex eſſe poſſit obligatio, vna rōne culpę, altera rōne
pœnæ perſoluendæ; primū de prima, poſtea de ſecūda ſeorſim
agam. Et qm̄, lex pœnalis, vel eſt miſta, vt eſt illa quæ ſimul
præceptū & pœnam continet, vel pure pœnalis, in qua de ſola
pœna pro aliquo crimine inferēda ſtatuitur, primū de pœnali in vniuerſum
& de miſta, deinde de pura pęnali diſputabo. Quod aūt lex pœnalis miſta nō
obliget ad culpā ſic probo. Primo auctoritate ſcripturæ dicentis, Quid con-
tra Dominū, conſummationē ipſe faciet: nō cōſurget duplex tribulatio. i. du
plex pœna, quæ ſane conſurgeret, ſi lex pęnalis obligaret conſciam, & ad pę
nā. Scđo lex pęnalis pura non obligat ad peccatū, vt cōis docet doctorū ſnia:
D igitur nec lex pœnalis miſta: quia, ſi lex pœnalis ſeparata non obligat: igitur
nec coniuncta cū non pœnali obligabit. Tertio, in lege miſta ideo adijcitur
pœna, ut eius timore ſubditi legē ſeruent: igitur intentio legiſlatoris eſſe vt,
ſolum ad pœnam obligare. In hac difficultate has poſſumus notare ſcripto- *Vaſq. loc.*
rū ſnīas. Prima eſt eorum, qui dicerent in humana rep. non eſſe facultatem *cit.*
condendi legem pœnalē obligantē ad pœnam & culpā, ut patet, ex ijs q̄ ſu-
pra diſſeruimus. Scđa aliorū qui, licet reip. hanc facultatē concedant, tñ dñt,
re ipſa, legē pœnalē obligare ad ſolam pœnā. Ita Gomeſius, cap. 2. de conſtit.
lib. 6. Oſtienſis, & Ioan. Andr. c. relatum de clerico non reſidente: idem tenet *In Man.*
Nauarrus, etiamſi lex contineat pœnā capitalē: intelligit de illis quæ nō im- *capit.* 23.
ponunt pœnas ſupponentes peccatum mortale; ut illa quæ continet excom- *nu.* 56.

municationẽ, & ſimiles; ſed ſolã pœnam temporariam, & de illis, in quibus A
non explicatur intentio legiſlatoris volentis obligare ad culpã. Vnde nõ aſ-
ſerit vniuerſe leges ſęculares non obligare ſub graui peccato, ſed id nõ col-
ligi ex verbis ſolis præceptiuis, vt colligitur in eccleſiaſticis, neque ex illius
pęnæ appoſitione. Tertia aliorũ, qui diſtinguunt, de miſta, & pure pœnali; il-
lam dñt obligare ad culpã, hanc non itẽ, ſed ad ſolã pœnã: alij vero ſine vlla
diſtinctione dñt oẽs obligare ad aliquam culpam, vt ſequenti diſputatione
planius docebo. Nos de hac difficultate, ita ſancimus. Prima poſitio, hæc le-
gis diſtinctio in miſtã & pœnalẽ, eſt vera & ſeria, non puerilis. Hoc poſue-
rim contra Syluestrũ, aliter ſentientẽ: cuius opinionẽ rõnibus refello. Primo
auctoritate Iuriſperitorũ, qui eam vt bonã admittunt, eaq; vtuntur, quam ẽt
Theologi recipiunt. Deinde ex ptãtibus, quas Modeſtinus legi tribuit, quæ B
ſunt, Imperare, vetare, punire, permittere, & ſicuti põt eſſe lex quę tm̃ pcipit,
vel punit, ita põt eſſe vna, q̃ vtrunq; pręſtet, illa pura, hæc miſta dicet. Poſtre
mo, quia de facto dantur hmõdi leges; quarũ aliæ ſunt morales tm̃, aliæ pę-
nales m̃, aliæ vero miſtæ, vt multis exẽplis, ſine multa neceſſitate oſtẽdit Ca
ſtro. Scda poſitio, non eſt contra rõnem, ſiue legem naturalem, quod aliqua
lex ſtatuatur quę ſimul obliget ad culpam & pœnam. Nam Deus hmõdi le-
ges olim tulit, & primis parentibus præcepit, ne comederent pomũ, ſub cul-
pa, & pœna, vt intelligi licet ex Diuo Paulo capite quincto, epiſtolæ ad Ro-
manos, & ex Eucherio in Geneſim. Huiuſcemodi leges multæ habẽtur, tum
in Exodo, tum in Leuitico. Imò ẽt in lege gratiæ Matthæi capite 26. vbi dici-
tur, Oẽs. n. qui acceperint gladium, gladio peribunt: & adulteri puniunt, vt C
non poſſint debitum exigere. Cum ergo Deus legẽ naturæ nõ deſtruat, non
erit contra rõnem huiuſmodi leges ponere. Tertia poſitio, in rep. eſt facul-
tas condendi leges pęnales, obligantes in conſcĩa. Primum probatur ex com
muni ſñia, tum Iuriſperitorum, vt Domin. a Sancto Geminiano, Franci, Feli-
ni, Decij, & aliorũ, tum Theologorũ, vt Driedonis, Ioãnis Medinæ Alphõſi,
& Soti, tum Summiſtarũ, vt Syluestri, & reliquorum. Scdo, id Deus facit, nec
cum rõne pugnat, vt eſt probatũ: igitur & reſp. humana id poterit: cũ conden
darũ legum ptãs ſit a Deo. Tertio, ex vſu perpetuo eccleſiæ, in vtroque iure,
vt innumeris exẽplis demõſtrare liceret. Quarto, ſi id humanæ ptãti nõ licet,
maxime qa eſt ei aliqua lege interdictũ: atqui nulla extat diuina, aut huma-
na lex q̃ id prohibeat, &, vt docuimus, nõ eſt contra naturæ legẽ: igit. Poſtre D
mo, ptãs humana ſtatuit ſeorſim leges ſine pœna, & cũ pœna, & q̃ ſunt ſine
pœna obligãt ad culpã, q̃ obligationẽ pœna nõ tollit, ſed potius auget: igit ſi
in vnã legẽ vtrunq, coniungat, remanebit obligatio. Quarta poſitio, lex pœ-
nalis miſta obligat in cõſcĩa ſub maiore, vel minore peccato, ſicuti lex pure
pceptiua. Quare, qñ lex ita loquitur, Pręcipimus, inhibemus, & poſtea appo
nit pœnã, manet in eadẽ obligatione ſub culpa, ac ſi pœna nõ fuiſſet adiecta.
Primum probatur ex cõi doctorum ſentẽtia. Deinde pœna non deſtruit, ſed
potius auget efficaciã legis & culpæ, ad quarũ cõſiſtẽtiã eſt ordinata, cũ non
ſit cõtraria culpæ: quare, ſi uno poſito, qđ nõ eſt cõtrariũ alteri, illud nõ tol-
lit, culpa ĩ ſuo robore remanebit, ut prius. Pręterea, pt legiſlator ſeorſim fer-
re legem

Exod. 22.
Leu. 20.
19.
De. conſ. d. 1. Can. Miſſas
Cap. felicis de tor. niam.
Cap. omnis utr. de pœnit. & remiſſ.
Cypr. ſer. de bapt.
Auguſ. in Pſal. 118.
11. q. 3. c. Nemo.

A te legem prohibentem,aut præcipientem,& poſtea addere legem pęnalem; quæ profecto non tolleret vim illius, vt bene diſputat Couarruuias: igitur, neqne ſi ſimul ponatur. Ex quibus inferre licet,legem pęnalem ſubſequen- *In regulā* tem,non tollere obligationem legis moralis antecedentis.Quare,ſi Deus ſta *peccatū.* tueret aliquam pęnam erga legem moralem humanam, vim illius non au- *Leuit.* 18. ferret.Cæterum,non eſt poſita,vlla ſpecialis pœna a Deo propter ſpecialem *&* 20. legem humanam:ſed ſolum Deus vniuerſe minatus eſt pœnam æternā con- *Luc.* 10. tra eos, qui ſuos miniſtros ſpernunt, aut eis non obediunt, & in veteri lege *Matt.* 10. etiam mortem temporalem.Similiter multo minus lex pęnalis humana tol- 23. let vim legis moralis diuinę:quia poteſtas inferior,non poteſt in poteſtatem *Act.* ſuperiorem,& magis oportet obedire Deo quam hominibus,alias.n.cū iam *Matt.* 15. B ſint latæ ab hominibus pœnæ contra eos qui non ſeruant præcepta decalogi;iam eorum ceſſaret obligatio: & diuina lex magis in vno,quā in alio loco obligaret;provt præcepta eſſent legibus pœnalibus prohibita,aut non prohibita : cum aliqui legiſlatores furtum reliquerint impunitum. Ex qua doctrina duo corollaria cum Caſtro inferre licet.Primum legem humanā pœ- *Licurg.* nalem contra cędentes , & paſcentes ſyluas communes, non liberare tranſ- *Herodot.* greſſores a culpa:quia non tollit obligationem diuinam præcepti,de nō fu- *de Tauro.* rando:Quo fit,vt per ſolam pœnæ ſolutionem non tollatur culpa:imò,neq; *ſcytis.* per damni reſtitutionem, ſed per ſolam contritionem . Nec verum eſt quod aliqui dicunt,rerum diuiſionem hac lege fuiſſe factam,vt ſi aliquis furetur, non teneatur niſi ad pęnā latam:quia licet a principio cum facta eſt diuiſio, C licuerit cuique partem ſibi ſumere : tamen modo non licet , cum bona iam ſint certis perſonis applicata. Potuiſſet tamen reſp. talem legem ferre, vt raptores ſola pęna tenerentur, qua lege poſita,tunc nulla eſſet culpa: idque vt fieret,ait Alphonſus, expediret,vt multi a peccato liberarentur:qui,vt diximus , loquitur de ſyluis & paſcuis communibus . Nam de proprijs ſyluis & paſcuis, certum eſt furtum committere & peccare, qui damnum infert:cum nec etiam reſp.habeat plenū dominium in bona ſingulorum,niſi provt ſunt neceſſaria ad bonum commune:cum ob talem cauſſam etiam ipſe dominus teneatur ea exponere:& reſp.priuatum damnum reſarcire teneretur,cum id poſſet.Vt ecce,ſi alicuius priuata ſylua eſſet apud vrbem,in qua latrones ſolerent latrocinia committere;poſſet reſp.ſyluam cędere,ſed damnū reparare D deberet. Limitat citatus auctor hoc corollarium, (quo ait eos quos diximus obligatos eſſe ad reſtitutionem) duobus modis.Primo,niſi contrarium eſſet per legem ſtatutum:ſecundo quando non eſſet cōſuetudo antiquiſſima, receptiſſima, & inuiolata, vt domini ſyluarum & pratorū non petant dānum, ſed ſolum pęnam:quia tunc cenſendum eſſet,per ſolutionem pęnæ voluiſſe liberare a reſtitutione damni. Secundum corollarium,defraudantes tributa, non liberari a peccato,& reſtitutione,licet ſit pęna contra eos lata:cōtra ſentirent, qui dicerent nullam legem humanam obligare ad peccatū mortale. Teſtatur hic Alphonſus Deum,dum ait multos in Hiſpania ex hac ſola rōne tributa Regi non perſoluere,dū putant ſe eſſe liberos a culpa;quia ſeſe maximæ pęnę ſubijciunt:aſſeritq; paucos ſibi credere voluiſſe,& alios cōtradi-

xiſſe.Rō cōtra iſtos firma hęc eſt, quia tenētur ſoluere tributa, iũ lege naturali, tum diuina: at humana pęna, ut eſt dictũ, nō tollit hāc obligationē: igitur. A

Sed dices, ſi tributorum ſolutio eſt de lege diuina; igitur tributa deberēt eſſe æqualia apud omnes nationes, cum lex diuina æque omnes obliget, & tamen pro locorum & legum humanarum diuerſitate vario modo ſoluuntur: quare hoc præceptum erit pure humanum. Hęc obiectio nihil urget; quia lex diuina ſolum obligat ad tributum ſoluendum; & non determinat quantum & pro quo ſit ſoluendum, de qua re leges humanæ varie ſtatuũt. Denique, ex dictis colligeres, legem pœnalem humanam non tollere obligationem legis moralis humanæ; niſi legiſlator id declaraſſet, ſe eam tollere voluiſſe: at nulla talis declaratio reperitur. Vnde leges pœnales quorundam Monachorum non obligant ad culpam; cum earum latores id expoſuerint, ſed ad ſolam pœnam; quæ tamen non eſt proprie pœna. B Quincta poſitio, legis pœnalis miſtæ quanta ſit obligatio, partim a voluntate legiſlatoris, partim a lege ipſa petenda eſt. Cum ergo, huius legis pars moralis non tollatur ab alia parte pœnali, ad inneſtigandam obligationis vim, primum exploranda eſt legislatoris voluntas, a qua potiſſime legis obligatio pendet; non ſecus ac bonitas actus externi, a bonitate interni. Si legiſlatorem adire non liceat, petenda eſt ex verbis ipſius legis: qua autem ratione id fieri poſſit, ſupra explicui, tum ex parte illa quę moralis dicitur, animaduertendo verba quæ in ea ponuntur: tum ex parte pęnali animaduertendo qualitatem & quātitatem pœnæ, ſi ſit pœna quæ inferri ſoleat ob peccatum graue, nec ne: vt ſunt pœnæ quæ inferuntur contra aleatores. C Et quoniam lex antiqua non obligat eos qui ſunt in lege noua, leges circa gradus prohibitos matrimonij, non obligant modo ad culpam, licet grauiſſimam pœnam continerent. Similiter, nec lex illa de non accedendo ad mēſtruatam: quod qui nunc faceret, vt Caietanus, & Alphonſus docent, nō peccaret mortaliter. Vbi etiam illud adnotauerim, Principem poſſe taxare iuſta rerum pretia, & qui pluris venderent, peccarent, et deberent reſtituere: & in neceſſitate poteſt compellere ad vendendum; non tamen extra neceſſitatem.

L. 1. ff. de alea luſu. Aut. de aleatorũ uſu. C. de relig. & ſump. Cap. unico de ſagit. Cap. Felicis, de Torniam. Ca. miſſa, de cōſ d. 1.

Ad primum, locus ille nihil ad rem facit, cuius hic eſt ſenſus, vt plane ex verſione Septuag. interpretum colligitur; Deum vnum peccatum ſemel punire; non iudicat itaque bis in idipſum; vbi peccati vindicta, vocatur tribulatio. Eſt & alia huius loci expoſitio, quam videre poteris apud Alphonſum: D Sed ni fallor, ex hoc loco hæc colligitur ſententia, Deum grauiter punire peccata; & ita vna vice iudicare, vt nō ſit opus, vt iterum puniat. Exaggerauerat enim eo loco propheta diuinam iuſtitiam.

Ad ſecundum, negatur legem pure pœnalem non obligare, vt ſequenti diſputatione docebo.

Ad tertium, pœna quæ adijcitur, non tollit vim maiorem, qua homines præcipue ad legem ſeruandam excitari deberent, vt eſt ipſa culpa; ſed ad eandem ſuſtentandam, aut etiam augendam, vel declarandam additur.

An

A

An lex pure pœnalis obliget ad ſolam pœnam. Diſp. V.

QVOD lex pęnalis ad ſolam pęnam obliget, his rationibus quidam probare nituntur. Primo, lex pęnalis nullum habet verbum pręceptiuum, hęc enim eſt eius natura: at vbi hoc verborum genus non reperitur, nulla eſt obligatio ad culpam, cum legiſlator ſuam non exprimat intentionem; vt ſi dicat, Qui de nocte cum armis inuentus fuerit, armis priuetur: vbi nihil aliud explicatur, niſi, vt iudex pęnam repoſcat, ſubdito vero nihil præcipitur: igitur. Quod ſi dicas, ſatis aliquid præcipi per ipſam pęnam: reſpondet Alphonſus, nunquã
B vnum inferre aliud, ni illa duo ſint correlatiua, aut huiuſmodi, vt vnum alterum neceſſario includat; vt ſi dicas, Petrus eſt domi: igitur & eius animus: at pœna non pendet neceſſario a culpa; cum aliqua facta puniantur ſine culpa, non tamen ſine cauſſa, vt digamia; quæ punitur irregularitate. Quare cũ lex pęnalis nihil diſponat niſi de pęna, non erit obligatoria ad culpam. Secundo, pęna poteſt ſeparari a culpa per legiſlatoris voluntatem, & re ipſa ſeparatur ab ijs qui regulas religionum & ſocietatum ſtatuunt, & cenſura irregularitatis non ſupponit neceſſario culpam: ergo lex pęnalis non includit ex ſe culpam. Tertio, ex contraria ſententia ſequeretur, eum qui peccat cõtra legem diuinam, cui de nouo eſt addita pęna, bis peccare; vt cum furanti ouem impoſita eſt pęna de quadruplo reddendo: ſequela ſic probatur; quia
C eſt noua lex, & per te ſub peccato obligat: igitur qui contra facit, bis peccat. Quarto, dantur leges quæ ſolum inferunt pęnam pp culpã in hominẽ, non pp culpã in Deum; vt patet in contractibus; igitur non habent vim in conſcientia: Vt, do tibi cẽtum, vt ea reſtituas intra duos menſes; ſi non reſtitues, ſolues centum & viginti: ergo poteſt ſeparari pęna a culpa. Huc referres leges pęnales populorum de non cædenda communi ſylua; quæ ſolum obligant ad pęnam. Quincto, inter alias legis poteſtates, eſt poſſe punire: ergo poteſt dari lex pure punitiua: quæ nullum contineat præceptum & obligationem ad culpam, quæ non oritur niſi ex pręcepto. Sexto, alias ſequeretur Deum in tradenda ueteri lege ſæpe ſine neceſſitate uſum fuiſſe inutili repetitione: cũ prius leges ferat; & poſtea pęnas adjciat: quia eadem lex potius
D poſita repeteretur, ſi pęnalis obligat ad culpam. Idem dicas de humana, quę ponit pęnam pro tranſgreſſione præcepti diuini. Septimo, de facto, inquit Alphonſus, nulla datur lex pęnalis, quæ obliget ad peccatum mortale, niſi præceſſerit aliquid prohibitum, aut præceptum per aliam legem, diuinam, vel naturalem: ita vt nulla detur lex pœnalis, quæ obliget ad mortale, & ſi daretur, non eſſet congruenter poſita: igitur. Poſtremo, uotum & iuramentum pœnale non obligant in conſcientia: igitur nec lex pœnalis; vt ſi quis promittat Deo, ſe non luſurum, & ſi ludet, ſe ieiunaturum, is ludendo non peccat, ſed ieiunare tenetur: conſequentia valet, quia votum eſt quædam priuata lex. *Quol. 5. q. 22.*

Prima in hac difficultate ſententia fuit Henrici, qui exiſtimauit, legem

pure pœnalem non obligare ad culpam: Alphonſi libro primo de lege pęnali capite nono, qui in ſuam ſententiam conatur trahere Caietanum: Angeli, in verbo. Inobedientia. §. 2. ſed hi duo addunt aliquid ad ſententiam Hěrici, quando lex pęnalis continet pœnam mortis vel mutilationis, obligat ſub graui culpa. Quam ſententiam communiter ſequuntur Iuriſperiti, vt Ioannes Andreas in cap. relatum, Ne clerici, vel monachi: Geminian. in capite perpetui, de electione, qui licet hoc non expreſſe dicant: tamen affirmare uidentur. Nam dum loquuntur de miſta, videntur excludere pęnalem puram. Quidam Henrici & Alphonſi ſententiam hunc in modum interpretantur, legem pœnalem ex parte pœnę in genere, non obligare ſub culpa, hoc eſt, per ſolius pœnæ appoſitioně hanc legě non obligare ad culpam: alij vero hoc modo, vt vniuerſe putent nullam legem pœnalem obligare ad culpam vbi ſolius pœnæ ſine uerbo præceptiuo fit ſermo. Secunda ſententia contraria, omnem veram legem pœnalem, in qua aliquid vere de nouo prohibetur, includere culpam. Ita Sotus libro primo de iuſtitia & iure, Ioan. Medina, Cod. de pœnitentia, quæſt. de ieiunio, Didacus Couartuuias in regulam, Peccatum, Bartol. Medina in ſuis commentarijs in Diuum Thomam, Syluester, uerbo, Inobedientia, & alij. Vt hanc difficilem, & vtrinque, vt aliqui putant probabilem dubitationem, explicem, nonnulla fundamenta ponam. A B

q. 6. ar. 3. *Par. 2 § 5.*

Primum, pœna tribus maxime modis vſurpari ſolet: vno modo communiſſime quatenus eſſe poteſt, vbi nulla eſt culpa, quæ potius precium, conuentio, pactűve vocari deberet: vt ecce, ſi Princeps talem ferret legě, frumětum non exportetur, aut ſi exportatum fuerit, tantum ſoluatur: vel, nemo cædat; aut, qui cædit, certam ſoluat pœnam; vbi pœna eſſet ueluti precium conceſſionis. Huc reuocares pœnas quæ ex communi conſenſu apponuntur contractibus humanis, in quibus inferuntur pœnæ abſque culpa in Deum quæ pœnæ potius facta & conuentiones dicuntur, cum libere a contrahentibus aſſumantur. In quo ordine a quibuſdam ponuntur pęnæ poſitæ regulis religionum, remota culpa. Quæ, ideo pęnæ dici poſſunt, quia propter res vetitas exiguntur. Secundo ſumi poteſt magis ſtricte & proprie, cum infligitur ab eo qui habet veram facultatem præcipiendi, & prohibendi aliquid ſub culpa, & repetendi pęnam per vim coactiuam, & viam iudiciariă, ſed non ob culpam cum eam a lege excluſerit, quæ alias neceſſario ſequuta fuiſſet: vt eo caſu accidit, cum legislator declarat ſe ſolum ad pœnam obligare velle. Quæ pœna, ideo proprie vocatur pœna, quia habet veram rationem vindictæ, vel medicinæ. Poſtremo, ſumitur propriiſſime, vt quid relatiuum ad culpam, & eſt delinquentis voluntatis ſupplicium: quo, quantum quis ſua voluntate deliquit, tantum cŏtra voluntatem patitur; iuxta ea, quæ in definitione pęnæ diximus. Dicit itaque pęna, hoc pacto ſumpta, relationem ad culpam; tum quia omnis pęna habuit originem a culpa, iuxta illud, Per vnum hominem peccatum intrauit in műdum, & per peccatum mors; vbi nomine mortis intelligitur quidquid eſt calamitatis in hac vita: tum etiam, quia eſt indicium culpæ, ac etiam eius medicina, cum quod per C D

Exod. 21. *Luc. 10.*

culpam

A culpam labefactatum eſt, per pęnam Inſtaurelur. Vbi animaduertenda eſt,
diuina clementia, quę ex peccato voluit ſequi pęnam, quæ peccati vires debilitet, & refringat. Ideo ſapienter illud ab Auguſtino pronunciatum fuit,
Iuſſiſti, Domine, & ita eſt, ut omnis inordinatus animus pęna ſit ſibi: & rurſus, Soles valẽtibus tuis legibus miſcere ſalubres amaritudines in vitiorum ſuauitate. *Lib. 1. cõf. ciu. c. 12.*
Et ſecundum hanc pęnæ conſiderationem, idem dixit. Nam inſtis quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non eſt pęna criminis, ſed virtutis examen. Quare cum eodem Auguſtino dicere licet, Omnis pęna iuſta eſt, & pro peccato impenditur. Ex quibus colligeres, duplicem eſſe pęnam; unam iuridicam, quæ a iure per uindictam repoſcitur: alteram non iuridicam.

B Secundum fundamentum, irregularitas, quæ eſt ineptitudo quædam ad ſuſcipiendos ſacros ordines, non ſequitur neceſſario culpam, ſed oritur ex aliqua indecentia, cum exempli gratia, non deceat, vt qui ſe immiſcuit in ſanguine humano etiam iuſte effuſo, ſit miniſter Chriſti, qui fuit mitiſſimus agnus: quam indecentiam etiam profani legiſlatores animaduerterunt. Similiter non decet, vt digamus eiuſdem Chriſti fiat miniſter, qui tantũ vnam agnouit ſponſam, eccleſiam: quia non poteſt Chriſtum vnius ſponſæ ſponſum repræſentare. *Lib. 1. retr. cap. 9.* Sed cum aliquando pro irregulari habeatur qui aliquod commiſit delictum; vt, quia excommunicatus celebrauit, aut ſacros ordines ſuſcepit; tunc ſuſcipit rationem pęnæ, & ueræ cenſuræ, & ab hac poteſt quis abſolui, cum per aliquã bullam datur facultas abſoluendi ab omnibus cen- *Toſt. p. p. in Math. q. 136.*
C ſuris. Ex his intelligeres ueram eſſe regulam illam iuris, Neminem ſine culpa eſſe puniendum. Nam interiecta parentheſis (niſi ſubſit cauſſa) ſi Gloſſam auſcultes, ſolum docet, vbi interuenerit citra culpam cauſſa, vt cum ob indecentiam, homo ab aliqua dignitate repellitur, vbi adeſt cauſſa, licet abſit culpa. *Cap. ſine culpa. de reg. iur. lib. 6.* Similiter, uxore per diuortium ſeparata, priuatur uir uſu coniugij ſine culpa, ſed non ſine cauſſa. Subeſt enim cauſſa maxima, quia uinculum manet, quia Chriſtus prohibuit, & quia fit iniuria proli. At Diuus Thomas, illam interpoſitionem, intelligit de flagellis, quæ non tam in pœnam peccatorum commiſſorum, quam ad præcauenda futura peccata infliguntur. *2. 2. q. 108 ar. 4.*

Tertium fundamentum, duobus modis poteſt ferri aliqua lex; ſub diſtinctione, ſiue conditione, ut patet in exemplis ſupra allatis, & abſolu-
D te ſine conditione; quam diſtinctionem etiam votum recepit. Nam ſi quis voueat, Promitto me non luſurum, aut ſi luſero, me ſemel ieiunaturum: iſte ludendo non peccat ſed ieiunare tenetur. Si vero abſolute hoc pacto, promitto me non luſurum, & ſi luſero ieiunaturum: hic ſi ludat, peccat contra votum, & pœnam ſoluere tenetur. Et iuxta primum ſenſum intelligendæ ſunt leges, eorum miniſtrorum qui ſunt obligati intereſſe ſacro, vel publice legere, aut mulctam ſoluere, qui non peccant, niſi aliunde aliquod detrimentum eueniat. Rurſus, duobus modis poteſt lex ferri; vno exprimendo præceptum, & adhibendo pœnam, hoc pacto, ponantur arma, & qui nõ po ſuerit, in exilium mittitor: altero ſolam pœnam exprimendo, hac ratione, Ferentes arma in exilium mittantor, & in hoc ſecundo modo videtur eſſe

præci-

præcipua dubitatio. Et ſane, non video cur hic modus non contineat præceptionem, & conſequenter obligationem, cum pœna ſit voluntatis præcipientis indicium. Quo loco obſeruandum eſt, legem intrinſece includere præceptionem, qua aliquid faciendum imperatur, aut prohibetur: punire vero eſt veluti quidam effectus, qui præceptionem ſubſequitur, eamq; includit. Quare, vbicunque erit vera legis ratio, ibi etiam erit obligatio, ſiue præceptum ferat, ſiue non. Atque hæc adnotaſſe ſufficiat. A

Prima poſitio, pœna vniuerſe ſumpta, ſeparari poteſt a lege & ab obligatione legis, & ita dari poteſt lex pœnalis ſine culpa. Doctrina eſt manifeſtiſſima, quam ſecunda opinio non negat, & ſi hoc prima opinio voluit, nulla erit contentio: Itaque in contractibus humanis, in conſtitutionibus religioſorum, & in quibuſdam legibus iuxta ea quæ dixi, reperitur aliqua pęna ſine culpa: q̃uis, vt ſecũda opinio docet, plenam rationẽ pęnæ nõ habeat. B

Secunda poſitio, quando legiſlator declararet ſe ſolũ obligare velle ad pœnam, lex pœnalis non obligaret ad culpam. Doctrina eſt certiſſima & communiſſima omnium: & ideo probatione non eget.

Tertia poſitio, lex pœnalis per modum optionis, nõ obligat ad culpam, ſed ad opus, vel ad pœnam impoſitam. Quare, cum ad alterum obliget, habet veram legis rationem: aliqui tamen potius conuentiones & diſpenſationes, huiuſmodi conſtitutiones, vocarent. Quarta poſitio, quando lex pœnalis continet pœnam ſpiritualem, quæ non ſolet inferri niſi ob peccatum mortale, obligat ad culpam mortalem. Patet ex doctrina communi: Huiuſmodi eſt ſuſpenſio, excommunicatio, & irregularitas quæ ex peccato contrahitur: Vt ſi lex ita haberet, ſub excommunicatione, ſub interminatione diuini iudicij, ſub indignatione Dei. Ratio eſt in promptu, quia pœna obligat ad culpam, prout eam importat: ſed huiuſmodi leges important culpam ſine qua talis pœna non infertur: igitur. C

Quincta poſitio, lex pœnalis, quæ continet ſolam pœnam temporalem, ſed grauem, obligat ſub mortali vt ſi contineret ſententiam capitis, confiſcationem omnium bonorum, & priuationem beneficiorum. Pro hac doctrina primum facit opinio communis Sylueſtri, Angeli, Alphonſi, Soti, Didaci, & aliorum. Deinde, quia huiuſmodi graues pœnæ neceſſario culpam ſupponunt, alias eſſent iniquæ: & cum Nauarrus hoc concedat de pęna ſpirituali excommunicationis, cur non debet etiam concedere in hoc alio graui pœnarum genere, ſi exiſtimat legiſlatores ad culpam obligare poſſe? Poſtremo, quia hæ leges non poſſent excuſari ab iniquitate, ſi obligarent ad grauem pœnam ſine culpa. Neque valet ſi Nauarrus dicat, præſumi peccatum in foro exteriori, ad hoc, vt tranſgreſſor puniatur; quia id non videtur eſſe verum; cum iudex non poſſit ſufficienter præſumere culpam, ſi lex non poteſt ad eam obligare: & ita ſemper reo liceret ſe excuſare. D

Sexta poſitio, omnis lex pœnalis pura quomodocunque, & quacunque forma tradatur, obligat ad culpam, quæ maior vel minor putabitur pro ratione pœnæ. Intelligitur hæc poſitio de vera lege, & de vera ratione pœnæ, & de ea re quæ non eſt alias prohibita, & ſola humana conſtitutione prohi-

A prohibetur:vt ſi legiſlator dicat,qui non fecerit hoc,quod expedit reipub. pœna puniatur.Hoc teneo cum ſecunda ſententia,quam hæ rationes confirmant.Primo ſumitur ratio ex natura pœnæ proprie & ſpecialiter ſumptę quæ non conſiſtit ſine culpa, quod etiam affirmauit Caſtro in definitione pœnæ:addita doctrina Auguſtini eo loco citata; vt merito apud Iobum legamus,Quis vnquam innocens periit? aut recti quando deleti ſunt? Cum ergo pœna propriſſime ſumpta,ſit ſupplicium culpæ;vbi erit pœna,neceſſario,ſua natura,ſupponetur culpa;vt agendo de uindicta,docuit Diuus Thomas. Secundo, iſta lex habet annexam voluntatem legiſlatoris, qua vult obſeruari id,de quo fertur pœna;cum pœna ſatis efficaciter deſignet voluntatem ferentis legem:quare ſi obligaſſet ſimpliciter præcipiendo, obligabit etiam pœnam minando. Tertio, cum legiſlator ſtatuit aliquid ſub pęna,conſtituit illud in genere motis;quare qui illud non ſeruabit, peccabit. Confirmatur,quia granis pœna,vt communiter docetur,arguit grauem culpam,eamque ſupponit;igitur & quæcunque alia pęna,ni aliunde aliter cõſtet:& ita pęna eſt indicium maioris culpæ. Confirmatur, quia alias non daretur ratio, cur vna pęna eſſet grauior, quam altera: cum iſta diuerſitas oriatur ex ſola culpa.

Poſtremo, Deus tulit multas leges pœnales in Leuitico, quæ certe obligant ratione culpæ,ad quam Deus legem ferendo ſemper obligat:igitur idẽ dicendum erit de humana. Nec enim hic valet refugium,quod aliter ſentiendum ſit de lege humana, aliter de diuina; cum humana debeat imitari diuinam. Huc facit quod Apoſtoli in ſuis conſtitutionibus multas leges pœnales poſuerunt: de quibus credendum eſt,obligaſſe ad culpam. Sunt tamen qui dicant leges illas in quibus inferuntur pœnæ minores propter culpam in hominem,vt ſunt aliquæ pœnæ pecuniariæ, & leuis tortura, nõ obligare ad culpam. In ſumma,ſi verum eſt, quod aliqui dixerunt, Henricum ſolum affirmare voluiſſe,legem non ex vi pœnæ, ſed ex voluntate legiſlatoris habere vt ad culpam obliget,iam nulla erit cum eo controuerſia. Quod vero Caietanus in primam ſententiam trahendus non ſit, patet, quia hoc ſolum affirmat,pœnam,ex ſe,non facere peccatum mortale,vel veniale,ſed illud relinquere in ſua natura. Concludamus igitur, legem pœnalem ex ſe includere culpam:quam tamẽ legiſlator ſeparare poteſt, ac etiam D conſuetudo,ita vt ſola pœnæ remaneat obligatio: vnde & legiſlatoris mẽs, & communis ſenſus obſeruandus erit.

Ad primum, in huiuſmodi legibus poteſtate continetur præceptum: vt in illis in quibus ponitur grauis pœna: quas aduerſarius etiam fatetur obligare ad culpam, & pœna ipſa voluntatem legiſlatoris demonſtrat: & quia vult legem magis ſeruari,ideo eam cum pœna ſtatuit. Nec valet Alphonſi ſolutio,quia,ſi de vera lege,& de pœna proprie ſumpta loquamur,ſunt inter ſe relata,& vnum continet aliud.

Ad ſecundum,probat primã noſtram poſitionem,ſoluiturq; ex fundamẽtis.Ad tertium,leges pœnales diuinæ,vel humanæ,circa ea quæ iam prohibita ſunt lege naturali,vel diuina,non inducunt nouem obligationẽ ad culpam,

pam, ſed ſolum præexiſtentem confirmant. Ad quartum, ex conuentione A
hominum non oritur vera lex pœnalis: ſi vero lex ciuilis ſtatuat pœnam pro culpa in hominem, vel obligabit aliquo pacto, vel faciet ſenſum conuentionalem, vt docuimus.

Ad quinctũ, eſto dari poſſit pęna ſine culpa, ſi legiſlator exponat ſe velle ſolum punire: tamen in re dubia, cum pœna voluntatem obligantem indicet, & culpæ reſpondeat, cenſendum eſt in lege pœnali latere obligationem ad culpam: & cum natura legis ſit præcipere, vel prohibere, ſine altero iſtorum eſſe non poterit.

Ad ſextum, negatur ſequela, quia cum ſeparatim ponuntur pœnę de rebus iam ordinatis, non oritur noua obligatio, vt dixi. Ad ſeptimum, poteſtas humana poteſt facere peccatum quod prius non erat, præcipiendo, B
aut prohibendo addendo pœnã. Ad poſtremũ, patet ex tertio fundamento.

Qua ratione cognoſci poſſit, an lex pœnalis contineat latam, aut ferendam ſententiam. *Diſput.* VI.

DVAS obligationes legem pœnalem habere dicebamus: diximus de priore, ſequitur vt de poſteriore dicamus, hoc eſt de obligatione ad pœnam ſoluendam. Et quoniam lex pœnalis duplex eſt, altera quæ continet ſententiam latam, altera quæ ferendam, antequam de earum obligatione priuatim agamus aſſignandæ ſunt regulæ quædam, per quas has duas leges inter ſe diſcernere C
poſſimus. Quod autem hæ duę legum pœnalium formæ inter ſe diſcrepent, fuſe demonſtrat Tiraquellus, afferendo quinquagintaquattuor earũ differentias: in quibus hæc vna eſt præcipua, quod quando ſententia eſt ferenda, opus eſt vt intercedat ſententia condemnatoria, quando eſt lata, non item: de qua re nos infra diſputabimus. Ad cognoſcendum vbi contineatur ſententia ferenda, aliqui quattuor ſtatuunt regulas; ſed quinque meo iudicio obſeruandæ ſunt.

Prima, quando lex continet verbum comminationis, ſententia ferenda erit. Vt ſi dicatur, ſub pœna excommunicationis, ſub pęna centum aureorum, ſub interminatione, ſub diſtrictione, ſub maledictione, ſub anathemate, &c. Hæc regula traditur a Gloſſa, cap. primo, de Sagittarijs: & a Caſtro D
libro ſecundo, capite primo, & eſt communis. Exempla habes in cap. dolentes, de celebratione miſſarum: capite relatum, de iure patronatus: capite, cum eſſes, de teſtamentis: Clemẽtina prima de priuilegijs. Limitatur hæc regula, quia poteſt fallere, quando poſt iſta verba, apponerentur alia, uel aliud, quod latam ſententiam declararet; vt ſi diceretur, quam volumus ipſo facto incurri. Ita in cap. non minus, de immunitate eccleſiarum: cap. Clerici, Ne Clerici, vel Monachi: Clementina prima, de religioſis domibus. Solent Legiſtæ afferre, vt loquuntur, aliam fallentiam, quando iſta ſcilicet pœna apponitur in contractibus; ſed non facit ad rem.

Secunda regula, quando lex in pœna inferenda, vtitur verbo, aut participio fu-

A pio futuri temporis, præſertim ſi verbum actionem importet. Ratio eſt manifeſta, quia futurũ non ponit rem in actu. Traditur hæc regula a Panorm. in cap. ſi diligenti, de foro competenti, a Felino, in cap. Rodulphus, de reſcriptis. Vt ſi lex dicat, eſt irritanda collatio; irritabitur, deponendus eſt, excommunicabitur, ſuſpendetur: priuabitur, & priuandus eſt. Exempla habes in Exodo, de fure puniendo: cap. Si vir, de adulterijs: capite, cum eccleſia, de cauſſa poſſeſſionis & proprietatis: cap. Cum tu, de vſuris. Hæc regula non eſt omnino certa: quia fallit octo modis, vt dicam inferius, cũ agã de modis cognoſcendi ſententiam latam. Item fallit, quando neceſſario lex intelligenda eſt de ſententia lata; quia, ni ſic intelligeretur, eius uis eſſet nulla. Ita Gloſ. l. Improborum ff. de his qui notantur infamia: exercentibus 2.2.q.62. ar.5.
B fœnus infamia irroganda eſt, ſed intelligitur re ipſa irrogata. Quare aliquãdo verbum futuri temporis a ſua ſignificatione detorquendum eſt, vt non ſit in lege otioſum, l. debitor, §. veriſimile ff. de cõtrah. emp. l. qui Romæ, §. Augerius ff. de verborum ſignific. Limitant etiam aliqui, quando verbum futurum geminatur; vt ſi diceretur, Electio ſine ſolemnitate celebrata caſſabitur, irritabitur. Ita Felinus cap. Rodulphus, de reſcriptis, num. 35. Bald. & Ludouic. Sed cõtra tenet Decius, in l. poſtquam C. de pactis, quem ſequitur Caſtro. Quoniam, etiamſi ſæpius repetatur verbum futuri, nunquam ſuam ſignificationem mutat: repetitur autem ad maiorem emphaſim & expreſſionem. Rurſus limitatur, vt habeat locum ſolum in lege pœnali; quia in alijs poterit eſſe ſententia lata. Ita Felynus loco citato.

C Tertia regula, quando lex pœnalis circa inflictionem pœnæ, vtitur verbo imperatiui modi, quamuis ſit temporis præſentis; vt ſi dicatur, Excommunicetur, priuetur, ſoluat, ſubiaceat, incurrat, amoueatis, repellatur. Ratio huius regulæ quam tradit Alphonſus, eſt hæc, quia imperatiuum ſemper importat aliam perſonam, & ita imperatur iudici, vt pœnam infligat. Exempla habentur, cap. Quia propter, de electione: cap. Quiſquis, eodem titulo, cap. grauem, de exceſſibus Prælatorum. Prima huius regulæ limitatio eſt, quando lex continet verba, quæ nõ ſignificant aliquod miniſterium hominis ad pœnam infligendam; vt ſi dicatur, incidat, incurrat; quia iſta in quocunq; tempore ponantur, ſignificant latam ſententiam. Secunda, excipiuntur leges, quæ cum verbo imperatiuo adhibent alias dictiones quæ cogũt ad in- Caſt.
D terpretandum de ſententia lata: vt ſi dicatur, ipſo iure excludatur, ipſo iure priuetur. Redarguit hoc loco Alphonſus Legiſtas, & ſpeciatim Felynum, & Abbatem, quod exiſtimauerint omnia verba Imperatiui modi ad tempus futurum pertinere, etiamſi ſint temporis præſentis imperatiui: & ideo non meminerũt huius regulæ, de Imperatiuo. Et priuatim admiratur Tiraquellum virum in literis humanioribus eruditum, in hac parte erraſſe. Nam hic auctor, cum daret regulam de verbis futuris, & de eorum participijs, quam aſſerit fallere ſeptuagies quinquies, enumerat multa verba præſentis temporis, ſubiaceat, incurrat, incidat, cum ſint præſentis temporis. Vnde male ait, regulam futuri temporis toties fallere. Aſſerit etiam, eum erraſſe, cum dixit, Verba præſentis temporis ſemper continere latam ſentẽtiam: quia debebat

illam

illam coarctare ad verba præſentis Indicatiui: cum verba præſentis Imperatiui, ferendam ſæpe contineant. Quod ſi pro Legiſtis diceres, iſta verba eſſe futuri optatiui, cum eaſdem habeant vtrobique terminationes; diceret Caſtro, ita eſſe: ſed tamen, cum loquimur per optatiuum ſolemus addere, vtinam, ſi, quæ in lege præceptiua non ponuntur, nec poni debent. Vnde infert, mediocrem ſaltem Dialecticæ cognitionem neceſſariam eſſe ad omnem facultatem recte percipiendam. Adde ad iſtas limitationes, hanc aliã, quando verba imperatiui diriguntur ad reum, quia tunc lex latam cõtinet ſententiam: vt ſi lex dicat, pęniteat, ieiunet, abſtineat. A

Quarta regula, quando eſt dubium in lege pœnali, an ſententia ſit lata, vel ferenda, cenſendum eſt eſſe ferendam. Ita Gloſ. cap. In pœnis, de regulis iuris lib. 6. quæ regula ex ipſo textu colligitur; vbi præcipitur, ſequendam eſſe benigniorem interpretationẽ in lege pœnali: atqui hæc benignior eſt: igitur. Idem Felinus in capite ſupra citato: Franco, cap. In pœnis, & Abbas cap. ſi diligenti, de foro competenti. Ex hac regula colligit Alphonſus quid ſit dicendum de lege, quæ continet uerbum infinitiuum temporis pręſentis, quod cum poſſit aptari præſenti & præterito, exiſtimabitur deſignare ſententiam ferendam. Exempli gratia, l. Ne quis, ff. de Incendio, vbi verbum, Dicere ſentẽtiam, ad ferendam refertur. Id cum hac moderatione intelligendum eſt, niſi ponatur aliquid, quod aliter dicendum ſuadeat: cap. quiſquis 2. q. 3. Intelligat iacturam infamiæ ſe ſuſtinere auctoritate huius ſanctionis; hic eſt lata ſententia. Hæc regula ſumpta a dubia uerborum ſignificatione non eſt vera, niſi in lege pœnali: quia in lege fauorabili, contra res haberet. B C

Quincta regula, quando lex continet pœnam corporalem, & eam quam nemo ſibi infligere debet, ſemper lex continebit ſententiam ferendam; vt ſi dicatur, capite truncetur, mutiletur, iuxta ea, quæ poſtea diſputabo. Vt autem traditæ regulæ magis eluceſcant, nonnullas ſubijciam regulas quas ad ſententiam latam cognoſcendam doctores adnotarunt; de quibus Felinus loco citato, Tiraquellus, & Caſtro, qui Iuriſtarũ regulas & exceptiones paucioribus complexus eſt. *Cap Rodul.*

Prima regula, quando poſt pœnæ expreſſionem, dicitur, incurrat illam ſine alia ſententia. Exprimitur autem ſententia his verbis, Ipſo iure, ipſo facto, de iure, eo ipſo, auctoritate huius legis, auctoritate noſtra: & ſimilibus. Exempla habes in Extrauag. Ambitioſe de rebus eccle. alienandis. l. vltima C. locati: Can. ſi quis, 11. q. 3. vbi Gloſſa errat, dum putat ibi contineri ſententiam ferendam. Secunda regula, cum lex ait, vt tranſgreſſor ſit obligatus in conſcientia ad ſoluendam pœnam illam. Cuius regulæ, vt ait Caſtro, non reperitur exemplum in iure communi Canonico, aut Ciuili, ſed in legibus Regni Caſtellæ. Tertia regula, cum lex ait, Tranſgreſſorem nõ poſſe abſolui a delicto, donec pœnam luerit, cap. Romana §. procuratores, de cenſibus lib. 6. Sed huiuſmodi legem ſolum eccleſiaſtica poteſtas ferre valet, non laica; quia non poteſt facere vt is qui peccat, non ſit ſubditus ſuo ſacerdoti. Quarta, ſi legiſlator utatur verbis modi indicatiui, quibus uti ſolet iu- D

A let iudex cum ſententiam aduerſus reum pronunciat; vt excommunico, interdico, ſuſpendo, relego, damno: vel in numero multitudinis, ſuſpédimus. Quoniam ſi tum opus eſſet alia ſententia condemnatoria, iſta uerba falſam continerent ſententiam. Ita cap. primo & ſecundo, de hæreticis: cap. Vel nó de temporibus ordinandorum. Addit Alphonſus, dubium eſſe de his verbis, Declaramus, decernimus, definimus, cenſemus, iudicamus, & ſimilibus quæ potius actum declarationis, quam condemnationis ſignificant. Quare, ex alijs verbis, quę in lege erunt, de generę ſententiæ conijciendum erit. Quo modo habetur lata ſententia, cap. Nouit, de his quæ fiunt a Prælato. Huc etiam pertinent verba quibus lex præcipit, vt Iudex declaret reum incurriſſe pœnam; quia tunc cenſetur lata: cap. Tam literis; de pęnis. Quin-B cta, quando in lege ponuntur verba per quæ actio, vel paſſio redditur irrita vt ſunt iſta; viribus careat, careat omni robore, non valeat, irrita ſit, inanis ſit. Exempla habes Clementina, paſtoralis, in fine, de ſententia, & re iudicata, cap. ſtatuimus de reſcriptis, lib. 6. Immo, ſi particula, Non valeat, adijciatur verbo futuro, ad huc ſententia cenſetur lata, Gloſ. cap. Si cui, Verbo, Non valere, de Electione, lib. 6. Talis habetur lex, cap. Quia propter, de electione: Clementina prima, §. Propter, de hæreticis. Verum de his dictionibus latius diſſerit Caſtro, quem videre poteris.

Sexta regula, ſi in lege ponatur dictio quæ omnem remoueat dilationē; vt, Statim, confeſtim, ex tunc, continuo, ſine mora, repente, illico, protinus, incunctanter: quod verum eſt, etiamſi ſequatur uerbum temporis futuri. C cap. literas, de conceſſione præbendæ, cap. quam ſit, de electione lib. 6. Dubitari tamen ſolet de dictione, Mox, ſed Caſtro late probat, non deſignare ſententiam latam, una cum Tiraquello & Simone Columb. apud BelCameram, Conſilio nono.

Septima regula, quando lex utitur uerbis, quæ nullum hominis miniſterium exprimunt, nullamque hominis actionem ſignificant: quia tunc Legiſlator oſtendere vult, non eſſe opus ullius miniſterio ad pęnam inferendam: Quæ verba in quocunque tempore ponantur, latam indicant ſententiam. Huiuſmodi eſt verbum, Sum, es, eſt, quod nullam actionem, paſſionem ve importat: ni addatur aliquid, quod ſententiam ferendam indicet, Exempli gratia, ſi dicatur, ſit excommunicatus, erit excōmunicatus: vel erit D excommunicandus, ſuſpédendus, qui fecerit hoc erit infamis. Nam, vt Nigidius Grammaticus apud Gellium ait, Verba eſſe, & erit, retinent ſuum tépus, quando per ſe ponuntur, quando vero præterito, aut futuro adduntur, vim ſui temporis amittunt, & in præteritum cócedunt. Idem dicendum eſt de verbo, Subiaceo, ſubdo, cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. de uerbo, Incurrat: cap. primo, de religioſis domibus, lib. 6. de verbo, Incidat, recidat, cap. quod olim, de Iudæis: Clementina ultima, de ſtatu Monachorum, de verbo, Amittant, perdant. Aut. licet, C. de Epiſcop. & Clericis: de verbo, Fiat, quo verbo non præcipiunt Pontifices aliquid ab alio faciendum, ſed rem, quæ ab ipſis petitur, fieri declarant.

Lib. 17. cap. 7.

Octaua regula, ſi lex pęnalis ad infligendam pęnam vtatur verbo pręſentis in-

tis indicatiui modi,aut præteriti eiuſdem modi;vt ex fere communi ſenten- A
tia aſſerit Caſtro: Panormit.cap. Cæterum,cap.Nullus,de reſcriptis:cap.No
uit,de his quæ fiunt a Prælato. Idem dicas de participijs horum uerborum.
cap.quorundam,de Iudæis; cap.priuatos de ſententia excommunic. At vbi
erit participium præteriti temporis cum futuro,participium conuertit in ſe
futurum;idem uerbum temporis præſentis:vt ſi dicatur, Nouerint ſe ſuſpen
ſos,ſciat ſe priuatum. Adnotat poſtremo Caſtro hoc loco duo. Primum,
licet dictiones dictę latam ſententiam deſignent: tamen ex aliquo accidenti
earum impeditur ſignificatio,& uertuntur in ſententiam ferendam. Alte-
rum,licet conſtet interdum de ſententia lata; tamen qui non conſummauit
crimen,quamuis inchoauerit,non incidit in ſententiam. Quia,& ſi homi-
num conatus impediantur,l.is quis cum telo,C.de ſicarijs,& ibi omnes ſcri B
ptores:nihilominus pęnis a lege ſtatutis non punitur. Abbas,cap. Cum in
cunctis.§. Clerici,de Electione:Decius ibidem,& Ioan.Andr.cap.perpetuo
de electione,lib.6.Sed de regulis ad vtranque ſententiæ pęnalis formam co
gnoſcendam hucuſque:nunc ad diſputationes progrediamur.

An lex pœnalis obliget in conſcientia ad pœnam ante iudicis ſententiam, quando continet ſententiam ferendam. Diſp. VII.

DECLARATVR huius difficultatis ſtatus,hac facti ſpecie,Eſt lex
pęnalis qua prohibetur,ne quis arma ferat,& qui contrafece-
rit bonorum confiſcatione puniatur. Quæritur,an qui hanc le C
gem non ſeruauerit, ſit obligatus in conſcientia ad pęnam ſol
uendam, antequam Iudex ſententiam ferat. Et quod ſit obli
gatus hæ rationes demonſtrare videntur. Primo,ex can. Sane,16.q.7. lau-
dantur Theſſalonicenſes epiſcopi quod receſſerint ab obediẽtia Timothæi
Epiſcopi Conſtantinopolitani,antequã per ſententiam fuiſſet priuatus Epi-
ſcopatu:ergo lex quæ ſententiam ferendam continet,obligat in conſcientia
ante ſententiam:alias enim illi male egiſſent ſubtrahendo ſe ab obedientia.
Secundo,quia ſequeretur, eum, qui damnatus eſt ad priuationem ſuorum
bonorum,crimine commiſſo,poſſe in fraudem fiſci ſua bona vẽdere; quod
cum ratione pugnare videtur,& cum doctrina Bartoli,in l. poſt cõtractum,
ff.de donationibus. Tertio, lex non habet minorem vim obligandi ad pę- D
nam,quam ad culpam: ſed ad culpam ſtatim obligat commiſſo in legẽ cri-
mine: igitur & ad pęnã. Quarto,iudex ui legis per ſuam ſententiam obli-
gat ad pęnam ſtatim ſoluendam:ergo multo magis lex ipſa obligabit: neq;
enim minor eſt legis,quam Iudicis facultas.

Prima ſententia in hac difficultate fuit Decij,in cap. Canon de conſtit.Io.
Ferrarij,l.quod a quopiam,ff.de reg.iuris,qui ſine ulla diſtinctione dicunt,
omnes leges pęnales obligare in conſcientia ante iudicis ſententiam, ſiue
contineant ſententiam ferendam, ſiue latam. Secunda ſententia commu-
niſſima aliorum dicentium legem pęnalem continentem ſententiam feren-
dam,non obligare ante ſententiam iudicis condemnatoriam.In hac itaque
difficul-

A difficultaté,vt materiam fuſam & confuſam plane explicemus,primũ quæremus de lege continente ſententiam ferendam;poſtea de ea quæ ſentẽtiam fert: de qua prius dubitabitur, an talis lex ab humana poteſtate fieri poſſit: poſtea videbimus an iſta lex vllam ſententiam iudicis declaratoriam requirat:ad hæc examinabimus,an lata & declarata a iudice ſententia reus illam exequi teneatur.

Antequam autem propoſitæ difficultati reſpondeo, animaduertendum eſt,omnes pœnas quæ in legibus continentur,ad tria reuocari genera. Primum eas continet pœnas,quarum inflictio nullam requirit actionem, nec ex parte iudicis,nec miniſtri, nec delinquentis, ſed conſiſtunt in quadam priuatione;vt eſt excommunicatio,& irregularitas.Secundum,eas in quib. B actio delinquentis eſt cum paſſione coniuncta; vt eſt pęna ſoluendi pecunias,& proficiſcendi in exilium. Tertium,eas in quibus requiritur actio ex parte exequentis iuſtitiam,& paſſio ex parte delinquentis;vt eſt pęna mortis,& mutilationis.

Prima poſitio,quando lex continet ſententiam ferendam & pęna eſt tẽporalis,nemo poſt perpetratum crimẽ tenetur in conſciẽtia ad eam perſoluẽdam ante iudicis ſententiam: Primo probatur ex communiſſima ſentẽtia Theologorum;D.Thom.Caiet.Alphonſi,Soti,& aliorum; ac ẽt Canoniſtarum,quos in re pſpicua nihil eſt cur citem.Secundo cõfirmatur ratione,q̃ nemo obligatur in conſciẽtia ad præſtandum plus, quam lex requirat. Ex hac doctrina nonnulla colligere licet. Primum, de hac lege intelligendum C eſſe illud commune dictum,Lex pœnalis non obligat ante ſententiam. Secundum,quando pœna eſt ferenda,nec qui peccauit contra legem,nec hæres,nec exequutores teſtamenti,nec vllus alius tenetur eam ſoluere ante iudicis ſententiam; vt præter alios docuit Baldus, l.Id quod pauperibus, q.9. C.de Epiſcop.& Cler. Sed hoc loco videndum eſt, quid ad legem iuſtitiæ, quid ad pœnam ſpectet.Nam cum læſa eſt iuſtitia, reſarcienda erit,ante ſententiam de pęna ſoluenda:vt ſi quis plus vendidiſſet frumentum,quam per legem pęnalem fuiſſet taxatum; ſimiliter ſi tabellio plus accepiſſet, quam per legem pęnalem fuiſſet decretum. Similiter tributa,& decimæ ſoluendæ ſunt ante iudicis ſententiam. Secus dicendum eſſet de gabellis, ſiue collectis,& tributis,quæ non ſolent ſolui a viatoribus niſi petantur.

2. 2. q.62. ar.3. ibid. li.2.c.2.de leg.pœ.li.2 de iuſta ha re.pun.c 6 Anch.c.cũ ſecũdũ,de hæret. li.6.

D Tertium,reus poſt commiſſum crimen poteſt vendere & alienare bona ſua,etiamſi id faciat in fraudem fiſci,antequam crimen committat;licet Bartolus aliter ſentiat;cui,& merito aduerſatur Anchar.Et ratio eſt in promptu, quia iſte eſt vere dominus ſuorum bonorum ante ſententiam,& multo magis ante crimen commiſſum: & talis venditio per nullam legem prohibetur.At poſt perpetratum crimen non liceret vendere, quando probabiliter timeret,ne qui emit priuaretur a Fiſco,qui ius habet in rem illam;& ſic vẽderet rem quidem ſuam,ſed cum uitio. Quare,in tali caſu deberet manifeſtare hanc conditionem,& periculum quocum rem uẽdit. Adducit Anchar. ad hoc probãdum l.Aufertur,§.in reatu.ff.de iure Fiſci.vnde fit,quod etiam poſſet repetere a creditore,& creditor teneretur ei ſoluere,maxime quãdo

L. poſt cõtrac. ff. de donat.

crimen eſſet occultum. l. Reo, ff. de ſolutionibus. Quartum, qui lucratus eſt A
per ludum prohibitũ, non tenetur reſtituere vi legis pœnalis quæ ad id obli
gat, niſi forte aliũde, iuxta ea quæ in tractatu de reſtitutione alias docuimus.
Quinctum, præſtandam eſſe obedientiam Prælato qui cómiſit crimen, ſed
non dum eſt condemnatus & priuatus dignitate. Quod vniuerſe de pœna
temporali diximus, intelligendum eſt de omni genere pœnæ, tum corpo-
ralis tum ſpiritualis, vt ex ijs quæ poſtea dicentur, multo notius fiet.

Secunda poſitio, perpetrato crimine per legem prohibito, iudex habet fa
cultatem ferendi ſententiam de pœna ſoluenda, atque eam exigendi. Quo-
niam, alias lex eſſet inutilis. Ideo autem legiſlator ſolet pœnas ſtatuere, &
eas repetendas iudici relinquere, vt per leges conſtet, iudicem poſſe reos pu
nire, & vt rei minus moleſte pœnas ferant, quas vident iudices non ſua vo- B
Lib. 10 luntate, ſed ex legis diſpoſitione de eis ſumere. Nam, vt Ariſtoteles ſcripſit,
Eth. c. 9. Iubens lex, non eſt odioſa, ſicuti homines, etiam qui bona iubent. An autem,
lata ſententia, reus per ſe debeat pœnam ſoluere, & ad eius exequutionem
venire, poſtea examinabo.

Ad primum, ideo populi illi qui ab Epiſcopi obedientia receſſerunt, lau-
dati fuere, quia ille, vt hunc in locum adnotauit Gloſſa, inciderat in hære-
ſim iam damnatam, & ſic canonis ſententia iam lata erat in ipſum. Alij vero
populi de quibus ibidem fit mentio, ideo a Dioſcori iunioris obedientia ſe
ſubtraxerunt, quia ei rex manus impoſuerat, & vt inquit canon, eum inthro
nizauerat. Ad ſecundum, concedimus ſequelam illam; eo modo quo ſu-
pra explicuimus. Ad tertium, non eſt par ratio de culpa & pœna, quia cum C
lex ſit veluti regula quædam, ſtatim atque aliquis eam tranſiliuerit, culpam
abſque alio contrahit: at vero, quamuis lex obliget ad pœnam illam ſtatuen
do, tamen non tenetur reus eam per ſe ſumere, cum requiratur legis appli-
catio, quæ fit per iudicis ſententiam. Ad quartum, iudex non habet vim
obligandi ad pœnam, niſi per auctoritatem ſibi a lege conceſſam, tanquam
eius miniſtro: ac proinde nó habet maiorem vim, quam lex ipſa habeat, quę
iudice, tanquam miniſtro ad pœnam applicandam vtitur.

An humana poteſtati liceat ſtatuere legem pœnalem, quæ obliget conſcientiam ad pœnam lata ſententia. Diſput. VIII.

QVOD talis lex ab humana poteſtate ſanciri non poſſit, his ra- D
tionibus ſe demonſtraſſe arbitratur Sotus. Primo, pœna eſt
quædam paſſio: at qui eſt contra naturam, vt quis ſit ſimul
agens & patiens, reus enim deberet, eam a ſe ſumere, quod
repugnat: ergo neceſſario requiritur iudicis ſententia, cum ad
eius officium pertineat infligere pœnã pro delicto: lex enim eſt mortua quæ
indiget miniſtro, qui eſt veluti lex viua. Vnde lex pœnalis ad duas perſonas
dirigitur, ad ſubditum cui dicit, ne faciat, & ad iudicem, vt nocentẽ puniat.
Secundo, nunquam eſt infligenda pœna pro aliquo delicto, non audita par-
te; quia, vt habetur in iure canonico, contra inauditam partem nihil poſſu-

mus

A mus definire: ergo ſemper eſt neceſſaria iudicis ſententia. Tertio, quoniam ſi vlla lex pœnalis haberet vim obligandi ad pęnā ante iudicis ſententiā, eſſet intolerabilis, & iniuſta, ac proinde non obligatoria: quia nō vr ferri poſſe, vt quis obligetur ad pęnam ſibi infligendam, quod ſæpe accideret, ſi daretur lex latæ ſententiæ, quæ nullum requireret iudicis miniſterium. Et abſurdum videtur, vt quis ſit ſimul, iudex, teſtis, accuſator, & exequutor iuſtitiæ. Quarto, vel iſta lex obligat in conſcientia in crimine occulto, vel in manifeſto: non in occulto, quia lex humana, non poteſt infligere pęnam pro crimine occulto: non in manifeſto, quia cum lex criminis probationem requirat, ſententiam intercedere neceſſe eſt. Quincto, ſi eſſet aliquis hæreticus occultus contra quem eſt lata ſententia de priuatione bonorum: iſte ſi ſe ac-
B cuſet coram Inquiſitore, non priuatur ſuis bonis: igitur lex pęnalis quæ eſt contra hęreticum non obligat in conſcientia ad bonorum renunciationem. Sexto, quoniam homo teneretur ſeipſum prodere: nam obligatus eſt ad ſoluendam pęnam, quam ſoluendo ſuum manifeſtaret delictum; id quod uidetur eſſe contra Can. Quis aliquando, de pęnit. d. 1. Poſtremo, ex cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. vbi non priuatur hæreticus ſuis bonis, niſi poſt ſententiam declaratoriam Inquiſitoris.

In hac difficultate, prima ſententia eſt Dominici a Soto, quem ſequitur Bartholomæus Medina, qui eius rationes demonſtrationes appellat. Hi affirmare videntur, non poſſe ſtatui talem legem, dum ſe demonſtraſſe arbitrantur, nullam legem pęnalem obligare in conſcientia, niſi intercedat ſen-
C tentia declaratoria, & pro iniuſta lege habent eam, quæ aliter obligat. Quæ ſententia fortaſſe quibuſdam alijs non diſpliceret, quos infra citabo, cū ſpeciatim quæram, an poſt legem pęnalem de ſententia latā, ſit alia ſententia a Iudice proferenda. Secunda aliorum, qui exiſtimant talem legem fieri poſſe: quia cenſent legem latæ ſententiæ, poſt ipſum factum obligare in conſcientia, quos infra citabo. Pro explicatione nota, duplicem eſſe iudicis ſententiam; vnam quam vocant declaratoriam, qua declarat aliquem incidiſſe in crimen à lege prohibitum, alteram qua infligit pœnam, & hæc condemnatoria vocatur.

Prima poſitio, lex diuina poteſt obligare ad pęnam ſuſtinendam abſque vlla alia ſententia condemnatoria, aut declaratoria. Hanc poſitionem, late
D probat Alphonſus libro ſecundo cap. 4. ſed cum ſit certiſſima, eam breuiter confirmabo. Primo, ex veteri lege, in qua multæ habentur huius generis leges, vt in Exodo, capite 25. Qui percuſſerit ſeruum in oculo, dimittet eum liberum. Leuitici cap. 15. Qui tetigerit eam, quæ patitur fluxum ſanguinis, ad veſperam erit immundus: ille ſtatim, tenebatur ſeruum dimittere, hic vero pro immundo ſe gerere, ſine alia ſententia, debebat. Secundo ex noua lege, *Matt. 5.* in qua ſtatuitur in pœnam coniugis fornicatoris licere, eum dimittere, & debiti petitione in pœnam priuare. Denique nulla eſt repugnantia: igitur lex diuina id poterit efficere.

Secunda poſitio, eccleſiaſticus Prælatus habet poteſtatem condendi leges obligantes in foro conſcientiæ ante vllam iudicis ſententiam. Primo pro-

Cap. ſuſceptis de cauſ. poſ. & propr.

batur ex legibus ſummorum Pontificum, Bonifacius VIII. cap. commiſſa, de electione, lib. 6. Statuit, vt qui ſuſcipit parochialem, & non intendit promoueri, fructus reſtituat, vt qui fraudolenter eos acceperit. Iſta lex eſt intra terminos conſcientiæ, quia intentio hominis non ſubſtat foro exteriori, in quo poteſt eſſe opus ſententia declaratoria: igitur. Alexander IV. capit. quicunque, de hæreticis, ſtatuit, vt filij hæreticorum, qui pertinaciter in hæreſi obierunt, non admittantur ad vllum officium, aut beneficium publicum. A

Hęc eſt lex pęnalis, & obligat ſtatim in cõſcientia, ſine vlla alia ſententia; ita vt ſi filij hæreticorum ſumant dignitatem, vel beneficium, ipſo iure collatio ſit nulla, ſi non interceſſit diſpenſatio.

Ibidem, emancipatio filiorum facta ab hæretico poſt hæreſim, eſt nulla, quia ſtatim ac eſt hæreticus, filij ſunt liberi, & non egent emancipatione. Idem Bonifacius, cap. cum ſecundum leges, de hæreticis, ipſo iure priuat hęreticum dominio ſuorum bonorum; & ſententia declaratoria ſolum exigitur, ad auferendam poſſeſſionem ab eis: vbi vides ante vllam ſententiam priuari dominio, ſed non poſſeſſione, & ſi quæ vendidit, repetuntur. Paulus Secundus in extrauag. communib. Ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alienandis, Inquit, qui alienat res eccleſiæ omnibus beneficijs, ipſo facto priuatus exiſtat: illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur. Cęleſtinus Tertius, capite, tranſmiſſis, de eo qui conſanguineam cognouit vxoris, qui habet rem cum conſanguinea vxoris, non poteſt petere debitum, neque ea mortua poteſt aliam ducere ſine diſpenſatione. Clemens Tertius, cap. ex inſinuatione, de ſimonia, qui committit ſimoniam ſuper aliquo beneficio, ſit incapax ad illud beneficium, & eget diſpenſatione, & ſine declaratione. B C

Pius Primus, Canone, ſi per negligentiam, de conſecrat. diſtinctio. 2. ſtatuit, vt is qui per negligentiam aliquam conſecrati ſanguinis guttam fuderit, quadraginta diebus pœniteat. Et denique multi huius generis exiſtunt canones obligantes in conſcientia abſque declaratiua ſententia. Nec valet, ſi quis dicat, haſce pœnas eſſe pœnitentias: quia etiam pœnitentia impoſita obligat.

Seſ. 9. c. 9. Secundo idem probatur ex Conciliorum conſtitutionibus, Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo, ſtatuit, vt qui habet beneficium, & non recitat horas, poſt ſex menſes a die collationis, tenetur in conſcientia fructus erogare in pauperes, & in fabricam pro rata. D

Seſ. 14. c. 17. Concilium Tridentinum, ſtatuit, vt qui habet duas parochias, & intra ſex menſes vnam non dimittit, ipſo iure vtraque priuetur, & vt tuta conſcientia non poſſit retinere fructus.

Tertio, iudex per ſuam ſententiam poteſt obligare ad pœnam in conſcientia ſoluendam, quod omnes concedunt: cur ergo non idem efficere poterit legiſlator, qui maiorem poteſtatem habet?

Quarto, ſi humana poteſtas non poſſet in conſcientia obligare ad pœnæ ſolutionem ante iudicis ſententiam, fieret ex eo, quia, vt ſuo Achille

vrgent

A vrgent aduerſarij, eſſet contra naturam, quoniam idem eſſet agens & patiẽs: atqui hoc non obſtat, cum poſt iudicis ſentẽtiam maneat eadem ratio, quod debeat pœnam in ſe exercere, exempli gratia, pecuniæ ſolutionem: & omnes leges ieiunij ſunt pœnales, quas quiſque in ſe exercet: igitur. Confirmatur, poteſt quiſque obligare ſe in foro conſcientiæ ad pœnam ſoluendam, ſine illa iudicis ſententia, vt patet in voto, & iuramento, igitur & poteſtas eccleſiaſtica id poterit.

Tertia poſitio, etiam poteſtas ciuilis poſſet condere legem pęnalem latæ ſententiæ quæ obligaret ipſo iure. Primum, ſi quid impediret, id eſſet, quia non poteſt obligare in conſcientia; atqui hoc eſt falſum, vt patet ex dictis: igitur. Deinde poteſt ſæcularis Princeps obligare ſub culpa ad faciendum
B aliquid pro bono communi: ergo poterit etiam obligare ad ſolutionẽ pęnæ ſtatim faciendam, quod cedit in bonum commune, vt ſcilicet timore pœnæ alij terreantur. Poſtremo, huc facit lex vltima, C. de locato & conducto, quæ prohibet militibus rerum alienarum conductiones, & ait, ſciturος, quod ex ipſo contractu ab initio abſque alio facto, abſque alia ſententia, cadãt a militia, & non ſit regreſſio ad priſtinum ſtatum. Et in Hiſpania ſunt nonnullæ leges regiæ, quæ addunt in foro conſcientiæ, vt Didacus refert. Adde etiam qđ ipſemet Sotus cum dixiſſet, ſe non approbare in legibus ciuilibus, hanc clauſulam, In conſcientia teneantur, quia Principes non debent iudicare de conſcientia; tamen in quibuſdam caſibus iſtum rigorem non omnino reprobat. Fatendum tamen eſt, huiuſmodi leges eſſe admodum rigoroſas,
C & periculoſas, ad quas ferendas humana malitia legiſlatores cogit. Quare, Sotus fortaſſe non tam voluit aſſerere poteſtatem humanam non poſſe has leges condere, quam non expedire, & eas quæ ſtatuuntur aliquod exterius iudicis miniſterium requirere, vt ſequenti diſputatione plenius docebo, ſi prius argumenta ſoluero.

In epiſt. par. 2. c. 6. §. 8. num. 10.

Ad primum, ſi quicquã probaret, ſequeretur, quod neq; poſt iudicis ſententiam reus teneretur ſoluere in conſcientia, & cum pœna iam ſit inflicta, reus ſolum patitur. Adde, quod licet metaphyſice loquẽdo, illa operatio, ſit actio, tamen moraliter eſt quædam paſſio, eſt enim actio inuoluntaria, quia nollet ſoluere: quare, non eſt ſimul actio & paſſio. Et cum lex ipſo facto obligat reum, non loquitur ad iudicem, niſi aliter diſponat, aut aliud contineat.

D Ad ſecundum, ſi hoc argumentum conuinceret, nulla pœna, nulla cenſura poſſet inferri abſque ſententia, & audita parte: quod tamen eſt contra aduerſarios, vt poſtea patebit.

Deinde, ideo iudex non fert ſententiam niſi poſt auditam partem, quia ei eſt ignotum crimen de quo ſententiam punitiuam fert: at legi nõ eſt neceſſaria diſcuſſio, quia non imponit pœnam niſi pro crimine, quod vere eſt.

Ad tertium, fatemur talem legem eſſe grauem, & non eſſe ferendam niſi ob graue crimen: non tamen eſt iniuſta, nec improportionata, dum huiuſmodi pœnas imponit, vt patet in excommunicatione: eſſet tamen improportionata, ſi pœnam corporis imponeret, ipſo facto, ante iudicis ſententiam: cum natura abhorreat, vt quis ſeipſum mutilet, aut necet: vt apud

Turcos fieri ſolet; & quod eſt mirum, ſine difficultate faciunt: idque falſa a dæmone inducta perſuaſione: in quo ſeipſos quodammodo vincunt, cum tamen alias leuem carnis tentationem vincere non valeant. Ad quartum, etiam ſuper occulto crimine poteſt imponi pęna ab humana lege: quo fit, vt excommunicentur, & priuentur beneficio ſimoniaci occulti. Ad quinctum, ex benignitate legislatoris & ex gratia illud conceditur: vnde etiam pœnitentias condonant. Ad ſextum, ſi hoc argumentum concluderet, ſimoniacus in beneficio non teneretur reſtituere fructus: quia non deberet ſe prodere: ſimiliter qui furatus eſt: An autem reſtitutio fieri debeat, alibi in Tractatu de reſtitutione diximus. Adde, quod poteſt fieri ſine infamia per tertiam perſonam. Ad vltimum, in eo capite hæreticus priuatur dominio ante ſententiam: poſſeſſio tamen non aufertur, niſi poſt ſententiam. Et quoniam quæ hac diſputatione diximus, melius ex ſequenti intelligentur, ad eam pergamus. A B

An leges pœnales latæ ſententiæ obligent ipſo facto in conſcientia, ante ullam iudicis ſententiam. *Diſput.* IX.

QVAMVIS vniuerſe verum ſit humanam poteſtatem poſſe leges pœnales condere, quæ ſtatim obligent ad pœnam ex conſcientia ſoluendam: tamen quod attinet ad praxim & vſum, maxima eſt difficultas; quam difficultatem hæ demonſtrant rationes. Primum ipſæ legum variæ in hac parte diſpoſitiones: cũ, ſi de iure Canonico loquamur, interdum aliqua ſententia requiratur, aliquando non item; vt patet ex locis ſupra citatis: aliquando ſolum dicatur, ipſo facto, aliquando addatur, in conſcientia. Deinde, variæ ſcriptorũ ſententiæ & loquendi modi, ac etiam rationes, quæ hinc inde occurrunt. Vt autem quid in re valde perplexa ac dubia tenendum ſit explicemus, primum proponam ea in quibus omnes, aut certe plures conueniunt: poſtea ea de quibus eſt aliqua diſſentio: poſtremo quid tenendum ſit ſtatuam. C

Primum itaque conueniunt omnes, legem pœnalem qua continetur pęna aliqua corporis, ſemper requirere iudicis miniſterium, & exequutionẽ. Deinde, conueniunt, omnem pœnam ſpiritualem ſtatim ſuum ſortiri effectum, ſine vlla ſententia declaratoria. Poſtea, idem ſentiunt de pœnis conditionalibus, quæ non ſunt proprie pœnæ. Poſtremo, idem aſſeritur de legibus pœnalibus, quibus impeditur alicuius boni conſequutio. Diſcrepãt autem in his. Primum, an lex pœnalis latæ ſententiæ vim habeat in conſciẽtia, ante ullam iudicis condemnationem, quando continet priuationem beneficiorum adeptorum, & bonorum confiſcationem; & in hoc ſunt hi modi dicendi. Primus Caietani, qui vniuerſe loquendo dixit, nullam legem pœnalem habere vim ante ſententiam condemnatoriam ad pœnam. Secundus aliorũ, vt Soti libro primo de Iuſtitia & iure, Conradi, Medinæ, & aliorum, quos ipſe citat; qui tenent ſententiam latam in hoc caſu non obligare in conſcientia niſi intercedat ſententia iudicis declaratoria: in quam nonnulli D

A nulli multos adducunt legiſtas, putantque communiorem eſſe ſententiam.
Tertius aliorū, qui dicunt obligare ſtatim in conſcientia, & nulla eſſe opus
ſentētia, niſi ad hoc, vt in foro exteriori poſſit inferri pœna, & ad exequu-
tionem veniri, qua reus poſſeſſione priuetur. Ita Panormitanus, qui vnus
multis opponēdus eſt, cap. Canonum, de conſtitut. cap. dilectis, de arbitris.
Paulus a Caſtro l. prima §. beſtias ff. de poſtulando. Quartus Alphonſi a Ca- *Lib. 2. de*
ſtro, qui, nec exequutionem iudicis neceſſariam putat. Deinde dubitatur, *leg. pœn.*
an vlla requiratur iudicis exequutio, cum lex dicit, ad incurrendam pœnā *cap. 10.*
nullam requiri declarationem, vel ſententiam: de quo ſunt duo modi dicen
di. Primus Sylueſtri, Verbo, Emphyteuſis, q. 2. &, verbo, Aſſaſinus, qui ni-
hil aliud requiri exiſtimauit. Secundus Didaci, qui ait iſtam opinionem, *In 2. part.*
B vel eſſe falſam, vel eſſe intelligendam in foro exteriore, non in iudicio inte *Epit. c. 6.*
riore, in quo ait opus eſſe exequutione. Vbi addit, ſi lex dicat, pœnam ſol- *§. 8. nu. 10*
uēdam eſſe in foro conſcientię, tunc obligare. Preterea dubitatur, an hæreti-
cus ipſo facto amittat dominium ſuorum bonorū, ob ſententiam latam. De
qua re Sotus exiſtimat, hæreticum ante iudicis ſententiam non amittere do-
minium, nec poſſeſſionem ſuorum bonorum: quē ſequitur Bartholomæus
Medina: additque eorum dominium remanere affectum ob perpetratum
crimen: ſicuti & dominium pupilli ante legitimam ætatem. At vero alij te-
nent non habere dominiū; iuſte tamen poſſidere, donec auferatur per exe-
quutionem. Vnde patet, quid dicendum eſſet ad aliam dubitationem, An
ſententia declaratoria iudicis retrotrahenda ſit ad tempus in quo commiſ-
C ſum fuit crimen; id affirmarent, qui tenent eſſe priuatum dominio ipſo fa-
cto: alij vero negarent. De his dubitationibus nos ita ſtatuimus.

Prima poſitio, lex pœnalis de pœna corpori infligenda, non obligat in
conſcientia ante declarationem & exequutionem iudicis. Primum patet
hæc poſitio ex communi ſcriptorum ſententia. Deinde ex perpetuo vſu
apud omnes bene inſtitutas reſpub. quæ ſemper huiuſmodi pœnas per mi-
niſtros exegerunt.

Denique ex ipſa ratione, quæ videtur omnino abhorrere, vt quis ſeipsū
vita aut mēbro priuet. Vnde nulla ratione excuſari poſſunt illi, qui ſeipſos
necarunt putantes ſe opus fortitudinis efficere. Secunda poſitio, lex eccle-
ſiaſtica pœnalis latæ ſententiæ, qua aliqua infertur cenſura, ſtatim ſuum ſor
D titur effectum ſine vlla alia declaratione, aut exequutione iuridica. Primū
patet ex communi doctrina, in qua omnes Theologi & Canoniſtæ conue-
niunt: & in re manifeſta, nihil eſt neceſſe, vt multos citem. Deinde, hæc vi-
detur eſſe intentio, Eccleſiæ, quam vſus, & praxis declarat. Quare, ſatis eſt *Mat. 18.*
admonitio ad contrahendas has pœnas: & ita ſtatim atque aliquis non obe
dit Eccleſiæ, habendus eſt pro ethnico & publicano. Cur autem huiuſ-
modi pœnæ ſtatim contrahantur, ea ratio a Caietano aſſignatur, quia ſunt
meræ priuationes; & ita nullam requirunt exequutionis actionem. Quam
rationem aliqui non approbant: quia ex ea ſequeretur, iudicem poſſe dam
nare reum ad ſumendam pœnam corporalem ex ſe: vt, ne ex carcere aufu-
geret, ne ſumeret cibum; cum iſtæ pœnæ in priuatione conſiſtant. Sotus

hanc rationem aſſignat; quod dum Eccleſia priuat aliquem ſuffragijs, ſua ei bona negat, & non requirit bona a reo poſſeſſa, quæ per actionem tradere debeat. Cæterum ratio Caietani eſt magis vniuerſalis; & re vera dantur pœnæ quæ ſunt mere priuatiuæ: aliæ in quibus intercedit aliqua actio, vt patet in beneficiorum & dignitatum priuatione. Vt hæ pœnæ eccleſiaſticæ contrahantur, actus debet eſſe exterior; quia interiores non ſunt ſubditi cenſuris: vnde qui hęreſim mente cogitat, & non profert ore, non eſt excommunicatus: & rurſus actus debet eſſe perfectus, & ita qui ſagittam emiſit necaturus hominem, ſi mors non eſt conſequuta, non contrahitur irregularitas. Tertia poſitio, ſententia lata qua quis priuatur voce paſſiua, & actiua, ipſo facto ſuum ſortitur effectum. De voce paſſiua, vt quidam referunt, A

Barthol. Med. eſt communis ſententia, quæ confirmatur, ex cap. cum ſingula, de præbendis, libro 6. De actiua Sotus ait opus eſſe iudicis declaratione: at Bartho. Medina dubitat, & in contrariam inclinat ſententiam; cum ſit pęna quæ priuationem continet. B

Quarta poſitio, pœnæ omnes appoſitæ per modum conditionis, ipſo facto contrahũtur, cum quod prohibitum erat, commiſſum fuerit. Primum, ex communi doctrina, ita Caietanus in ſumma, in verbo, pęna; Panorm. in capit. Raynutius, de teſtam. Sotus, & alij. Exempli gratia, quidam fecit teſtamentum, & præcipit hæredi vt quotannis det aliquid in eleemoſynam, & ni faciat, ipſo facto amittat hęreditatem; hic non expectatur ſententia. Similiter ſi aliquis conſtruat Collegium, & apponat pęnam, vt ipſo facto iura collegij amittat, ſi leges non ſeruat, aut aliquid faciat: Conditione itaq; nõ ſeruata, perditur conceſſa gratia. C

Quincta poſitio; lata pęna in iure, quæ impedit, ne quis conſequatur aliquod beneficium, vel gratiam, obligat ſtatim, ſine vlla ſententia. Huc pertinent leges quæ nullas reddunt beneficiorum collationes: quæ prohibent miniſtris iuſtitiæ & Principis ne aliquid muneris a clientibus capiant. Quoniam, non ſunt proprie pęnæ ex parte recipientis, ſed veluti quædam conditiones. Ita, præter alios Didacus, in epit. part. 2. c. 6. §. 8. num. 14. & Gloſſa can. Fraternitas, 11. q. 2. Sexta poſitio, lex pœnalis continens ſententiam latam, non eget ſententia condemnatoria, vt obliget in conſcientia. Hoc dixerim pro ſententia communi contra Caietanum. Primum patet hæc doctrina, ex cap. cum ſecundum leges, de hæreticis, vbi hæreticus ipſo iure ſuis bonis priuatur: & ad exequutionem ſola ſententia declaratoria requiritur. Deinde, quia, alias non eſſet differentia inter pœnam latam, & pœnam infligendam; ſi vtraque egeret ſententia condemnatoria; cum tamen hæc ſit vera differentia, cap. fin. de præſcriptionibus, lib. 6. Poſtremo ex ipſa vi verborum: nam pœna lata, dicitur lata ſententia, & latę ſententiæ; quaſi ſententia condemnatoria lata ſit per legem ipſam. D

Septima poſitio, lata pœna in iure quando continet priuationem meram beneficiorum & dominiorum, obligat in conſcientia ante vllam ſententiã.

Nau. in Man. c. 34 23. nu. 66 Habetur hæc doctrina a quibuſdam pro communi, dicuntque neminẽ contrarium affirmare in beneficijs niſi Syluęſtrum: quę ſic probatur. Primo probatur

A batur ex differentia inter hæreticum & homicidam habentes beneficium, quia homicida poteſt reſignare ante ſententiam; quia ipſo iure non cadit a beneficio, vt habet Innocentius, cap. cum noſtris, de conceſſione præbẽdæ: at hæreticus, quia ipſo iure perdit beneficium, non poteſt reſignare, vt habet Bernar. in ſua practica criminali, cap. 106. & Rebufus in ſua practica, cap. Quibus modis amittantur beneficia: imo poteſt etiam ab alio impetrari, igitur, ſi ante omnem ſententiam reſignare non poteſt, cecidit in pœnam. Secundo, per ſententiam ſuſpenſionis a iure latam, ſine vlla ſententia declaratoria amittitur facultas exercendi ſuos actus: igitur pari ratione per ſẽtẽtiam latam a iure, aliquis amittet titulum beneficij: cum non ſit maior ratio vnius, quam alterius. Tertio, ex cap. Cum ſecundum leges de hæreti-
B cis libro ſexto, hæreticus ipſo iure ſine declaratione perdit dominium: ergo ſimiliter, qui priuatur beneficijs eorundem titulum perdet. Confirmatur. Ex Bulla Pij V. qui committunt nefandum crimen, ipſo iure amittũt beneficium: ſed intelligit, de ijs qui exercent. Quarto, ſi eſſet neceſſaria ſententia declaratoria, maxime quia talis pœna requirit aliquam actionem faciendam a reo, quam ipſe non debet exercere, niſi poſt ſententiam: ſed hoc non ita eſt, quia eſt mera priuatio: igitur iſta ſententia non erit neceſſaria, ſicuti nec in cenſuris, quæ ſunt meræ priuationes.

Octaua poſitio, quando quis priuatur ipſo iure dominio ſuorum bonorum, non tenetur ante declaratoriam ſententiam per ſe ea dare fiſco. Hoc aſſeuerauerim contra opin. Alphonſi, quẽ merito omnes hac in parte deſe-
C runt. Vt quod hic doceo melius intelligatur, notãdum eſt alicuius rei dominium & eiuſdem poſſeſſionem eſſe inter ſe diſtincta, vt patet ex determinatione Nicolai III. cap. Exijt, de verborum ſignif. li. 6. nam aliqui Religioſi habent iuſtam rei poſſeſſionem, non tamen dominium. Quod etiam probares ex cap. cum ſecundum leges, citato, vbi hæc tria ſtatuuntur. Primum, vt hæreticus continuo amittat dominium bonorum ſuorum, & ea cedãt Fiſco; ſecundum, quod Fiſcus non poſſit ſpoliare hæreticum ante iudicis ſententiam; intellige de ea, de qua nos hic loquimur. Poſtremo, facta declaratione, confiſcatio retroagatur a die commiſſi criminis, & quod omnes contractus & donationes ab eo factæ ſint nullæ. Hoc poſito, ſic arguo, Primo, quãdo ſunt duo diſtincta, quorum vnum poteſt eſſe ſine alio, priuatio vnius nõ
D infert priuationem alterius: atqui dominium & poſſeſſio ſunt diſtincta: ergo vnum poteſt eſſe ſine alio: Quare, cum aliquis priuatur dominio, nõ ſtatim priuatur poſſeſsione. & cum verſemur in lege pœnali reſtringẽda erit: ac proinde cum per talem legem aliquis priuatur bonis, intelligendũ erit de dominio, non de poſſeſſione: igitur opus erit ſentẽtia iudiciaria, vt amittatur poſſeſsio. Secũdo probatur expreſſe ex citato capite, cum ſecundũ leges, vbi poſſeſsio conceditur vſque ad ſententiam declaratoriam.

Nona poſitio, ſententia declaratione retrotrahitur ad tempus commiſſi criminis. Primum, patet ex capite citato, vbi expreſſe hoc ſtatuitur: addito communi conſenſu doctorum in hunc locum. Deinde, quia hoc habet praxis officij ſanctiſſimæ inquiſitionis, vt patet ex Directorio: Deniq; confirma- *Lib. 3. tit. 9*

tur

tur ex C. ad legem Iuliam maieſtatis, vbi ſancitur, vt læſor maieſtatis etiam A
defunctus condemnetur, eiuſque bona ſucceſſori eripiantur: cui a perpetrato crimine, vt Seuerus & Anton. declararunt, nec ſeruos manumittere licebat, nec ei debitores ſoluere tenebantur. Quare omnes contractus, donationis, & uenditionis ſunt nulli: &, ſi apud hæreticum non inueniantur precia rerum uenditarum Fiſcus occupat dicta bona, nullo reſtituto emptori precio. Cæterum, precia rerum, quæ ſine fraude, victus & vtilitatis gratia, alienauit, ab emptoribus non repetuntur, ſicuti nec illa quæ ſunt apud delinquentem. Sed hoc loco inſtaret aliquis, A iuſto poſſeſſore licet rem emere: igitur contractus ab hæretico celebrati erunt firmi. Reſpondet Sotus negando conſequentiam. Primum, quia iſte nō amiſit dominium, vt ipſe exiſtimat; quod tamen erat impeditum, ſicut dominium quod habet pupil- B
lus, cui alienare non licet: ac etiam collegia Monachorum. Deinde, concedit amiſſum eſſe dominium a tempore cōmiſſi criminis, ſed tamen remanſit, poſſeſſio alienatione prohibita. Ergo dicet quiſpiam, ipſe tenetur rem Fiſco tradere, ſi eſt amiſſum dominium: negatur conſequutio, quia per caput citatum, licet expectare expoliationem per iudicem; vnde non retinet rem inuito Fiſco, & ita licet ei poſſidere; nec poſſeſſione per legem priuatur, cum eā ei concedat. Vbi illud adnotauit Sotus, quod ſi quis vel infamia, vel ſemiplena probatione intercedente, a iudice interrogatus, crimen negaret, reus pęnæ fieret, qua iuſte fuiſſet condemnatus, ſi veritatem confeſſus eſſet.

Decima poſitio, poſt ſententiam, iudicis, reus tenetur pati pœnam, non reſiſtendo iudici, aut eius miniſtris: & ita tenetur exercere actiones neceſſarias C
ad ſubeundam pœnam; vt progredi ad locum iuſtitię, abire in exilium: & in ſuſcipiendis pœnis corporis, non contra niti. Alias enim Dei ordinationi reſiſteret; & ſi iudex iuſte exigit pœnam, ipſe cum iure damnetur, eam perpeti debet, alias ex vtraque parte poſſet iuſtum bellum geri, quod implicat.

Circa pręcipuum caput huius difficultatis, an ſit neceſſaria ſententia non ſuper pęna, ſed ſuper crimine, qua declaretur, reum incidiſſe in crimen a lege prohibitum, vt reus obligetur in conſcientia, poſſet aliquis ita ſtatuere. Primo, cū in lege ſolum dicitur, ipſo iure, non oritur obligatio in conſcien-
Can. ſiquis tia ante ſententiam declaratoriam. Quia, re vera dantur multæ leges ſub
Can. eos. diſt. 8. hac forma, & tamen vſus habet, vt requiratur dicta ſententia. Adde etiam,
De rebus quod Pontifex in illa extrauag. Ambitioſæ, cū dixiſſet, ipſo facto priuati exi-
eccleſ. non ſtant adiecit hanc particulam, Illaque abſque declaratione aliqua uacare cę- D
alien. ſeantur, vnde indicauit nō ſatis eſſe dicere, ipſo iure: & cum verſemur in pęnalibus, iura reſtringenda ſunt. Secundo ſi lex diceret, nulla expectata ſententia aut declaratione: ſimiliter, ſi diceret, in foro conſcientiæ, non poſſit habere, aut retinere; tunc ſtatim obligaret. Poſtremo, idem dicendum eſſet, qn̄ beneficium non eſſet compatibile cum ipſo crimine: vt, ſi beneficiatus in minoribus contraheret matrimonium. Verum in hac materia atendenda
Lege Na- eſt praxis. Itaque ad hoc vt reus teneatur ad pœnam ſoluendam opus erit
uar. i Ma. ſententia declaratoria criminis, cū exequutione: vnde etiamſi peccatū eſſet
c. 23. n. 66. notorium, adhuc nō teneretur ſoluere, vt contra Panormitanum adnotauit

Sotus;

A Sotus;cum ſententia lata declaranda ſit per iudicem, & exequutioni mandanda: unde reus dum exequutionem expectat,nihil peccabit, niſi ſententia ſit ita lata,vt reo committatur exequutio. Atque idem dicendum erit de pœnis ex conuentione contractis,quod non ſint ſoluendę ex conſcientia,niſi repetantur,vt Nauarrus,& Conarruuias docent. Sed peteres,quod igitur eſt diſcrimen inter ferendam & latam ſententiam? Primum differunt,quod ferenda requirit ſententiam condemnatoriam, lata vero ſolum declaratoriam: Denique per latam remanet dominium affectum, per ferendam non ita. Quare cum in cap.finali,de præſcripta lib.6.dicitur,vel ipſo iure priuati,intelligitur per ius declaratum.

B *Qua ratione lex pœnalis interpretanda ſit.* *Diſp.* X.

De hac diſputatione,quam nos breuiter preſtringemus,legẽdus *Ver.lex.*
eſt Sylneſter,qui multa ſuper re propoſita ſcribit,vt etiam Alphonſus,& Angelus.In hoc itaque legum genere interpretando hæ regulæ ſeruandæ ſunt.Prima,in lege pœnali benignior facienda eſt interpretatio. Hæc habetur in regulis iuris,libro ſexto,his verbis,In pœnis benignior eſt interpretatio facienda:quę,vt eo lo
co adnotauit Gloſſa:ſumpta eſt ex ff.eodem tit. l. Factum cuique §.in pœna- *Deut. 25.*
libus. Quæ eſt etiam conformis cum diuinis literis, & cum facto Chri- *2. Cor. 11.* *Galat. 6.*
ſti,qui pepercit adulterę:de qua multa habes apud Gregorium in Paſtorali. *Io. 10.*
C Ad rectum huius regulę vſum,notandum eſt,eam valere,quando lex,ex *Lib. 1. c. 7.*
vi & proprietate verborum poteſt admittere uarias interpretationes; tunc *de lege pæ.*
enim non eſt explicanda iuxta exactiſſimam ſignificationem,ſed iuxta communem ſenſum, & modum loquendi. Deinde cauendum eſt, ne vlla uis fiat verbis; alias enim nulla eſſet legis certitudo, vt Bartholus l. omnes populi,q. ſexta principali ff. de iuſt. & iure, Alber. in proœmio decretalium, Antonius de Butrio,Caſtro,& alij adnotarunt. Quare verba non ſunt detorquenda a ſignificatione communi. Et quando lex patitur varios ſenſus, etiam ſecundum communem verborum uſum,& aliquis eſt dubius, aut nõ ita proprius excludendus erit,vt benignior fiat interpretatio. Exempli gratia, capite,ſtatuiũ de hæreticis lib.6.dicitur, Filij hæreticorum,qui in pertinacia obierunt ad dignitates & beneficia non admittantur:ſenſus eſſe poteſt vt ad iam habita non admittantur,& vt iam habitis priuentur;vel vt non admittantur ad habenda de nouo: reſtringenda eſt lex ad hunc ſecundum ſenſum:ita Gloſ.can. peruerſum,diſt.56.Panormit.cap.Vergentis,de hæreticis. Et ratio eſt in promptu,quia verbum, Admitto,refertur ad futurum. Rurſus ad legem pœnalem,non cum rigore explicandam, hæc animaduerti poterunt.Primũ humani generis infecta,& imperfecta natura;quę,vt ſcriptura ait,prona eſt in malum. Deinde,pius ſenſus legis,& legislatoris iuxta ea *Gen. 8.*
quæ diximus. Poſtea magis conſideranda eſt electio peccantis ac deliberata ratio,quam peccatum;an ſcilicet peccauerit ex electione, an ex aliquo vehementi animi motu.Præterea,opera quæ ante reus geſſit pro rep. bono- *Exo. 11.*

que

que communi:ob quam cauſſam Deus interdum hominibus perpecit. Ad A
2. Reg. 19. hæc, perpendenda eſt nocentis patientia, correctio, & ſummiſſio, quam in Semei conſiderauit Dauid, & denique perſonæ conditio, & facti attributa.

Secunda regula, generaliter dicta in fauorem legis pœnalis non ſunt ad aliquam ſpeciem reſtringenda. Colligitur hæc regula ex Canone, Quod ſi *l. 1. ff. de officio Præſid.* dormierit, 31. quæſt. 1. vbi ex doctrina Auguſtini dicitur, Nec nobis definiédum, eſt quod non definiuit Apoſtolus: vnde Gloſſa infert, Non licere alicui definire, vel determinare, vel excipere, quod canon non excipit, vel definit; vel determinat: vbi nonnullos alios canones citatos inuenies. Hinc pronunciatum apud Iuriſperitos celebre, Vbi lex non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. Verum hæc regula nonnullas admittit limitationes. Prima, quando per legem facta eſt generis reſtrictio: vt in cap. Licet canon, de B electione, libro ſexto, Alexãder Tertius fert legem, ut ſuſcipiens parochiale eccleſiam, & intra annum nõ promouetur ad ſacerdotium, de facto amittat eccleſiam. Hæc eſt lex generalis, ſed nõ eſt generaliter intelligenda: quia Gregorius Decimus cap. ſtatutum, eodem loco, eam limitauit, quãdo eſt parochialis non collegiata: quia tunc nõ habet locum lex illa uniuerſalis. Itẽ in lege ſanctio ff. de pęnis, vbi habetur lex generalis, qua pcipitur iudicibus, vt puniãt ſuo arbitrio trãſgreſſores legũ; intelligitur in eo caſu, in quo nõ eſt *l. in toto ff. de reg. iur.* determinata pęna a lege. Nam, vt Papinianus ait, Generi p ſpeciẽ derogatur, vnde ſumpta eſt regula iuris Canonici, in ſexto. Scda limitatio, qñ ex illa generalitate ſequeretur aliqd iniquũ in lege, reſtringẽda eſt generalitas: quia, licet lex non reſtringat, nos tamẽ reſtringere debemus; vt docet Bart. l. Fur- C ti, §. pactus, ff. de his qui notantur infamia. Huc facit Clementina, Auditor, &, literas, de reſcriptis. Exempli gratia, quod iure canonico ſancitum eſt, ſi Eccleſia polluatur per ſeminis, & ſanguinis effuſionem; reſtringitur ad ſe- *Cap. ſi eccleſia de conſ. eccle. Can. Eccleſia de cõſ. d. 1.* men humanum, & intercedente aliqua irreuerentia Eccleſiæ: & ad effuſionẽ ſanguinis cum aliqua iniuria: ita Gloſſa, cap. vnico, de conſecratione eccleſiæ, vel altaris. Vnde, ſi vulnus vnde oritur ſanguis ſit factum extra eccleſiam, non oritur pollutio. Similiter, nec ſemine a ſomniante deciſo. Item, nec ſemine mariti & vxoris, ſi per vim in eccleſia detineantur ſi ſe cognoſcerent ob timorem illicitæ effuſionis ſeminis. Quo loco adnotat Alphonſus, cum in eccleſia effunditur ſanguis per iniuriam, non eſſe diſtinguendũ de multo, & modico ſanguine, niſi ſit ita modicus, ut pro nihilo reputetur, D vt duæ, vel tres guttæ: quia ſi maior fieret effuſio naſceretur violatio: nec verbum illud canonis, Effundo, deſignat abundantiam, vt exiſtimauit Panormitanus, in cap. Propoſuiſti de conſecrat. Eccleſiæ, vel Altar. Quoniam vbi lex non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. Pro hac ſententia neruoſe pugnat Alphonſus, & probat, effundere, etiam de pauciſſimis guttis eſſe in- *Gen 9. Tit. 3.* telligendum: quia effundere, eſt extra fundere.

Tertia regula, lex pœnalis non eſt extendenda vltra crimẽ, & perſonam, *Gloſ. cap. pœna, de reg. iur.* caſumque in lege expreſſum. Vnde infertur, in lege pœnali, non licere argumentari a ſimili: cum tamen hoc argumentandi genus alias vim habeat: quare in legibus non pœnalibus a ſimili argumentari licet; in hac non itẽ.

Confir-

A Confirmatur hæc regula ex can. pœnæ, de pœnit. diſt.1. cuius canonis doctrina ſumitur ex iure ciuili,& ex cap.Statutum,de electione. Ratio huius regulæ ea eſſe poteſt, quia lex pœnalis, non tam pendet a ratione quæ alias dicitur anima legis, quam a voluntate legiſlatoris; vbi potius pro ratione reddenda eſt Principis voluntas,qua voluit huic rei,hanc pœnam adijcere, & non alteri. Et hic potiſſimum locum habet id,quod de legiſlatore dici ſolet,ſic volo,ſic iubeo,ſit pro ratione voluntas. Per hanc regulam damnatur opinio quædã Archidiaconi,can.1.diſt.68.qui ait,bis confirmatum, eſſe irregularem, quem Canoniſtæ ſequuntur, ac etiam Richardus: ſed melius Scotus, qui aliter ſentit; cum pœna lata contra bis baptizatum, non ſit extendenda ad bis confirmatum. Cauſſa autem cur pro iteratione baptiſmi, *ff. de pœnis.* *Li.4. ſent. diſt.7.*

B & non confirmationis ſit lata pœna,eſt voluntas legiſlatoris:aut certe, quia pœnæ ſunt medicinæ contra eos, qui ſunt proni ad faciendum contra legẽ: & cum multi exiſtimauerint licere ob varias cauſſas rebaptizare, ideo priuatim contra iſtos lata eſt lex pœnalis. Ex hac eadem regula damnatur opinio Angeli,in verbo,Inceſtus, §. vltimo, qui putauit omnem inceſtuoſum, ſiue conſanguineam ſuam,ſiue conſanguineam vxoris ſuæ cognouerit,non poſſe de nouo contrahere,aut ſi iam contraxit,debitum petere; cum caput, Tranſmiſſæ,de eo qui cognouit conſanguineam, ſolum loquatur de eo qui cognouit conſanguineam vxoris. Similiter & opinio quædam Antonij de Butrio,qui aſſeruit,nos non poſſe audire miſſam a quouis clerico exiſtente in peccato notorio; cum caput,Veſtra,de cohabitatione clericorum, & caput,Nullus,diſt.32.ſolum de publico loquantur concubinario. Neque

C facit pro citato auctore, caput finale de temporibus ordinandorum; quia ibi eſt ſermo de ipſis presbyteris crimínoſis, non de illis qui ab eis miſſas audiunt. Similiter ad declarationem allatæ regulæ facit, quod cum excommunicatio fertur in aliquod factum, non extenditur ad mandantes, niſi de illis facta fuerit mentio. Exempli gratia,excommunicantur ferentes arma ad Turcos,in qua mandantes non continentur, & propterea non eſt extendenda ad eos. Quod ſi in lege fieret mentio de mandantibus,tunc profecto includerentur; vt cum excommunicantur,qui violentas manus in clericos inijciunt,vt patet ex cap.Mulieres,de ſententia excommunicationis. *Caie.uerb. excom. 17.q.4.c.ſi quis ſuad.*

D *An iudex poſſit diſpenſare in pœna a lege ſtatuta.* *Diſp.* XL.

QVAMVIS ſupra de legum diſpenſatione vniuerſe ſcripſerim: tamen vt quæ ad legem pœnalem pertinent,priuatim explicemus,propoſitam difficultatem breuiter examinabimus. Ea autem quæ de hoc legum genere nobis ſuperſunt ſcribẽda; omnia fere ex Alphonſo accipiemus: cum nolimus in hac parte, quæ ad praxim pertinet,accuratius quicquam ſcribere. Satis itaque nobis erit ea breuiter colligere,quę vir doctus in hac materia ex profeſſo & accurate tractauit: cum ea quæ dicit,vel vera omnino ſint,vel probabilitate non *Lib. 2. de lege pœn. cap.12.*

careant.

careant. Quod ergo attinet ad dubitationem propoſitam, ex citato aucto- A
re has colligo poſitiones.

Prima poſitio, nullus iudex, etiam ſupremus, poteſt reum a ſententia la-
ta eripere, ne in eam incidat, niſi antequam delinquat, eum ab obligatio-
ne eximat. Quoniam eſt obligatus in conſcientia, ſine alia iudicis declara-
tione. Hæc doctrina intelligenda eſt iuxta ea quæ ſupra diſputata ſunt.

Lib. 1. c. 8. & 9. Ideo enim Caſtro vniuerſe loquitur, quia exiſtimat nulla opus eſſe ſenten-
tia declaratoria, cum lex eſt latæ ſententiæ. Nam ſi requireretur iudicis
ſententia, poſſet negligendo ſententiæ declarationem reum a pœna libera-
re. Si itaque reus per priuilegium non ſit antea exemptus, lex neceſſario
ſuum producit effectum. Vnde dánat citatus Auctor, Panormitanum dicen-

Cap. 1. de Treug. & pace. tem, poſſe per conſuetudinem fieri, vt lex quę de facto obligat, nō obliget: B
Quoniam contra talem legem nulla valet conſuetudo. Verum exemplum
quod affert Alphonſus de excommunicatione lata in percutientem cleri-
cum, non eſt in caſu dubitabili. Ex qua doctrina infert, ingredientes in
monaſteria eſſe ſtatim excommunicatos, licet propter negligentiam & diſ-
ſimulationem Prælati, ſoleant Moniales multos introducere. Pro ſua ſen-

Can Cum multa 15. q. 8. tentia Alphonſus aduerſus Abbatem citat ſolum Matthæum quendam, &
Tiraquellum: reſpondetque canoni cuidam, quo ſuam opinionem munie-
bat Abbas: ex eo enim colligitur pœnam latæ ſententiæ per conſuetudinem

Conc. Tol. 9. c. 19. fuiſſe ſublatam. Primum ait, legem illam eſſe concilij particularis, cuius pœ-
na forte per Pontificem, vel Regem fuit ſublata. Deinde ait Eccleſiam il-
lam renunciaſſe iuri ſuo, non exigendo illam pœnam, non quod per con- C
ſuetudinem fuerit ſublata. Quod ſi ei obijcias multas excommunicatio-
nes hoc pacto fuiſſe ſublatas; vt excommunicationem contra non reuelan-
tem ſimoniam, contra dantes aliquid pro gratia impetranda, contra impri-

Conc. Lat. ſub Leo. x. mentes libros non examinatos, Reſpondet, in ſimilibus legibus contineri
duo; alterum, eſt id quod lege prohibetur: alterum eſt ipſa pœna. Si quod
prohibetur, ſolum ſit de iure humano, per conſuetudinem contrariā abo-
leri poteſt; quo ſublato, etiam pœna tollitur: quare, id quod remouetur, nō
eſt obligatio ipſa ad pœnam; ſed opus, gratiæ exempli, librorum, examina-
tio. Verum, quod attinet ad excommunicationem contra eos, qui pro gra-
tijs impetrandis aliquid accipiunt, renouata eſt per Gregorium XIII. in
bulla, de datis & acceptis; ac etiam illa de libris examinandis, per Conci- D
lium Tridentinum.

Secunda poſitio, iudex non poteſt ſine culpa remouere pœnam ab hu-
mana lege taxatam. Quoniam iudex ſubijcitur legi, quæ eſt recta ratio; ac

Lib. 5. eth. c. 6. 2. Polit. c. 8. proinde dominari debet; vt Ariſtoteles ſcriptum reliquit: eſt itaque, vt idem
ait, periculoſum non iudicare ſecundum leges. Limitat hanc doctrinam
vt non habeat locum in illis legibus, quæ non obligant ad peccatum; vt
ſunt quorundam Religioſorum conſtitutiones; quare ſuperiores non pec-
cant remittendo pœnas. Confirmatur allata poſitio ex Auguſtino dicen-

Can. in iſtis d. 4. te, Non licere iudici de legibus humanis iudicare, ſed ſecundum ipſas.
Rurſus, quia alias noceret ei, qui accepit iniuriam, non reddendo ei ius;

ac etiam

A ac etiam Deum offenderet: ſiquidem, qui vindictam a iudice petit, a Deo petit: ac proinde iudices Dei iudicia iudicare dicuntur, & dij vocantur. Denique, ideo peccaret, quia noceret reipub. cuius intereſt vt crimina puniantur: ac proinde in multis legibus latæ ſunt pœnæ aduerſus iudices in puniendo negligentes. Non tamen ſemper eadem pœna puniendi ſunt, qua reus, vt Felinus & Oſtienſis voluere; ſed quando id in lege exprimitur. Quod ſi obijcias; Deus ſolet condonare pœnas, & diſſimulare peccata propter pœnitentiam, & in ſacris literis mirifice eius celebratur miſericordia; & iudicium interminatur ei, qui non fecerit miſericordiam: igitur idem facere poterit, & debebit, iudex, qui Dei perſonam gerit. Reſpondetur, Deum non eſſe imitandum in omnibus: qui, vt ſupremus iudex poteſt

B parcere & punire, vt vult: & dum parcit, poteſt corda mutare: & ſæpe non punit, vt poſtea grauius puniat: & dum relinquit peccatum impunitũ, eo vti poteſt in bonum. Illud autem quod dicitur contra eos qui non vtuntur miſericordia, non eſt reſtringendum ad iudices. Qđ ſi iudex ſit ſuperior, ex cauſſa poterit, aut diſpenſare, aut remittere pœnam; cum id reip. proderit, & lapſus voluerit; vt aliquando docuit D. Thomas, ac etiam Felinus, cap. qualiter & quando, §. ad corrigendum, de accuſationibus. Vt ſupremus iudex recte in pœna diſpenſet, oportet vt pœna ſit poſita in bonum commune reip. quia, ſi eſſet adiudicata priuatæ perſonæ, non poterit eam remittere, niſi boni communis cauſſa; Vt Felinus loco citato, Baldus, & Angelus docent.

Rom. 13.
D. vulti C. ne ſacrum baptiſ.
L. Seruos C. ad legẽ Iuliam.
2.2.q.67. art.4.

Sed dubitares, an iſte cui eſt adiudicata pęna poſſit eam remittere: & quod

C poſſit, hæc ratio ſuadere videtur. Quia, vt habetur in capite ſtatuimus, de regularibus, quiſque poteſt renunciare iuri ſuo. In contrarium, ea eſt ratio, quia intercedit damnum reip. ad quam pertinet, vt delicta puniantur. Reſpondet ad hanc dubitationem Alphonſus, aitque ſolum vniuerſe dici poſſe; non licere remittere in illis caſibus, in quibus lex remiſſionem prohibet: vt in capite ſtatutum, §. ſi quid, de reſcriptis; lib. 6. vbi prælatus obligatur ad reſtituendum quod acceperit, contra legem ibi ſancitam; remiſſione nullatenus profutura, vt ait Gloſ. in verbo, Remiſſione, & cap. Exigit, §. vltimo, de cenſibus, lib. 6. vbi idem prorſus de remiſſione, non valitura ſancitur & Clementina, Nolentes, de hæreticis: vbi cum fuiſſet interdictum inquiſitoribus, ne prætextu officij aliquid extorqueant, adijcitur, Nullis priuile-

D gijs, pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris. Quare, cum dicitur, quẽque ſuo iuri renunciare poſſe, intelligendum eſt, cum a lege non prohibetur: quia prohibitione non exiſtente, fiere poterit vniuerſe loquendo. Immo, qui prohibitus eſt remittere pœnam, ſi eam donet, inquit citatus auctor non peccabit, quia non eſt prohibitus donare. Nec propterea reus cenſebitur omnino impunitus, quia ſat eſt quod iudex eum condemnauerit ad pœnam: & accidit, quod alter remittat. Ex quibus illud conficitur, quod ſi iudex remitteret, aut condonaret pœnam certæ perſonæ adiudicatam, obligatus eſſet ad reſtitutionem, cap. vltimo, de iniurijs & damno dato. Idem dicas de teſte legitime interrogato, ſi veritatem non manifeſtet, vnde alterius ſequitur detrimentũ: ni is reſtituat, in cuius vtilitatem teſtimoniũ dixit.

Tertia

Can. quiſquis 11. q. 3. L. Reſpic. ff. de pœn.

Tertia poſitio, quando pœna non fuerit a lege taxata, iudex eam temperare poterit, pro delicti qualitate, iuxta ea, quæ ſupra in prima regula de legis pœnalis interpretatione adnotauimus. Vbi autem ſententiam tulit, non poteſt amplius eam minuere pœnam, quam per ſententiam declarauit, præterquam in crimine hæreſis, in quo hoc eſt ſpeciale. Capite, Vt commiſſi, §. vlt. de hæreſibus, lib. 6. vbi datur facultas mutandi & mitigandi pœnas damnatis propter hæreſim; cum id expedire videtur. In alijs ergo non licebit, niſi ante latam ſententiam. Et quamuis Iudex pœnam temperare poſſit, tamen omnino remittere non poteſt: cum punire & non punire non ſit in eius poteſtate: interdum tamen, ob criminis leuitatem, atque ex cauſſa, ſine alterius iniuria, totam remittere fas eſſet. At vero Princeps qui non eſt ſub lege, totam remittere poterit, cap. Niſi, de officio legati. Quod ſi hic peteres an quando lex pœnam ſub diſiunctione ſtatuit, iudex minorem poſſit eligere? Abbas, Cinus, & Bartolus, hunc in modum diſtinguendo reſponderent ſi verba diriguntur ad iudicem, vt puniat, quam maluerit pœnam eam eligere poterit: ſi ad reum, ei danda erit optio. Neque hoc ſecundum eſt limitandum, vt facit Abbas, quando uerba legis ad reum directa paſſiue pronunciantur, quod tunc electio ſit iudicis, quia iſta magis ad iudicem, quam ad reum referuntur, qui paſſionem inferre debet, vt excommunicare, &c. Atque hæc ſunt quæ de re propoſita a citato auctore diſputantur. A B

Cap. inter cæteras, de reſcrip.

An qui apud iudicem agit vt reo minuatur pęna peccet, & reſtituere teneatur ei cui pœna adiudicata fuerat. *Diſp.* XII. C

CVM ergo iudex interdum pœnam remittendo peccet, vt paullo ante demonſtratum fuit; quæritur modo, de eo, qui pro reo intercedit. Nam ſi iudex peccat remittendo, is etiam qui intercedit, vt qui alterius crimini conſentit, peccabit; cum is qui rogat maius quid præſtet, quam is qui tantum conſulit. Contra vero, nihil peccare ex eo demonſtrare licet, quod uiri ſancti hoc officium ſæpe præſtiterint, iudices exorãdo, vt etiam ſceleratiſſimis ignoſcerẽt, quod non ſemel fecit Auguſtinus, qui pro Donatiſtis, Marcellinum, & pro Circumcellionibus Agripinum rogauit. Hanc difficultatem, interrogatus a Macedonio, in quadam epiſtola expoſuit Auguſtinus, ex cuius doctrina ſequentes colligo poſitiones. D

Epiſt. 158. 159. & 160. Epiſt. 54.

Prima poſitio, nemo poteſt intercedere apud iudicem, vt homini ſcelerato tota remittatur pœna. Primum patet hæc poſitio ex argumento facto: quia non licet rogare, quod iudex ſine peccato facere non poteſt; at totam pęnam in re propoſita iudex remittere nequit; quia alias legum auctoritas periret: igitur. Deinde, ex Auguſtini facto, quia nunquam rogauit, vt illi nulla afficerentur pœna; ſed tantum vt iudicij ſeueritas mitigaretur. Quod ſi interdum vſurpat verbum, Impunitũ, intelligitur, ratione criminis, quod cũ leuior de eo pęna repoſcitur, videtur impunitum. Secunda poſitio, ſi qui offenſus eſt ex mera caritate peteret a iudice, vt tota pœna reo condonaretur, idq; ea de

In epiſt. citans.

A ea de cauſſa faceret, vt ſe nullo odio laborare oſtenderet, vel vt ille rubore
affectus, deſineret eſſe inimicus, quod carbones ignis, vt loquitur Apoſto-
lus, in ſuum caput coniectos videret, non peccaret. Ratio eſt hæc, quia non
petit vt peccatum impunitum remaneat, quaſi illud ſibi placeat; ſed vt ſua
bonitate nocentis vincat malitiam, & ad pœnitentiam reuocet; & illud adim
pleat, Diligite inimicos veſtros, & benefacite illis. Hanc rationem ad Mar- *Mat. 5.*
cellinũ ſcribendo, reddit Auguſtinus. De hac doctrina plura qui volet no- *Epiſ. 158.*
ſtrum legat de Pacificatione librum. *159.*

Tertia poſitio, quando ſperatur nocentis emendatio, poteſt agi apud iu-
dicem, vt minore pœna puniatur, & maxime ſi eſſet pœna mortis. Quo loco
animaduertendum eſt, non ſemper iudicem eſſe obligatum ad remittẽdam
B pœnam, quotieſcunque aliquis pro nocente iuſte rogat: ſiquidem iudex, &
is qui petit fines habent diuerſos; & ideo, quod vni poteſt eſſe licitum, alte-
ri nõ licere poterit. Is qui intercedit, vt plurimum, vtilitatem proximi, ſiue
nocentis ſpectat: iudex vero reip. bonum. Ratio allatæ poſitionis hæc eſt,
quia qui petit a iudice, quod licite facere poteſt, non peccat: atqui iudici,
ex cauſſa pœnam minuere licet; iuxta l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his
qui notantur infamia: igitur. Felin. & Oſtien. dicunt, iudicem qui ſine cauſ-
ſa pœnam remittit, fieri infamem: ſed male, inquit Alphonſus iſtos ex textu
vnico, l. ſeruos, C. ad legem Iuliam, de vi publica, ſumere vniuerſalem regu
lam: ſiquidem male ex vno particulari infertur vniuerſale. Vnde monet Iu-
riſperitos, vt Dial. diſcãt. Iuſtas cauſſas ob quas iudici pœnas minuere fas eſt
C explicat Gl. l. qđ ergo, §. pœna grauior, ff. de his q̃ notãtur infamia, & Felin. c.
qualiter & quãdo §. ad corrigẽdũ, de accuſation. qui enumerãt ẽt cauſſas ob
quas pœnas augere licet. Prima cauſſa ob quã fas eſt pœnã minuere, eſt ætas *l. Auxiliũ.*
ſenectutis vel pueritiæ. Scđa, paupertas, maxime quãdo pœna eſſet pecunia *§. in delict.*
ria; qua remiſſione facta, etiãſi poſtea reus ad pinguiorẽ ueniret fortunã, nõ *ff. de min.*
tenebitur, qđ remiſsũ fuit pſoluere. Tertia, doli defectus, q̃a peccatũ eſt nõ
data opera; & ita q̃ ſe defendẽdo aliquẽ occideret, cũ aliter ſibi cõſulere po
tuiſſet, mitiore pœna puniẽdus eſſet. Quarta, cõſuetudo, q̃ nõ eſſet mala; vt ſi *Abbas. c.*
ex cõſuetudine nimis leuis aut nimis grauis poneret pœna; q̃ vſus dãnatur *ea da ſtat.*
in capite cũ cõtingat, de foro cõpetẽti. Quincta, qñ iudex nõ poſſet infligere *mor.*
pœnã a lege ſtatutã, vt ſi q̃s eſſet ſacris initiatus, & mortis pœna eſſet infligẽ
D da; quã cũ iudex infligere nõ queat, in mitiorẽ cõmutabit, c. In archiepiſco-
patu, de raptoribus. Verũ, ſi lex ipſa mitiorẽ apponeret, vel diminutionẽ pro
hiberet, ſeruãda eſſet. Itaq; ſi quis pro reo intercedat, eo animo, vt eũ melio
rẽ reddat, qđ ſperet, eũ emẽdatũ iri, iuſte ageret, & aliquid meretur, vt Aug. *Epiſt. 54.*
docet. Quod ſi obijcias, nõ licere pro alterius vita intercedere, cũ id ſit lege
vetitũ, l. quiſquis, cũ militib. C. ad l. Iuliã, maieſtatis: quẽ locũ citat Grat. can.
ſiquis. 6. q. 1. ubi notãtur infamia, qui id faciũt. Rñdetur, hanc legẽ habere
vim in foro exteriore; cũ Imperator caritatis opera prohibere nequeat; &
nobis datũ ſit conſiliũ, vt ijs benefaciamus, qui oderũt nos. Deinde, diceres,
legem illam habere locũ in grauiſſimis criminibus, de quib. ibi habetur ſer
mo. Quod ſi rurſus obijcias, Deum prohibere orare pro peccatoribus, iux-

Ier. 7. ta illud, Tu ergo noli orare pro populo hoc, Non prohibet, ne oret, ſed ſolum admonet, ne oret: quia, inquit, non te exaudiam; quoniam oratio non erat profutura. Adde etiam, ſi prohibitionem admittere velis, ideo prohibuiſſe, quia Deus videbat populum eſſe animo obſtinato, ne rogando non impetraſſe videretur. A

Hier. in hunc locũ.

Quarta poſitio, quando reus eſſet omnino obduratus in peccato, & nulla prorſus ſperaretur emendatio, etiamſi eſſet pœna mortis, pro eo orare nõ liceret. Primum, ita docet Auguſtinus, qui dum ait, hac ſola ratione licere orare pro reis, vt corrigantur: Et confirmatur; quia qui huic reo parceret, peccaret: igitur & qui pro eo oraret: ſumptum patet ex canone, Faciẽtis, diſtinct. 86. Facientis culpam, inquit Ioannes VIII. proculdubio habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emẽdare: & infra, Nec caret ſcrupulo cõſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Deinde, quia Deus non vult, vt pro ijs oremus, quibus non vult parcere; cuiuſmodi ſunt impœnitentes: quare, qui pro iſtis oraret, faceret iniuriã Deo. Adde auctoritatem Hieronymi in epiſtolam ad Philemonem. Quincta poſitio, non licet pro reo intercedere, quando inde manaret dãnum proximo; vt ſi pęna eſſet adiudicata parti: neque enim eſt exhibenda pietas cum alterius damno, nec facienda ſunt mala, vt inde eueniant bona: & qui dãni cauſſam dat, damnum dediſſe videtur. Adde Auguſtini auctoritatem in epiſt. 54. B

Rom. 7.

An reus excuſetur a pœna ſtatuta, ob ignorantiam. *Diſput.* XIII.

CVM hoc loco detur nobis occaſio tractãdi difficultatem cognitu maxime neceſſariã, cum in omni ſcientia practica, tum in materia de legibus; ideo eã paullo latius, quam fortaſſe præſens locus expoſtulare videtur, explanare conabimur. In hac itaque diſputatione, hæc nobis explananda proponimus. C

Primum, quid & quotuplex ſit ignorantia: ſecũdum, an ignorãtia faciat inuoluntarium: tertium, an ignorãtia, & quæ ignorantia ſit peccatum: quartum, quid homo præſtare debeat, vt ignorantia ſit inuincibilis, & quorum habeatur: Quinctum, an ignorantia concomitans excuſet a peccato: ſextum, an ignorantia excuſet a peccato; Septimum an excuſet a pœna.

Ariſt. poſt. Quod igitur ad primum attinet, ignorãtia, quæ nihil aliud eſt, quã ſcientiæ priuatio, duplex eſt, altera quæ dicit ſolum inſcientiam, quæ nec eſt culpa, nec pœna, qualis fuit etiam in primis parentibus, qui non omnia norũt; ad quam remouendam ſpe ſciẽdi omnia, a dęmone fuerunt decepti, cũ eis dixit, eritis ſicuti dij, ſciẽtes bonũ & malũ hoc eſt oĩa; altera, q̃ vel eſt pęna, vel culpa, q̃ peccatũ ſequit. Hęc duplex eſt, una q̃ dicitur pure negationis, quæ nullum includit actum, & ita dicit merã priuationem cognitionis rei, aut circunſtãtiæ; de qua intelligitur illud, Omnes vias eius intelligere noluerunt: altera p̱ rauæ diſpoſitionis, quæ includit aliquem actum contrarium ſcientiæ & veritati; qua is eſt affectus, qui non modo ignorat, ſed ob prauam diſpoſitionem & contrarium hab itum, contra exiſtimat, quam res eſt; de qua intelligitur illud Sapientis, Ergo errauimus à uia ueritatis; D

qualis

A qualis ignorantia eſt in homine hæretico, qui male de fide ſentit: prima in eo qui nihil de noſtra religione nouit. Secundam Ariſtoteles appellat deceptionem, nos errorem appellare poſſumus. Atque hęc diuiſio ſumitur ex parte cognoſcentis. Rurſus ignorantia ex triplici capite diuidi ſolet. Primo ex parte obiecti, ſeu rei ignoratæ, in ignorantiam iuris, cum neſcitur ius, ſiue præceptum & ſtatutum, quo aliquid faciendum decernitur; quæ ſubdiuidi poteſt iuxta iura quę ignorantur, vt eſt ius naturale, diuinum, & humanum, & in ignorantiam facti, qua noſcitur, ſiue non cognoſcitur id quod fit; vt ſi quis percuteret clericum, quem putaret eſſe ſecularem, & ſi maritus accederet ad nō ſuam, quam ſuam eſſe exiſtimabat: vt accidit Iacobo cum ad Liam acceſſit. quæ tot modis poteſt euenire, quot ſunt circunſtantiæ aggrauantes, *Auguſ. in Enchir.* *L. 1. ff. de iuris & facti ignor.*

B vel minuentes actum. Secundo ex parte ſubiecti vtraque ignorantia, tū iuris, tum facti, diuiditur in inuincibilem, affectatam, craſſam, & probabilem. Inuincibilis ea eſt, qua homo neſcit ea quę ſcire non potuit humano ſtudio adhibito; quā ſuperare non valuit, etiamſi fecerit, quod facere potuit: quam nonnulli infideles habent de fide catholica, & quia multa ſunt quæ homo ſcire non debet, ideo multarum rerum ignorantiam vincere non tenetur: q̄d autem facere debeat, vt eam vincat, poſtea dicetur. Affectata, quam alij vincibilem vocant, ea eſt, quam homo habere vult, & eam eligit, vt ignorando liberius peccet; iuxta illud, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Huius ignorantiæ duæ ſunt cauſſæ, altera, quia homines putant ſcientiam eſſe noxiam, ob quam rationem Paulus aliquando Chriſti ſcientiam refugiebat: altera, *Iob 21.* *Gal. 1.*

C peccandi libido, ne ſi adeſſet ſcientia, a peccato retraheret, aut retardaret: iuxta illud, Noluit intelligere, vt bene ageret. Quam ij affectant, qui nolunt audire verbum diuinum, ne dum male agunt a conſcientia vexentur. Craſſa ea vocatur, qua homo illas res ignorat quas ſcire tenetur, ſed hoc lata ſua culpa, quando non adhibuit eam diligentiam ad ſciendum quod debebat, quā homines eiuſdem conditionis cōiter adhibere ſolent, vt ſi Medicus ea negligeret ſcire, quæ cōiter Medici ſcire ſolent, & debent: in quam ij facile impingunt, qui laborem refugiunt: ac proinde ēt, ſupina vocatur, quia qui ſupini iacent, ſunt otioſi: craſſa vero, quia negligētia ſolet hoīes craſſos facere. Hāc craſſam ignorantiam male definiuit Ancaranus, vt late contra eum diſputat Caſtro. Quia definiuit in ordinem ad ſcīam, cum definiri debeat per nullam *Pſal. 35.* *Cap. Vt animarum de conſt. lib. 6. n. 3.*

D aut modicam diligentiam. Ignorantia probabilis eſt illa, qua homo ignorat ea, quę non erat obligatus ſcire, ēſi potuiſſet, qualis eſt in ruſticis, qui ignorant leges & canones. Hanc diuiſionem aliqui partiuntur in duas, vt vna ſumatur ex ratione eorum quæ ignoranti accidunt, vnde oritur diuiſio in affectatam, & craſſam: altera ex parte obligationis ad ſcientiam, vnde oritur ignorantia vincibilis, qn̄ non fit totum id, quod poteſt, ad eam vincendā, & inuincibilis, quando non facile vinci potuit. Poſtremo diuiditur ex parte actus, in antecedentem, concomitantem, & conſequentem. Antecedens ea dr̄, quę eſt cauſſa cur aliquid fiat, quod homo non faceret, ſi habuiſſet ſcīam, & ipſa nullo modo fuit accerſita. Quare hæc ignorantia duas requirit conditiones, quarum prima eſt, vt ſit cauſſa alicuius actus & operis, hoc eſt, ideo

aliquis hoc faciat, quia ignorat. Secunda, vt ipſa non ſit directe inteta, qualis eſt ignorantia affectata, nec ét indirecte, quia fluit ex culpa & neglig̃etia, cuiuſmodi eſt ignorantia craſſa, vel ſupina: quarum neutra poteſt eſſe antecedens, & ità ſolũ comprehendit inuincibilẽ, & probabilem. Comitans eſt, cum ignoratur actus, qui adhuc fieret, etſi ſciretur, quæ tñ, nec directe, nec indirecte eſt intenta, & ita complectitur inuincibilẽ & probabilẽ, quæ non ſunt electæ. Conſequens, eſt ea, quæ eſt aliquo pacto intenta, ſaltẽ indirecte, vt eſt craſſa. Poteſt tamen aliquo pacto eſſe antecedens, ſed non ſimpliciter; vt in hoc patet exẽplo. Quidam ex craſſa ignorantia percuſſit clericũ, quem ſi nouiſſet eſſe clericum non percuſſiſſet: quia craſſa eſt, cõſequens eſt, cum ſit aliquo modo intenta: quia vero non feciſſet, antecedẽs. Idem dicas de comitante, quæ poteſt eſſe ſimul comitans, & conſequens, vt quando ex craſſa procedit, & etiam ſi ſciret, faceret. Atque hæc de primo. De ſecundo, qđ explicandum propoſui, breuiter agam. Cum ergo quæritur, an ignorantia faciat inuoluntarium ob quam cauſſam poteſt excuſare a peccato, hæc occurrit dubitandi ratio: quia cum per ignorantiam aliquis faciat, quod alias non faceret, videtur potius facere voluntarium. Vt igitur hic nodus explicetur, nota a philoſophis aſſignari quoddam cauſſæ genus, quod remouens prohibens appellant: quo modo qui remouet lignum eſt cauſſa, vt lapis qui in eo quieſcebat, deorſum moueatur. In quo genere cauſſæ quattuor conſiderantur, cauſſa remouens, cauſſa prohibens, effectus prohibentis, vt lapidis quies, & effectus remouentis, motus. Cum ergo ignorantia ſit cauſſa remouens prohibens, in ea iſta quattuor animaduertenda erunt. Scientia hominis quæ prohibet, ne quid fiat: effectus contrarius, vt nolo occidere: ignorantia remouens, & effectus remouentis, nimirum cæx. Quia ergo effectus ignorantiæ eſt contrarius volitioni, quæ ſequebatur ex ſcientia, ideo dicitur facere inuoluntarium, id eſt, contra illam volitionem: nihil enim eſt voluntarium niſi cognoſcatur. Quamuis ergo iſte nunc velit iſtum actum facere, tamen, quia neſcit, exempli gratia eſſe homicidium, non dicitur homicida. Quare ea ignorantia qua remouetur ſcientia, quæ impedit peccatum, eſt cauſſa peccati per accidens, tanquam remouens prohibens: quæ uere remouet ſcientiam, qua poſita adhuc homo peccaret, non dr̃ cauſſa peccati, ſed comes peccati. Ex his itaq; patet ad dubitationem propoſitam. Vbi etiam illud adnotauerim, quod eſt ſcitu neceſſarium ad id, quod tertio loco explicandũ propoſui, ea quæ homines ſunt obligati ſcire, eſſe in duplici differentia: alia ſunt ordinata ad operationem, ut ſunt leges quibus agenda & agendorum ratio traditur: alia quæ debemus ſcire, non ut aliquid faciamus, ſed ut recte ſentiamus, ut ſunt fidei & religionis myſteria. Vel hoc modo diuideres; alia tenemur ſcire, quia credenda, alia quia facienda, quorum alia ſunt communia omnibus, & ſcitu ſimpliciter neceſſaria, ut quædam præcepta communia noſtrę religionis: alia quę ratione alicuius officij, aut muneris recte exercendi ſcire oportet, & ita quilibet artifex noſcere debet quæ pertinẽt ad ſuã artẽ, ſine quorũ cognitione eã recte exercere nequit. Et hæc de ſcđo; ſequitur tertiũ. Quod ergo attinet ad tertiũ, in quo explicandum eſt, an ignorantia ſit peccatum,

Ariſtot. 2. Phyſ.

A B C D

A peccatum,ita ſtatuo. Prima poſitio,aliqua ignorantia eſt peccatũ. Quoniam Dauid petebat a Deo,ne meminiſſe vellet ſuas ignorantias,& Paulus ait,qui ignorat,ignorabitur. Adde quod homo tenetaliquid ſcire:ergo illius ignoratio,vel omiſſio,quæ duo pro eodem ſumo, erit peccatum. Secunda poſitio,ignorantia ſecundum ſe,ſuamque rationem eſt peccatum. Hoc affirma- uerim contra opinionem Caietani & Durandi,qui dixerunt, non eſſe peccatum ex ſe,ſed ratione negligentiæ ob quam quis fit ignorans, dum nõ curat ea diſcere, quæ debet. Explico iſtam ſententiam,cognitio veritatis in ſe,non eſt virtus moralis, niſi ratione cuiuſdã virtutis, quæ ſtudioſitas vocatur, media inter curioſitatem,& negligentiam: quæ eſt vitium in voluntate exiſtẽs, quia homo non diſcit,quæ debet.Ignorantia ergo,vt opponitur ſciẽtiæ non *1.2.q.66. art 2.* *2. ſent. d. 22.q.3.*

B eſt vitium,niſi ratione negligentiæ,quæ opponitur ſtudioſitati. Nos cũ alijs contra ſentimus:vbi nota,aliud eſſe,aliquem actum eſſe peccatum,aliud illum imputari ad peccatum:vnum enim ſine alio eſſe poteſt:vt,furari eſt peccatum, ſed non attribuitur vitio, niſi quia eſt voluntarium: hoc poſito,dicimus ignorantiam ex ſe eſſe peccatum, quæ tamen non imputatur niſi ratione negligentiæ.Primum ſic probatur:Omiſſio alicuius præcepti eſt peccatũ, & non ſolum rõne negligentiæ,vt ſi quis peccaret non audiendo ſacrum ob negligentiam:ergo etiam ignoratio eorum quæ quis ſcire tenetur:quoniam ignorantia eſt omiſſio ſeu defectus ſcientiæ quam quis debet habere. Ipſa itaque negligentia ignorandi aliquid eſt mala,quia homo tenebatur nõ habere talem ignorantiam. Confirmatur, facere contra præceptum, ex ſe, eſt *Barthol. Med.*

C peccatum:at qui ignorat,quod ſcire debet,facit contra prçceptum:igitur illa ignorantia ex ſe erit mala. Alterũ ſic probatur, quia ſi adſit omnis diligentia ad ſciendum, quod ſciri debebat, fiet ignorantia inuincibilis,quæ nõ eſt peccatũ:ergo ignorantia,non imputatur,niſi ratione negligentiæ: quæ ideo dicetur peccatum, quia aliquid ignorare quod ſcire oportet,eſt peccatũ.Sicuti in alijs peccatis, negligentia adimplendi præceptũ, ideo eſt peccatum, quia non implere præcepta eſt peccatum,& vt diligentia ſciendi ideo eſt in præcepto,quia ſcire eſt in prçcepto,ita negligentia in ſciendo erit cõtra prçceptum, quia neſcire eſt contra præceptũ. Tertia poſitio, ignorantia probabilis & inuincibilis non eſt peccatum, ẽtſi ſit eorũ quæ homo tenebatur ſcire.Quoniam non eſt voluntaria:intellige ſi adhibita ſit debita diligẽtia. Vn-

D de colligitur craſſam,ſiue affectatã eſſe peccatum,cum ſit voluntaria. Quarta poſitio,ignorantia eorũ quę homo tenetur ſcire,non vt agat,ſed vt ſciat,niſi ſit inuincibilis,eſt peccatum,quomodocunque teneatur illud ſcire. Primũ, quia in diuinis literis ſæpe talis ignorantia damnatur. Verum, inquit, Deus per Iſaiam,præ vino neſcierunt,& præ ebrietate errauerũt.Sacerdos & propheta neſcierũt præ ebrietate,abſorpti ſunt a vino.Et alio loco,Speculatores eius cęci oẽs,neſcierũt vniuerſi.Itẽ,conticuit populus meus,eo qđ nõ habuerit ſciam: qa tu ſciam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi,& oblita es legis Dei tui,obliuiſcar filiorũ tuorũ,& ego. Deinde,qa Deus grauiſſimas minatr pęnas illis, q hoc ignorãtiæ genere laborant. Denique,adde ſniam ſanctorũ Patrũ,qui mirũ in modũ, paſſim ignorantiã damnãt, vt Hie-

 ronymus,

Lib. 1. contra Pel. Hom. 28. in epiſt. ad Rom. Tract. 80. in Ioan.

ronymus, vt Chryſoſtomus, Auguſtinus, & alij, quos in re manifeſta miſſos facio. Quincta poſitio, ignorantia eorum quæ homo tenetur ſcire, vt recte ſentiat de fide, & recte credat, vt ſunt articuli fidei, eſt peccatum mortale. Primum hoc patet ex præcepto dato Apoſtolis de promulganda fide vt homines credant: credi autem diſtincte nõ poteſt, quod ignoratur, igitur. Et Chriſtus dominus, ſi non veniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent, intellige de peccato infidelitatis, & non credendi, quod per excellentiam, peccatum nominatur. Deinde, idem confirmare ex auctoritate doctorum in hunc locum, & maxime Auguſtini. Huc etiã petinet illud, qui ignorat, ignorabitur: quod priuatim de ignorãtia rerum diuinarum intelligitur. **A**

Tract. 83. in Ioan. Epiſt. 105.

Sexta poſitio, ignorantia eorum quæ homo tenetur ſcire vt honeſte viuat, & pie agat, eſt peccatum mortale; huiuſmodi ſunt vniuerſalia legis naturæ documenta, & decalogi præcepta. Primum patet ex diuinis literis in quibus præcipitur vt hæc diſcantur, & ignorantibus maximæ pœnæ inferuntur. Deinde, quoniam homo eſt obligatus ad aliquid agendum, & ad ſeruanda mandata Dei, & in primis quę per naturæ legem docuit: quæ qui ignorat, ſeruare non poteſt: igitur. Septima poſitio, ignorantia eorum quæ ſunt iuris poſitiui, & eorum, quæ cuique ſeruanda, ſunt poſt ſufficientem legis promulgationem, eſt peccatum mortale. Vnde fidelis tenetur ſcire quãdo ſit audiendum ſacrum, & quando ſit ieiunandum. Primum hoc patet, ex eo quod debemus parere mandatis ſuperiorum, & leges ſeruare. Deinde, quia humanæ leges & ius poſitiuum ſtatuit, vt hæc ſciantur, & ad ſeruandũ obligãt: igitur. **B**

Deuter. 6. & 11. Iſai. 5. Ier. 4. L. ſacrat. C. de leg. Cap. 1. de conſt. D. Tho. 1. 2. q. 76. artic. 2.

Octaua poſitio, ignorantia eorum quæ homo tenetur ſcire, vel facere rationealicuius officij, eſt peccatum mortale. Quoniam quiſque ſuo tenetur muneri recte ſatisfacere, id quod qui ſuam artem ignorat, nunquam faciet. Quare, mercator ſcire debet, quę pertinent ad mercaturam recte faciendam: medicus item, maritus quæ ad ſuum ſtatum, & ſacerdos itidem. Et vniuerſe, quiſque eſt obligatus ſcire normam eius rei quam iuſte vult exercere. Quo fit, vt qui in pluribus negocijs verſari vult, plura ſcire ex humanis conſtitutionibus debeat. Ex quibus intelligi licet, quantum errent illi Concionatores, qui hæc non docent, ob quorum ignorantiam fideles ſunt in ſtatu peccati. Notat hoc loco Caſtro, leges quæ non obligant ad peccatum mortale, neque etiam obligare ad earum ſcientiam: nam ideo obligant ad ſcientiam, quia ad obſeruationem obligant. **C**

Ezec. 36. Rom. 12. De reg. su. c. quãtus

Nona poſitio, etiam ignorantia facti interdum eſt peccatum. Quoniam aliqui ex officio aliorũ facta nota habere debent, vt paſtores, quibus ouium vultus cognitus eſſe oportet: atque etiam circunſtantiæ nonnullæ quę pertinent ad res agẽdas, & ad diuinum cultum. Similiter parochus tenetur ſcire, an ſui confiteãtur ſuo tempore. Idem de alijs perſonis dicas, quę ſunt obligatę aliquo pacto ad alios corrigendos. Huc facit illud Pauli pręſides monẽtis, vt in ſolicitudine pręſint: atque etiam hæc Diui Gregorij pulcherrima ſententia, Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit. Decima poſitio, qui ignorat, non peccat continue, ſed ſolum quando eſt tempus acquirendi ſcientiam, & negligit. **D**

Vndecima

A Vndecima poſitio, ignorantiæ peccatum tollitur per pœnitentiam, licet non tollatur ipſa ignorantia. Ratio, quia tollitur negligentia, dum ignorans proponit ſe velle diſcere, & curam ponit, vt diſcat: & ita ignorãtia quę erat culpabilis fit inculpabilis: etiamſi ſolum habeat pœnitentiam de ignorantia, non de peccatis alijs: immo ſine pœnitentia ignorantiæ, per propoſitum de adhibenda diligentia, fit inculpabilis. Atque hæ ſunt poſitiones, quas in hac parte ponẽdas duxi; ad quarum maiorem confirmationẽ nonnullas ſoluam dubitationes.

Prima, peccatum, eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, ex Auguſtino: at ignorantia nihil horum eſt: igitur. Reſpondeo, in hac definitione ſubintelligendas eſſe ſuas negationes, non factum, non dictum, B propter peccata omiſſionis. Quare, non ſcire quod debes, peccatum erit.

Secunda, Diuus Thomas, videtur affirmare ignorantiam eſſe peccatum ratione negligentiæ: & ſi eſſet ex ſe peccatum, vt nos diximus, de eo priuatim egiſſet, quod non fecit, cum hac de re egit: igitur non eſt verum quod nos docuimus. Reſpondeo, dici peccatum propter negligentiam, ratione attributionis, vt explicuimus: de quo, egit, cum de peccato omiſſionis diſputauit: cum ſit omiſſio ſcientię. Ideo priuatim egit de negligentia, quia egerat de ſolicitudine quæ eſt pars prudentiæ, vt ageret de oppoſito prudẽtiæ. Tertia, peccatum eſt in voluntate: at ignorantia eſt in intellectu, igitur non eſt peccatum. Reſpondetur, hæreſis éteſt peccatum, & tamen eſt in intellectu: ſimiliter actus imperati, vt furtum, & homicidiũ: quare vt in tranſ- C greſſione legis non ſolum peccatum eſt in voluntate, ſed etiam in actu imperato, ita in omiſſione, in omiſſo & ignorato. Quarta, peccatum opponitur virtuti morali: at ignorantia opponitur ſcientiæ, quæ eſt virtus intellectus: igitur. Reſpondetur vt cognitio eſt actus ſtudioſitatis imperatus a voluntate, ita ignorantia eſt actus negligentiæ quæ opponitur ſtudioſitati ab eadem imperatus. Sed obijceres, ſcire, eſt actus intellectus, non igitur ſtudioſitatis: verum, hoc nihil eſt, quia multa ſunt peccata quæ aduerſantur virtutibus intellectualibus volũtarijs, vt infidelitas, hæreſis, & error artis: adde etiam, quod ſcire pertinet ad obiectum ſtudioſitatis; vt oratio ad obiectum religionis, licet illa ſit in ratione, hæc vero in voluntate. Quincta, ſecluſa negligentia circa ea quæ ſcire debemus, manet ignorantia ſine vllo pecca- D to: ergo ex ſe non eſt peccatum. Reſpondeo, ex ſe eſſe peccatum, licet non imputetur peccato propter adhibitam diligentiam. Sed diceres, ergo ignorantia inuincibilis erit peccatum: ita eſt, ſi de ea loquamur, vt eſt ignoratio eorum, quæ ne ſciuntur; non autem vt eſt inuoluntaria. Sed de hoc capite ſatis, ſequitur aliud.

De quarto, duo nobis explicanda ſunt: primum, quid homo debeat facere, vt ignorantia ſit inuincibilis: alterum, de quibus talis ignorantia haberi poſſit. Quod attinet ad primum, tria ſunt in quibus omnes conueniunt. Primum, hominem eſſe obligatum ad aliquid faciendum, ad hoc vt ignorantia ſit inuincibilis. Secundum, hominem non obligari ad faciendum ſimpliciter omne id quod poteſt; ad tollendam iſtam ignorantiam. Tertiũ,

eſſe obligatum facere id,quod confert ad expellendam talem ignorantiam: A
ſed dubium eſt,quid ſit id quod facere tenetur. Vt autem doctorum opiniones intelligas, animaduerte tria eſſe remedia ad tollendā alicuius rei ignorantiam. Vnum eſt propria conſideratio: alterum aliorum hominum conſilium: poſtremo diuina inſtructio, ſiue oratio, qua a Deo veritatis notitia petatur. Hoc poſito, circa allatam dubitationem ſunt tres dicendi modi. Primus eorum qui dicunt, hominem in hoc caſu eſſe obligatum ad faciendum id,quod faciunt viri bonæ conſcientiæ: ſed hic peteret aliquis, quid
In 4.ſent. d.15. ſit quod faciunt iſti boni viri. Secundus eorum qui dicunt, debere conſulere virum doctum; & ſi decipiatur,non erit ei tribuendum ad ignorantiā. Ita Landulphus quidam Neapolitanus. Atqui,inquit Caſtro, hoc ſatis non eſſe,vt aliquis excuſetur ab ignorantia iuris diuini,vel humani:ſed ſi res eſt B
grauis debet plures conſulere. Rurſus debet inquirere de fama & vita eorum quos conſulit, & de bona conſcientia, Quia, ſibi nequam, cui bonus
Eccl.14.et 37. 3.Reg.21. erit? Anima vero viri ſancti, enunciabit aliquando vera, & vnius ſententia aliquando melior eſt,quam multorum; ut unius Micheæ,quam multorum prophetarum, & unius Iudith, quam totius Senatus. Si ſint multi ex
Quodlib.1. q.1. Quodlib.4. ar.1. utraque parte, & altera ſit eligenda, tutior eligatur. Tertius Adriani, qui duo dicit. Primum in illis, quæ non ſunt neceſſaria omnibus ad ſalutem, quorum alia pertinent ad ius naturæ,ut ſcire aliquem contractum eſſe uſurarium,alia ad ius ciuile,ſatis eſt ad ignorantiam inuincibilem, ut homo faciat,quod in ſe eſt,humano more,ut miniſterio hominum inſtruatur, & ita ſat eſt conſulere doctos: Alterum,in illis quæ ſunt neceſſaria ſimpliciter ad C
ſalutē,ut præcepta iuris naturalis,articuli fidei,principia religionis,& præcepta eccleſiæ,non ſat eſt confugere ad auxilium humanum, ſed oportet ſe
Tract. de leg. q.129. m. 8. præparare per caritatem & orationem,ut homo inſtruatur a Deo. Idem ante ipſum docuit Gulielmus Pariſienſis uir grauiſſimus: Alexander Alenſis, in ſecunda parte,Ioānes Gerſon,Lectione quarta de uita ſpirituali, Gabriel Biel,in 2.ſent.diſtinct.22.quæſtione 2.Syluester in uerbo, Ignorantia, §.6.a qua non uiſus eſt abhorrere Diuus Thomas in quodlib.tertio,articulo decimo,& Alphonſus a Caſtro,qui ait adhibendam eſſe pœnitentiam,ut remoueantur peccata quæ impediunt ne Deus per ſe, uel per homines ueritatem reuelet. Et quia Deus non deeſt, ideo ſi homo faciat, quod in ſe eſt, harum rerum non poterit eſſe ignorantia inuincibilis. Hæc ſententia his nititur rationibus. D

Prima ſumitur ex ſacræ ſcripturæ locis. Vnctio,aiebat Ioannes, docebit nos de omnibus:& Regius uates,Dediſti metuentibus te ſignificationem,vt fugiant a facie arcus. Ex quibuſdam alijs locis colligitur, Deum denegare ſuam lucem & inducere in errorem ob peccata & permittere vt doctores
Iſa.9.19. nos decipiant. Secundo,vel homo facit quod in ſe eſt,& tunc proculdubio
Ezec.14. dirigetur a Deo: quia non deeſt in neceſſarijs vel non facit,& tunc error nō
Pſal.68. erit inuincibilis.Confirmatur,homo tenetur credere,et poteſt credere,quia ſi faciat quod in ſe eſt,certiſſime Deus eum docebit:igitur. Quod debeat facere quod in ſe eſt,præceptum eſt notiſſimum,a quo nemo excuſatur. Tertio,

A tio, medium aptiſſimum ad hoc vt homo illuminetur a Deo, eſt facere ea *Iac.1.*
quæ diximus: igitur, ni illud adhibeat, non excuſabitur. Quarto, nemo po-
teſt excuſari a peccato, per id quod Deus decernit in pœnam peccati, vt eſt *Rom.1.*
cæcitas & error, quibus rebus Deus permittit neſciri neceſſaria ad ſalutem:
ergo per iſtam ignorantiam nemo excuſabitur. Denique, nemo eſt, qui non
habeat a Deo auxilium ſufficiens ad credendum, & ad ſalutem conſequen- *Pſal.144.*
dam: ergo nemo ex hac parte excuſari poterit. Nos ita ſtatuimus.

Prima poſitio, ad hoc vt ignorantia facti ſit inuincibilis, ſatis eſt vt homo
faciat aliquam diligentiam modo humano. Primo probatur ex facto Iaco-
bi, qui adhibita humana diligentia, inuincibili ignorantia excuſatur, quod
dormiuerit cum Lia: neq; enim eſt neceſſe, vt quoties maritus ad lectum ac- *Geneſ.29.*
B cedit videat, an ſit ſua ea, quam in lecto inuenit: neque vt ægrotus ſemper
Medicum conſulat, cum vult cibum ſumere. Et vt ille qui emit, petat ab eo
qui uendit titulum dominij. Sat igitur erit tanta diligentia, quantam hu-
mana prudentia communi vſu requirit. Deinde confirmatur ex l. Nec ſu-
pina, ff. de iuris & facti ignorantia; vbi dicitur, quod ſicut ignorantia ſupina
ferenda non eſt, ita nec ſcrupuloſa inquiſitio exigẽda: & ſcientiam hoc mo-
do æſtimandam eſſe, vt nec negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expe
dita ſit, neque dilatoria curioſitas exigatur. Sed obijcies factum Abimelech,
qui uoluit accipere eam, quę erat Abrahę: cui, etſi diligentiã adhibuit, Deus
dixit, en morieris pro muliere, quam tuliſti; & Rex illud factum uocat pec-
catum graue: ergo non ſatis eſt dicta diligentia. Reſpondet Lyranus Abi-
C melech non adhibuiſſe omnem diligentiam, quam debuiſſet. Dic etiam,
non tantum peccaſſe, quod illam ducere voluerit; ſed quia habebat ſuam:
modo intelligitur can. in lectum, 34. q. 1. & 2. Poſtremo, factum dicitur pec
catum grande, quod ex ſe eſt grande; non quod ille grande peccatum cõmi
ſiſſet. Et quia humanam diligentiam adhibuit, idcirco a Deo monitus fuit,
ne erraret, & faceret id, quod alias morte dignum fuiſſet. Secunda poſitio,
quando ignorantia eſt circa ea, quæ videntur deduci ex iure naturali, vel cir
ca ea quæ ſunt iuris poſitiui, ſatis eſt, vt qui ignorat conſulat unum, vel alte-
rum virum doctum & pium, ſi res non ſit maximi momenti: ſi vero maioris
momenti, plures conſulendi erunt: & quando res adhuc eſſet dubia, tutior
pars erit eligenda. Eſt communis doctrina, quæ probatione non eget.
D Tertia poſitio, quando ignorantia eſt circa ius diuinum, & ea quæ ſunt
neceſſaria ad ſalutem, non eſt neceſſe vt homo faciat totum id, quod ſimpli-
citer poteſt, & vt diſponat ſe per pœnitentiam, & per orationes, ſed ſatis eſt,
vt plures doctos, & pios conſulat, vt paullo ante diximus. Quare, non pla-
cet hac in parte Adriani opinio ſimpliciter accepta. Primum, quia ſatis eſt
tenere viam ordinariam, quam Chriſtus nos docuit, vt cõſulamus paſtores
& doctores, quos nobis reliquit: quorum auxilio & inſtitutione, homines
ad fidem traducũtur; vt ex Paulo diſcimus. Secundo, ponamus aliquem ita *Rom.8.*
ſe præparare, vt contraria opinio docet, & eum intrinſecus illuminari: ſed
tamen, ſine Dei miraculo, quod non eſt requirendum, non ſit certus de ſuo
ſpiritu; iſte, ſi aliter a ſuis doctoribus inſtrueretur, his potius, quam ſuo ſpi-
ritui

ritui debet credere, ni quis cum Luthero aliјſque hæreticis velit ſentire: igitur iſta præparatio non eſt ſufficiens. Tertio, quia ſequeretur virum iuſtū non poſſe habere ignorantiam inuincibilem: quia ſemper facit quod in ſe eſt, vt a Deo doceatur: conſequens eſt falſum, cū aliqui infideles poſſint conuerti, manente ignorantia inuincibili aliquorū articulorum fidei. Quarto, vel iſta diſpoſitio per pœnitentiam eſt neceſſaria vt homo doceatur per uiā ordinariā; & hoc non, quia multi exiſtentes in peccato illuminati ſunt per concionatores, immo doctrina euangelica eſt diſpoſitio ad pęnitentiam, nō contra; vel, vt per miraculum a Deo doceatur, & tunc ſequeretur Deum nō prouidiſſe ſufficiēter Eccleſię ſuæ, ad hoc vt homines ordinaria via inſtruātur, quod eſt abſurdum. Denique, Diuus Cyprianus omnem diligentiam adhibuit, vt de eo de quo dubitabat fieret certus in Concilio Carthaginēſi, **B** quod in puerorum anabaptiſmo errauit; & tamen manſit in errore: quare in viro iuſto, qualem Cyprianum fuiſſe exiſtimandum eſt, poterit eſſe ignorantia inuincibilis.

Quarta poſitio, in aliquo caſu ad auferendam ignorantiā opus eſſet confugere ad Deum, vt ipſe illuminaret. Vt ſiquis infidelis inciperet audire legem euangelicam, aut aliquis hæreticus haberet ſcripulos de errore in quo eſt, deberet recurrere ad Deum vt illuminaretur, præſertim cum deeſſent doctores, quos conſuleret. Similiter tempore ſchiſmatis, cum de vero Pontifice dubitaretur: & cum aliqua ſubita & magna illuſio dæmonis adeſſet, vt contigit Bernardo, cui dæmon ſub ſpecie crucifixi apparuit, & in aliјs ſimilibus & grauioribus caſibus, vt ex Auguſtino diſcimus. Satis itaque eſſet **C** conuertere ſe ad Deum per orationem, etiam ſi quis non præpararet ſe ad gratiam. In communibus vero caſibus, ſi non adeſſet exterior doctor, quē conſulere liceret, homo excuſaretur ignorantia inuincibili. Quincta poſitio, qui alios conſulit, & poſtea ex prauo affectu in ſua manet ignorantia, vt olim Iudæi cum Chriſtum conſulebant, non eſt tutus in conſcientia donec prauum deponat affectum, quo excœcatur, ne veritatem videat. Vt itaq; ignorantia fiat inuincibilis, ignorans debet alios conſulere, & prauum affectum deponere: quibus factis, erit in conſcientia tutus. Et hæc de primo, quod in hoc capite explicandum propoſuimus: ſequitur alterum, in quo docendum eſt, de quibus rebus poſſit eſſe ignorantia inuincibilis.

Lib. de utilit. cred.

Prima poſitio, ignorantia inuincibilis non poteſt cadere circa principia **D** iuris naturalis, cuiuſmodi ſunt iſta, Bonum eſt amandum, honeſtum eſt amplectendum: Quod tibi non vis, alteri ne feceris, & c. Quoniam iſta omnia, ipſo naturæ lumine nobis indito, ſine vllo diſcurſu cognoſcuntur. Quod ſi qui iſta negent, aut nolint, id non fit ex ignorantia, ſed ex malitia.

Secunda poſitio, circa primas concluſiones ductas ex naturali lumine, & ſpeciatim circa præcepta decalogi poteſt cadere ignorantia inuincibilis ad breue tempus, non tamen diu. Quod cadere poſſit, patet: Primo, quia iſta non ſunt omnino per ſe nota, ſicuti nec Deum eſſe: igitur eorum poteſt eſſe ignorantia inuincibilis, antequam per diligentiam in eorum notitiam veniatur. Deinde, quia viri alioqui non indocti, non ſine diſcurſu & ſtudio

venerunt

A venerunt in cognitionem veritatis iſtorum præceptorum. Quare, qui olim adorarunt idola, vel aliquid agebant contra dicta præcepta & veritates per inuincibilē ignorantiā, aliquādo excuſari potuere. Quod diu excuſari non potuerint, ſic probat. Primo, q̄a (ſi quis mentē adhibeat) nō multo labore, & ſine p̄ceptore (vniuerſe tñ loquendo) iſtę primę cōcluſiones deduci poſſunt, ex illis primis principijs; vt alias diximus: aut ſaltem ab alijs qui eas cognoſcebant, accipi potuerunt. Deinde quia vix fuit vlla gens tam barbara, quæ non cognouerit iſta præcepta ſeruanda eſſe. Vnde Paulus aiebat, Gentes quæ legem non habebant, ea quæ ſunt legis facere: Et Ariſtoteles cū ignorantiæ vitio damnandum eſſe dixit, qui ius vniuerſale ignoraret. Præterea, in diuinis literis damnantur vniuerſe omnes qui iſta ignorant; vt qui *Rom. 1.* *Lib. 3. eth. c. 3.*
B Deum non norunt, qui idola colunt, qui iniuſtitiam exercent. & ideo Paulus dixit, Gentes eſſe inexcuſabiles. Poſtremo, cum habeamus Angelos cuſtodes, quod etiam Ethnici cognouere, credendum eſt eos iſta nos docere, vel ad ea cognoſcenda nos iuuare: & Paulus aliquando dixit, Deum non deſeruiſſe homines, ſed ſeipſum manifeſtaſse per creaturas, & per munera quæ nobis per creatas res largitur; dans pluuias de cœlo, &c. Quod ſi dicas, apud nonnullos populos fuiſse leges & mores contra iſta præcepta, vt apud Germanos & Spartanos, & Scythas, apud quos approbabatur furtum: apud alios nuptiæ valde inceſtuoſæ: apud alios ſenes vt inutiles necabantur; apud alios mulierū cōmunitas, & huius generis alia fuere admiſsa: dicerē id accidiſſe ob luminis naturalis tenebras, ob multa peccata quibus *Sap. 13. 14 & 15.* *Rom. 1.*
C homines erant oppreſſi, introductas: cū hęc ſit peccati vis, vt peccantem rationis lumine paulatim priuet: ita vt aliquādo eo deueniatur, vt nuſquā appareat. Tertia poſitio, circa ea quæ diſtant a primis naturæ principijs, a quibus non facile colliguntur, poteſt eſſe ignorantia inuincibilis per longum tempus; vt ſunt iſta, Diuortium non eſſe licitum: vxorum pluralitatem eſſe malam: non licere pro alterius ſalute falſum iurare: fornicationem ſimplicem eſſe omnino illicitam: vindicationem priuatam eſſe malam: humanam hoſtiam Dei ſacrificare non licere. & id genus alia. *Cic. Tuſ. 3*

Primum, quia horum vitiorum deformitas ſine diligenti rationis diſcurſu cognoſci non poteſt. Deinde, quia iſta & horum ſimilia fuerunt in vſu apud nonnullas nationes; vt diuortium & vxorum pluralitas. Poſtremo,
D quia etiam apud Chriſtianos, qui in luce Euangelij ſunt, circa iſta nonnulla oriuntur dubia: apud quos tamen, non eſt ita facile admittenda ignorantia inuincibilis iſtarum rerum, & circa ea pręcepta quæ communiter doceri, & ab omnibus ſciri ſolent: vt circa pręceptum de non fornicando, de vna tantum vxore habenda: quia qui iſta ignorat, ex negligentia culpabili ignorat. At vero circa præcepta, quorum explicatio non eſt ita in vſu, nec ita communiter ſciuntur, poteſt eſſe ignorantia inuincibilis in aliquibus; per aliquod tempus: vt, an aliquis contractus ſit vſurarius: an ex mutuata pecunia liceat aliquid accipere, vt ex mutuato equo: Quæ qui inter barbaros fuiſſet nutritus, inuincibiliter ignoraret; vt ſimplicem fornicationem eſſe peccatum. Quarta poſitio, circa præcepta diuina poſitiua hoc eſt circa articulos

ticulos & myſteria fidei, poteſt diu cadere ignorantia inuincibilis. Hoc affirmauerim contra ſententiam Adriani, quam his rationibus impugno. Primo, auctoritate D. Pauli dicentis, homines non poſſe credere ſine prædicante: igitur qui non audiuerūt, ſunt excuſatione digni; cum Diuus Paulus eos ſolum condemnet, qui audiuerunt, & non crediderunt. Huc facit etiam illud Domini, ſi non veniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum nō haberent. Secundo ex auctoritate Auguſtini, libro de natura, & gratia, cap. 2. 4. & 8. tractatu 89. in Ioannem, dum citata Christi verba declarat, & epiſtola 105. ad Syxtum. Sunt tamen qui dicunt, poſſe haberi ad breue tempus, & non ad longum: ſed ſi non audiuerunt, profecto habere poſſunt etiam ad lōgum. Poſtremo, quia poſt Chriſti paſſionem & ante ſufficientem Euangelij promulgationem certum eſt apud multas nationes fuiſſe iſtam rerum ad ſalutem pertinentium ignorantiam; quæ tamen ob non ſeruatam naturæ legem in ſtatu erant peccati, & damnabantur, non propter infidelitatem, ſed ob alia crimina.

Ioan. 15. *2. 2. q. 10. art. 1.* A B

Quincta poſitio, circa præcepta humanæ legis poteſt eſſe ignorātia inuincibilis ad longum tempus. Primum, quia ſi eſſe poteſt circa præcepta diuinæ legis, multo magis circa ea quæ ſanciuntur lege humana, quorum cognoſcendorum non tanta debet eſſe cura: nec ita facile ſciri poſſunt, vt diuina. Deinde, quoniam alias omnes deberent dare operam legibus humanis: quod non eſt dicendum. Quod ſi obijcias caput primum, de Conſtitutionibus, vbi ſtatuitur, vt Canonum ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus: at cuſtodiri nequeunt, ſi ignorentur: igitur omnes ea ſcire, debent: dicerem hanc conſtitutionem obligare eos, qui in iudicijs verſari volūt, vt patet ex ſequentibus verbis; qui, etſi teneantur ſtatuta ſcire: tamen adhuc poſſunt inuincibiliter quædam ignorare, vt de diuino iure diximus. Sexta poſitio, ignorantia facti poteſt eſſe inuincibilis reſpectu cuiuſcunque iuris naturalis, diuini, & humani. Doctrina eſt manifeſta, vnde poteſt quis ſine culpa coniungi matrimonio cum ſorore: neſcire, an hoſtia ſit conſecrata, & denique, necare hominem miſſa ſagitta.

L. leges ſacras. C. de legib. C

Septima poſitio, culpabilis ignorantia, ex eo quod homo dolet de peccato, fit inuincibilis: quia per pœnitentiam tollitur culpa: immo etiam ſine pœnitentia, ex ſolo propoſito adhibendi diligentiam, vt ſupra diximus.

Ad primum, vnctio diuina docet omnia humano modo a ſe conſtituto, vel hic locus intelligitur de interiore Dei auxilio, ſine quo non habet efficaciam prædicatio humana: alia loca in quibus Deus permittit, vel punit ignorantiam in pœnam peccati, intelligenda ſunt de ignorantia culpabili, quando non quæruntur doctores qui inſtruant, vel ſi quæruntur, non quæruntur boni. Ad ſecundum, hominem facere quod in ſe eſt, dupliciter intelligi poteſt: vno in ordinem ad totam vitam, ſeruando naturæ legem, præparando ſe ad gratiam, & tunc certiſſime a Deo illuminabitur: ſed hoc totū non tenetur aliquis facere, antequam habeat cognitionem Dei per legem ordinariam, audiendo verbi diuini concionatores, per quos ei innoteſcat pœnitentiam eſſe medium idoneum ad recipiendam illuminationē a Deo. D

Neque

A Neque enim diuina præcepta ita obligant, vt homo debeat adhibere omne medium ſibi poſſibile ad eorum obſeruationem: ſicuti homo tenetur conſeruare vitam, non per omne medium; vt per perpeſſionem grauiſſimi doloris, per cibum maximi precij, ſed ſat eſt, ſi adhibeantur media communiter ordinata & apta ad talem finem. Altero modo in ordinem ad aliquid particulare, vt ad tollendam aliquam ignorantiam, & tunc non eſt neceſſe vt faciat totum quod in ſe eſt, vt quis illuminetur, cum ſat ſit doctores conſulere. Immo, nec etiam neceſſe eſt vt adſit vera pœnitentia vt illuminetur de rebus fidei in particulari, niſi per communem viam: vnde Cornelius Cêturio, & alij miſſi ſunt ad doctores poſt conuerſionem. Ex quibus patet etiã ad huius argumenti confirmationem. Quare, etſi homo ſit obligatus facere quod in ſe eſt, non neceſſario ſequitur, vt ſtatim illuminetur in omnibus: Act. 9.
B neque enim pœnitentia eſt vnicum & neceſſarium remedium ad tollendam ignorantiam vincibilem, & ita ſine ea poteſt aliquis facere, quod in ſe eſt.

Ad tertium, patet ex dictis, & ſi quid probat, ſolum quartam poſitionem probat. Ad quartum, illa ignorantia, quam Deus adhibet in pœnam peccati, eſt ignorantia affectata. Ad quinctum, Deus dat omnibus ſufficiens auxilium ad recte viuendum, quod ſi homo faceret, illuminaretur: ſed non dat immediate auxilium ad credendum, & ita multi excuſantur ab incredulitate, ſed non a vitæ peruerſitate. In ſumma, ut hoc caput concludamus, circa omnia iura humana & diuina poſitiua poteſt contingere ignorantia inuincibilis, & circa omnia facta; ad quam tollendam nõ obligatur homo Alm. in Mor.
C ad ſummam diligentiam adhibendam, neq; ad faciẽdum id totum ad quod alias obligatur, vt ad pœnitendum de peccato; vnde ſat eſt, vt media adhibeat ordinaria, & id faciat, quod vir bonus & prudens facere conſueuit.

De quincto capite, in quo explicandum eſt, an ignorantia concomitans excuſet a peccato. Quidam uidentes, ſed non bene, quod aliquando dixit D. Thomas, exiſtimarunt, talem ignorantiam non excuſare: quare ſecundũ iſtos, qui alias voluiſſet occidere ſuum inimicum, & per ignorantiam concomitantem illum occideret, quia hic actus eſſet uirtualiter intentus, peccaret. Vbi nota actum aliquem eſſe uoluntarium contingere tribus modis; primò formaliter, cum re ipſa eſt cognitus & intentus: ſecundo, interpretatiue, cum quis agit ex ignorantia craſſa, & culpabili, vt ſi quis emitteret baliſtam in foro, & præter intentionem hominem occideret; poſtremo uirtua
D liter, vt homicidium factum ab ebrio, qui ſciens factus eſt ebrius, & in ebrietate ſequire ſolet; & hoc modo, inquiunt iſti, eſſe noluntarium, quod concomitanti voluntate aliquis vult: de qua re nos ita ſtatuimus.

Prima poſitio, ſcite dicitur, ignorantiam concomitatem non excuſare a peccato. Primum ex Ariſtotelis doctrina, qui ait, eam ignorantiam excuſare, quando qui peccauit, ſe feciſſe pœnitet: quod non facit qui per ignorantiam concomitãtem peccat; vt ex eius explicatione patet. Adde, quod etiã inſignes Theologi ſic loquuntur, vt D. Thomas, Durandus, Gabriel, Marſilius, & alij. Deinde ratione, illa ignorantia excuſat opus, quæ eſt cauſſa operis: at iſta non eſt cauſſa, cum non antecedat actum: igitur. Secunda poſitio, 1.2. q. 76. ar. 3 Lib. 4. ſen. d. 22. in 2. ſent. q. 15.

tio, reatus ille qui procedit ab ignorantia concomitante non eſt peccatum, vt talis eſt. Primum, peccatum non eſt, vbi non adeſt uoluntas; ſed ignorantia iſta facit non uoluntarium, vt ex eius expoſitione patet: igitur. Secundo, cum quis per talem ignorantiam voluit exẽpli gratia occidere animal, quod putabat eſſe brutum, & non hominem, non peccauit: igitur nec quando occidit. Tertio, conditionalis voluntas nihil facit ad meritum vel demeritũ: igitur non attingit humanos actus: exempli gratia, nõ propterea quod Deus ſcit me peccaturum eſſe, ſi mihi daretur occaſio, hoc mihi ad peccatum adſcribit; nec ad maius meritum, quod ſciat, me daturum eſſe aureum numum cum do argenteum, etiamſi putarem eſſe argenteum, & alia ſimilia fingeres exempla. Quarto ſequeretur hominem ſine culpa fieri perplexum, vt ſi alicui viro expectanti vxorem, ſupponeretur alia quam adamaſſet, de qua tamen non cogitaſſet; quam ſi noſceret cum ea concuberet. Denique, ex contraria ſententia ſequeretur, vt idololatra, qui ſemel ſe & omnia ſua retulit in idolum, peccaret in omnibus operibus, quod eſt omnino falſum: ſequela patet, quia ſi iſte interrogaretur cum bona moralia facit, cur faciat, diceret, ſe in ſui dei cultum facere. Neque hoc eſt contra D. Thomam, quem ſi recte Almaynus intellexiſſet, vtique non reprehendiſſet; cum expreſſe docuerit, hanc ignorantiam non afficere actum, ſed eum relinquere in ſua natura. Sequitur ſextum caput, de quo ita ſtatuo. A B

Loc. cit. ar. 84.

Prima poſitio, ignorantia in tantum minuit peccatum, in quantum minuit uoluntarium; vnde quæ totaliter minuit, omnino excuſat, & tollit peccatum, vt eſt ignorantia inuincibilis: quæ non attingit actum, ſicuti concomitans, nec minuit, nec auget: illa minuere poteſt, quæ eſt cauſſa peccati, & tamen non excuſat totaliter a peccato; vt eſt culpabilis, non affectata; vt cũ quis ob negligentiam ignorauit, & poſtea peccauit, vbi eſt minus uoluntarij: at uero affectata auget, quia ignorantia eſt p ſe uolita directe. auget inquã non ſolum quia ipſa eſt peccatum, vt aliqui exponunt D. Thomam, non tamen ad eius ſenſum, ſed ẽt quia ipſemet actus fit peior; quia, ideo deſideratur iſta ignorantia, vt liberius peccetur. Secunda poſitio, falſum eſt ignorantiam ortam ex peccato originali non excuſare a peccato, etiamſi uinci non poſſit. Hoc dixerim aduerſus Gregorium Ariminenſem, qui aliter ſentit. Primum, iſta doctrina eſt expreſſe contra Auguſtinum, qui ait illum eſſe in culpa, qui potuit ſcire, & negligit ſcire. Deinde, quia ex eodem & communi ſententia, non eſt peccatum, ubi non eſt uoluntarium. Quæ affert pro ſe Gregorius loca, intelligenda ſunt de inclinatione ad peccatum, non de peccato: ita Hugo qui ſe exponit, & Anſelmus. Tertia poſitio, ignorantia inuincibilis facti excuſat a peccato. Hoc dixerim contra Martinum de Magiſtris, qui aliter exiſtimauit, ea innixus ratione, quod obiectum circa quod verſatur actio ſit illicitum: Exemplo ſit factum Iacob, qui cognouit Liam. Ratio eſt manifeſta, quia licet obiectũ ſit ex ſe malum, non iñ relatum ad voluntatem iſtius. Quare, cum proficiſcatur a bonis principijs non poterit dici malus: & ita Martini fundamentum ruit. Quarta poſitio, ignorantia inuincibils alicuius circunſtantiæ mutantis ſpeciem, excuſat a peccato C D

2. ſent. d. 28. q 1. & 2. Lib. 3. de lib ar c. 18 Tract. 89. in Ioan. Li. de gra. & lib. arb, cap. 1. In qq. nou. et uet. teſt. q. 7. Li. 2. ? het. cap. 13.

A peccato illius ſpeciei. Ratio, quia actus tãtum habet de ratione alicuius peccati, quantum habet de voluntario: igitur cum illa circunſtantia non ſit uolita, ob talem ignorantiam non mutabitur ſpecies. Quare Iuda cognoſcendo Thamar ſuam nurum, non commiſit incæſtum, ſed fornicationem, cum putauerit illam eſſe mulierem communem. Quincta poſitio, non licet conſentire in actum, qui excuſatur per ignorantiam inuincibilem. Explico, nõ licerer ei qui inuincibiliter cognouiſſet non ſuam, re cognita, in hoc delectari, idque verum eſſe cenſemus, etiamſi actus non eſſet malus, niſi quia prohibitus. Vnde non placet hac in parte Victoriæ diſtinctio, quod in illis actibus non liceat cõſentire, qui ſua natura ſunt mali; in alijs vero qui ideo ſunt mali, quia prohibiti, maxime. Vnde melius Paludanus, & Adrianus ſine *Victor.* *In 4. ſe d. 9. q. 3.*

B diſtinctione reſpondent. Primum, quia illud obiectum circa quod verſatur talis actus, eſt malum, & non excuſatur per ignorantiam: quia eſt ſublata; igitur. Deinde, non licet complacere in actu alterius malo excuſato per ignorantiam; quia ex iure diuino & naturali, ſi poſſum illum liberare ab illo peccato, debeo; igitur neque in proprio. Denique, quia licet ille actus fuerit bonus, tamen id fuit per accidens, ratione ignorantiæ, qua remota, nõ eſt amplius bonus. Sexta poſitio, actus per ignorantiam totaliter excuſatus, cenſetur moraliter bonus & meritorius, ſi ex caritate proficiſcatur. Ratio, quia, vt diximus, oritur ex principijs bonis. Sed hic dubitari ſolet, an actus procedens ex ignorantia craſſa ſit eiuſdem ſpeciei cum illo, qui fit ex certa ſcientia, ad hanc dubitationem Caietanus & quidam alij reſpondent *Quol. 10.* *Med. 1. 2. q. 74. ar 6.* *Vide Caiet. i ſum. uer. delect.*

C diſtinguendo, de actu malo ex ſua natura, vt eſt homicidium, & de actu malo, quia eſt prohibitus, vt non ieiunare certo die. Rurſus diſtinguunt de ignorantia uoluntaria; nam alia eſt, quæ priuat vſu rationis, vt ebrietas alia, quæ ſolam ſcientiam tollit: quæ item, vel eſt facti vel iuris. His poſitis, tria dicit Caietanus. Primum, ſi quod fit, eſt malum ex ſe, peccata nõ differunt ſpecie, quia idem eſt obiectum formale & per ſe intentum in vtroq; & malitia quæ facit peccatum, eſt ab vtroq; intenta. Quare, licet peccator nolit peccatum per ſe: tamen formaliter vult actum qui eſt peccatum. Secundum, peccatum quod fit a non habente vſum rationis, non eſt eiuſdem ſpeciei: Vnde homicidium factum ab ebrio, non continetur ſub culpa homicidij, ſed ebrietatis. Tertium, peccatum factum ab habente ignorantiam

D facti, ſiue iuris poſitiui, eſt eiuſdem ſpeciei cũ peccato, quod fit ex certa ſciẽtia: reductiue & indirecte. Atqui, melius eſt, ſi uniuerſaliter dicamus, omnia contineri in eadem ſpecie, magis & minus perfecta, & ſatis eſt, ut quod fit per ignorantiam, ſit uolitum interpretatiue. Itaque iſta peccata comparata ad rationem non habent diuerſam malitiam.

Sequitur ultimum caput: in quo explicandum eſt, an ignorantia excuſet a pœna pro peccato in lege ſtatuta. Prima poſitio, nulla ignorantia ſiue iuris ſiue facti excuſat a pœna quæ inuenitur ſine peccato. Primo patet ex cõmuni ſententia: in hac enim doctrina omnes conueniunt. Secundo, talis pœna non infligitur ob ſcientiam: igitur non tollitur per ignorantiam. Poſtremo, quod non tollit cauſſam, non poteſt tollere effectum: ſed cauſſa eur

infe-

inferatur iſta pœna non ſunt peccata, ſed operationes quædam, & quædam perſonarum conditiones: ergo. Ex hac doctrina inferres, primum eſſe irregularem eum qui ducit corruptam a quocunque fuerit corrupta, licet putet eſſe virginem. Deinde, eſſe irregularem maritum qui cognoſcit uxorem virginem, vbi illa commiſit adulterium, ſi eam iterum cognoſcat: vt patet ex can. ſi laici, ſi cuius, diſtin. 34. & Paludano, & ex Abbate, cap. ſecundo, de digamis, & cap. ſi vir de adulterijs. In capite, ſi cuius, dicitur, adulterium debere eſſe probatum; intellige ſi ille uelit fieri ſacerdos, vt poſſit repelli. poteſt enim adulterium eſſe notum alijs, & ignotum marito: & ita multi poſſunt eſſe digami, qui ſuam ignorant digamiam. Denique filius conceptus ex ſacerdote, licet putet ſe eſſe filium veri mariti, indignus eſt ſacerdotio. Hæc igitur, & alia huiuſmodi corollaria ex allata doctrina colligere licet. Quod ſi quis aliquo harum irregularitatū genere affectus, fiat ſacerdos, adminiſtrando non peccabit: quia licet illa ignorantia inuincibilis non excuſet ab irregularitate, excuſat tamen a culpa. Secunda poſitio, omnis ignorantia quæ excuſat omnino a peccato, excuſat etiam a pœna ob peccatum inflicta, aut infligenda, ſiue detur opera rei illicitæ ſiue non; hăc vim habet ignorantia inuincibilis, de qua diximus excuſare a peccato. Ratio eſt in promptu, quia deficiēte cauſſa, ceſſat effectus: ſed deficit peccatum; igitur & pœna: vnde regula illa, Res quæ culpa caret, puniri non debet. Huc facit cap. vt animarum, de conſtitut. lib. 6. vbi Pontifex non ſolum loquitur de excommunicatione, ſed etiam de alijs cenſuris & pœnis, quæ ex peccato contrahuntur, cum eadem ſit ratio.

Cap. 2. de conſt.

d. 50. can. ſtudeat.

Vbi nota, ſi loquamur de ignorantia iuris inuincibili & probabili, circa allatam doctrinam ſunt uarij dicendi modi. Primus, eorum, qui dicunt nullam ignorantiam iuris excuſare, ſi pœna ſit impoſita actui alias illicito; vt eſt pœna excommunicationis in percutientem clericum: ſi verò impoſita ſit ſuper actu alias non illicito, vt ſi pœna imponatur clerico non ferente veſtes talares, ignorantia cuiuſcunque iuris, vel particularis, vel uniuerſalis excuſat. Ita Scotus in quarto ſent. diſt. 6. quæſt. 8. Gloſſa, cap. a nobis primo, de ſentent. excommunic. Bartol. l. cunctos populos, & C. de ſumma Trinit. Secundus Adriani, quæſt. 3. de clauibus, exceptione ſeptima, & Ioan. Andreæ. cap. Vt animarum, de conſt. lib. 6. qui dicunt, ignorantiam excuſare a pœnis ſtatutis ab inferiori poteſtate, non autem ab illis, quæ ſunt ſtatutæ a Pontifice, & a iure communi. Tertius aliorum qui ſine vlla diſtinctione reſpondent, vt nos fecimus. Ita Antoninus, in tertia parte, Syluester, in verbo, Excomm. 2. §. 6. & in verbo, ignorantia, q. 8. Angelus in uerbo, excōmunic. caſu ultimo §. 3. Sotus in 4. ſent. d. 22. q. 1. ar. 2. & alij: quæ ſententia eſt omnino retinenda, vt expreſſe conſtat, per caput illud, vt animarum, vbi Bonifacius Octauus uniuerſe loquitur, & ita non eſt limitandus: cum non ſit diſtinguendum, vbi lex non diſtinguit; de actu illicito, vel licito, de iure communi, vel priuato. Et ſicuti excuſatur quis ob ignorantiā facti, ita ob ignorantiam iuris probabilem, cum nulla adſit contumacia, vel culpa. Allata doctrina intelligenda eſt, vt adnotauit Alphonſus, etiam de ſtatutis quæ imponunt

Roſel. tit. de excōm.

Tit. 21. cap. 33.

Ioā. And. in cap. Vt anim.

A imponunt pœnam contra factum lege diuina prohibitum, quamuis Scot. cui conſentit Roſella in titulo de excommunicatione contrarium ſentiat. *Lib. 4. ſen.* At vero Ioan. Andreas & Dominicus in cap. vt animarum, Angelus & Sylueſter. ver. ignor. quæſt. 8. contra ſentiunt. *d. 6. q. 8.* Quod pro ſe affert Scotus, iſtũ ideo *Excom 67* non eſſe immunem a pœna, quia ignorãtia iuris diuini eum nõ excuſat, id *caſ. ult.* ſolum probat, non excuſari a peccato, non autem quod non excuſetur a pę na, quia poterat inuincibiliter ignorare ius humanũ. Rurſus, ſi obijcias, regulam illam iuris, qua dicitur, ignorantia iuris non excuſat; *Lib. 6.* reſpondeo, regulam intelligendam eſſe de pœna, vt de excommunicatione, in foro cõtentioſo; in quo ſæpe agitur ſecundum præſumptionem. Quod ſi contendas procedere etiam in foro interno, dicam intelligendam eſſe de ignorantia
B vincibili; & contra ſcientiam quæ præſumitur poſt certum tempus, cũ admittitur probatio, vt docet Abbas, cap. 1. de conſtit. Modus autem probandi communis eſt per iuramentum: maxime quando adſunt coniecturæ, quæ ſuadent reum ignorare. Ita Anchar. Archid. Zabarella, & Gloſſa cap. Eos qui, de ætate & qualit. ordinan. lib. ſexto: quæ addit contra iuramentũ poſſe *Imol.* probari ſcientiam, per probabiles coniecturas; quod non placet Alphonſo, *Abbas.* niſi adſint coniecturæ omnino manifeſtæ. Quare, allata doctrina intelligenda *Ant. de* eſt in foro conſcientiæ; non in foro externo; cum multi excuſentur *But.* apud Deum, qui non excuſantur apud homines, & contra; vt ſi conuictus fuiſſet per falſos teſtes.

Tertia poſitio, ignorantia facti quæ non excuſat omnino a peccato, non
C excuſat a pœna. Patet hæc doctrina a contrario ſenſu ſuperioris poſitionis: & ex capite, Dilectus, de homicidio, vbi non imputatur homicidiũ caſuale ei qui nõ fuit in culpa; *Diſt. 50.* at vero canone, ſtudeat, priuatur officio, qui ira commotus hominem interfecit. Quare, ſiquis daret operã venationi, & nõ adhiberet diligentiam, vnde ſequeretur homicidium, incideret in pœnam. Quid, ſi ignorantia ſolum excuſaret a peccato mortali, incurreret ne quis irregularitatem? Sotus negat, Caiet. affirmat, cuius opinio magis placet, ſecus de pęnis grauioribus, quę non infliguntur niſi ob mortale, quia tale homicidium, ob negligentiam eſt voluntarium aliquo modo. Quarta poſitio ignorantia inuincibilis, pœnæ appoſitæ peccato; excuſat a pœna, licet non excuſet a culpa: vt ſi exempli gratia, aliquis ſciat homicidium eſſe malum,
D ſed inuincibiliter ignorat pro homicidio eſſe latam excommunicationem. Quoniam licet iſte peccet, quia neſcit ius diuinũ, hoc enim ſolum probat ratio qua vtitur Scotus: tamen quia inuincibiliter ignorat ſtatutum, non incidit in pęnam. Quare qui ignorat, eum qui clericum percutit, eſſe excommunicatum, qui ſcienter clericum percutit, non incidit in huius excommunicationis pœnam: ſicuti, ille non peccat, qui inuincibiliter ius diuinum ignorat. Hęc doctrina expreſſe determinata eſt in cap. Vt animarum de conſtit. libro ſexto. Quincta poſitio, ignorantia craſſa non excuſat a pœna in lege ſtatuta. Ita habetur cap. citato, vbi dicitur, ignorantes excuſari, modo eorum ignorantia non fuerit craſſa, aut ſupina: Secus dicendum eſſet, ſi lex requireret ſcientiam, hoc eſt, vt aliquid ſcienter fieret.

Sexta poſitio, facti ignorantia vincibilis non excuſat a pœna, ſi quis det operam rei illicitæ; ſecus ſi rei licitæ operam daret. Explico ac ſimul probo hanc doctrinam: Quando ignorantia facti eſt inuincibilis, cum omnino excuſet a culpa, non eſt opus diſtinctione, de eo qui dat operam rei licitæ, vel illicitæ: ſed ſolum, quando ignorantia eſt vincibilis, quæ eſt indirecte volita, vt eſt ignorantia craſſa, aut ſupina. Affectata uero, cum ſit directe volita, habet ſcientiæ conditionem, & idem efficit, atque ſi ſcientia adeſſet. Ideo autem, cum de ignorantia vincibili facti loquimur, de opere licito, & illicito diſtinguimus, quia malum, quod ex craſſa ſeu ſupina oritur, ab eo qui dat operam rei licitæ, non eſt per ſe voluntarium, ſed per accidens: cum malum ex actione bona non proficiſcatur. Quare, cum illa ignorantia non ſit per ſe volita, multo minus malum, quod ex ea manat; ac proinde multum minuitur de ſpontaneo: ita vt malum non maneat in illa ſpecie. Vnde, ſi Iacob per ignorantiam vincibilem dormiuiſſet cum Lia, excuſatus fuiſſet a peccato fornicationis, quia non fuiſſet per ſe volita: quoniam ſi ſciuiſſet, non feciſſet, & ita ſolum peccaſſet ob negligentiam. A B

Caiet. 1.2. q.76. art. 3.

Gloſ. cap. eos qui de at. et qual. lib. 6.

Idem dicas de illo, qui vacans iuſtæ venationi ob ignorantiam vincibilem occideret hominem, quem putabat eſſe feram; excuſatur ab homicidio, & a pœna legis: quia occidit omnino præter intentionem: non tamen liberaretur ab irregularitate, quæ non ſequitur homicidij peccatum, ſed opus ipſum.

At vero, qui dat operam rei illicitæ, vult malum per ſe, & qui vult rem illicitam, vult etiam id, quod per ſe ad illam ſequitur, & ita non mutatur ſpecies actus, licet peccati grauitas minuatur. Exempli gratia, accedit aliquis ad meretricem, & ex ignorantia vincibili neſcit eſſe cōſanguineam, iſte peccat peccato incæſtus, & non liberaretur a pœna, ſed mitius puniretur. C

Quando autem dicimus, dantem operam rei illicitæ non excuſari a peccato, & a pœna per dictam ignorantiam, intelligendum eſt de culpa, quæ oritur ex obiecto, & ratione eorum quæ per ſe ſunt cum obiecto coniuncta, vel ex eo oriuntur, non autem de illis quę per accidens. Quoniam quæ remote adueniunt actui, non pertinent ad eius naturam, ſiue malitiam: vt bene adnotauit Paludanus. Exempli cauſſa, ſi quis neſciret ex muliere menſtruum habente cognita, poſſe naſci monſtrum, & ſuam vxorem in tali ſtatu cognoſceret, non peccaret mortaliter. Nam, ut Gloſſa quædam ſcripſit, caſus fortuitos nullius hominis conſilium poteſt prouidere. D

In 4 ſent. d.32. q.1. ar.3.

Cap. ult. de hom.

In ſumma, ut hanc huius diſputationis partem concludamus, Nulla ignorantia, ſiue iuris, ſiue facti excuſat a pœnis quæ non propter peccatum, ſed propter actum infliguntur. Ignorantia craſſa, ſeu uincibilis, eius qui dat operam rei illicitæ, non excuſat a peccato, nec a pœna: Eadem reſpectu eius qui dat operam rei licitæ, mutat peccati ſpeciem, & excuſat a pœna, quamuis nō ab omni culpa: Inuincibilis uero ſemper excuſat a culpa, & a pœna, ſiue detur opera rei licitæ, ſiue illicitæ.

An

A

An qui commiſit crimen occultum, liberetur a pœna legis. *Diſputat.* XIIII.

VT huic propoſitæ difficultati ſatisfiat, examinanda eſt hæc dubitatio, an lex humana poſſit ullam pœnam infligere pro peccato occulto: pro cuius parte negante ſic arguo.

Primo, ſcelera occulta reſeruata ſunt iudicio diuino, cum ſoli Deo omnia ſint nuda & manifeſta: igitur non ſunt ſubiecta humano iudicio, ac proinde neque humana lege puniri poterunt. Antecedens multis auctoritatibus, tum canonicarum, tum ſæcularium legum comprobare liceret, quas miſſas facio. Huc facit pronuntiatum illud, ecclesia non iudicat de occultis. *Can. erubeſc. d. 32.* *Can. conſuluiſti. 2. q. 5.*

B

Secundo, fruſtra illa pœna imponitur, quæ non poteſt a reo repeti: at ab eo qui occulte peccat, pœna repeti non poteſt, cum in iudicium non ueniant niſi ea, quæ probari, & per proceſſum damnari poſſunt: ergo. Pro parte affirmante, affero hæc argumenta. *Cap. ſi omnia 6. q. 5.*

Primo, arguo ex facto Gregorij primi, Can. quędam maligni, qui excommunicauit quendam qui libellum infamatorium occulto ediderat: igitur occulta crimina ab humana poteſtate puniri poſſunt: confirmatur, quia paſſim excommunicantur committentes furta, licet ſint occulti; ut patet ex capite, ſi ſacerdos, de officio iudicis ordinarij. *Can. 5. q. 1.*

C

Rurſus confirmatur ex Clementina prima, §. Verum, de hæreticis, ubi excommunicatur Inquiſitor qui ſpe lucri aliquem punit, uel non punit: accedente Gloſſa in hunc locum, quam capite, ſi ſacerdos, citato, Panormitanus laudat, & alij ſequuntur. *Adrian. quol. 8. ar. 1.*

Secundo, eccleſia obligare poteſt ad actus interiores, ut patet ex cap. Dolentes, de celebratione miſſarum, ubi datur præceptum, de officio deuote, & ſtudioſe recitando: igitur poterit etiam ad pœnam occulti criminis obligare. In hac difficultate, quidam exiſtimarunt, poteſtatem humanam poſſe obligare ad actus internos, ac etiam pro peccatis occultis pœnam inferre. At uero alij, quorum ſententia retinenda eſt, aliter ſentiunt, quos pręter alios ſequitur Caſtro. Vt huic difficultati ſatisfaciam, ſequentia pono fundamenta.

D

Primum fundamentum, crimen aliquod poteſt dici occultum duobus modis: primo, ſua natura, ut eſt illud quod naturali uia ſciri nullo modo poteſt: ſecundo per accidens, & contingenter, cum aliquo pacto proditum eſt, & hoc uarijs modis uariari poteſt, pro maiore, minoreque occultatione. Vnde criminum, aliud eſt omnino occultum, ut eſt illud quod in ſolo corde latet, & ſoli Deo eſt notum: aliud non omnino, ſed per accidens, ut eſt illud quod aliquo corporis membro eſt commiſſum, & ex corde prodiuit; quod ſua natura habet, ut ſciri poſſit, ut hæreſis uoce prolata, quamuis a nullo exaudita fuerit.

Huius ordinis crimina diuerſa ſunt: nam alia dicuntur omnino occulta, prout diſtinguuntur contra illa, quæ aliqua ratione probari poſſunt, non quod ſua natura ſint talia: & ita, etiamſi ab vno eſſent cognita, adhuc cenſerentur occulta, iuxta caput, veniens, & caput licet, de teſtibus: Alia quæ dicuntur fere occulta, quæ diſtinguuntur, contra notoria; quia per paucos teſter probari poſſunt, & quod eſt in hoc ordine crimen, aliquando idem eſt, quod manifeſtum, ſeu manifeſtabile, quod manifeſtum proprie dicetur, cum erit probatum: Alia dicuntur notoria, in quo ordine eſt illud, quod cognitum eſt per ſententiam iudicis definitiuam, aut per confeſſionem in iudicio reo factam, aut per rei euidentiam, quæ celari non poteſt. Atque hunc in modum aliqui crimen diuidunt, quod ad eius notitiam attinet. At vero Lucius tertius, capite, veſtra, de cohabitatione clericorum, diuiſit ſolum per notorium, & occultum, & definiens pene occultum, ait eſſe illud, quod ab eccleſia toleratur. A B

Specul. ca. de notar. crim. § 7. Abb. c. ex literarum de temp. ordin.

Quare, etiamſi per viginti teſtes probari poſſet, dummodo per facti euidentiam, aut confeſſionem non ſit notum, ſemper dicetur occultum.

Secundum fundamentum, duobus modis ſe habere poteſt, qui crimen commiſit, comparatus cum crimine commiſſo: primo, ſi vtrunque ſit occultum, & tunc certum eſt iudicem non poſſe ferre aliquam ſententiam, vel pœnam, vt excommunicationem: quia ex doctrina a Chriſto domino tradita, non poteſt aliquis excommunicari niſi ob peccatum graue trina admonitione præmiſſa: iſte autem non poteſt de peccato admoneti, & conſequenter, nec excommunicari. Et ad hanc doctrinam confirmandam, pertinent canones illi, in quibus dicitur, crimina occulta eſſe reſeruata Deo. C

Secundo, ſi peccator ſit occultus, crimen vero manifeſtum; tunc ferri poteſt excommunicatio; duabus tamen conditionibus poſitis. Prima, vt antequam excommunicationis ſententia feratur, præcedat vniuerſalis admonitio, hoc pacto, Quicunque, talé crimen commiſit, abſtineat, etſi damnum intulit reſtituat, alias excommunicabitur.

Gloſ. cap. Quidam eu.

Altera, ut reus ignotus generatim, non nominatim, excommunicetur; vt, ſi extra ordinem iuris eſſet iudici notus, ita docetur in capite ſacerdos, citato. Sed peteres, quid faciendum ſit ei qui incidit in excommunicationem ob peccatum occultum, an a fidelium commercio ſe continere debeat? Cui petitioni una cum Caſtro, reſponderes, iſtum debere continere, modo id ſine ſcandalo facere poſſit, & abſque ſuæ excommunicationis manifeſtatione; cum non ſit obligatus ſe manifeſtare, niſi hoc eſſet neceſſarium ad reſtituendam famam iniuſte ablatam: quo pacto, intelligendus eſt citatus canon, quidam maligni. D

Ille enim de quo ibi fit mentio, famam abſtulerat, ac proinde, ex facti natura, ſe prodere debebat, aut famam reſtituere, ob quam cauſſam excommunicabatur.

Alij vero qui noſcerent iſtum eſſe excommunicatum, non ſunt obligati ad eum uitandum. Vnde conſtitutio Martini Quincti in Concilio Conſtantienſi, non fauet excommunicato, qui nunquam debet cum

A alijs verſari, etiam ſi ſit occultus, excepto tamen ſcandalo, ſed alijs. Rurſus, aliquis dubitaret, cum excommunicatus ſit ipſo iure ab omni actu legitimo ſuſpenſus; vt eſt iudicare, teſtificari, & eligere, an hæc pœna extendatur ad excommunicatum occultum? Reſpondent aliqui, diſtinguendo de actibus. Nam alij ſunt qui geruntur ratione alicuius officij, vt iudicare, procurationem exercere, actus tabellionis, atque horum ſimiles; & hi generaliter ſunt validi, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales: cum hac limitatione, quod actus ciuiles non eſſent validi, ſi facti fuiſſent in fauorē eius, qui ſciret illum eſſe excommunicatum. Alij ſunt actus ciuiles, qui non geruntur auctoritate publica, vt emere, vendere, & contrahere, & de his aliqui dicunt ſemper valere, ſi non ſint ſpirituales: ſi vero ſpirituales, vt eſt eligere, non item:
B aliqui, vt Oſtienſ. negant valere, ſi in excommunicati vtilitatem cederent; contra, ſi alijs ſint vtiles. Vbi dubitares, quid ſit dicendum de eo, qui ordines accepit ab epiſcopo excommunicato, quem neſciebat eſſe excommunicatum; an poſſit ſuſceptos ordines ſine diſpenſatione exercere? Glosſa quædam id negat: at Innocentius, cui conſentit Caſtro, affirmat; ſi tamen tolerabatur ab eccleſia. At vero Richardus ad primam dubitationem, ſimpliciter ſine vlla diſtinctione reſpondet, cui cōſentit Caſtro. Alias enim multa quotidie prirentur animarum incommoda, quibus nemo mederi poſſet. Quare, dum publice non habetur pro excommunicato, omnes eius actus tenent, quamſi poſtea manifeſtetur. Addit Richardus, quod ſi ante confirmationem electionis cui adfuit excommunicatus, eius excommunicatio detege-
C retur, electio fieret inualida ob excommunicati defectum: ſecus ſi veniat in notitiam poſt confirmatam electionem; quia tunc haberetur pro rata.

Can. Abbatis 9. q. 1.
Cap. 1. de ſchiſm.
Lib. 4. ſ. d. 18. art. 7. q. 1.
Gloſ. c. ad proban. de ſent. & re iud.

Prima poſitio, qui commiſit crimē ſua natura occultum, vt eſt illud quod ſola mente committitur, nullam iuris pœnam incurrit.

Quare, non eſt vera ſententia illorum qui dicunt, hæreticum qui ſola mente peccauit eſſe excommunicatum, cum ille tantum hæreticus occultus excommunicatus dicatur, qui aliquo pacto, vel voce, etiam ſecum loquendo, vel ſcripto ſuam hæreſim extra mentem manifeſtauit: quæ licet ex accidenti ſit occulta, quia teſtibus probari nequit; non tamen ſua natura. Nec obſtat, caput excommunicamus, §. credentes de hæreticis, quia intelligitur de eo, qui aliquo pacto, vel ſigno, ſuam mentem aperuit, non de pure
D mentali, qui nec fidelium conſortio, nec ſuorum bonorum dominio eſt priuatus: atque idem dicas de eo qui mente eſt ſimoniacus. Allatam poſitionem probat in primis optimus textus, in l. cogitationis, ff. de pœnis, vbi plane dicitur, cogitationis pœnam nemo patitur. Deinde, hæc firma ratio, quia hoc genus peccati non poteſt vllo modo cognoſci a poteſtate humana, eſtque ſua natura occultum, cum nullo modo venerit in lucem; igitur. Vbi illud adnotauerim, cogitationem ab humana lege poſſe aliquo pacto puniri, ſed non ſolam, vt eſt cum actu externo coniuncta, & manifeſtata, l. ſi quis non dicam, C. de epiſc. & cleric.

Glo. clem. 1. §. verū de hæret.

Secunda poſitio, qui commiſit crimen contra quod eſt lata excōicationis ſententia, ſi ſit ſolū ex accidenti occultū, ſtatim in hanc pęnā incidit. Eſt com-

munis doctrina, quæ probatur ex capite, porro de ſentent. excommunic. & ex capite, clericis, de immunitate Eccleſ. libro ſexto. Quam hæc ratio confirmat: quia lata ſententia ſemper eſt de peccato futuro; quod quia timetur, ideo prohibetur: quæ non requirit iudicialem progreſſum per teſtes faciendum; vt ſententia ferenda requirit. Quare perpetrato crimine, quod aliquo pacto, ſua natura, poſſit eſſe notum, quamuis ex accidenti probari non queat, ſententia iam lata, ſuum habebit effectum. A

Tertia poſitio, Qui commiſit crimen cui eſt annexa a iure pœna ſuſpenſionis, aut depoſitionis, aut irregularitatis, eſt liber a pęna, ſi crimen ſit omnino occultum per accidens. Doctrina eſt communis multorum doctorum: quam tamen limitat quædam Gloſſa, excipiendo irregularitatem ex homicidio contractam: & ita homicida, ſic occultus, non poterit miniſtrare; in quo caſu varie ſentiunt ſcriptores: atqui Caſtro, vt ipſe ait, re diligẽter inſpecta, exiſtimat, non eſſe excipiendum homicidium. Primum, quia in capite ex tenore, de temporibus ordinandorum, vniuerſe de omni occulto peccato definitur, promoueri poſſe ad ordines. Cum ergo lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus; cum benignior interpretatio in pœnis facienda ſit. Et nullum inuenies canonem, in quo excipiatur homicida: quia caput, Inquiſitionis, de accuſation. vbi fit mentio de homicidio, intelligitur de pene occulto, vt eſt illud quod aliquibus teſtibus probari poteſt, ſed nondum eſt traductum in forum. Quare, ſi crimen non ſit omnino, ſed pene occultum, reus non eſſet liber ab irregularitate & ſuſpenſione, vt Caſtro docet: qui ex allata doctrina infert differentiam inter homicidium, ſimoniamque, & inter alia crimina: quod alia excuſant, etiamſi ſint tantum pene occulta: at illa duo, non niſi omnino occulta. Verum, quod habetur, capite Inquiſitionis, videtur reuocatum in capite, Quæſitum, vbi de ſolo homicidio, fit mentio. Nam illud decreuit Innocentius Tertius, hoc Gregorius Nonus, qui poſterior fuit. Ex qua iterum doctrina infertet citatus auctor, filium presbyteri ex matre coniugata, qui ſecreto ſciat, ſe eſſe presbyteri filium, poſſe ſine diſpenſatione promoueri, & curam animarum habebere; modo ſit omnino occultus. neque enim peccator omnino occultus diffamandus eſt. Rurſus, infertur, ſi eccleſia omnino occulte fuiſſet uiolata, non egeret reconciliatione, vt Sotus, Ioan. Andr. cap. vnico de conſecrat. libro ſexto, & ibi Gloſſa docent. Quid ſi crimen eſſet ſolum pene occultũ, & paucis conſtaret? Reſpondet Caſtro, non egere reconciliatione: Quia ſi alia crimina excepto homicidio & ſimonia, ſunt immunia a pœna, cum ſunt modo dicto occulta, cur non etiam eccleſia, a pollutione? Huc facit argumentum a contrario ſenſu, ex capite, ſignificaſtis, de adulterijs. Quid, ſi poſt ſacrum in eccleſia polluta celebratum, nota fiat pollutio? erit ne reconciliatione opus? Reſpondet Caſtro, non eſſe opus; quia ſacri celebratio habenda erit pro reconciliatione, propter Chriſti præſentiam in dicta Eccleſia.

(B beside "homicidio contractam"; C beside "ſtro docet"; D beside "libro ſexto, & ibi Gloſſa")

Cap. ſolitæ. §. notã de maior. & obed.

L. Imperator, ff. de poſtulan.

In 4. ſent. d. 14. q. 2.

Quarta poſitio, qui commiſit crimen cui eſt impoſita ciuilis pœna, etiãſi ſit omnino occultum, non ſua natura, ſed per accidens, in talem pœnam incidit.

A cidit. Ciuilis pœna dicitur ea quæ non eſt pure eccleſiaſtica, vt eſt irregularitas, ſuſpenſio, & aliæ, neque corporalis, ſed quæ in pecunijs, officijs, & dignitatibus laicis verſatur. Circa hanc difficultatem varie ſentiunt Doctores, vt ex Abbate conſtat; qui tandem allatam doctrinam tradit, quam etiam Caſtro approbat: dicuntque alios ſcriptores loqui de peccato ſua natura occulto, de quo hic non eſt ſermo. Hæc ſententia primum corroboratur ex capite, Accuſatus, §. in eo caſu, de hæreticis, libro ſexto; vbi præcipitur, vt procedatur ad confiſcationem bonorum hæretici, qui dum viuebat, non fuerat talis per ſententiam declaratus: iam igitur eius bona erant Fiſco addicta. Deinde confirmatur ex ijs quæ in confirmationem ſecundę poſitionis ſupra allata ſunt. Quod ſi dicas, neceſſariam eſſe ſententiam declaratoriam, vt aliqui volunt; ait Caſtro, non eſſe neceſſariam ad hoc, vt bonis priuet, quibus iam eſt priuatus per ſententiam a iure latam. Sed requiritur ſola exequutio, ad priuationem poſſeſſionis, non autē dominij. Quod ſi ſententia eſſet a Iudice ferenda, certum eſſet, reum in pœnam nō incidiſſe: quia iudex per ordinem iuris, & ſecundum allegata, & probata ſententiam ferre debet. Quando ergo iura dicunt, Eccleſiam non iudicare de occultis, nec de illis vindictam ſumere, intelligenda ſunt de iudicio modo dicto faciendo; non de iudicio & ſententia a iure lata; quę ferri poteſt de occultis, extra animum tamen manifeſtatis: Quia ad hoc iudicium ferendum, non requiritur facti cognitio. Excipitur tamen ab hac doctrina, infamiæ pœna: in quam nemo incidit, dum crimen eſt occultum, etiamſi ſit latæ ſententiæ. Quia hæc pœna oriri debet ex publica notitia, ſicuti & fama. Quo fit, vt iſte, qui tali pœna eſſet afficiendus, nondum ſit inhabilis ad officia & beneficia. Quare ſi tabellio committeret crimen occultum, ob quod eſſet ipſo iure ſuo officio priuatus, ſi adeſſet periculum infamiæ, non teneretur illud deponere, cum famæ iactura: & ita dum eſt occultus eius acta valebunt. Idem dicas de Prætore, & alijs officialibus.

Cap. abſolutos, de hæret.

B

C

At hic inſtaret quiſpiam, dicendo, hanc doctrinam eſſe contra id, quod in tertia poſitione ſtatui: nam ſi lata ſententia ideo obligat, quia nō eſt opus iudiciaria cognitione, etiā ſuſpenſionis & irregularitatis pœna ſtatim contraheretur; & non eſſet opus cauſſæ cognitione. Reſpondet huic obiectioni Alphonſus, ſi in argumenti vi perſiſtere velimus, idem dicendum eſſe in dictis pœnis, quod in ſecunda & quarta poſitione de excommunicatione, & alijs pœnis diximus. Sed quoniam iura ex indulgentia noluerunt innodare occultum peccatorem ſuſpenſionis, & irregularitatis pœna; ideo nec nos innodare debemus. Quo fit, ut in pœnis, non valeat argumentum ad ſimilia, & ita hac in parte pro ratione fuit Legiſlatoris voluntas: cuius tamen ea poſſet aſſignari ratio, vt multorum animæ, a periculo & a ſcrupulis circa has pœnas liberarentur.

D

Ad primum, hoc argumentum procedit de peccato ſua natura occulto: & quod dicitur, Eccleſiam non iudicare de occultis, iam expoſuimus quo modo ſit accipiendum. Ad ſecundum, procedit hoc argumentum de ſententia ferenda, non de lata, quæ non ſupponit criminis notitiam.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER NONVS,

In quo de conſuetudine, priuilegijs, reſcriptis, ſtatutis, deque regularum, & rubricarum iure agitur.

An conſuetudo ſit pro lege habenda, & quæ ſit eius natura & partes.
Diſput. I.

A QVAMVIS non me latet quam multa a iuris vtriuſque peritis de cõſuetudine ſcribi ac diſputari ſolent: tamen, vt meum inſtitutum retineam, ea ſolummodo proſequar, quæ ad artem pertinet, cùm non cauſſidicos inſtituam, ſed doctrinam vniuerſam tradam, ex qua facile de ſingulis iudicare licebit cũ ſingula arte comprehendi nõ poſſint, nec debeant. *Cic. lib 1. de orat.* Cum ergo de cõſuetudine duobus modis tractari queat, vniuerſe eius explicando uim atq; naturam, & priuatim conſectãdo ſingularum rerũ cõſuetudines vt in cõtractibus, in matrimonijs, in beneficijs, & alijs in rebus, nos priore modo hoc ordine agemus.

B Primum, an conſuetudo ſit admittenda, ad quam dubitationem explicandam, de nomine, definitione, & partibus ſiue ſpeciebus cõſuetudinis agam: deinde de cauſſis ex quibus oritur conſuetudo: poſtremo de nonnullis eius effectibus. Quod igitur ad primum attinet, dubitandi gratia, rationes quaſdam ſubijciam, quibus conſuetudinem non eſſe admittendam probabo.

Prima, non videtur bona iſta iuris humani diſtinctio, in ſcriptum, & non ſcriptum, quod ius conſuetudo nominatur: nam etiam ius naturale, gentiũ, & æquitatis ſunt iura non ſcripta, quæ tamen nomine conſuetudinis non C continentur. Secunda, ius dicit quandam regulam, aut aliquid conſtitutum, quod abſtrahit a facto: at conſuetudo conſiſtit in facto: ex ea igitur nullum ius conficietur. Tertia, in definitione conſuetudinis ab Iſidoro tradita, dicitur conſuetudinem conſtare ex moribus, quod uidetur falſum, cum non ſemper ex honeſtis actionibus oriatur, quæ morum nomine deſignantur. Poſtrema, illud habet rationem iuris & legis, quod cũ ratione ab habẽte poteſtatem legis condendæ introducitur: at quæ conſuetudine tenentur, ſæpe temere ab ijs qui non habent prudentiam & facultatem ad leges inſtituendas neceſſariam introducuntur: igitur per conſuetudinem nulla lex inſtitui poteſt. Quod attinet ad ſcriptorum opiniones, ſi de conſuetudine uniuerſe

uerſe loquamur, certiſſima eſt ſententia omnium auctorũ, immo etiam populorum omnium, dari ius quoddam, quod ſolum moribus conſtat, non ſcripto. Si uero loquamur priuate de iure diuino, an aliquam admittat cõſuetudinem, ſiue traditionem, quidam hæretici, his præſertim temporibus, ſtultiſſime negant ius diuinum non ſcriptum, & ſolo ſcripto verbo vtuntur; quorum ſtultiſſima ſententia, vt hæretica iure optimo ab omnibus reijcitur: de qua non eſt noſtrum hoc loco late diſputare. Vniuerſe itaque de conſuetudine acturus, de ea mihi agendum eſt, quæ paulatim per actus ciuium vſumque communem introducitur, donec confirmata, & approbata pro lege habetur. A

De hac materia legendi ſunt iuris utriuſque periti, in ſuo vtrorumque iure, titulo de conſuet. Summiſtæ in verbo, conſuetudo, Oſtienſis in ſua ſumma: Rochus Curtius in ſpeciali tractatu, ac etiam Petrus Rauennas, vt quoſdam alios miſſos faciam. Vt rem a nomine auſpicemur, conſuetudo, eſt vox compoſita a con & ſuetudo, quod uerbale non inuenitur, vt verbum ſueo, vnde ducitur, quod etiam obſoleuit; pro quo, ſueſco, dicimus: vnde nata ſunt hæc compoſita, conſueſco, aſſueſco, inſueſco, deſueſco, aſſuefacio, & conſuefacio. Conſuetudo itaque ſic dicta eſt, quod ſit in communi vſu, habetque ſignificationes varias, cum modo vſum, modo exercitationem, modo familiaritatem, modo quoddam iuris genus deſignet; in qua ſignificatione potiſſimum a nobis vſurpabitur. Eſt autem uerbum medium, quod in bonam, & malam ſumitur partem pro re venerea, vt cum dicimus, quempiam habere conſuetudinem cum aliqua. Sunt multa nomina quæ eandem fere vim habere videntur, cum iſto, de quo agimus, vt Obſeruantia, ſtylus, ritus, mos, vſus, & quędam alia, de quibus late quidam ſcribunt, eorum differentiam inueſtigando: nos breuiter dicemus. Obſeruantia cernitur in factis, quæ ad ius non transferuntur; vt obſeruantia in ueſtitu, in cibis, & ſimilibus. Stylus ſpeciatim deſignat uſum in aliqua re ſcribenda, & in iudicijs agendis. Ritus, deſignat vſum obſeruantiamque circa ſolennitatem actus: Vſus, rei alicuius ad aliquem finem applicationem, & cõſuetudinem ipſam. Quid autem mos deſignet, ſtatim explanabo. Deſuetudo quæ contraria eſt conſuetudini deſignat non vſum, conſuetudinis ceſſationem: vel etiam contrarium vſum. Ponunt etiam quoddam diſcrimen inter ſolitum, & conſuetum, quæ tamen pro eadem re ſæpe ſumuntur, & plures actus requirunt. Sed his omiſſis, quod ad rem noſtram facit, animaduertendum eſt, conſuetudinem his modis ſumi poſſe; Primo pro quorumcunque actuum frequentia, vt deſignat factum, ſiue ad ius trahi poſſit, ſiue non. Secundo, pro iure ab habente poteſtatem conſtituto, nondum in ſcriptum redacto: quod ſolo vſu retinetur, cuiuſmodi ſunt multę conſuetudines, & traditiones in eccleſia quæ pertinent ad ius diuinum: quo iuris genere vſi ſunt homines antequam leges inciperent. Huc referres doctrinam per manus a maioribus acceptam, quam Hebræi Cabbalam vocant. Tertio pro eo iure, quod longa actuum frequentia & vſu eſt introductum, & loco legis eſſe ſolet, lege precepti deficiente, & ſic non conſiſtit in facto. Quarto pro conſuetudine, qua legem

Tom. 2. tract. in fine.

Anto. Roch.

Abb.

B C D

A legem aliquam interpretari,& ad praxim accommodare,aut certe abrogare ſolemus. Atque de conſuetudine duobus poſtremis modis ſumpta, nos verba facturi ſumus: de cuius nomine hæc ſatis:nunc de more dicamus.

Mos, rituni, diſciplinam, & inſtitutum conſuetudine firmatum deſignat: & aliquando idem valet quod conſuetudo ; vt apud Ciceronem cum dixit, Mos conſuetudoque ſeruata: & Iuriſperitus,Moribus & conſuetudine inductum. Verum,tres præcipuas habet ſignificationes.Primo,mos ſumitur pro actu humano libero.de quo agit ſcientia illa quæ a morib. moralis nuncupatur;Græce Ethica ab ithus,hoc eſt a more, voce deflexa, ab ethus,i.a conſuetudine:quod virtutes frequentatis actibus acquirantur. Secundo, mos deſignat qualitatem & conformationem animi,quæ ſic,aut ſic aſſuefaciendo B comparatur:a qua bene,aut male moratos dicimus : Poſtremo pro conſuetudine,& quodam legis genere,firmataue conſuetudine. His etiam tribus modis ſumi poteſt vox conſuetudo,ſed iam de definitione dicamus;& quia in definitione conſuetudinis ſolet poni Mos, ideo quid ſit Mos priore loco docebimus. *Ariſt.li.2. ethic.c.1.*

Mos igitur,vt Iſidoro placet,eſt longa conſuetudo de moribus tantummodo tracta.Quod ſi cum Gloſſa obijcias, in hac deſcriptione idem poni pro genere & differẽtia,& idem definiri per idem cũ dicitur, Morẽ de moribus trahi, Id facile remouetur; quia mos, vt definitur, ſumitur, in tertia ſignificatione paullo ante allata;vt vero accipitur loco differentiæ,vſurpatur vt actus humani frequentiam deſignat . Ideo, inquit, Tantummodo, C vt deſignet morem ex ipſa ſolum conſuetudine vim habere : ſed eo modo quo poſtea explicabo,ſi Mos pro iure non ſcripto ſumatur. Idem hunc in modum definiuit Conſuetudinem,Conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum,quod pro lege ſuſcipitur,cum lex deficit.Quæ definitio data videtur per genus,quod eſt ius,& per differentiam ſumptam a cauſſa efficiente,quod ſit introducta per mores, non quoſcunque, ſed approbatos; vnde ceſſet obiectio , quam contra eam aliqui faciunt , quod non ſit data per id quod neceſſario ius requirit,ideſt,per conſenſum eius qui auctoritatem habet:& per effectum, ſiue vſum, quia ea vtimur legis loco. Contra quam particulam obijci ſolet;quia vtimur cõſuetudine , etiam ſi lex non deficiat: & datur conſuetudo,quæ eſt legi conformis , vt illa quæ legem interpretaD tur. Sed facilis eſt reſponſio,quia lex deficit, non ſolum cum non eſt lata, ſed etiam quando eſt ambigua,aut inutiliter poſita, vel cum aliqua ratione non pollet;& ita conſuetudo eſt in ſubſidium legis: Conſuetudo vero quæ legem interpretatur,ex ſe,non tranſit in legem: vnde ei non conuenit conſuetudinis definitio.Nam,conſuetudo non admittitur niſi præſcripta:interpretatio vero etiam ſine pręſcriptione vim habet.Quod ſi dicas,ſi conſuetudine vtimur loco legis:nõ erit igitur lex quædam:facilis eſt ſolutio; vtimur loco legis ſcriptæ:a qua eo ſolo differt conſuetudo pro iure ſumpta, quod non ſit ſcripta,vt Iſidorus ait:vnde ſi ſcribatur, legis ſortitur nomen:de qua re multa diſputant Iuriſperiti. Quod autem aliqui obijciunt, dicẽdo hanc definitionem eſſe breuem, ignorant iſti, definitionem breuitate commendari, *Diſ.1.can. conſu.* *l.Nam.ff. de conſ.*

Iaco.Ran. dari. Alij hoc modo deſcribunt, eſt ius quoddam, moribus totius populi A vel maioris partis initiatum. Sunt tamen aliqui, quibus hæc definitio non *Ioan. An.* probatur: ideo aliter deſcribunt, Eſt ius quoddam moribus illius introductum, qui auctoritate publica legem condere poteſt. Quam definitionẽ merito Abbas, & alij refellunt. Plures deſcriptiones leges apud auctores ſupra citatos. Illæ quas attulimus dantur de conſuetudine, vt ius deſignat, non ut conſiſtit in facto; quam ſic deſcriberes, cõſuetudo eſt frequentia actuum humanorum ſimilium tempore continuata. Dicitur, actuum humanorum, quia in actibus naturalibus non dicitur proprie conſuetudo: Dicitur ſimilium, quia diſſimiles actus non faciunt unam conſuetudinem: Dicitur continuata, quia non debet eſſe interrupta per actus contrarios, factos ab ijs *Roc.par.4. nu.66. & ſeq.* quæ poſſunt eam introducere. De qua interruptione multa a Iuriſperitis ſcribuntur. Atque de definitione hucuſque: nunc de diuiſione dicamus. B

Ex multis diuiſionibus quæ ſolent, aut poſſent afferri, nos eas ſolum attingemus quæ magis ad rem noſtram pertinent. Prima, conſuetudo altera facti, quæ morem vſumque continet: altera iuris, quæ continet ius ipſum iam moribus conſtitutum: verum hæc diuiſiõ eſt potius nominis, quam rei. Secunda, ex parte cauſſæ efficientis, vna diuina, quæ ab auctoritate diuina dimanat; altera humana, quæ ab homine originem ducit. Hæc rurſus duplex; vna quæ a ſolo Principe introducitur: altera quæ a populo. Quam rurſus ſubdiuideres ex uario perſonarum genere: huc reuocares diuiſionem in publicam & priuatam. Tertia, ex parte materiæ, quod alia ſit ſacra, vel eccleſiaſtica in rebus quæ ad religionem pertinent: alia profana, & ciuilis, quarum vtranque, iuxta priuatas materias ſubdiuideres; verum diuiſiones iſtæ C a materia ſumptæ, non approbantur. Quarta, ex parte formæ ſiue qualitatis, vnde alia bona & rationalis; alia mala & irrationalis: Item alia iam perfecta & præſcripta: alia vere imperfecta, nondum completa. Quincta, ex parte quantitatis: alia uniuerſalis, communis, vel omnibus, vel uni prouinciæ: alia particularis, vnius loci, vel familiæ. Aliqui diuidunt, in generaliſſimã, quæ ad omnes, in generalem, quæ ad vnam tantum prouinciam; in ſpecialem, quæ ad vnam vrbem, & ſpecialiſſimam, quæ ad unam pertinet familiã. Poſtrema ex parte actus, alia legem declarat, alia legem tollit, alia legem ſtatuit. In ſumma, ſi conſuetudo ſumatur vt ius quoddam deſignat, eam eo fere modo diuideres quo lex diuidi poteſt. His quaſi fundamẽtis iactis, quaſdam adſtruo poſitiones. D

Prima poſitio, conſuetudo uniuerſe ſumpta, pro iure non ſcripto inter iuris humani & diuini partes reponenda eſt. Quod attinet ad ius diuinum eſt certa fide tenendum, quam ueritatem, ſi hoc agerem, latiſſime ſcripturarum, Conciliorum, ſanctorumque patrum auctoritate confirmarem, & aliquando confirmaui: de qua re ij legi poterunt qui de diuinis, & ſacris traditionibus ſcripſere. Et vt verbum dicam contra eos qui ſtultiſſime legem non ſcriptam admittere nolunt, & ius quod traditione tenetur negant, ſcire ab eis vellem, qua ſcriptura iure ve ſcripto uſi fuerint omnes mortales ante legem datam Hebræis per Moſen? & quo cæteræ nationes uſque ad Chriſtum;

Doct. Colonienſes. Hoſius Card. Pet. a Soto. Melch. Cã. Mart. Pereſius. Iodocus Tiletanus.

A ſtum; cum tamen a via ſalutis non fuerint excluſę, & eccleſia ante ſcriptum *Roſenſ.* euangelium. Quo, inquam iure, non politico, ſed diuino, ſine cuius notitia *Caniſius.* ſaluatur nemo. Et ſane, quid multis opus eſt verbis, cū D. Paulus apertiſſime *Ioa. a Lia* Theſſalonicenſibus dixerit, Tenete traditiones, ſiue per ſermonem, ſiue per *nio.* epiſtolā, &c. Quod attinet ad ius humanū, nihil eſt cur probem, cū nulla ſit *Felician.* natio, nulla ciuitas, quæ bona parte moribus conſuetudineq; non viuat; q̄ *Ninguarda.* ſane multo antiquior eſt, q̄ ſcripta lex. Hinc eſt quod reſp. bene inſtitutę, ma *Bellarm.* gna parte legibus non ſcriptis vſæ ſint. Lycurgus, vt eſt apud Plutarchum, *Gaſpar* ſolis traditionibus Lacedæmonios viuere voluit, vt in agendo, quam in le- *Cardillus.* gendo eſſent diligentiores. Idem Gallorum ſapientibus, & Ciceroni pla- *Ariſt. li. 3. polit. c. 4.* cuit. Pythagoras & Socrates, cum plurima docuerint, nihil tamen ſcripſe- *Lib. 1. de* B runt, quod etiam Chriſtus, vt alio loco planius dicetur, fecit. Verum Socra- *leg.* tes Fabulas ab Aeſopo ſcriptas, vt Auguſtinus refert, verſibus proſequutus *Cæſar li. 6* eſt. In ſumma, ipſa quodammodo natura clamat, traditiones, vel neceſſa- *Lib. 1. de* rias, vel maxime vtiles eſſe. Secunda poſitio, conſuetudo, de qua hoc loco *cōſ. Euāg.* agimus, hunc in modum deſcribi poteſt, Conſuetudo eſt ius populi moti- *cap. 7.* bus, vſuve rationabili, principiſque, vel populi conſenſu introductum. Dicimus, rationabili, vt deſignetur debitum tempus, atque morum cōgruitas; cum recta ratione: nam ratio, eſt anima cuiuſcunque legis & iuris: in quo conſuetudo a lege ſcripta non differt, quæ tamen non pendet a moribus, & a tempore, vt conſuetudo. Verum plena huius deſcriptionis intelligentia, tum ex dictis nota eſt, tum ex ijs quæ dicentur magis patebit. Tertia poſitio, conſuetudo ſpeciatim commode diuidi poteſt, tum ex cauſſa efficiente,

C tum ex materia, tum ex qualitate, tum ex quantitate a loco, vel a tēpore ſumpta; vt patet ex ijs quæ adnotauimus. Quarta poſitio ius conſuetudinis fuit omnino neceſſarium in humana gubernatione. Primum quidem, quia cū lex humana ſit omnino neceſſaria, & eam literis commendare non ſit neceſſarium: profecto conſuetudo neceſſaria erit. Deinde, quia non poſſunt nec debent omnia iura litteris committi; ſed multa melius conſuetudine introducuntur & conſeruantur. Poſtremo, quia vt ex ijs quæ poſtea dicemus manifeſtum fiet: conſuetudo, eſt legum optima interpres, ac proinde diligenter obſeruanda, atque cognoſcenda: quam argumenta in principio facta non tollunt.

D Ad primum, ius naturale & gentium ſcriptum eſt in corde, & non pendet ab hominum moribus, & ita non continetur proprie ſub iure non ſcripto, quod a moribus pendet humanis. Ad ſecundum, ius conſuetudinis non conſiſtit in facto, ſed in quadam communi viuendi ratione ab omnibus, vel ab eo qui multitudinem regit, expreſſe, vel tacite approbata. Ad tertium, quid ad hoc argumentum reſpondendum ſit, patet ex dictis. Ad quartum, hoc etiam argumentum facile ex allata doctrina explicares, & adhuc multo facilius ex ijs quæ ſequenti diſputatione dicentur.

De

A

De cauſſis conſuetudinis, ſiue ex quibus rebus conficiatur conſuetudo.
Diſput. II.

QVATTVOR ſunt,quæ,vt multi ſcribunt, ad conſuetudinẽ conficiendam requiruntur:mores ſiue actus, ratio, conſenſus, tẽpus. In quibus tres præcipuæ conſuetudinis cauſſæ continẽtur; materia in actibus, vt ſunt circa aliquod obiectum : efficiens in eiſdem vt frequentantur, ac etiam in conſenſu, & in tempore; ſed actus & tempus ſunt veluti cauſſa efficiens remota, conſenſus vero proxima: forma in ratione deſignatur. De quibus omnibus ſatis fuſe & confuſe a quibuſdam ſcribitur:nos de ſingulis agentes, quid tenendum ſit,quibuſdam poſitionibus ſtatuemus. B

Prima poſitio,conſuetudinis materia, ſiue res in qua verſatur conſuetudo,talis eſſe debet,qualis eſt materia ex qua conficiuntur leges,quæ qualis eſſe debeat ſupra docuimus; honeſta nimirum,vtilis,quę bonum commune contineat, &c. Secunda poſitio, actus per quos introducitur, aut generatur conſuetudo,debent eſſe humani,id eſt liberi, non tamen eſt neceſſe vt ſint validi & boni,vniuerſe loquendo: facti,vt communiter docetur, cum intentione introducendæ conſuetudinis:quamuis iſta intentio non ſit omnino neceſſaria. Tertia poſitio,quod attinet ad numerum & frequentiam, licet aliqui dicant, interdum per vnum, interdum per duos,interdum per plures induci; tamen non poteſt dari certa regula, ideo hoc arbitrio boni viri,vel iudicis relinquitur:qui ex circunſtantijs & maxime ex materia,cõſuetudini ſubiecta,& ex genere actus rem hanc perpendet. Vniuerſe autem dici poteſt, tot requiri, vt conſuetudo venire poſſit in notitiam populi, vel eius a quo proximus conſenſus conſuetudinis firmandæ pendet,tot,inquã, vt ex illis tacitus conſenſus colligi poſſit: qui interdum ex vno percipitur, præſertim ſi ſit ſucceſſiuus & continuatus. Verum in conſuetudine longi temporis, non requiritur certus numerus actuum, ſed ſat eſt, ſi nulla extet memoria. Quarta poſitio,actus ſiue conſuetudo,debet eſſe continuata. Patet ex ijs quæ ſupra de natura conſuetudinis ſcripſimus. Quare ſi interrumpatur,etiam per vnum actum contrarium totius populi, vel eius vnde conſuetudinis vis proxime pendet, conſuetudo non introducetur; & tunc reditur ad ius commune: non autem cenſetur interrupta per actus diuerſos. Quincta poſitio, ad conſtituendum ius conſuetudinis non ſufficit actuum frequentia, ſed opus eſt ut accedat tacitus ſaltem cõſenſus, vel populi, cum legis condendæ auctoritas eſt penes populum, aut Principis, cum in vno reſidet legum condendarum facultas. Populi conſenſus ſpectatur in maiore parte, vel vt aliqui volunt, etiam in duabus: non eſt itaque ſatis paucorum conſenſus. Tunc autem unius, vel paucorum conſenſus ſufficeret, cũ apud eos eſſet legis conſtituendæ poteſtas:vnde Pontifex, ſuo ritu, in curia conſuetudinem introducere poteſt. Cæterum hac etiam in parte iudicium prudentis deſideratur viri. C D

Ex

A Ex quibus colligere licet, eius tandẽ conſenſum ius conſuetudinis conſtituere, qui rem adminiſtrat publicã, ſi de ea conſuetudine loquamur, quæ veram legis naturam ſit habitura. Cum itaque nos hic vniuerſe rem examinemus, nihil eſt neceſſe, vt priuatim quæramus, an minores, an fœminæ, an peregrini, & forenſes, aliæque priuatæ perſonæ conſuetudinem facere poſſint, vt Iuriſperiti faciunt: Cum is ſolum dicatur conſuetudinem facere, de ea loquor, quæ vim ſit habitura iuris, cuius eſt legem condere. Sexta poſitio, conſuetudo debet eſſe rationabilis. De hac conditione, quæ eſt ueluti conſuetudinis forma, multa dicuntur: nos multa paucis cõplectemur. Quod debeat eſſe cum ratione coniuncta, Primum patet ex communi doctrina: neque enim placet quod aliqui diſtinguendo dicunt, in iure canonico, de-
B bere eſſe rationabilem, in ciuili non item. Deinde, quia ratio eſt veluti anima cuiuſcunque legis, & iuris: & ita hac in parte, ius ſcriptum non differt a non ſcripto. Quare, quod attinet ad hanc conditionem idem eſt dicendũm de conſuetudine, quod ſupra de lege vniuerſe diximus. Hanc conditionem ita aliqui exponunt, Rationalis, vt religioni congruat, vt diſciplinæ conſentiat, vt ſaluti proficiat, vt cedat in bonum commune de iure ciuili, & in ſalutem animæ de iure canonico; vt illi ſcribunt, qui cum dialectica careant, craſſe & perturbate ſcribunt. Rurſus dicunt, rationem requirere, cum introducitur contra ius; ita vt non introducatur, niſi quia ratio id dictat: quando vero eſt præter ius, præſumitur rationalis, quia ſufficit pro ratione voluntas. Rurſus addunt alij, in ea quæ eſt longi temporis non eſſe neceſ-
C ſariam rationem; quia habet vim ex priuilegio, quod in ſola uoluntate cõſiſtit. Denique dicunt, rationem requiri in introducenda, quia ſi non adſit ratio, reijci poteſt: in introducta nõn ita, quia cum ſit iam facta, retinenda eſt. In dubio autem, ni conſtet eſſe irrationalem, pro rationali habenda eſt.

Septima poſitio, an conſuetudo ſit rationabilis prudẽtis viri iudicio perpendendum erit. Vir itaque prudens, ſiue iudex ex circunſtantijs rem hanc perpendet, iuxta ea quę ſupra de lege vniuerſe agentes docuimus. Sunt autem qui dicant, ex quattuor potiſſimum irrationalitatem conſuetudinis priuatim ſpectandam eſſe, ex perſona in quam introducitur, ex perſona a qua introducitur, ex re, & ex tempore: vel dicas ſpectandam eſſe ex ijs quæ ſunt contraria rationalitati. Neque opus eſt vt ſit rationabilis reſpectu omniũ, *Rauen.*
D vt etiam de lege agendo diximus. Sed iam aliquid de tempore dicamus; de qua etiam conditione ſatis multa & perturbate dicuntur. Nam, cum leges loquuntur de conſuetudinis tempore, dicunt debere eſſe longum, diuturnum: conſuetudinem inueteratam antiquam, & veterem appellant: vnde in præfigendo certo tempore non eſt eadem omnium interpretum ſententia. Quidam iudicis arbitrio hoc relinquendum putant, & ita non approbant, quod alij dicunt, ſatis eſſe ſpatium decem annorum in iure ciuili. Idem affirmarent, qui dicunt relata verba pro rei ratione interpretanda eſſe. Quidam vero, & eſt communis opinio, decem annos ſufficere putant, idque fauore conſuetudinis: hoc enim ſpatio apud Iuriſperitos longum tempus definitur: vbi nota, eos loqui de conſuetudine, quæ introducitur aliquid cõtra ius. *Connan. lib 1.c.10. Coraſ. Muret.*

ius. Dicunt præterea hoc tempus inchoandum eſſe a primo actu quo conſuetudo venit in notitiam communem populi. Addunt alij conſuetudinem inter abſentes non habere vim, niſi poſt viginti annos, quia non poteſt perpetuo conſenſu confirmari, vt illa quæ eſt inter præſentes. At vero contra ius canonicum, requiritur tempus quadraginta annorum: quia in hoc iure non fit præſcriptio niſi intra hoc tempus. Quare, cum lex ſit in poſſeſſione ſua, non debet priuari niſi per legitimam præſcriptionem. Quando conſuetudo eſt præter legem, ſiue ciuilem, ſiue canonicam, ſat eſt ſpatium decẽ annorum, non ad præſcribendum, ſed ad confirmandum: niſi per conſuetudinem præiudicetur vtilitati alicuius eccleſiæ: quia tunc requiritur ſpatiũ quadraginta annorum. Quando uero eſt in præiudicium alicuius priuilegij, & prærogatiuæ Principis, requiritur conſuetudo immemorabilis, quæ uincat omnium memoriam. Atque hæc fere ſunt, quæ de tempore ſcribuntur: de qua re ita ſtatuo. A B

Octaua poſitio, ſi quid hac in re eſſet a lege ſancitum, id ſeruandũ eſſet: in abroganda lege maius tempus videtur requirendum, quam in introducenda aliqua re, quæ ſit præter legem; & quamuis cum communi ſententia, determinata tempora attendenda ſint: tamen, vt in multitudine ſiue frequentia actuum, ita in diuturnitate temporis prudentis uiri iudicium attendendũ eſſet, cum in hiſce rebus certa non poſſit aſſignari ratio. Ratio autem cur tẽpus requiratur hęc eſt, quia vulgi mores ſunt inconſtantes. Sed de his hactenus.

De conſuetudinis effectibus, an conſuetudo legem abrogare poſſit. C
Diſput. III.

IVXTA propoſitam methodum, in hac, de conſuetudine tractatione, ſequitur vt de eius effectibus agamus: atque quidem primo de abrogatione legis diſputabimus. Hic itaque primus conſuetudini tribuitur effectus, vt legem iam latam abrogare queat: at quod non poſſit, ſic probares. Primo, id quod eſt minus potens non poteſt tollere quod eſt fortius: atqui lex eſt fortior & conſtantior, cum ſit ſcripta, atque in ære inciſa, conſuetudo uero pendet ab inconſtanti vulgi vſu & more: igitur. Secundo, legum approbatio non pendet a multitudinis conſuetudine, præſertim cum poteſtas legum condendarum eſt apud unum: igitur nec earum abrogatio. Tertio, actus mali non debent tollere legem bonam: ſed actus per quos lex abrogatur ſunt mali, quia ſunt contra legem: igitur. Quarto, ex lege 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, Imperator de conſuetudine loquendo ait, non adeo eſſe ualituram, vt, aut rationem uincat, aut legem: quæ auctoritas valde iuriſperitos torquet. D

In hac difficultate eſt opinio communis, conſuetudinem hanc uim habere, vt legem tollat. Alij vero dicunt poſſe tollere hanc, vel illam legem, ſed non legem uniuerſe, quia conſuetudo habet vim & robur a lege, a qua etiã tolli poteſt. Alij diſtinguentes de non vſu, de deſuetudine, & contraria cõſuetudine, dicunt poſſe tolli ſolum per contrariam conſuetudinem: alij vero etiam

Alex. *Roc.* *Pan. Caſ.*

A ro etiam per deſuetudinem, quando habet factum implicitum. Non vſus dicitur, quando non occurrit caſus, in quo lex ſeruari debet: & tunc nullo temporis curſu lex tollitur, ſed ſemper durat. Deſuetudo vero, quando caſus occurrit, ſed legis vſus non requiritur: vt ſi non peteretur ſatiſdatio, cum actor dat libellum: contraria conſuetudo, cum petitur, ſed non datur animo inducendi contrarium. Deniq; ſunt qui tantũ conſuetudini tribuant, vt exiſtiment poſſe vim habere contra ius naturale & diuinũ, modo ſit rationabilis, i. modo non inducat peccatũ: ſed iſti imprudenter, & ignorãter loquũtur. Pro huius difficultatis explicatione, nota primum varijs modis a varijs auctorib. conſuetudinis effectus numerari: Nam alij ſeptem numerant, alij quinque, alij tres, qui modus eſt communior, hoc pacto. Primus, eſt legem Oſtien.

B humanam abolere & abrogare, hoc eſt vim eius obligatoriam tollere. Ita habetur cap. Cum tanto, de conſuetudine, Secundus declarare legem, cap. Cum dilectus, eodem titulo, & l. ſi de interpretatione, ff. de leg. quibus in locis uocatur, optima legum interpres. Tertius nouum ius conſtituere & ſtabilire; vt in can. conſuetudo, diſt. prima, & in l. diuturna, ff. de legibus. His alij addunt quartum, confirmare præcedentem legem, cap. cum dilectus, citato: & ita ad aliquid probandum lex & conſuetudo ſimul citari ſolent: quẽ effectum alij reuocarent ad vnum ex tribus. Nota ſecũdo, tres a quibuſdam aſſignantur conſuetudinis partes, ſiue ſpecies; vna quæ dicitur ſecundum legem, vt illa quæ legem imitatur, a qua lex robur accipit; ſecunda pręter legem, quæ vim habet legis conſtituendæ, aut conſtitutæ ſtabiliendæ; in ijs Gl. l. ſi. C. quaſi lon. conſ.

C rebus in quibus non eſt lex; cuius formæ dant exemplum de oblationibus faciendis; de ieiunando illis diebus, in quibus non eſt pręceptum; tertia cõtra legem, cum ſit per conſuetudinem id quod legi aduerſatur, quæ vim habet legis abrogandæ, & introducendæ nouæ, aut reuocandi ad legem prius exiſtentem. Vbi dubitari ſolet, an conſuetudo abrogare poſſit legem in qua ſancitur, vt nulla conſuetudine auferri queat; de qua re ſunt duo dicendi modi. Primus eorum qui dicunt non auferri poſſe; ita Syl ueſter, in verbo, conſuetudo, quem ſequitur Sotus; idem nonnulli Iuriſperiti; Secundus aliorum, qui contra ſentiunt; in quibus Bart. Medina in ſuis commentarijs in D. Thom. Nos de tota hac difficultate ita ſancimus. Abb. Bart. Alexi

Prima poſitio, nulla conſuetudo habet vim contra ius diuinum. Doctri

D na eſt certiſſima, & qui aliter loquuntur, turpiter errant. Patet primum ex communi ſcriptorum ſententia: deinde, quia cõſuetudo pertinet ad ius humanum, quod non põt in ius diuinũ, vt patet ex ijs quę agentes de diſpenſatione diximus. Vnde vſus cõtra ius diuinũ, nõ cõſuetudo, ſed corruptela dicĩ dẽt; q̃ eo eſt maior, quo cõſuetudo eſt diuturnior. Scđa poſitio, contra ius naturale & ius gentiũ, & humanũ vt iſta iura continet, & id ſancit qđ eſt cũ recta ratione omnino cõſentaneũ, cõſuetudo nihil põt. Quia qđ cõtra huiuſmodi iura fieret, neceſſario legis naturã q̃ in recta rõne, & nõ in volũtate humana eſt fundata, deſtrueret; & ita non eſſet rõnabilis, q̃ cõditionẽ oẽs in cõſuetudine reqrũt. Et hoc modo intelligũt aliq. legẽ illã ſup. ex C. citatã. Tertia poſitio, cõſuetudo nullã hẽt vim cõtra libertatẽ eccleſiaſt. & in dãnum ac Cap. quãto de conſ. Vigel. li. 1. c. 3. meth. iur. can.

onus eccleſiæ. Primũ probatur hęc doctrina ex iure canonico, c. 1. de cõſuet. A
& in extrau. commun. de conſuet. Deinde communi opinione doctorum: de qua re late Rochus, parte quincta, numero uigeſimo & ſequentibus Quare; quod ſacerdotes iudicentur a ſecularibus per nullam conſuetudinẽ poteſt induci, & ſic, in ſimilibus. Quarta poſitio, contra vtilitatem publicam nulla valet conſuetudo, ſicuti & nulla lex. Doctrina eſt cõmunis & certiſſima, quę habetur determinata in l. finali, C. ſi contra ius, quam confirmares ex ijs quæ ſupra de fine legis agentes docuimus: vbi demonſtratum eſt, leges oẽs habere pro fine commune bonum. Quincta poſitio, conſuetudo contra ſpiritualia, & contra ea quæ præſcribi non poſſunt, nullam vim habet. Eſt cõmunis doctrina, quæ hoc exemplo declaratur. Decimarum ius non poteſt præſcribi a laico, quia eſt quiddam in ordine rerum ſpiritualium, & ſicuti non poteſt præſcribi, ita nec conſuetudine tolli. Sexta poſitio, durantę euidenti legis ratione, conſuetudo non habet vim contra legem humanam. Quoniam, vt Sotus ait, tunc conſuetudo non eſſet rationalis: ſecus, ſi conſuetudo oſtenderet legem non eſſe conformem loco, & perſonis, licet alias vtilis eſſet. Septima poſitio, conſuetudo, per legẽ ſublata, non poteſt amplius habere vim contra legem. Ita Gloſſa, in Clement. Dudum, de electione: ſed addit, & optime, hanc limitationem, Niſi noua ratio ſuccedat, quę non erat tempore illo, quo conſuetudo fuit ſublata: quare, noua emergẽte cauſſa, poteſt habere vigorem. Octaua poſitio, conſuetudo derogat iuri humano quando eſt rationabilis & præſcripta. Primum patet ex iure canonico, cap. finali, de conſuet. vbi hoc habetur, cum illis duabus conditionibus. Deinde ex iure ciuili, l. de quibus, ff. de conſuet. vbi Iulianus ait tacito conſenſu omnium per deſuetudinem leges abrogari. Poſtea communi conſenſu ſcriptorum, hac rõne confirmato: quia, vt leges habent ab initio vim a Principe, ſiue a populo; ita ab eodem interpretationem recipiunt: nõ ſolum per verba, ſed etiam per facta, hoc eſt per tacitam permiſſionem & voluntatem, cuius voluntatis ſignũ eſt publica conſuetudo moribus introducta, eo conſentiente. Verum, vt Sotus ait, non videtur conſuetudinem hanc uim habere, cum uſus ex ſola Principis oritur negligentia; aut, cum Princeps ex impotentia legis præuaricatores punire non poteſt: ſimiliter, non cuiuſcunq; permiſſio hanc uim dat conſuetudini, ſed ſolum eius qui legis condendæ poteſtatem habet. Vnde inferiorum permiſſio, ut Prętorum, non confirmat conſuetudinẽ. Et quamuis ſupra declarauerim, quomodo intelligenda ſit illa conditio, quod debeat eſſe rõnalis, tamen nunc etiã breuiter dixerim illam conſuetudinẽ eſſe rõnalem quæ cauſſam hẽt iuſtam, quãuis comparata ad legem videatur irrationalis. Exẽpli gratia, in c. Nouit, de his quæ fiunt a Prę latis, Eps̃ in gerendis negotijs vti dẽt capituli cõſilio, cuius legis rõ eſt ea, quia qđ multorũ conſilio fit, melius fit: at in c. non eſt, de conſuet. lib. 6. conſuetudo, qua Eps̃ non vtitur conſenſu capituli in corrigendis exceſſibus, approbatur; qa iſta conſuetudo hẽt bonã cauſſam: Qm̃ qđ multorũ conſenſu fit, tarde fit, qđ non eſt melius. Hæc conſuetudo cõparata ad legẽ, nõ eſt bona: at reſpectu rõnis & cauſſę ob quã eſt introducta, bona & rõnalis cenſetur, In ſumma, rõnalis dicetur, cũ bonæ

Inſt. de iur. nat. §. ſed.

B C D

legis

A legis conditiones habebit. Qđ vero attinet ad præſcriptionẽ, quæ eſt alia conditio a canone requiſita, cum nec certus actuũ numerus, nec certum tp̃s aſſignari poſſit, tunc cenſeri debet præſcripta, qñ cõi hominum iudicio putaretur eſſe peccatum facere contra illã. Quo loco bene adnotauit Sotus, quãtum ſit periculum in aliqua rep. aliquid ſemel, biſve permittere: ad qđ obtinendũ illa adducitur rõ, quia vnus actus, nihil nocere põt, cum facile ad vnius exẽplum ſuccedat alius, & alius, & ita obrepit cõſuetudo, vi reſq; ſumit. Vnde fieri ſolet, vt, ſi ſubditi aliquid ex gratia & benignitate Principi offerant, gratia, in ius tranſeat, & vi iuris repetatur. Nona poſitio, per conſuetudinem lex humana abrogari poteſt, ẽtſi in lege dicatur, vt nulla conſuetudine tolli poſſit. Primũ, quia põt a Principe abrogari lex per verba, quibuſcunq; verbis illa ſtatuta fuerit: at conſuetudo a Principe approbata hẽt vim verborũ:
B igitur. Deinde, in c. ſi ep̃s, de pœnit. & remiſ. lib. 6. dr̃, qđ nulla conſuetudine introduci poſſit, vt quiſpiã eligat ſibi confeſſariũ: & tñ ſacerdotes ſeculares ex conſuetudine olim ſibi eligebant: q̃ tñ Synodus Tridentina ſuſtulit. Decima poſitio, conſuetudo per actus illicitos introducta habet vim auferẽdi legẽ poſitiuã. Ita Caietanus, Sotus, & quidã alij tradunt: quæ doctrina hũc in modum intelligenda eſt. Qñ conſuetudo ſic eſt mala, qa non hẽt iuſtã cauſſam, nunquã tractu tp̃is vim habet: qñ aũt iuſtam & bonã cauſſam habet, ẽtſi aliquid mali hẽt, quia eſt contra legem, id qđ habet mali, tp̃e aufertur, quia per ignorantiã probabilem neſcitur, qđ contra legem fiat: & ex ea parte qua aliquid boni habet, præſcribit. Verũ, qui primo contra legẽ facere incipiũt, *Seſ. 25. Cap. 15.*
C peccant, quouſq; conſuetudo non ita inualuerit, vt trãſgreſſores nõ puniantur. Hac rõne introductũ eſt in quibuſdã locis, ut liceat veſci inteſtinis aĩaliũ in ſabbatho, cũ tñ lex antiqua id prohiberet. Vltima poſitio conſuetudo eo modo tollitᷣ, quo generata fuit, loquor de perfecta, & iã introducta cõſuetudine: rurſus tollitur p legẽ ſequentẽ contrariã: vt. n. ius contrariũ ſuccedẽs iuri, illud derogat, ita ẽt cõſuetudinẽ. Sed hoc limitat Abbas in iure canonico, vt nõ valeat, niſi fiat mẽtio ſpãlis illius cõſuetudinis: ad qđ probandũ citatur c. fin. de conſue. li. 6. ſecus de iure ciuili. Similiter, ſublata lege, ceſſat cõſuetudo ſm legẽ. Ad primũ, quidquid ſit de illa qõne, an lex ſit cõſuetudine fortior, de qua multũ inter ſe digladiantᷣ legiſtę; nã aliqui dñt legẽ eſſe fortiorẽ: alij vero conſuetudinẽ; ad argm̃ dicimus, conſuetudinẽ hr̃e uim p cõſenſum
D legiſlatoris, q legẽ abolere põt. Ad 2m, rñdetur eodẽ modo, qa nullius conſenſus, aut ſñia legẽ facit, aut cõſuetudini robur legis pręſtat, niſi legiſlatoris. Ad tertiũ, patet ex doctrina allata in penultima poſitione: an aũt actus mali poſſint legem nouã inducere infra dicetᷣ. Ad quartũ, multæ afferuntur rñſiones ad illam legẽ, præſertim ab Acurſio, quæ ut minus idoneæ nõ recipiunᷣ: ut ẽt illa Coraſ. & Conn. qui dicunt, legẽ tolli deſuetudine, nõ cõſuetudine: ut ẽt illa qđ una lex ſit correcta per aliam: nec etiam oĩno quadrat, qđ quidam modernus ait, citatam legem intelligendam eſſe de lege uniuerſe, quia certum eſt conſuetudinem non poſſe abolere omnem legem, & uniuerſum ius ſcriptum, unde explicari poteſt, ut ſupra nos diximus, & ita nomine legis, ea intelligitur, contra quam rationabilis conſuetudo dari non poteſt. *Placent. Alex. Tarin.*

An conſuetudo ſit legis interpres. *Diſput.* IIII. A

RECTE a Paulo iuriſcōſulto pronunciatū fuit, Optimā legum
interpretē eſſe cōſuetudinem, cuius ſniæ Iuriſperiti ſubſcripſe-
runt oēs. cæterum, hoc pronunciatū non eſſe verū, hunc in mo
dum perſuadere poſſes. Primo, eius eſt legē interpretari, cuius
eſt eandē condere, & eius cui data eſt facultas a legis cōditore:
igitur non eſt petenda a cōſuetudine, quæ pendet a ſenſu populi, cui talis fa
cultas non eſt data. Scdō, qd hēt vim abrogandi legē, non interpretatur legē;
Diſt. 72. ſed eā tollit: atqui cōſuetudo hanc vim hēt, vt eſt probatū; igitur. Tertio, con
Pro Plan. ſuetudo pendet ex conſenſu populi q eſt incertus, & temerarius, & populus
potius docēdus, q̄ ſequendus eſt, vt Cęleſtinus ait, & Cicero, Nō eſt conſiliū B
De clar. orat. in vulgo, non rō, non diſcrimen, non diligentia. Sine cōparatione populus
probat, eſſe melius nō ſentit: illud qd eſt, qualecūq; eſt probat; qa ex veritate
Plut. lib. 6. de rep. pauca, ex opinione multa æſtimat: de quo lege, q̄ ſcripta reliquit Plato. Ideo
Plut. in Apoph. Phocion aliqn̄ publice profeſſus eſt, ſibi ſoli nihil eorū placere, q̄ vulgus, &
ageret, & diceret. Quarto, decernūt iura ciuilia, deficiente lege, confugiendū
eſſe ad ſimilia, & nō eſſe iudicādū exēplis, ſed legibus: non igit. verū erit con
ſuetudinē eſſe optimā legū interpretē: ſi dantur aliæ meliores ad leges inter-
pretandas viæ, vt omittam illam, quæ eſt oīum optima; vt legem per legem
interpretemur. In hac itaq; re vr̄ eſſe contradictio in iure ciuili, cū Alexāder
Seuerus rñderit, In ambiguitatibus quę ex lege proficiſcuntur, cōſuetudinē
aut rerū perpetuo, ſimiliter iudicatarū auctoritatē vim legis obtinere debe- C
re. In hac difficultate nullæ occurrunt citandæ ſniæ, cū in re verſemur ſatis
perſpicua, nonnulla tn̄ breuiter adnotabo, & poſtea quibuſdā poſitionibus,
quid de hoc conſuetudinis effectu tenendū ſit, docebo. Primū igitur notādū
eſt, duplicē eſſe legis interpretationē per conſuetudinē, vnam per publicam
conſuetudinē, vſumq; populi, q hoc vel illo modo agendo, in hunc, vel illū
ſenſum legē intelligere vr̄, aut eā vim hr̄e, aut non hr̄e demonſtrat: ita vt ex
conſuetudine intelligi poſſit, vel qui ſit legis ſenſus, vel ēt, an lex vigeat: Al-
terā priuatā quæ oritur ex iudiciorū vſu, cum. ſ. ex iuditiorum praxi & exē-
plis colligitur alicuius legis ſnia: ex qua conſuetudine fieri ſolet, vt eo modo
lex aliqua intelligatur, quo in priuatis iudicis, ab hoc vel illo iudice intelle-
cta & ad vſum applicata fuit. Notādū deinde eſt, ideo cōſuetudinē poſſe dici D
optimā legū interpretem, quia hęc eſt legū humanarū rō, vt vniuerſe ferant,
vt ſubiectę ſint mutationi, cū earum iuſta rō ob q̄ conduntur pp̄ tēporum &
rerū varietatem non ſit oīno fixa, ac proinde nō ſemper eodē modo populis
accōmodatæ, & qd ſint accōmodatæ ipſe vſus optime declarat; vſus, inquā,
Can. ſi cō-ſu. d. 8. nō abuſus, nō corruptela. Nā q̄libet conſuetudo quantūuis vetuſta, quātūuis
vulgata, veritati oīno eſt poſtponenda, & vſus qui veritati eſt contrarius, eſt
abuſus. Tertio notādum eſt, ad hoc vt cōſuetudo ſit fida legū interpres, duo
eſſe neceſſaria, (de ea loquor cōſuetudine, quæ conſiſtit in populi moribus)
vnum, vt ſit publica & neminem lateat: quia, ſi a multis aliquid occulto ſer-
uaretur, ita vt ad reip. gubernatoris notitiam peruenire non poſſet, iſta con-
ſuetudo

A ſuetudo non eſſet bona legum interpres: alterum, vt ſi conſuetudo videretur
legi aliquo pacto obſtare, aut aliter legem accipere, quam lex ſtatuere vi-
deatur, intercedat aut expreſſa, aut tacita legislatoris approbatio. Hac ratio- *Opuſculo*
ne communis conſuetudo videtur recte interpretari legem de ieiunio, quâ *de præce*
præceptum eſt, de ſemel comedendo, vt non ſit contra legem, ſi quid veſperi *cl. par. 4.*
ſumatur. At vero conſuetudo etiã nota Principi, quod multi officiales maius
pretium accipiant, quam a lege taxatum eſt, eos non excuſat, ſi cum deferun
tur, a Principe multantur: quia hoc eſt argumentum certiſſimum, quo Prin-
cipis voluntas cognoſcitur. Quarto notandum eſt duobus modis conſidera-
ri poſſe conſuetudinem reſpectu legis: primo modo, vt eius ſententiam ma-
nifeſtat, & tunc ſi lex ſit omnino clara, non dicetur eam interpretari, ſed cõ-
B firmare, ſi ſit conſona legi, ſi vero ſit dubia poterit etiam eam interpretari: al-
tero modo, vt indicet legem vigere, aut non vigere, habere, aut non habe-
re vim ad obligandum, & hoc, vel illo modo. His ita adnotatis, has ſtatuo
poſitiones.

Prima poſitio, conſuetudo cum lege conſentiens habet vim confirmandi
legem. Per conſuetudinem enim quaſi vitam motumq; lex habere videtur,
qua remota, langueſcit, & labitur: accipit tamen & ipſa quoque aliquid ro-
boris a lege: quamuis lege aduenientè, non tam obliget quia ſcripta, quam
quia iam erat diuturnis moribus confirmata. Secunda poſitio, conſuetudo
habet vim declarandi & limitandi, exponendive ius, tum naturale, tum di-
uinum. Doctrina eſt communis, & ſi hãc vim habet ius, ſine lex humana, ut
C ſupra eſt dictum, eandem habebit etiam cõſuetudo. Quare conſuetudo apud
omnes nationes de puniẽdis nefarijs hominibus pęna capitali, declarat prę-
ceptum illud naturale & diuinum de non occidendo: Similiter conſuetudo
quæ apud omnes populos uiget, quod homo liber fiat ſeruus iure belli, de-
clarat ſeruitutem non eſſe contra naturam: item conſuetudo omniũ gentium
declarat, non eſſe cõtrahendum matrimonium in primo gradu: Deniq; con
ſuetudo omnium hominum in repellenda ui illata, declarat præceptum de
non nocendo proximo. Tertia poſitio, conſuetudo habet uim declarãdi ius
humanum, & quantum ad ſententiam, ſiue ſenſum legis, & quantũ ad uim
obligatoriam. Doctrina eſt cõis, quam auctoritas utriuſq; iuris Pontificij, & *Cap. cum*
Cæſarei confirmat, cum in utroq; optima legũ interpres uocetur. Et ſi poteſt *dilectus*,
D interpretari naturale & diuinum, ut eſt probatum, cur non ẽt humanũ? De- *de conſ.*
niq;, ut leges habent a Principe auctoritatem, ita & interpretationem, quam *L. ſi de. ff.*
non ſolũ uerbis, ſed ẽt tacita uſus cõis & cõſuetudinis approbatione demon *eod. tit.*
ſtrat. Intelligitur itaq; hæc poſitio de conſuetudine & uſu cõi populi, cum
conditionibus ſuprà explicatis. Quare, ſi ex conſuetudine colligatur legis
ſenſus, aut eius uis obligatoria, optimum a conſuetudine ducetur argumen
tum: unde aliquando efficaciſſime argumẽtatus eſt Paulus, cum uoluit pro-
bare non decere mulieres capite non uelato in eccleſia orare, cum poſt alias
rationes, dixit, ſiquis autem uidetur contentioſus eſſe: nos talem conſuetu- *1. Cor. 11.*
dinem non habemus, neque eccleſia Dei.

Quarta poſitio, populi cõſuetudo, ſine aliquo Principis conſenſu, & an-

te præſcriptionem, non facit argumentum omnino certum ad interpretandam legem. Quare, prout conſuetudo erit magis minuſque corroborata, maiorem minoremve vim habebit ad legem interpretandam: intellige ſemper de conſuetudine rationabili. A

Quincta poſitio, ſola iudiciorum conſuetudo non parit certam omni ex parte legis intelligentiam: habebit tamen maius robur, quam conſuetudo popularis nondum Principis conſenſu approbata. Primum ex duobus quæ hac poſitione docemus, patet, quia iudices in applicatione legum errare poſſunt, & ſæpe errant: igitur, ex eorum nuda cõſuetudine, non pẽdet certiſſima legis ſententia. Alterum probatur, quia iudices & doctores in interpretanda & applicanda lege ſcientia & arte vtuntur, imperita vero multitudo non item. Sexta poſitio, quamuis ex praxi & conſuetudine iudiciorum, exemplisque & præiudicijs iudicari poſſit: tamen hoc non eſt omnino tutum. Primum, quia rara reperiuntur facta omni ex parte ſimilia: Deinde, quia interdũ iudices errant: vnde vnius error, poteſt eſſe cauſa, vt ſæpiſſime erretur, & ita vno inconuenienti dato, multa ſequuntur, & vt doctrinam maxime obſeruandam exemplo declarem; referam, quod veriſſime in quadam ciuitate accidit, vbi conſuetudo iſta interpretãdi, vel iudicandi, ex præiudicijs multum viget. Eſt ſtatutum in quodam loco, vt qui adeunt hæreditatẽ non iure ſucceſſionis, ſed teſtatoris beneficio, dent quinque pro quolibet centenario Fiſco, ſiue Principi. Accidit, vt in hac hæreditate contineatur ager, vel domus ex cuius redditibus datur clerico, ſiue capellano, & manſionario merces pro ſacrificijs ex obligatione factis: Oritur dubitatio, an ex his bonis Fiſcus poſſit ſumere illa quinque pro centinario, cum iſta bona in dicta hæreditate cõtineantur. Caſus ſæpiſſime inciderat, & ſemper iudicatum fuerat contra Clericum, ſiue Manſionarium, vt vocant: vnde enata erat peſſima quædam conſuetudo, quæ male legem interpretabatur. Quidam Clericus mihi notus, cum expreſſam iniquitatem ſibi fieri videret, rem in iudicium deduci voluit, etſi omnes diſſuaderẽt, quia norant praxim illam. Is coram iudicibus conſtitutus, ita cauſſam ſuã aggreditur. Lex ſolum eos complectitur qui beneficium ex teſtamento capiunt, cum conſequantur bona quæ eis non debebantur: at ego nullum cõſequor beneficium; quia quod ex bonis iſtius hæreditatis capio, ob meos labores mihi debetur: igitur ſub iſta lege non comprehendor: in cuius fauorem ob hanc euidentiſſimam rationem, iudicatum fuit. B C D

Ariſtot. 1. phyſ. t. 10.

Septima poſitio, nulla irrationabilis, & veritati repugnans, conſuetudo, eſt bona legis interpres. Hanc doctrinam confirmant nonnulli canones qui habentur in diſtinctione octaua apud Gratianum. Et de hac conſuetudine intelligendum eſt illud Gregorij, ſi conſuetudinem fortaſſis opponas, aduertendum eſt, quod dominus dicit, Ego ſum via veritas & vita: non dixit, Ego ſum, conſuetudo, ſed veritas: Et fruſtra, vt ait Auguſtinus, obijcit conſuetudinem, qui ratione conuincitur: Et conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt. Veritas valet, inualeſcit, & viuit in æternum, & obtinet in ſæcula ſæculorum.

Can. ſi con ſuetudinẽ. d. 8.
Ioan. 14.

Ad

A Ad primum, populi conſuetudo, non habet vim interpretādi legem abſolute, ac etiam perfecte, ſine Principis conſenſu, vt in notandis diximus. Ad ſecundum, conſuetudo non ſemper abrogat, ſed interdum ſolum interpretatur legem: & dum abrogat, indicat etiam ob aliquam iuſtam cauſſam non amplius obligare. Ad tertium, populi iudicium in rationabili cauſſa fundatum non eſt parui faciendum, cum in hoc numero, non modo imperita multitudo, ſed etiam docti & prudentes contineantur, qui conſuetudinem faciunt: vt omittam, quod hoc iudicium Principis conſenſu confirmatur. Auctoritates autem in contrarium citatæ, intelliguntur de multitudine ſola & imperita. Ad quartum, dum leges docent confugiendum eſſe ad ſimilia, non negant conſuetudinis auctoritatem, & cum dicunt, non B eſſe iudicandum exemplis, monent iudices, vt non temere ex aliorum iudicijs, ſed potius ex legibus iudicent; cum, vt diximus, non nihil ſit periculi in iudicando ex ſolis exemplis. Quare, ſi conſuetudo ſit veritati & rationi conſona, & a Principe aliquo pacto approbata, cum ex vſu eius colligatur ſententia, optima dicetur legum interpres. Nam, vt ait Auguſtinus, ſi conſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri.

An conſuetudo poſſit vim legis obtinere, legemve nouam facere. Diſput. V.

C ETSI ex ijs quæ hucuſq; de conſuetudine diximus, ſatis aperte conſtet, quid de hoc tertio legis effectu ſentiendum ſit: tamen vt adhuc planius conſuetudinis vis explicetur, de hoc quoque effectu aliquid priuatim dicemus. Et quod conſuetudini hic effectus tribui non poſſit, hæ rationes demonſtrare videntur. Prima, conſuetudo etiam per actus malos introduci poteſt, vt ſupra docuimus: at implicat, vt ex malis actibus conſtituatur lex quæ debet eſſe honeſta & bona: igitur. Secunda, lex debet fieri ab habente auctoritatem: at populus qui ſub uno Principe viuit, non habet auctoritatem legis condendæ, cum eam in Principem transtulerit: igitur. Quod ſi dicas, habere hanc facultatem ex tacito conſenſu Principis, iam Princeps erit cauſſa efficiens iuris non ſcripti, non autem populi vſus. Tertia, dantur in populo D multæ conſuetudines, paſſim ab omnibus obſeruatæ, quæ ſunt ſuperiori cognitæ, & tamen non habent vim legis; vt ſunt nonnullę ſanctorum uigilię, eſus carnium in die natalis Domini, quę alias nō liceret, & ſimiles: ergo conſuetudo non eſt idonea ad legem introducendam, etiam ſciente Principe.

In hac difficultate, cum omnes, quantum ad id quod præcipue quæritur, conueniant, nullæ occurrunt citandæ ſententiæ. An uero introduci poſſit per errorem, varie ſentiunt Iuriſperiti, vt eſt videre apud Rauennatem. Similiter dubitari ſolet, an per actus illicitos, per quos Sotus negat introduci poſſe. Ruſus dubitari poteſt, ad quos introductæ conſuetudinis obligatio ſe extendat: de qua re multa dicuntur a Iuriſperitis, an liget foren ſes, an liget extra territorium: ſimiliter an obliget ad peccatum, quibus de rebus *Par. 5. n. 3*

hic latius diſſerere nolumus, cùm ex ijs quæ de lege vniuerſe ſcripſimus, atque ex ijs quæ poſtea de ſtatutis dicemus, iſta, vt ad noſtrum inſtitutum pertinent, ſatis explicari poſſint. Vnico itaque præmiſſo notando, nonnullis poſitionibus præſenti dubitationi ſatisfaciemus. A

Notandum itaque eſt, quattuor eſſe neceſſaria adhoc, vt populi moribus ius conſuetudinis introducatur. Primo, vt res in qua uerſatur conſuetudo ſit iuſtæ legis materia: quæ autem ſit iuſta legis materia ſupra docuimus; & ſatis eſt, vt non ſit illicita, quia de re indifferenti poteſt eſſe lex, ac proinde etiam conſuetudo, licet hoc aliqui negent. Secundo, vt conſuetudo ſit uniuerſalis, non paucorum: quo fit, vt quædam conſuetudines in ſeruandis diebus feſtis, qui partim ſeruantur, partim nõ ſeruantur, legis vim obtinere nõ queant. Tertio, vt quod in conſuetudinem trahitur, iudicetur ab omnibus B obſeruandũ, & introducendum, non ſolum ex quadam pietate, ſed ex obligatione & neceſſitate. Vnde quædam uigiliæ quorundam ſanctorum & ſpeciatim beatæ Virginis, Aſſumptionis uigilia excepta, iam apud multos in uſu, non obtinent uim legis, cum ex ſola pietate ſeruentur; idque qui eas ſeruant affirmant. Atqui aliter multi dicerent, de vſu recitandi matutinas horas ante ſacri celebrationem. Poſtremo, requiritur approbatio expreſſa, vel interpretatiua ſuperioris: cuius rei euidens eſſet argumentum, ſi a ſuperiore non puniretur, aut pro reo haberetur, is qui contra faceret. Ratio huius conditionis, vt ſupra diximus; ea eſt, quia conſuetudinem creare, quæ vim legis habeat, eſt actus iuriſdictionis. Hoc poſito fundamento, ad poſitiones accedo. C

Rau. par. ſ. n. 3.

Prima poſitio, nulla mala conſuetudo, eius durante malitia, eſt idonea ad creandum conſuetudinis ius; quod non ſolum de ea quæ eſſet expreſſe mala, ſed etiam de ea quæ occaſionem præberet mali intelligendum eſt. Doctrina eſt manifeſtiſſima; quia eius materia non eſſet honeſta, vel ſaltem indifferens. Mala nanque conſuetudo, vt quidam ſcripſit, non minus quam pernicioſa corruptela, abijcienda eſt. Vt non immeritò Cretenſes, cum acerbiſſima execratione aduerſus eos quos vehementer oderunt, vti uolunt, nihil peius imprecentur, quam, vt mala conſuetudine delectentur: modeſtoque uoti genere, efficaciſſimum ultionis remedium. Inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeueranter morari, eſt dulcedo exitio vicina. Secunda poſitio, conſuetudo, poſitis, allatis conditionibus, vim legis D obtinere poteſt. Doctrina eſt in utroque iure certiſſima, vt patet ex priuatis titulis: & ex omnibus omnium locorum ſtatutis, ac etiam omnium populorum uſu: vt omittam communiſſimam omnium doctorum opinionem: quam hæc optima Iuliani confirmat ſententia: Nam, cum ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ ſunt; meritò & ea quæ ſine ullo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes. Si itaque conſuetudo ſit rationabilis, iuſtam ve cauſſam habeat, & conuenienti tempore fuerit a maiore parte ſeruata, & a ſuperiore, vel ab ijs qui aliquid ſtatuere poſſunt approbata uim legis ſuſcipit: & idem dicas de conſuetudine in quauis communitate & collegio. Ex conſuetudine, & perpetuo vſu

D. 8. c. Mala.
Val. Max. lib. 7 c. 2. in fin.
L. de quib. ff. de leg.

A Eccleſiæ factum eſt, vt matrimonium cõtractum cum infideli, habeatur pro
nullo: in quo tamen Pontifex diſpenſare poſſet, cum id non ſit de iure diui-
no, vel naturali. Tertia poſitio, verior eſſe uidetur eorum opinio, qui con-
ſuetudinem lege fortiorem eſſe dicunt, ius nimirum non ſcriptum, maiorẽ
habere vim quam ſcriptum: Hoc obiter docuerim; in quo confirmando
immorari nolo: illud tamen cum Hermogeniano dixerim, quæ conſuetu-
dine comprobata ſunt, non minus, quam ea quæ ſcripta ſunt iura ſeruari: Im
mo, cum Paulo, magnæ auctoritatis hoc ius habetur, quod in tantum proba
tum eſt, vt non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere. Quibus verbis opti *Mur.*
me quidã ſubiecit, τὸ ἀυταρκέστερον ἰσχυρότερόν. i. vt quidque minus aliena ope
eget, ita fortius eſt. Et cum lex ſcripta & conſuetudo approbata, quod atti-
B net ad auctoritatem, non differant, ſane in eo conſuetudo legem ante cellit,
quod ſuauius regnat, & gubernat populos, & quaſi in quandam naturam
migrat, & non in ære, ſed in ipſis moribus, animiſque eſt inſculpta: cuius tã
ta eſt uis auctore Ariſtotele, vt magis habeantur pro veris, etiamſi fabuloſa *Li 2. met.*
ſint, quæ conſuetudine tenentur, quam ſi alia ratione cognoſcerentur. Con *t. 14.*
ſuetudo, inquit Suidas, non eſt inuentum hominis, ſed uitę & temporis: lex *In uerbo. conſuet.*
ſimilis eſt tyrannidi; terrore enim & ui cuncta conficit: conſuetudo vero ma
gis humanitate regia: vltro enim omnes abſque neceſſitate ſequuntur; cum
eã ſit, veluti altera natura. Et cum leges non alia ratione ligent, niſi quia cõ *L. ſi quis*
ſenſu expreſſo populi ſunt receptæ: cur dicere non liceat, leges a conſuetu- *ff. de lib. et*
dine quodammodo habere vitam? cum ea remota, ſeneſcant, & ceſſent. *poſth.*
C Quarta poſitio, conſuetudo differt a iure æquitatis non ſcripto. Nam con *Roc. par. 1*
ſuetudo eſt ius non ſcriptum vſu introductum: at vero ius æquitatis naturæ *nu. 12.*
ductu eſt approbatum. Conſuetudo itaque non habet originem a natura,
ſed, cum vnus, aut alter aliquid facere cœpit, accedunt deinde eorum exem
plo alij, ac deniq; tota ciuitas idẽ publice facit, coaleſcit paulatim & quaſi
radices agit, tum longo vſu confirmata, vim obtinet.

Quinta poſitio, conſuetudo habet vim obligandi in conſcientia & ad
peccatum. Patet, quia habet veram rationem legis, & ita communis po-
puli ſenſus exiſtimat: quando autem obliget, & ſub quo peccato intelli-
gendum eſt ex ijs quæ de lege diximus, & ex ipſa populi ſententia; vt pa-
tet, in conſuetudine Ieiuniorum ab eccleſia approbatorum. Eam autẽ con-
D ſuetudinem de recitandis horis matutinis ante ſacrum, quæ vim legis iam
obtinuiſſe videtur, nunquam exiſtimarem obligare ſub peccato mortali,
cum materia non ſit grauis; & nulla ratione maioris momenti vſus iſte ni-
tatur. Quod ſi dicas, multos Summiſtas ita docere, ego non magni fa-
cio eos, qui, vt plurimum, ſoli verborum aut ſententiarum coaceruatio-
ne docent, & rationum momentis res ipſas non expendunt. Illud vnum
certo ſcio, ſi vera eſt opinio contraria, paſſim Sacerdotes poſſe hac in parte
peccare mortaliter; quia præceptum, quod ſub tali peccato obligat, nõ qua-
cũque occaſione prætermitti poteſt: & tamen, ſiquis aliqua etiam non gra-
ui cauſſa, iſtam conſuetudinem non ſeruaret, non peccaret, vt etiam qui aliã
ſequuntur opinionem docent: ſed hac de re alibi accuratius.

Sexta

Sexta poſitio conſuetudo probabilis,& dubia poteſt excuſare a culpa,ac etiam a pœna: & vt quidam ſcribunt,a pœna temporali excuſat etiamſi ſit mala. Septima poſitio, conſuetudo ligat omnes ſubditos, & ſuo modo etiam forenſes & peregrinos,vt infra plene docebo,cum de ſtatutis agam. De hac re qui plura uolet,Rochum,Rauennatem, & alios Iuriſperitos con ſulat:ſicut etiam de eius vſu in foro,quod ad probationem attinet. Probanda enim eſt,ſi non ſit notoria,quæ per teſtes,& per præſcriptionem probari poterit:& probanda eſt ab eo,qui eam adducit. A

Octaua poſitio,quando plures eſſent conſuetudines recentior & rationabilior eſt attendenda, & prius conſuetudo propria loci, qua deficiente confugiendum eſt ad communem diœceſis,prouinciæ, regni, & totius eccleſiæ conſuetudinem. Nona poſitio,conſuetudo extendi poteſt ad ſimiles caſus,quando eſt præter legem,& iuris conſtitutiua quando uero eſt contra ius non extenditur. Sed de conſuetudine hæc dicta ſufficiant; ad aliam legis humanę ſpeciem exponendam pergamus. B

An priuilegia ſint in Legum numero habenda, & quæ ſit eorum natura. Diſput. VI.

QVONIAM priuilegia,vt ex ipſo etiam nomine intelligere licet,nonnihil legis habere videntur; ſunt.n.veluti quædam priuatæ leges:propterea de eis quoque in hac noſtra de omnium legum tractatione, omnino agendum fuit. De quibus, pro noſtro inſtituto,vniuerſe, breuiterque hoc ordine ſcribemus De nomine,definitione,cauſſis,qualitate,conceſſione,varietate, ſiue ſpeciebus,interpretatione,& reuocatione.Et quoniam nonnullæ rationes priuilegia in legum numerum venire non poſſe probare videntur; ideo eas priore loco afferam. Quod ergo priuilegia pro legibus haberi non debeāt, hæc ſuadent argumenta. C

Lib. 1. de leg. Primo,ex M.Tullio,qui inter alias leges,hanc poſuit,Priuilegia ne irroganto,id eſt,ne conſtituito:quod ſane non dixiſſet, ſi pro legibus admittenda eſſent. Secundo,quod non habet naturam legis, ſed legem deſtruere uidetur,non eſt in legum numero habendum:at priuilegium eſt huiuſmodi;cum ſit priuata lex,in priuatam vtilitatem facta; lex vero eſt commune D

l. 1. ff. de leg. præceptum quod publicum commodum ſpectat:ergo. Ideo M.Tullius de maiorum in poſterum prouidentia loquendo dixit, In priuatos homines leges ferri noluerunt:id enim eſt priuilegium:quo quid eſt iniuſtius? cum legis hæc uis ſit,ſcitum & iuſſum in omnes. Tertio, quia priuilegia videntur eſſe contra libertatem ciuium, cum alij præ alijs a legum obligatione priuilegiorum beneficio fiant immunes.Eius enim reipub. ciues ſoli liberi videri poſſunt,in qua ex æquo ius redditur,& non eius, vbi quorundam prærogatiuis,aliorum libertas redditur tenuior.

Poſtremo,iura,vt ait Vlpianus,non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur;quare priuilegia legum appellatione venire non poterunt

L. 2. & 3.

De

A De ſubiecta materia duobus modis diſputari poteſt: vno modo generatim, explicando priuilegiorum naturam, cauſſas, ſpecies, effectuſque: altero modo ſpeciatim de priuilegijs certarum perſonarum, locorum, rerumque: nos priore modo diſputaturi ſumus. De hac legum parte legendi ſunt Canoniſtæ, titulo de Priuilegijs, Oſtienſ. & Gofred. in ſuis ſummis: Iuris Cæſarei profeſſores, in lege prima. ff. de conſtitut. Principum: ſummiſtæ, in verbo, Priuilegium. De priuilegijs priuatis, hi potiſſimum ſcripſere, Petrus Lenaüderus, de priuilegijs Doctorum: Petrus Rebuffus de priuilegijs ſcholarium; qui centum & octoginta numerauit: at Horatius Lucius quattuor & centum: Renatus Coppinus de priuilegijs ruſticorum: Petrus Vanderanus de priuilegijs creditorum: Horatius Mandoſius de priuilegijs ad inſtar, vt
B ſunt illa quæ ad alterius priuilegiati ſimilitudinem conceduntur: Cornelius Benincaſa, de paupertate, & eius priuilegijs: & denique de nonnullis alijs alij. Et quoniam in hac difficultate nullæ occurrunt citandæ ſententiæ, ad fundamenta accedamus.

In can. priuilegia, d. 3. Medic. tra. 8. a. de leg. par. 4. q. 33. & Greg. in meth. c. 7. nu 15. Vigel. in Meth.

Primum fundamentum, in quo de ipſo nomine aliquid dicemus. Quod igitur ad nomen attinet, animaduertendum eſt ex Gellio, quod nos nunc, ſingula, dicimus, olim antiqui, Priua dicebant: vnde compoſita dictio, Priuilegium, quaſi priua, hoc eſt priuata & ſingularis lex, ſiue gratia, beneficiumque alicui conceſſum. Is cui priuilegium conceditur, non Priuilegiatus, ut nunc loquuntur, ſed Priuilegiarius, vt antiqui loquebantur, vocandus eſt. Hac voce aliter vſus eſt M. Tul. cū dixit, Priuilegia ne irroganto, at-
C que Doctores in hac tractatione vtuntur. Vnde cum priuilegia priuatis hominibus dari inhibetur, idem eſt, ac ſi iuberetur iudicia exercenda eſſe ſecundum publicas leges & non priuatis Magiſtratuum decretis, ita ut eis nō ſit licitum ex priuata ſententia atque iudicio ius dicere.

Lib. 10. ca. 20.

Priuilegiorum itaque prohibitione, prohibita fuerunt priuata Magiſtratuum iudicia, vt ex conſequentibus verbis apud Ciceronem colligere licet. At vero in noſtro argumento, priuilegium ſumitur pro conſtitutione & lege priuata in aliquorum gratiam a Principe facta, ac etiam pro beneficio, gratia, indulgentia, ſiue prærogatiua conceſſa: vnde & has voces in hac materia ſcriptores vſurpare ſolent. Dicitur ergo priuilegium lex priuata, & beneficium præter ius commune alicui conceſſum. Apud antiquos, priuile-
D gium, dicebatur etiam Rogatio. Negant, inquit, Fabius, rogationem eſſe recipiendam, quæ ad ſingulos homines pertineat. Illud inter priuilegium, & beneficium diſcriminis aliqui aſſignant, quod priuilegium ſit gratia contra ius conceſſa; vt, ſi aliquis Principis indulgentia liberaretur a ſoluendis decimis prædialibus: beneficium vero deſignat gratiam præter ius conceſſam; vt ſi Pontifex concederet alicui eccleſiam in aliquo loco primo vacaturam. Sed de nomine hæc ſatis.

Helias.

Secundum fundamentum, in quo de definitione agam: Priuilegium hoc modo a quibuſdam deſcribitur. Priuilegium eſt illud quod emanat contra ius commune, in fauorem aliquarum perſonarum: Alij hunc in modum, Priuilegium eſt ſpecialis quædam indulgentia iuris aliquid agendo, contra

Heli.

quam

quam id regulariter alioqui iure communi permiſſum eſt. Alij hoc pacto, A
Priuilegium eſt ius ſingulare a communi recedens, fauore perſonarum, aut
L. ius. ff. de leg. rerum indultum. Denique a Paullo Iuriſconſulto hac ratione, eſt ius ſingulare, contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem, auctoritate conſtituentium introductum. Hac enim orationem ſiue deſcriptionem quidam
P. Gegor. Alo. Tur. ad priuilegium referunt: alij uero ad determinationes iuris ex æquitate factas; vt eſt iſta, de non reddendo gladio homini furioſo. Quod ſi iſta ſententia de priuilegio intelligatur, hunc in modum eam explicares Priuilegium, dicitur Ius, quæ particula ponitur loco generis; & de illis intelligenda eſt priuilegijs, quæ in iure habétur, aut conſuetudine certa nituntur. Aliæ particulæ ponuntur loco differentiæ. Dicitur ſingulare, ad differentiam iuris communis: quia hoc ius ſpectat ſingulare locorum, aut perſonarum, negociorumve genus. Dicitur contra tenorem rationis, id eſt contra ſenſum communis legis, rationis ve generalis; vel, vt alij uolunt, contra rationem iuris. Hoc enim eſt priuilegio intrinſecum, vt contra, aut præter communem legem aliquid ſtatuat; eſtque hic proprius Priuilegij effectus. Nam fruſtra precibus impetratur, quod regulariter ex iure communi conceditur. Dicitur, propter aliquam vtilitatem, vt oſtendatur priuilegium ita concedi, vt ſit utile ei cui conceditur, & non damnoſum alijs; & vt in publicam vtilitatem cedat; vel, per, vtilitatem, intellige, vna cum Præceptore meo Mureto,
Mur. æquitatem. Aequitas enim eſt cauſſa cur priuilegia concedantur; vt, quod Militi minus ſolemne teſtamentum facere liceat. Dicitur, auctoritate conſtituentium, vt deſignetur cauſſa efficiens a qua priuilegia dimanare poſſunt. C

Tertium fundamentum, in quo breuiter omnes Priuilegij cauſſas indicabo, quas poſtea planius patefaciam. Cauſſa igitur efficiens proxima Priuilegij eſt Principis auctoritas, & voluntas; efficiens motiua, eſt æquitas, quæ ad priuilegia cōcedenda adducit. Materia, eſt res ſuper qua, vel de qua conceditur priuilegium; quæ huiuſmodi eſſe debet, vt accipienti proſit, & alijs non obſit. Forma conſiſtit in quodam verborum genere, certaque eorum ordinatione, præſcriptaque ſententia, iuxta praxim vſumque a Principe conſuetudineque introducta. Finis denique proximus, eſt certarum perſonarum commoditas atque vtilitas, quæ tamen in publicam vtilitatem cedit. Ex quibus intelligi licet, in priuilegio nos non poſſe ſequi regulam iuris, & ex eo non poſſe deduci de conſequentia, vt in vtroque decernitur iu- D
L. quod, & l. in ijs. ff. de leg. Cap. ſane, de priu. te. Singulari itaque iure continentur indulta, aut quodam fauore, aut clementia, vel rebus uel perſonis, vel certæ ſpeciei rerum, & perſonarum conceſſa, vel competentia; aut a legibus, aut a reſcriptis Principum abſq; damno aliorum, & iuris alterius, remanente illæſo e diametro iure publico, aut conſuetudine tributa. His adnotatis, ad poſitiones accedo.

Prima poſitio, priuilegia humano iure, in humanarumq; rerum adminiſtratione omnino admittenda ſunt. Primum patet hæc poſitio vtriuſque iuris Pontificij & Imperatorij auctoritate; cum in vtroque, multa conceden-
Fabius declam. cap. 154. tur priuilegia, gratiæ nimirum & immunitates priuatæ, hoc eſt aliquo pacto ſingulares. Deinde ex communi conſenſu omnium legiſlatorum, atque ſcriptorum,

A ſcriptorum, immo & gentium omnium: cum apud nationes omnes non omnia iura erga omnes fuerint penitus æqualia. Accedat etiam diuina auctoritas, atque adminiſtratio; cum ex diuino iure, gubernatio neque diuina conſtet, Deum quibuſdam quaſdam dare prærogatiuas, quas alijs non concedit. Poſtea, vtile & neceſſarium omnino fuit, vt Princeps eſſet gratus, ac beneficus in eos qui magis remp. iuuant, aut iuuare poſſunt: & ad remp. iuuandam quibuſdam gratijs ac prærogatiuis ſubditos excitaret: id quod priuilegiorum conceſſione fit. Hinc vtilitates maximæ in rep. vt ſtudiorũ, virtutum, religioniſque cultus, rerum nouarum & artium inuentio, & amplificatio. Denique, ſi omnes reip. partes vno & æquali iure, legibuſque omnino paribus deuincirẽtur, maxima in legibus cerneretur iniquitas, in-
B decentia maxima: non ſecus, ac ſi eodem ornatu, eiſdemque veſtibus omnes corporis partes, aut eadem veſte magnos & paruos, craſſos & graciles velles induere. Secunda poſitio, priuilegia in legum numero habenda ſunt; non ſolum quia in legum codice ſcribuntur, ſed quia vere legum naturam continent. Nam, cum ab habente poteſtate fiant, & publica vtilitate non vacent, profecto veram legis naturam retinebunt: & licet ab iure cõmuni aliquo pacto deuient, & in priuatam commoditatem cedant, tamen ob cauſſæ æquitatem in quam omnes incidere poſſunt, omnibus competere, & prodeſſe videntur. Neque hanc doctrinam allata tollunt argumenta, vt ex eorum ſolutione patebit: de quibus Horatium Lucium in ſuo tractatu in principio, qui contra priuilegia quinq; facit, eaſdemq; ſoluit rationes, ac etiam Vandaranũ, in prolegomenis ad tractatũ de priuilegijs creditorũ. *Horat. Lu.*

Ad primum, auctoritatẽ illam aliqui intelligunt de priuilegijs factis ſingulis perſonis, & ita non damnantur ea, quę virtuti tribuuntur, & in vtilitatem publicam concedunt. Sed melius, vt ſupra nos indicauimus, cum alijs diceres, intelligendam eſſe de priuilegijs conceſſis Magiſtratibus, ad iudicandum, & de priuatis eorum iudicijs. Ad ſecundum, priuilegia retinent legis naturam, cum in publicam vtilitatem cedant, & ex æquitate, quæ eſt legum mater, naſcantur: nec legem deſtruunt, ſed potius iuſtam & æquam reddunt. Quod autem additur ex M. Tullio, iam diximus, de quibus priuilegijs loquatur. Ad tertium, priuilegia potius fauent libertati, cum ſint immunitates quædam & gratiæ: nec vlli iniuriam faciunt; cum non in omni-
D bus reperiatur cauſſa, ob quam dantur: Adde quod omnes aliquo priuilegiorum genere gaudere poſſunt. Ad quartum, quid ſit ad hoc argumentum dicendum, ſatis patet ex dictis.

Qualia debeant eſſe priuilegia, deque eorum iuſta conceſſione, & varietate. Diſput. VII.

NATVRA cauſſiſq; priuilegiorum expoſitis, de eorum iuſtitia quæ a cauſſarum qualitate pendet, agamus. In qua parte illud dubitari poteſt, an Princeps in priuilegijs concedendis debeat eſſe laxus, an remiſſus. Nam priuilegiorum copia illud habere videtur incommodi,

quod

quod leges minus habeant auctoritatis, & neruorum, dum ab illis per priuilegiorum conceſſionem multi eximuntur: &, vt aliqui dicunt, ſunt veluti quædam legum vulnera. Contra vero, priuilegiorum libera conceſſio, eas affert commoditates & vtilitates, quas ſupra eorum vſum afferre diximus. Vt huic difficultati ſatisfaciamus, de priuilegiorum varietate & ſpeciebus, ac non etiam de immunitatibus aliquid ſcribendum nobis eſt. A

L. priuileg. ff. de reg. iur.

Quod igitur ad priuilegij diuiſionem attinet, priuilegiorum duo ſunt genera: vnum cauſſæ, alterum perſonæ; ſiue vnum reale, alterum perſonale. Huius diuiſionis ea eſt ratio, quia priuilegij concedendi cauſſam aliquando negocij genus, aliquando perſona tribuit. Alij vero primam priuilegij diuiſionem trimembrem faciunt; in corporale, perſonale, & reale. Perſonale priuilegium eſt illud quod præcipue in perſonarum gratiam irrogatur; quod ſubdiuiditur, in cōmuniter perſonale, ut illud quod ob cauſſam ſiue qualitatem cōmunem in pluribus perſonis notatam conceditur; vt priuilegia Doctorum, & militū; & in ſingulariter perſonale, vt eſt illud quod vni certæ perſonæ ob ſingularem cauſſam, quæ in aliis non reperitur, priuatim datur: Quod priuilegiorum genus in legum codice poni non ſolet. Corporale illud appellant, quod alicui collegio eſt conceſſum; vt ſunt priuilegia vniuerſitatum & monaſteriorum. Quorum alia ſunt omnibus & ſingulis cōmunia, quibus ſinguli vti poſſunt: alia vero omnibus ſimul ſunt conceſſa, & hæc ſpeciatim localia dicuntur; quaſi ipſis locis, non ſingulis perſonis conuenientia. Reale, illud dicitur, quod præcipue rerum conſeruandarum gratia eſt conceſſum; vt ſunt rerum Eccleſiaſticarum priuilegia. B C

Aut. de nō perm. aut alien. reb. eccleſ.

Rurſus perſonale commune, iuxta varia perſonarum genera in alias ſubdiuiditur partes. Vt ſunt priuilegia poteſtatum, dignitatum, ſiue ordinum, munerum, officiorum, ętatum ac ſexuum. Ratione poteſtatis, alia ſunt ſummæ poteſtatis, vel eccleſiaſticæ, vt Pontificis, vel ciuilis, vt Imperatoris, & Regis: alia minoris poteſtatis, vt Epiſcopi, & Iudicis: alia poteſtatis priuatæ, vt Patris familias. Ratione ordinum, alia Monachorum, alia religioſorū, alia clericorum, alia doctorum, alia ſcholarium, alia militum, alia ruſticorum, alia diuitum, ſiue nobilium, & liberorum, alia denique pauperum. Ratione ſexus, ſunt quædam priuilegia fœminarum. Ratione ætatum, ſunt priuilegia minorum. Ratione officii, ſunt priuilegia Tutorum, & Curatorum: de quibus omnibus non eſt noſtrum hic agere; citati legantur auctores. D Rurſus priuilegium diuidi poteſt ratione temporis, in perpetuum, vt eſt illud quod certo loco, vel certo perſonarum generi in perpetuum duraturum conceditur, & in temporale, vt eſt illud quod pro definito tempore, vel certæ perſonæ irrogatur.

Cap. cū & ds priu.

Rurſus diuiditur in generale, vt eſt illud, qđ generalibus verbis concipitur, ita vt in pluribus caſibus locum habeat: vel quod plures complectitur articulos, vel pluribus de rebus conceditur, & in reſtrictum, ſiue ſpeciale, vt illud in quo vnus tantum articulus conceditur, & ad alios caſus extendi non poteſt: vel dicas, aliud eſſe interminatum, aliud vero limitatum. Quæ diſtinctio oritur, & cognoſcitur ex forma & contextu verborum, quibus priuilegium conceditur. Denique, alia ſunt

abſoluta,

A abſoluta,q̃ ſine vllo reſpectu ad aliud conceduntur: alia q̃ ad aliorũ ſimili-
tudinẽ irrogãtur,quæ Ad inſtar vocant; vt priuilegia conceſſa a Pio IV. So
cietati Ieſu,ad ſimilitudinẽ religioſorum mendicantiũ. Atq; de priuilegio-
rum diuiſione hactenus:ad quorum maiorem intelligentiã, aliquid de im-
munitatũ ſpeciebus dicemus,in quibus concedendis,priuilegia verſantur.

Eſt ergo immunitas quædã liberatio,ſeu ſolutio a gerẽdis honoribus,&
ſuſtinendis oneribus ciuilibus. Munus autem eſt quoduis officium,& onus *L. munus.*
ciuile,quod neceſſario ſubimus,imperio eius,qui iubendi habet poteſtatẽ. *ff. de verb.*
Huius neceſſitatis remiſſio dicitur immunitas,ſiue uacatio a muneribus. Mu *ſign.*
nerum quædam ſunt ordinaria, quæ iure perpetuo iubente præſtantur; vt
tributa,& vectigalia:quædam extraordinaria,quæ in præſentem neceſſita-
B tem ab illis qui præſunt exiguntur,& a ſubditis præſtantur; vt Indictiones,
collectę:quam diuiſionem aliter expoſuit Bartolus,a quo Cynus et quidam
alij diſſentiunt. Vtrorumque munerum, alia perſonalia, vt quæ animi &
corporis induſtriam requirunt,ſine ſumptu:alia realia,quæ cum ſumptibus
& damno adminiſtrantium expediuntur:alia miſta, quæ vtrunque requi-
runt,& perſonæ uſum,& ſumptum. Perſonalia,alia honorifica,in quorum
geſtione aliquid vtilitatis accedit ijs,qui illis onerantur;quæ honorum ap-
pellatione ueniunt:quæ etiam publica dici poſſunt: vt illa omnia quæ au-
ctoritate publica iniunguntur. Quod autem honorifica uocentur, non tam
ex re ipſa, quam ex vulgi opinione penditur. Vnde quæ uno in loco pro *L. fin. ff. de*
honorificis habentur,in alio non cenſentur honorifica. Alia ſordida,quæ *mun.*
C propter utilitatem operæ quæ præſtatur,ſeruilia uideri poſſunt. In his nu-
merantur Angariæ,ideſt,curſus,nunc Poſta; a uerbo Perſico, Angarion .i. *Herod. lib.*
curſus. Alia rurſus ſunt ſimplicia,quæ ex ſe,nec honorifica,nec ſordida ſunt *8.*
vt cura cogendæ pecuniæ,& ſimilia. Inter munera realia, quædam dicun-
tur patrimonialia,quæ res ipſas inſequuntur: quædam contributoria, quæ
interdum,per capita ſine reſpectu ad poſſeſſiones,interdum per ordinem ad
poſſeſſiones imponuntur. Illa exactio quæ fit per capita, dicitur capitatio,
quæ uero per æſtimationem poſſeſſionum,collecta uocatur. Contributo-
ria ſolent etiam nominari, Indicta,quę & Indictionalia ab indictionibus di
ci poſſunt. Miſta nullam admittunt differentiam: de quibus illa poteſt ori-
ri dubitatio,an qui adeptus eſt immunitatem vel corporis,vel ſumptus,im-
D munis cenſeri debeat: ad quam explicandam ſpectãda erit cauſſa ob quam
fuit conceſſa.

Immunitas ergo a ciuilib. muneribus,aut datur ex aliqua legitima cauſ-
ſa,aut ex mero fauore Præſidis. Legitimæ immunitatis cauſſæ hæ numeran-
tur, Aetas,ſexus,corporis debilitas,numerus filiorum,paupertas, conditio,
ordo,dignitas,religio,abſentia reip. cauſſa,remuneratio officiorũ reip. præ- *L. 2. ff. de*
ſtitorum. Propter ætatem ſubleuantur impuberes,& valde ſenes: propter *iure immu*
ſexum fœminæ tantum: ob imbecillitatem,qui aliquo morbo laborant: ob *nit.*
numerum certum filiorum ſuperſtitum, parentes:ob paupertatem, qui ob *C. de mul.*
paruos redditus,vel egeſtatem onus ſuſtinere non poſſunt:ob conditionem *L. Prator*
multi,l. vltima,ff. de iure immunit. numerantur; vt illi qui aſſiſtunt Principi *de uac.*
& qui

& qui exhibent miniſteria in exercitu:propter ordinem, qui uacant armis A
& literis:propter dignitatem vt ſenatores, & qui dignitate adepta facti ſunt municipes:propter religionem,qui ſacris adminiſtrāt:& ſatis honeſta cauſſa eſt,vt non grauentur ciuilibus muneribus,qui reip.cauſſa abſun t,& cum ſuo periculo reip.proſunt:ſicuti etiam officij remuneratio. Et quamuis iſtę cauſſæ a quibuſdam muneribus liberent,non tamen ab omnibus.& a quocunque. Cauſſæ itaque ob quas immunitates tribuuntur, aliæ in iure continentur: aliæ Præſidum iudicio relinquuntur. His ita explicatis,quaſdam ſubijciam poſitiones quibus docebo, quid ſit neceſſarium ad priuilegia recte concedenda,& ad immunitates dandas.

Prima poſitio,vt priuilegia honeſte prudenterque conceſſa dici poſſint, ex parte,materiæ,ſeu rei,quæ conceditur,hæ requiruntur conditiones. Prima,vt proſint eis quibus conceduntur: neque enim gratiam continerent, ſi B
Cap. Quanto de cenſ. petenti obeſſent. Vnde, iuxta ea quæ ſupra diſputaui, non cenſerem eſſe beneficium Principis,quod legibus a ſe latis non ſit ſubiectus. Secunda,vt
L. necanus C. de emā. non ſit ralijs oneroſa.Neque enim par eſt,vt Princeps ſit in quempiam be-
Mar. Lau. q. 27. neficus,cum aliorum iniuria. Quare,ſi priuilegia, vel immunitates a principio,ſine aliorum detrimento fuiſſent cōceſſæ, et poſtea temporis progreſſu fierent alijs oneroſę,earum peti poſſet reuocatio. Tertia,vt cum iure diuino & naturali conſentiant;nec e diametro cum iure humano pugnent; ne
Mar. Lau. q. 41. id concedant, quod lege manifeſte & vtiliter eſt prohibitū. Quare priuilegium,quod non fiat,vel reddatur ius,nihil ualet;cum ſit contra ius naturæ;& cū a dicto iure Princeps non ſit ſolutus,alios liberare non poteſt.Quarta,ut adſit cauſſa, ſiue ratio,& æquitas. Eſt enim æquitas iuris mater, qua C
deficiente,Priuilegium non eſt minus indignum legis nomine,quam conſtitutio a Tyranno facta.Quare,quo cauſſæ erunt plures & maiores,eo priuilegia erunt iuſtiora; quarum uis prudentis hominis iudicio perpendenda erit.Poſtremo,neceſſaria eſt debita & cōſueta forma verborum,qua cō cedi ſolent;qua in parte ſtylus & conſuetudo attendenda eſt.

Secunda poſitio,vt priuilegia ſint firma & recte conceſſa ex parte concedentis requiritur auctoritas,atque poteſtas:Doctrina eſt manifeſta;quia ſunt leges quædam, aut legum uniuerſalium declarationes, vel etiam quaſi abrogationes; at iſta publicam, & legitimam auctoritatem requirunt: igitur. Reſidet autem hæc poteſtas in Principe, & in eo, qui legum conden- D
darum auctoritatem habet; quo fit, vt nulla inferior poteſtas, priuilegia irrogare ualeat. Quod ſi de quibuſdam immunitatibus priuatim loqui velimus, certum eſt, omnibus qui merum & miſtum imperium habent, immunitates aliquas dare licere, quid autem per merum & miſtum imperium intelligendum ſit, infra plane docebo. Addit Bartolus, id etiam licere Municipibus; ſi id ex omnium ordinum conſenſu fiat; Nam, vt poſſunt exactiones indicere, ita & tribuere immunitatem. Sunt etiam, qui hanc facultatem cōcedant inferioribus a Principe; non tamen ſi ſimplicem tantum habeant iuriſdictionem in exequendo. Solent autem tribus maxime modis fieri. Primo per Principis conſtitutionem; & hæc inter leges ponuntur;

A nuntur;vt priuilegia eccleſiarum,Doctorum, Scholarium, & huius ordinis alia.Secundo,per priuatum Principis reſcriptum,quod a Priuilegiario conſeruatur.Poſtremo per conſuetudinem,ac longum vſum.

Tertia poſitio,vt priuilegium ſit iuſtum ex parte cauſſę finalis, publicã ſpectare debet vtilitatem. Quamuis ergo priuilegium ſit quædam priuata gratia ex æquitate conceſſa;& in quorundam cedat commoditatem:tamen præcipuus finis in priuilegijs dandis eſt communis vtilitas, quæ ex priuilegiorum irrogatione,aut augetur,aut conſeruatur magis.Ratio huius poſitionis eſt hæc,quia priuilegium alias vim legis non retineret,nullamque uim haberet. Quare,hac in parte ſit oculatus is qui priuilegium donat, ne ſua,vel cuiuſpiam priuata commoditate ad priuilegium dandum moueatur.
B Quarta poſitio, pro priuilegiorum & immunitatum genere,in illis cõcedendis Princeps debet eſſe magis,minusve laxus. Liberius & vberius cõcedi poterunt, quæ bonarum artium augendarum & colendarum, ac etiã religionis gratia traduntur;remiſſius quæ ſolum honoris, & dignitatis amplificandæ cauſſa tribuuntur;quia hoc priuilegiorum genere facile homines ſe efferunt, & minus in officio ſe continent. Ob quam cauſſam quidã Conſtantinopolitani epiſcopi pp priuilegia a ſummo Pontifice Romano accepta,facile ſe extulerunt,&,ei a quo honorati fuere,ſe ęquare voluerunt.Adhuc parcius,illa quæ immunitates a ciuilib. oneribus continẽt; ne ſubditis vlla detur inęqualitatis ſuſpicio;vel dum alij onere leuantur, facile alij premantur. Sed quoniam hac in parte nulla certa poteſt perſcribi
C norma,hic Principis requiritur prudẽtia, quæ cauſſas priuilegij concedendi & ſingula attributa diligenter perpendat.Ille prudentius hac in parte ſe geret,qui ex pluribus & maiorib. cauſſis ad priuilegium irrogandum permouebitur,vt Federicus Imperator fecit,cum ſcholarib.priuilegia dedit;& qui in eis concedendis erit magis remiſſus,quam laxus,ſiquidem,vt ex ſacra Trident.Synodo diſcimus, priuilegia & exemptiones perturbationes excitare ſolent.Huc faciunt etiam quæ de diſpenſatione & a legum ſolutione eadem Synodus aliquando ſanciuit;cuius verba,ſupra de diſpenſatione agentes citauimus. *Dom.orat, contra A. riſtoc. Seſ.24 ca. 11.*

De priuilegiorum interpretatione, duratione, atque reuocatione.
D *Diſput.* *VIII.*

QVAE de rebus propoſitis multa a iuris vtriuſque peritis ſcribuntur, ea nos ad quaſdam communes regulas,omni omiſſa diſputatione,reuocabimus. Et quod ad priuilegiorũ interpretationem & extenſionem attinet,has ſtatuo regulas.

Prima,cum priuilegia fauorẽ,gratiamq; contineãt,benigne interpretãda,& per explicationem amplianda ſunt. Secunda,priuilegium, cum ſit quędam priuata lex, interpretatur, contra, ſeu præter ius commune, ſecus Reſcripta; Quia priuilegia continent aliquid ſpeciale, legemque declarant, & per æquitatem ſupplent. Tertia, priuilegium impetra- *l.Benef.ff. de conſtit. ca.odia.de reg.iu.li.6 Hor. Luc. num.8.*

tum a Principe, non debet interpretari contra Principem: at contra alios in- A
Med. p. 4. terpretari poteſt.
q. 33. c. ut prin. de prin. Quarta, ſi priuilegium ſit obſcurum vel ambiguum, eius interpretatio, non pertinet ad iudicem ordinarium, vel delegatum, ſed ad eum qui con-
Méd. q. 10 ceſſit. Quincta, ſi duo priuilegia concurrant, potius attenditur prohibitiuũ,
Franc. quam permiſſiuum. Sexta, priuilegiarius non gaudet priuilegio aduerſus
Pariſ. æque priuilegiatum; vt miles contra militem: quod fallit, ſi alter priuilegia
Maran. rius maius, habeat priuilegium. Septima, priuilegium generale non extenditur ad ea, quæ Princeps ſpecialiter non concederet: nec vltra tenoré verborum: nec ad incogitata, & ab vno caſu in alium: nec ita, vt reddatur luſorium, aut dãnoſum priuilegiario. Octaua priuilegia alicui generalibus verbis conceſſa, in alium transferri poſſunt; vt priuilegia Prædicatorum in B
Mend. q. 3 Fratres Eremitanos: & ita hoſpitalia gaudent priuilegijs Eccleſiarum: Soro
& 4. res tamen non gaudent priuilegijs Fratribus Minoribus conceſſis. Nona,
Méd gl. 7. priuilegio alicui collegio conceſſo, vti poſſunt ſinguli, cum priuilegia ſunt huiuſmodi; quæ non niſi per perſonas ſingulas exerceri poſſunt; vt concionari, audire confeſſiones, & ſic de ſimilib. ſecus dicendum eſt, ſi toti collegio, corporive conueniant. Quæ autem ſingulis perſonis conceſſa ſunt, etiã ignorantib. conueniunt. Decima, priuilegia, vniuerſe loquẽdo, non trahũ-
Cap. quod alicui, de reg. iuri. li. 6 tur in exemplum; præſertim perſonalia: quia dãtur propter cauſſam, quę in eo cui irrogantur reperitur; quæ etſi in alio reperiatur, non eſt Principi no
Hier. c. 1. in Ioan. ta. Quare, ab vna perſona ad aliam extendi non debent, ét eadem exiſtente ratione: quæ dantur ſingulis perſonis ob eandem rationem ad earum Mi- C
Iaſ. & alij l. 1. ff. de leg. niſtros, & Præpoſitos extenduntur; vt patet in religionibus. Quod vero ad durationem & reuocationem attinet, has ſubijcio regulas.

Prima, priuilegium perſonale, cum perſonam ſequatur, vna cũ perſona
Deciu. in hanc reg. extinguitur: capite, Priuilegium, de regulis iuris, lib. 6. Secunda, cum priuilegium conceditur reſpectu alicuius cauſſæ, ea ceſſante, priuilegium ceſſat:
Cap. cum ceſſãte, de appellat. niſi conſtet, eum qui conceſſit, velle vlterius prorogari. Tertia, priuilegium ceſſat per non vſum, ſeu per contrarium vſum. Vbi nota ex Gofr. priuilegiũ
De priu. nu. 5 ceſſare per vnum actum contrarium; ſed, ſi non interueniat actus cõtrarius per ſolum nõ vſum, non tollitur, niſi per decẽnium. Quarta, per renunciationẽ, ſi priuilegiarius ei renunciet: modo renunciatio non cedat in præiu-
l. ſiquis C. de pact. dicium alterius: quilibet enim ſuo fauori renunciare poteſt. Quincta, limi D tationis tempore elapſo, & ſpatio temporis, pro ratione materiæ de qua cõceditur: & ita aliquando poſt decennium, aliquando poſt triginta, aliquando poſt quadraginta annos ceſſat. Sexta, quando Princeps tollit priuilegia,
Lib. 6. non cenſetur tollere ea, quæ ſunt in iure: Decet. n. vt regula iuris habet, conceſſum a Principe beneficium eſſe manſurum. Septima, priuilegium gene-
Mend. glo. 8. nu. 7. rale ſubſequens non derogat priuilegio ſpeciali: & priuilegium alicui conceſſum, non affert ſecum reuocationem priuilegij alterius. Octaua, priuilegium ſocietati conceſſum, non durat, omnib. perſonis extinctis: vnde, ſocietate innouata, non valeret; ſecus dicendum eſſet ſi loco fuiſſet conceſſum: ſocietas autem ſemper viuere cenſetur, etiamſi ad vnum redigatur.

Nona,

A Nona, confirmatio priuilegiorum ex certa ſcientia valet, etiamſi de conceſſione non conſtet; modo totum eorum tenorem contineat. Ita Mendoſius, qui multos in hanc ſententiã Thomam Grammaticum, Ripam, Raymundum, & alios citat. Decima, confirmatis priuilegijs alicuius, non cenſentur confirmata priuilegia, ad inſtar, ſi communi forma confirmentur: quia ſi illa reuocentur, hæc non habentur pro reuocatis. At vero, ſi conceſſa fuiſſent etiam priuilegia futura, & confirmatio fieret ex certa ſcientia, cenſerentur confirmata: quia confirmatio eſt veluti quoddam priuilegium: quæ tantam vim haberet, vt extenderetur etiam ad priuilegia propria, quæ non ſunt conceſſa ad inſtar. Quare conceſſio priuilegiorum ad inſtar, extenditur ad priuilegia futura; ſi in conceſſione eſſent verba generalia, vt ſunt iſta, Per omnia, Gloſſa.1. nu 44. Mend q. 7. & 8.

B & in omnibus concedantur: ita Mendoſ. ex communi ſententia. Vnde, ſi in priuilegio ad cuius ſimilitudinem aliud conceditur, fieret mentio etiam de Gratijs, quarum appellatione veniunt Indulgentię, harum etiam cenſeretur facta conceſſio in priuilegio, ad inſtar: alias ſpecialem conceſſionem requirerent. Vndecima reuocatis priuilegijs ad quorum ſimilitudinem alia conceſſa fuere, iſta quæ conceſſa ſunt, non cenſentur reuocata. Illa vero quæ a minore poteſtate conceſſa fuere, ſi a maiore confirmata ſint, ab eo qui conceſſit reuocari non poſſunt: & ubi adeſt priuilegium ſuperioris, ceſſat priuilegium inferioris: & ita, maius facit ceſſare minus; quod intelligi poteſt, vel reſpectu concedentis, vel eius cui conceditur, vel etiam rei conceſſæ. Ad extremum, vt huic diſputationi de priuilegijs, ſit finis, addiderim duos verſiculos, quibus compendioſe continentur cauſſæ, ob quas priuilegia amitti ſolent: ſunt autem iſti, Cap.1. de priu. vbi ſcript.

C

Paupertas, odium, vitium, fauor, & ſcelus, ordo,
Perſonas ſpoliant, & loca iure ſuo.

Quos inuenies explicatos a Gloſſa, in diſt.22. Can. Renouantes, vbi ſummatim de modis quibus priuilegia amittantur, loquendo ait, amitti propter fauorem, enorme damnum, abuſum, delictum, negligentiam, & contrarium factum: Et quamuis interdum ſine culpa amittantur, non tamen ſine cauſſa.

Quid, & quotuplex ſit reſcriptum. *Diſput.* IX.

D QVONIAM priuilegia & reſcripta, vt quidam ſcripſerunt, tantam affinitatem habent, vt interdum non diſtinguantur, ideo congruenter eorum coniungitur tractatio. Cum ergo ſupra de priuilegijs, quæ ſunt quædam priuatæ leges egerim nũc de reſcriptis agam, quæ legum explicãdarum cauſſa fieri, & in leges migrare ſolent: de quibus hæc capita nobis breuiter explicanda proponimus: Nomen, definitionem, ſiue naturam, diuiſionem, cauſſas, effectus, interpretationem, ac deniq; eorũ vitia: quę omnia duabus diſputationibus complectemur. Quod igitur ad primũ attinet, Reſcriptũ, dictum eſt, a reſcribo, quod eſt, reſpondeo, rurſus, vel retro ſcribo: interdum idem valet, qd, reddo, renumero, cum de pecunia ſit mentio, vt reſcribere alicui centum, eſt illi De hac materia agitur 25. q.1.& 2. Vig. lib.1. c.4. Met. iur.can. P.Greg. in Meth.c.7. nu. 16. Scrip. tit. de reſcr.

dare Eſt itaque reſcribere in hac ſignificatione, reddere, & renumerare. Reſcriptum, hoc eſt, quaſi retro ſcriptum, hoc loco deſignat literas, diploma, codicillumq; Principis, quo conſulentibus aliquid reſpondet. Quæ vox aliqñ large vſurpatur, ita vt complectatur etiam priuilegium, in quo, reſcribẽdo, A
Helias. aliqua conceditur gratia: aliquando ſtricte, pro eo tantum reſcripto, in quo reſpondetur iudicibus conſulentibus ſuper aliqua re ad ius dicendũ pertinente. Oriuntur itaq; reſcripta ex relatione, vel ſupplicatione Principi a Iudice, uel a priuatis facta. Eſt autẽ relatio, Iudicis dubitantis de iure ad Prin-
L. 1. C. de relat. cipem miſſa conſultatio. Fit.n. relatio non de dubio facti, ſed de dubio iuris: & ita, ſi relationes alia de re fiant, reijci ſolent. Ceterũ, per reſcripta etiã ſupplicationibus reſpondetur, & aliquid conceditur, aut indulgetur. Quo fit, vt ſub titulo de reſcriptis contineantur non modo dubiorum ſolutiones, ſed B
etiam gratiarum conceſſiones, cum iure præſertim cohærentes. Deniq;, iſta vox aliquãdo ſumitur pro ipſo diplomate, ſiue epiſtola & codicillo, & pro iure explicato. Quod ad rei definitionem attinet, ſi reſcripta contineant ſolam gratiam & indulgentiam, præter, vel contra ius, eandem cum priuilegio habebunt definitionem: ſi vero ſolam iuris explicationem, vel conceſſionem ad ius obtinendum, in hunc modum a Gofredo deſcribuntur. Reſcripta ſunt Papæ, vel Principis mandata, quæ ad inſtantiam alicuius, vel aliquorum, ſeu proprio motu, vel relationibus abſentiũ, vel ſuggeſtione præſentium, vel ad conſultationem facit, vel cum aliquid alicui, vel aliquibus corpori, vel collegio, vniuerſitati, vel ciuitati mãdatur, ſeu indulgetur. Quæ nimis longa, & pluribus verbis nõ neceſſarijs onerata deſcriptio aſſignatur C
per cauſſam efficientem, motiuam ſiue remotam, cum dicitur, Per inſtãtiam: per proximam, cum dicitur, Papæ, vel Principis: per materiam ſiue effectum, qui eſt inſtruere, ſeu gratiam concedere. Quæ definitio conuenit reſcripto
Helias. vniuerſe ſumpto. Alij hoc modo definiunt. Reſcriptum eſt illud qđ emanat a Principe ad obſeruantiam iuris cõis. Vel breuius ſic deſcriberes, Reſcriptũ eſt diploma, ſiue epiſtola reſponſum ve a principe, iuris declarãdi negotijve
Gofr. n. 3. committendi, & gratiæ concedendæ cauſſa profectum. Quæ deſcriptio aſſignatur per cauſſam materialem, efficientem, & finalem. Vbi illud admonuerim, reſcriptũ ſumi poſſe, vel pro ipſo diplomate, vel pro eo decreto, tẽſioneve, q̃ in reſcripto cõtinetur. Parit.n. reſcriptũ ius quoddã ſpeciale in negocijs & inter perſonas. De diuiſione, nonnullas ſubijciã magis ad rem facien- D
tes diuiſiones. Prima diuiſio, Reſcripta, alia emanant a poteſtate eccleſiaſtica, alia a ciuili, vt a Rege, & a Principe legis condendæ, aut gratiæ concedendæ poteſtatem habẽte: illa eccleſiaſtica, hæc ciuilia nũcupantur. Hæc diuiſio ſumpta eſt a cauſſa efficiente proxima. Secũda, reſcriptorũ alia dubitationis alicuius circa iuris adminiſtrationem diſſoluendæ, alia alicuius gratiæ concedendæ cauſſa fiunt: quæ diuiſio, a cauſſa efficiente motiua ſumitur. Tertia, ex parte materiæ, alia fiunt ad beneficia, vel honores obtinendos, vel retinendos, vel conſeruandos: alia ad lites expediendas, vt ad agendũ, & excipiẽdũ, alia, ad alia negocia peragenda. Quarta, ex parte effectus, alia conſtituũt ius commune, vt ſunt illa in quibus agitur de aliqua re cõi, quę ad oẽs pertinet;

ex quo-

A ex quorum collectione,facta & declarata ſunt multa iura:alia ius priuatum: quod priuatas perſonas, ſiue loca reſpicit,vt ſunt illa quæ priuilegia continent, aut iam conceſſa declarant,aut aliquid circa illa efficiũt. Hinc nata eſt alia diuiſio, quod alia dicantur generalia,alia ſpecialia: quorum diſcrimen ex re ipſa, & ex clauſulis,& ex verborum forma,percipi poteſt. Rurſus,alia ſunt,quę concedunt iuriſdictionem,vt ſunt illa,quibus aliqua cauſſa expedienda, alicui iuriſdictionem non habenti cognoſcenda traditur, aliæ quibus exequutio committitur. Quincta,ex parte formæ,ſiue qualitatis,ex qua parte, alia dicuntur bona & valida, vt ſunt illa quæ habent omnia requiſita ad ſubſtantiam veri reſcripti:alia vitioſa & inualida,vt ſunt ea,quibus deeſt aliquid ad reſcripti eſſentiam neceſſarium. Ad cõficiendum reſcriptum va-
B lidum omnes conditiones quæ ſua natura requiruntur conuenire debent:vt autem in vitioſis reponi poſſit, ſat eſt ſi vna abſit conditio,vt quod ſit ſubreptitium,quod ſit impetratum ab eo,qui impetrare non poterat,&c. Bonum enim vt Dionyſius Areopagita ſcripſit, ex vna & tota cauſſa,malum ex multis particularibuſque proficiſcitur defectibus.Quæ autem ad reſcripti bonitatem requirantur, & quæ reſcripta vitioſa cenſeantur, in ſequenti diſputatione exponam. Atque de nomine, definitione,& diuiſione hæc ſatis: quæ omnia, varia legum loca citando exemplis illuſtrare & amplificare potuiſſem,ſed in re manifeſta, nihil fuit neceſſe.

De diu. nom.

De reſcriptorum cauſſis, effectis, qualitatibus, & vſu. Diſput. X.

RESCRIPTORVM natura partibuſque expoſitis, ſequitur vt de eorum cauſſis agamus: ex quarum cognitione, eorumdem qualitates, bonitas nimirum & malitia facile intelligi poterũt. Et vt quæ dicturi ſumus plane breuiterque tradamus, quæ dicenda ſunt,quibuſdam poſitionibus perſtringemus.

Prima poſitio,is reſcriptum facere poteſt,qui facultatem habet ius cõdendi, declarandi, diſpenſandi,& gratiæ faciendæ, qui iſta habeant, alibi diximus, & paullo infra adhuc plenius dicemus. Vnde in rebus eccleſiaſticis
D Pontifex reſcribit,in ciuilibus Princeps. Sed Pontifex,cum in terris ſibi ciui li dominio ſubiectis ſuperiorem non agnoſcat, in rebus etiam ciuilibus reſcribit. Secunda poſitio, quicunque poteſt ſuo nomine agere, poteſt per ſe, & per procuratorem reſcriptum impetrare: modo procurator ſpeciale mandatum ad hoc habeat. Intelligenda eſt hæc poſitio de reſcriptis ad lites pertinentibus:alia enim quæ gratiam continent,ab alijs quoque impetrari poſſunt.Tertia poſitio,qđ attinet ad reſcripti materiam,ſi gratiã contineat,idem dicendum eſt,qđ ſupra de priuilegijs diximus:Vnde,ſi ſint dãnoſa Fiſco,vel cõtra publicã vtilitaẽ,nullũ habent robur:ſi vero ad lites referantur, nõ debẽt eſſe contra ius, vel contra conſuetudinẽ: Quoniam, rõne reſcripti,a iure cõi recedendũ non eſt; niſi in reſcripto expreſſe hæc clauſula contineatur,

Doct. in c. ſignific. de offic. iud. deleg.
Cap nulli de reſcr.
Gofr. nu. 16.

Non obſtante conſtitutione,&c.Quare,reſcripta contra ius extorta,per importunitatem cenſentur impetrata:& idcirco a Iudicibus recipi non debẽt. A
Neceſſe itaque eſt, vt materiam habeant honeſtam, & iuri conſentaneam. Cæterum,ſi parum quid damni,vel incommodi continerent, admittẽda eſſent. Quarta poſitio,vt reſcriptum valeat, debitam formam habere debet, quæ in his potiſſimum conſiſtit. In ueritate,in expoſitione certarum perſonarum & rerum,in latinitate, in quorundam uerborum conceptione & ſerie,atque clauſularum adiectione:quam formam ipſa docebit praxis, & curiæ uſus ſtylusve. Quæ in iure habentur reſcripta, tribus fere partibus conſtant: in quarum prima continetur initium, & particula quædam reſcripti quod a Principe emanauit,quæ ſolet continere facti expoſitionem, & concludi,his verbis,&c.vel, & infra:in ſecũda ponitur id quod reſpõſum fuit, B
& ipſa determinatio: in tertia redditur ratio reſponſionis & determinationis datæ. Aliquando vero in prima ponitur, initium reſcripti: in ſecunda petitionis narratio: in tertia reſponſio.

Idem. nu. 20.

De forma reſcr apoſt. uide Ioan. de Graſ.

Cap. ſi quã do de reſc.

Quincta poſitio, reſcriptorum finis eſt litium explicatio, æquitatiſque con ſeruatio,& gratiæ in publicam vtilitatem cõceſſio;vel,in ſumma,æquitas ipſa: quam is ſpectare debet,qui reſcribit;& is animaduertere,cui reſcribitur:qui a reſcripti forma,vt ſacri canones ſciſcunt,a reſcripto deuiare nõ debet. Sexta poſitio, Reſcripti effectus hi eſſe videntur:ius ſtatuere,ſi generaliter reſcribatur:legem exponere,dubia declarare,iuſque ipſum limitare,& gratiam concedere.

Septima poſitio,in reſcriptorum vſum hæc animaduertenda ſunt. Primo,forma,an ſit integra:quæ autem vitia reſcriptum nullum reddant, C
ſtatim do cebo:Vnde,ſi euidens vitium habeat, ſuſpenditur, vt Graſſus docet. Secundo,originale,quia originalia ſunt inſinuanda iudicibus.Tertio,prioritas,ſi plura ſuper eadem re ab eodem obtineantur;& prius datum præfertur:cæterum,aliquando reſcripti præſentatio ius potius dat.Quarto, in omni reſcripto hæc clauſula,ſi preces veritate nitantur,vel ponitur,vel ſuppletur. Quincto,an concedatur aliquid inſolens,& præter morem: quia tũc is qui impetrauit,vna cum ſuo reſcripto ad Principem remittendus eſt. Sexto,an ſit reſcriptum ſpeciale:nam ſpeciale derogat generali:at vero ſpeciale poſterius non derogat ſpeciali priori,niſi de eo fiat mentio:vide Gofred. ſub num.28.& 29.Denique,reſcriptum a debita perſona, debito tempore, D
loco,& modo eſt præſentandum; de qua re lege Ioannem Graſſum.

l.Sãcimus C. de diuerſ.reſcr.

Cap. dilectus 1.de preb.

Cap. 2. de reſcr.

Pan. c.mãdat de reſ. c.2.in fi.eo.

Octaua poſitio, in reſcriptorum interpretatione hæc animaduertenda ſunt. Primo, interpretari debent ſecundum ius commune; aliter atq; priuilegia,niſi priuilegium contineãt;ſunt enim ſtricti iuris: & ita ad alias res & perſonas non extenduntur,niſi generalem clauſulam contineant. Vnde,reſcriptum de non conueniendo creditore, non extenditur ad creditorem ratione delicti, ſecundo, ſi ſint dubia, confugiendum eſt ad ſuperiorem,a quo petenda eſt declaratio.Tertio,ſpeciatim perpẽdendum eſt,quid ſibi velint reſcripta,in quibus iudicium remittitur cõſcientiæ Iudicis, vel, vt inſpecta veritate,iudicet,& ſine figura iudicij.

Gl.c.1. eo. ca.ueniens de præſcr.

Goſr. n.46 & 47.

Mart.Lau. q 14.

Lege Guid.

Quantum

Quantum reſcriptum duret, de qua re dubitare Doctores ſolent; quos qui volet, hac in parte conſulat, nos ad grauiora properantes, hac de re nihil. Nona poſitio, quod attinet ad vitia ob quæ reſcripta redduntur nulla, multa notantur; quorum tria ſunt præcipua. Obreptio, id eſt latens ingreſſus; vt accidit, cum mendacium tacendo precibus inuoluitur. Mendacium autem contingere poteſt, vel in narratione iuris, vel in facti expreſſione; dicendo quod non eſt, & tacẽdo quod eſt: quod ſi fuiſſet expoſitum, reſcripti conceſſionem remorari potuiſſet. Subreptio, quando intercepto, vel circunuento Principe, aliquid adiectum eſt reſcripto, præter conſcientiam, & explicitam reſcribentis voluntatem. Falſum, quod accidit, dum alius libellus pro germano & vero ſubijcitur: vel, ſi dolo malo exemplum deſcri-
B ptum ſit. Alia quædam reſcripti vitia his carminibus continentur:

Forma, ſilum, ſtylus, litera, membrana, ſigillum;
Hæc falſata dant ſcriptum valere puſillum.

Goſ. n 48. & 49. De literis de gratijs extãt. Tracta Io. Staphilas. Io. Nicolai. Lud. Gom. Spec. tit. de reſc. Lege Ioan. de Graſ.

In ſumma, reſcriptum ab excommunicato obtentum, non valet: ſimiliter ſi obtineatur lite pendente, non facta litis mentione; & ſi dies deſit. Quibus autem pœnis afficiantur, qui per ſuggeſtionem falſitatis, aut veritatis ſuppreſſionem obtinent reſcriptum, aut obtentum vitiant, vide apud Goſr num. vlt. & apud Guidonem, num. 50.

An iura municipalia, ſiue ſtatuta fuerint neceſſaria. Diſput. II.

C CVM de communi iure, deque omnibus eius partibus, ſatis pro noſtro inſtituto, hucuſq; egerimus: ſequitur vt ad aliam iuris humani partem explicandam, quæ ius priuatum continet, tranſitum faciamus. Acturi itaque ſumus, de iure ciuili, ſiue municipali, alicuius priuati loci, quod nunc nomine ſtatuti deſignatur. De quo illud primum dubitandum occurrit, an tale ius fuerit neceſſarium, ſitque verum ius. cuius dubitationis negantem partẽ inſequentes rationes ſuadere videntur.

Prima, quæcunque ciuitas & ſocietas, per ius commune conuenienter regi poteſt, cum in eo omnia præcepta ad omnes humanos contractus, & ad omnia negocia recte peragenda contineantur; fruſtra igitur alia priua-
D ta iura ponuntur.

Secunda, aut iſta iura ſunt eadem cum communi iure; & tunc fruſtra repetuntur; aut diuerſa, & tunc, ratione erunt deſtituta; cum illa cum ratione conſentiant; & cum ſæpe ſint contraria, non poterunt non eſſe iniqua. Hinc facit, quod aliquando dixit Baldus, Terrarum ſtatuta maiore parte conſiſtere, in ſic volo, ſic iubeo. Tertia, ſtatuta fiunt ab ijs qui iuriſdictione deſtituuntur, ac proinde vim non habent ad obligandum, nec legis nomẽ merentur: hinc eſt, quod a Principe confirmari ſolent. Quarta, quia ſolum ea fere continent, quæ a mera hominum voluntate pẽdent; & ſæpe cum ratione pugnare videntur, vt quod aliqui poſſint impune occidi, quod fœminæ excludantur ab hęreditate; quod vxor non poſſit niſi minimum quid lega-

te marino;quod extranei nihil poſſint,in aliquo loco acquirere, aut acquiſitum exportare: quod aliqui ſua bona alienare non poſſint, cum nihil ſit magis naturale,quam quod quiſque pro ſua voluntate, de ſuis reb. valeat diſponere;& horum ſimilia.Cum in hac difficultate nullæ occurrant citandæ ſententiæ, ad fundamenta accedo, quibus iuris priuati conſtituendi oſtendetur neceſſitas. A

Primum fundamentum,cum hominum ſocietates ſint diuerſæ,diuerſaque ratione,ob diuerſos fines coeant;profecto neceſſe eſt,vt diuerſis vtantur legibus;quæ ſunt inſtrumenta & deſtinata quædam, quibus ad finem propoſitum peruenitur.Vnde aliæ Regni,aliæ tyrannidis, aliæ ariſtocratiæ aliæ oligarchiæ,aliæ reip. aliæ popularis ſtatus, aliæ denique huius, aliæ illius populi,& loci debent eſſe leges. Quo fit, vt nullo pacto uno communi iure omnes populi, omnes communitates, locaque omnia gubernari queant. B

Omnino itaque neceſſe eſt, vt aliæ ſint ciuitatum conſtitutiones, aliæ totius regni, populorum ve iura. Quam Doctrinam quidam hoc aptiſſimo declarauit exemplo. Vt alius eſt finis ad quem natura pollicem produxit, alius ad quem totam manum: item alius ab vtroque, ad quem brachium fecit:ita alius eſt finis ad quem ſingularis homo, alius ad quem domeſtica familia,alius ad quem pagus aut vicinia, alius ad quē ciuitas,alius ad quem regnum, & denique alius ad quem totum humanum ordinatur genus. Quare, pro finium diuerſitate, diuerſis legibus hominum ſocietates vinciendæ fuere. Vt enim in manibus ſunt quinque digiti, quorum non eſt idem vſus, & quantitas, qualitaſque diuerſa, licet in vnum brachium coeant, nec ſimiliter, eadem digitorum pedis & manuum,nec tibiarum, nec brachiorum functio :ita aliæ ſunt totius hominis leges, omnibus membris communes, aliæ ſingulis membris propriæ;quæ tamen totius corporis communes leges non impediunt, immo illis viuunt, & ſine illis non perficiuntur. Et quamuis omnes homines pedes, caput, & alia membra nomine ſimilia habeant: tamen diuerſis vtuntur temperamentis, diuerſis nutriuntur cibis, & varijs ſunt imbuti moribus: quo fit, vt etiam varijs legibus gubernandi ſint. C

Temerarij frænis cohibentur, tardi calcaribus vrgentur: hi præmijs, illi pœnis in officio continentur; alij vero ſola honeſtate ducuntur. Ex quibus facile colligeres, non modo priuatis legibus opus fuiſſe, ſed etiam illas a communibus declinare oportere: Nec proinde damnandas eſſe, cum ſemper aliqua iuſta cauſſa probabilique ratione, ob priuatos fines ac circunſtantias,nitantur:& præterea unamquamque communitatem ciuitatemque ſuis priuatis cōſtitutionibus bene gubernari, modo recte ſint ſanciti, non autem alienis, & communibus. Prudenter igitur Imperator per generalem legem ſingularibus iuribus derogatum eſſe uoluit:& Paullus Iuriſconſultus ciuitatis legem circa additionem pręponit iuri communi.Quæ autem fuerint ſingulorum populorum,aut ciuitatum priuata iura & inſtituta,docere,non eſt loci huius. D

Can.ſi ſan cta d. 12. & Can. non nu d. n.

L.fin. C.de leg.

Secundum

A Secũdũ fundamentũ,in quo humanæ ſocietatis principia & partes, ciui *Sabel. lib.*
tatis ciuiumq; natura explicanda eſt,vt qui ſtatuta facere poſſint,& ad quos *6.*
pertineant,intelligi queat. Prima itaque hominum ſocietas utilitatis quo- *Aug.epiſt.*
tidianæ cauſſa inſtituta,eſt domeſtica coniunctio,quæ ex mare & fœmina , *118.c.2.*
ex liberis & ſeruis cõficitur:cuius caput eſt paterfamilias,cęteri uero quaſi *Ariſt.li.1.*
inſtrumenta ad res neceſſarias,tum comparandas, tum conſeruandas. Qui *pol.c.2.*
in hoc ſocietatis genere continentur,eos Charondas ὁμοσιπύους, quaſi com *Lib.3.c.7.*
panarij hoc eſt ex eodem panario,& eadem apotheca ſeu arca panaria,& pe *Quint. Pe*
nu victum ſumentes,nos conuictores,ait Lambinus appellemus: Epimeni- *tr. Vict.*
des vero Cretenſis, ὁμοκάπνους, ideſt,vno & communi foco,ſeu fumo vten
tes, quos contubernales aliqui appellarent. Secunda ſocietas priore ali-
B quanto maior,dicitur pagus,ex domorum collectione compacta.Pagorum
uero propagatio,quaſi per colonias ex conſanguinorum, ac familiarum di
uerſitate nata eſt. Maxime autem inquit Ariſtoteles,ex natura uidetur eſſe
pagus,colonia domus eſſe:quos nonnulli ὁμογάλακτας, ideſt, collactaneos
appellant. Tertia ſocietas ex pluribus pagis conſtituta dicitur ciuitas,quæ *Ariſt.li.3.*
eſt,communitas uiuendi,& bene uiuendi gratia conſtituta,totius ſufficien- *polit.c.1.*
tiæ humanæ finem habens: Vel ciuitas eſt quædam ciuium multitudo com
poſita ex pluribus domibus & uicis, qui pro pagis ſunt. Et quidem ciuita- *Cic.lib.1.*
tem proprie populi coniunctio facit,vnde ciuitas, dicta eſt quaſi ciuiũ uni- *de rep. &*
tas:vrbem vero domorum copulatio efficit. Vrbs enim proprie eſt ciuium *pro Sex.*
receptaculum,ſic dicta,ab vrbo,ideſt,a curuo,vel aratro definio,vel ab vr-
C uo, aratri curuatura; quia olim aratro muri vrbis faciendæ deſignabantur
vel ab orbe,qui pro muro fiebat. Vnde urbes ſolum illi hominum pago-
rum ve cætus dicuntur,qui muro continentur. Olim per excellentiam no *Var. lib 4.*
mine Vrbis Roma intelligebatur:nunc uero vrbis & ciuitatis nomine pro- *de lin. lat.*
miſcue utimur;quamuis eam tantum urbem ciuitem dicamus, quæ Epiſco
pali dignitate eſt ornata; cætera loca populoſiora muris circundata,oppida
uocantur. Verũ,non omnia loca ex pagis uiciſque collecta & muris circun-
data ea omnia habent, quæ Ariſtoteles ciuitatem habere voluit. Vult enim *Lib 7.pol.*
omnem ciuitatem ſibi ſufficientem eſſe & ſibi neceſſariis legitimiſque con- *cap.8.*
ſtare partibus; quæ ſunt, Agricolæ,qui victum conferunt: artifices diuerſi,
quia multis inſtrumẽtis humana vita indiget:milites, qui magiſtratus tueã
D tur,& vim externam propulſent:locupletes ad pecunias comparandas,qui
bus bella,& communia opera ſuſtinentur: Sacerdotes ad rem diuinam co- *Ariſt.li.3.*
lendam,& iudices pro utilitate & iuſtitia contrahentium,& negotiantium. *pol c.1.*
In iure itaque ciuili conſiderandũ eſt,quid ſit ciuitas,quid ciuis, & ex qui-
bus conficiatur ciuitas:cum ſæpe in controuerſiam veniat, num aliquid ſit
a ciuitate factum, an a proceribus tantum, an vero a tyranno. Sed iam de
ciue dicamus.

Tertium fundamentum,ciues generali nomine omnes qui in ciuitate do
micilium habent,dici poſſunt;non tamen ſimpliciter:quia peregrini,ſerui, *Gloſ.ca.u*
& qui ius fori habẽt,quod ius ſibi quærunt,qui contrahunt,ciues nõ ſunt. *ta dist. 63.*
Ariſtoteles autem nulla alia re magis ciuem definiri poſſe putauit, quam ſi *uerb.ciuiũ*

particeps

Lib. 1. poli. cap. 1. particeps eſſet poteſtatis publicæ iudicandi & decernendi. Eſt autem ciuis duplex; vnus originarius; vt ille qui in ciuitate natus eſt: nec locus tantum natiuitatis propriæ, ſed etiam paternæ filium ciuem facit; immo etiam maternæ, vt Cicero exiſtimauit; *Orat. pro Sylla* quod nunc non habet locum, niſi ex priuilegio. Alter non originarius, ſed quaſi per adoptionem & arrogationem ciuis factus; quare adoptatus eſt eiuſdẽ ciuitatis cuius eſt adoptans, dũ durat adoptio. *Luc. de penna.* Et vt aliqui volunt, qui in aliqua ciuitate baptiſmo renaſcitur eiuſdem cenſetur ciuis; cũ ſpiritualis regeneratio corporali æquiparetur, qui originarius dici poſſet; non aũt is qui natus eſſet ex muliere peregrinãte, ſiue per ciuitaté tranſeunte: ſicuti nec filius ruſtici in territorio ciuitatis commorante, ſi in ciuitate naſcatur; natus vero ex patre ruſtico comitatenſi pro ciue habe- *P. Gorg. c. 9. Mech.* tur. Non originarius fit manumiſſione, & ita ſequitur manumittentem. Item B fiunt ciues allectione, ſiue adſcriptione, cum incolæ munerum ciuiliũ participes fiunt, qui proprie municipes dicuntur. Item incolæ domicilium eligentes eo animo, ne inde recedere velint, ſi nihil auocet. Ciuis nomine non ſolum continentur qui intra ciuitatem, ſed etiam qui in territorio, ſiue co- *Pan. c. Rodul. de reſcr. col. 3. Boer. deci. 160. n. 22. & ſeq.* mitatu habitant. Atqui Doctores neceſſarium eſſe putant, vt volentes gaudere ciuitatis, ſiue oppidi priuilegijs maiore tẽporis parte in ciuitate maneant, & vt ſint in publicis tabulis inſcripti, vel vt Baldus & vulgus loquitur, Acataſtati. Inter allectos numerantur etiam illi, qui ex priuilegio ius ciuitatis ſibi acquiſiuere, vel confęderatione, vel alio modo. Olim facile ciuitate do- *In orat. pro Arch.* nabant eos, qui aliqua etiam minoris momenti arte, erant ornati, vt de Archia Poeta refert Tullius. Ciuium Romanorum, vt de illis aliquid obiter C dixerim, duo erant genera: vnum ſimplex, ſine iure ſuffragij ferendi in comitijs, quales erant ſocij belli ſocialis, & latini, quibus data fuit ciuitas lege *Cic. pro Balb.* Iulia, a Iulio Cæſare conſule, tempore belli ſocialis lata. Alterum plenum, eorum qui pleno iure ciues erant: qui ius ſuffragij habebant in comitijs cen- *Cic. orat. poſt red. ad Quir.* turiatis, in quorum numero comprehendebantur Municipia, Coloniæ, & Præfecturæ Italiæ. Data etiam fuit ciuitas ſine ſuffragio quibuſdam locis ho- *Liu. lib. 1. dec. 4.* noris cauſſa, vt Fundanis, Formianis, & Cæritibus. Eſt etiam quædam ſocietas communis cum ciuibus Romanis, quæ parem reip. gerendæ curam Ro- *Gel. li. 16. c. 13.* manorum conſanguineis tribuit, data a Spur. Caſſio Latinis. Ciuium Romanorum priuilegia hæc fere erant. Primo, cędi virgis, vinculis coerceri, capite *Halic. lib. 1.* puniri, non niſi populi iudicio poterant. Secundo, ſoli hæreditatem ciuis D *Cic pro domo.* Romani ex teſtamento capiebant. Tertio, ſoli iure Quiritum teſtamentum facere valebant. Quarto, inter ciues tantum, non cum peregrinis ius connu- *Cic. pro Caecin. Arch.* biorum legitimum erat. Quincto, ciuibus tantũ ius militare in regione Romana, & ſoli beneficiarij milites. Sexto, patriæ poteſtatis proprium ius. Septimo, ius ſuffragij dandi & accipiendi ad magiſtratus, & adoptionis, togæ- *Cic pro Caecin. & Balb.* que ferendæ: & quædam alia, quæ peregrinis, id eſt non ciuibus negabatur. Illud ſingulare, vt qui ciuis Romanus erat, alterius ciuitatis eſſe non poſſet: *Corn. Nepos in vita Attici.* qui aliter feciſſet Romanæ ciuitatis ius amittebat. Habebatur etiam pro ſingulari beneficio ciuitate donari: & capitali pœna puniebatur, qui id ſibi falſo arrogaſſet.

Prima

A Prima poſitio, ius priuatum alicuius loci, dici ſolet ius municipale, & ſtatutum, voce noua, a veteribus non vſurpata: quæ interdum pro lege vniuerſe ſumitur. Dicitur; ſtatutum, quaſi ſtabiliter & firmiter ordinatum: vel quaſi ciuitatis ſtatum tuens, ac defendens. Dici etiam poſſet, ius ciuile, hoc eſt ciuitatis: quo tamen nomine ſpeciatim deſignatur ius commune, & maxime Romanorum. Secunda poſitio, ſtatutum eſt ius proprium, quod quilibet populus, ſiue communitas ſibi conſtituit, ſcriptura contentum. Eſt enim ius municipale duplex, ſcriptum, & non ſcriptum, quod ſola conſuetudine ſeruatur. Verum, vt ſcriptores tradunt, illud proprie dicitur ſtatutum, quod ſcripto continetur; & ideo multi Doctores volunt ſcripturam eſſe de eſſentia ſtatuti. Illud etiam aliqui adnotarunt, ſtatutum, quamuis ſcriptum, non haberi pro iure, ſi extra ſtatutorum corpus exiſtat. Tertia poſitio, ius ciuile priuatum, ſeu municipale, omnino vt neceſſarium admittendum eſt. Doctrina eſt communis, omnium populorum conſenſu communiter approbata: quam euidenter demonſtrant ea, quæ primo fundamento docui. Et cum ius commune Regnorum, & populorum non ita ſtatui potuerit, vt omnibus locis eſſet accommodatum; profecto quæuis loca, & quæcunque communitas ob priuatas rationes, facultatem habebit ſanciendi aliquid, quo ſe bene regere, ac ſuſtinere queat. Quarta poſitio, illa ſtatuta proprie legis nomen merentur, quæ ab ea ciuitate fiunt, quæ cum plenum habeat dominium, non ſolum aliquid ordinare & cõſtituere, ſed etiam coercere poteſt: hoc enim vt alibi docuimus, ad perfectam legis naturam eſt neceſſarium. C Quare, decreta illa, quæ potius in quadam conuentione conſiſtunt, nec ab habente poteſtatem cogendi fiunt, quamuis ſtatuta dicantur, legis tamen rationem plenam non habent.

Alberic. a Roſa. q. 1.

Alber. q. 1. & 125.

Bal. tract. de ſtat. Verb. ſcriptura.

L. Humanum C. de legi.

Ad primum, negatur ſingula loca recte in omnibus gubernari poſſe legibus communibus, vt ex primo patet fundamento. Ad ſecundum, concedimus ſtatuta non eſſe eadem cum iure communi; nec propterea ſequitur eſſe iniqua; quia ob diuerſas cauſſas, varias ſuæ iuſtitiæ, & rectitudinis ſumunt rationes. Illud Baldi dictum, non omnino placet: quia eorum quæ recte ſtatuuntur ſuæ aſſignari rationes poſſunt: quamuis nonnulla a ſtatuẽtium uoluntate pendere uideantur; quod etiam de legibus communibus dici ſolet. Ad tertium, negamus vera ſtatuta non fieri ab ijs, qui iuriſdictionem communem non habent; cum quælibet priuata communitas in aliqui D bus ſit libera, & aliquid iuriſdictionis habeat, vt ſtatim dicemus, quod ſi interdum ſtatuta a Principe confirmari ſolent; id fit, ad quandam maiorem ſolemnitatem, ac firmitudinem. Ad quartum, non ſemper a ſola voluntate pendent, ſed a priuatis rationibus, quas priuata locorum, perſonarum, rerumque attributa ſumminiſtrãt; & ita negamus recta ſtatuta cum recta ratione pugnare. Quod attinet ad allata exempla, illud de homicidio aliquorum impune faciendo, non eſt contra rationem: quia, exempli gratia, exules tanquam communitatis hoſtes occidi poſſunt ex commiſſione publica; & qui occidunt, ſunt veluti iuſtitiæ publicæ adminiſtri. Illud de fœminarum excluſione a ſucceſſione hæreditatis, vt iuſtum defenditur a Georgio

Lãc. praſ. 5. nu. 4.

Quaſt. 1.

Natta,

Artic.1. nu.10. Lāc. praeſ. 3 nu.20. Albe. Bru. ar.6 n.12.

Natta, a Ioanne Campeſio, a Lauro Palatio, ab Alberto Bruno, qui ſpeciatim A ait, eſſe quidem iuſtum, ſed tamen rigoroſum, & a nonnullis aliis. Adde quod fundamentum habet in lege Moſaica. Illud de legato erga maritum, quo Alexandria vtitur, defenditur a Lācellotto Gallia. Illa vero ſtatuta, quæ bonorum exportationem, aut acquiſitionem prohibent, euidentem habent rationem, ne loca ijs rebus ſpolientur quibus abundant.

De cauſſis ſtatuti. *Diſput.* XII.

De cauſſis ſtatuti acturus, exordium capiam ab efficienti, cum de ea paullo latius, quam de alijs agendum ſit. Et quamuis ex ijs, quæ de cauſſa efficienti legum vniuerſe diximus, ſatis intelligi poſſit, quis ſtatuta queat efficere, tamen, vt expreſſius, & planius rem hanc cognitu neceſſariam exponamus, omnia perſonarum genera quæ ad aliquid ſtatuendum facultatem habent breuiter numerabimus, cum hac in parte nulla ſit diſputatione opus: & primum de ijs qui aliqua eccleſiaſtica dignitate, vel officio ſunt inſigniti, agemus. B

De Pontifice, cum plenum habeat dominium ciuile in ſuis terris, & nullum agnoſcat ſuperiorem, vt poteſt legem vniuerſalem condere; ita etiam priuata iura pro aliquo priuato loco, vel cœtu facere poterit.

De Concilio, generale concilium, vt eſt illud quod a Pontifice ex omnibus orbis Chriſtiani partibus Epiſcopis conuocatis, totius eccleſiæ nomine celebratur, vt legem vniuerſam ſtatuere poteſt, ita & etiam aliquam priuatam pro aliquo priuato loco, ſiue eccleſia, vt de Pontifice diximus, a quo tāquam a capite concilij auctoritas pendet. C Prouinciale ſeu nationale etiam, vt eſt illud quod a Patriarcha, ſeu a Primate, vel ab Archiepiſcopo, una cum totius prouinciæ Epiſcopis, & Prælatis in prouincia celebratur, ſtatuta legitima facit; quibus uniuerſa prouincia obligatur: quæ in ius commune tranſirent, ſi a Pontifice approbarentur. Atque idem dicas de ſynodali, quod ab uno Epiſcopo, una cum ſuis clericis, & diœceſanis prælatis celebratur: ac etiam de cōuentuali, ſiue capitulari, quod ab aliquo ſummo alicuius religionis Magiſtro, ſiue Generali, monachis ſiue fratribus conuocatis habetur: quæ ſtatuta particularia, pro priuata diœceſi, & religione fiunt.

Abbas. c. his quæ de maior. & obed. Cap. vbi peric. de elect. in 6.

De Cardinalibus, ſi de ſingulis loquamur, cum in ſuis titulis iura habeāt D episcopalia, in illis aliquid ſtatuere poterunt: Si vero de omnibus ſimul, de toto nimirum Cardinalium cœtu, Pontifice viuente, nihil ſtatuere queunt: nec ab eorum conſilio, neceſſario Pontifex dependet, cum aliquid vult decernere. At vero ſede vacante, ex cauſſa & neceſſitate poſſunt aliquid, ad tempus ſtatuere. Quod ſi dicas, Cardinales eligunt Pontificem; igitur multo magis poterunt legem condere, Reſpondeo, eligere quidem tanquā miniſtros; ſed tamen non dant ei auctoritatem, quam proxime a Deo accipit: ſicuti Electores Imperatoris eum eligunt; & tamen leges condere non poſſunt. Nec argumentum a maiore poteſtate ad minorem concludit, cum maior minorem non includit: Nam multi ſacramenta conficiunt, qui benedicere

A dicere nõ poſſunt: cũ tamen legem condere ſit ſupremæ poteſtatis ſignum. *Gl. Clem.*
Licet ergo, ſede vacãte, ſint loco Pontificis, tamen pontificalia exercere nõ *Ne Roma*
queunt. De Legatis, quorum triplex eſt ratio: alius dicitur, a Latere, vt eſt ille *ni de elect.*
qui a Pontificis latere proficiſcitur; qui, vt nunc vſus habet, e Cardinalium
numero legitur. Alius conſtitutus, qui non a latere diſcedit, vt ille cui le- *Conr.*
gationis munus committitur. Tertius, natiuus, vt ille, qui cum ſua dignita- *Cap. 1. de*
te habet hoc officium annexum. De his omnibus legatis, Doctores affirmãt *off. leg.*
poſſe aliquid ſtatuere perpetuo duraturum; modo nõ ſanciant aliquid cõ-
tra ius commune, ni neceſſitas vrgeat. Atque idem dicunt de Mandatario
Papæ. Vbi illud notandum eſt, ibi vbi Legatus adeſt in multis Ordinarij *Spec tit. de*
ceſſare iuriſdictionem, etiamſi ſit Patriarcha. *off. leg.*

B De Patriarchis, Patriarchæ, ſic dicti, quaſi ſummi, & principes patres, alij
ſunt maiores, vt Alexandrinus, Hieroſolymitanus, Antiochenus, Conſtan- *Can. reno-*
tinopolitanus: alij minores; vt Biturigenſis in Aquitania; Aquileienſis in *uantes &*
Dalmatia, & quidam alij. Qui omnes in ſuo Patriarchatu poſſunt aliquid *ſeq. d. 22.*
ſtatuere. Vnde Regibus comparantur, cum præſint pluribus prouincijs:
in ſuo patriarchatu ſunt iudices ordinarij, & ad eos ab Archiepiſcopis ap-
pellatur. De Archiepiſcopis, qui ſunt veluti Epiſcoporum principes, hi
quoque poſſunt ſtatuta condere, cum etiam ſynodum valeant congregare:
& ſuffraganeum excõmunicare: & cum in prouincia ſint ſuperiores, a ſuo
conſilio puniri non poſſunt. De Epiſcopis, qui quaſi ſpeculatores & inſpe
ctores vni diœceſi præſunt, certum eſt ſtatuta facere poſſe, modo nihil de-
C cernant in detrimentum eccleſiæ inferioris (niſi neceſſitas vrgeat) aut iuri
communi deroget; nec id attingant, quod iam ad Pontificem perueniſſet.

De Abbatibus, idem eſt dicendum, qui cum poſſint capitulum cogere,
etiam ea quæ ad ſui ordinis & regulæ conſeruationem faciunt ſtatuere va-
lent: Qui poſt Epiſcopos ſedent, poſſuntque minores ordines conferre.

Denique, de Clericorum capitulo, quidam ita ſtatuunt, poſita diſtinctio- *Medic. p. c.*
ne de duplici capitulo: quorum alterum eſt Eccleſiæ Cathedralis, alterum *q. 16.*
inferioris eccleſiæ; Primo, ſede vacante, nihil poteſt ſtatuere, niſi adſit ne- *Boer. cap.*
ceſſitas ad remouendum aliquod incommodum, vt de Cardinalibus dictũ *Qua in. de*
eſt: Secundo, viuente Epiſcopo, aliquid cum eo ſtatuere poteſt: ſine eo au- *conſt.*
tem nihil regulariter ſtatuit. Poteſt autem in his caſibus, ſi ſit exemptum
D ab iuriſdictione ordinarij: ſi ſtatuat aliquid in fauorem iuris communis: ſi
de ijs agatur, quæ ad rem capituli pertinent: & ſi tractetur de penſione ma-
iore minuenda, vt detur aliquid indigenti; quia Epiſcopus conſentire te-
netur. Tertio, capitulum eccleſiæ collegiatæ minoris, nihil poteſt ſtatuere *Abb. c. ex-*
vna cum ſuo Præpoſito, ſine licentia Epiſcopi, niſi eſſet ab iuriſdictione Epi *poſuiſti. de*
ſcopi exemptum, vel aliquo vteretur priuilegio, aut præſcriptione. Quod *prab.*
vero attinet ad alios minores regiminis & dignitatis gradus, vt ſunt Prouin *Beroſ. c. cũ*
ciales religionum, Priores, Præpoſiti, Rectores, Parochi, & alij quid ſit *oẽs de cõſt.*
dicendum ex dictis colligi poteſt: quorum ſtatuendi facultas, communi re-
gula perpendenda eſt, quæ a iuriſdictione ſumitur. Ad ſeculares igitur po-
teſtates accedamus.

De

Reſtaur. Caſtal. tractat. de Imper.

De Imperatore,vt communem,ita priuatam legem condere poteſt, non A
tamen ea attingere, quæ ad res Eccleſiaſticas pertinẽt, & ſi quid Imperator
in hoc genere aliquando ſtatuit, aut ex indulgentia, aut per abuſum fecit:
cum ſit inferior Papa, & Eccleſiæ filius. De Regibus, Reges ſi nullam po-
teſtatem ſuperiorem agnoſcant,liberam habent ſtatuendi facultatẽ,vt alias
diximus,tales ſunt Francorum & Hiſpanorum Reges.Si uero aliquẽ agno-
ſcant ſuperiorem, vt ſunt Reges feudatarij in ſtatutis, legibus ve faciendis
ſpectanda erit facultas & iuriſdictio a ſuperiore eis conceſſa. Tales ſunt
Rex Siciliæ & Apuliæ, qui Romanæ Eccleſiæ homagium præſtant.Et quã-
uis Reges ſummam auctoritatem habere cenſentur; tamen nec regni bona
alienare, nec filium primogenitum priuare, nec de rebus eccleſiaſticis di-
ſponere queunt. De ducibus,ſi Dux ſit feudatarius, ſua ui ſtatuere non po B
teſt,cum ſit veluti ſeruus domini abſoluti:ſecus,ſi in feudi conceſſione da-
ta ei fuiſſet ſtatuendi poteſtas. Si uero ſuperiorem non agnoſcat, regiam
habebit in ſtatuendo facultatem. Vniuerſe autem loquendo omnes noſtri

Bart. l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iur. Specul tit. de iur omnium iud. Med. q. 20 p. 1. Innoc. c. Venientes, de iureiur. Doct. l. oẽs populi.

temporis Duces ſtatuendi poteſtatem habent. Et quod de Ducibus dixi-
mus,idem de Marchionibus,Comitibus & Baronibus dicendum eſt,vt cõ-
muniter ſcriptores docent. De ciuitatibus, ſi ciuitas ſuperiorem agnoſcat,
legem ſancire nequit: niſi facultatem a ſuperiore habeat, vt aliquid decer-
nat, quod non cedat in detrimentum ſuperioris. Si vero ſuperiorem non
agnoſcat, vt ſenatus Venetus, poteſtatẽ habet regiam; & ita ſtatuere poteſt,
etiam contra ius commune: poteſtque huiuſmodi ciuitas eſſe iudex in pro
pria cauſſa,ſicuti & Rex poteſt. Id autem quod ſtatuitur,ſtatui debet a to- C
ta ciuitate,niſi de eius diuiſione conſtet, & vna pars aliam e ciuitate pellat:
vel a maiore parte,& pro conſuetudinis forma. Ciuitatum iuriſdictio,di-
citur eſſe tota in toto, & tota in qualibet parte cum toto coniuncta.De Col-
legijs ſecularibus,vt Doctorum, Mercatorũque, & de alijs ſocietatibus ap-
probatis communiter docetur aliquid cum ſuo capite maiore parte conue-
niente ſtatuere poſſe; Excommunicati tamen ſtatũtum facere nequeunt.
De magiſtratibus,ſeu iudicibus. Quod attinet ad ſenatum,& Legatum,iu-
diceſque maiores, certum eſt poſſe leges, ſiue ſtatutum facere. De mino-
ribus diſtinguendum eſt,an habeant iuriſdictionem perpetuam, ſeu ad vi-
tam, an temporalem:ſi perpetuam,certum eſt poſſe aliqnid ſtatuere: ſi tem
poralem diſtinguendum eſt de ordinario,& delegato;qui,vel eſt delegatus D
Principis,aut inferioris,de ſubſtituto,vel in omnibus & per omnia, vel in
aliqua re,& de Vicario,qui,vel eſt perpetuus,vel temporaneus: de quibus
omnibus certa regula dari non poteſt; ſed ad eorum mandatum & conceſ-

Doct. Cap. ut animarũ de cõſt. lib. 6.

ſionem confugiendum eſt. Inferiores uero iudices, vt nunc ſunt Poteſta-
tes,Rectores,& Capitanei, qui habent iuriſdictionem ordinariam tempo-
ralem,ſtatuta perpetua facere non poſſunt:ſed pro ſuo tempore, pro facto-
rum & negociorum opportunitate;vt de non ferendis armis,de rebus non
exportandis,vel non importandis;etiamſi facerent cõtra ſtatuta quæ ſe ſer-
uaturos iuraſſent;modo,ex cauſſa noua,aliquid decernãt. Si uero una cum
loci ſiue communitatis conſilio aliquid ſtatuerent, ſtatutum perſeueraret,
etiam

A etiam peracto officio. Similiter ſtudij Rectores cum uniuerſitate aliquid ſancire poſſunt: vt etiam ſcholarium Magiſter, in his quæ pertinent ad mores, etiam coercendo per pœnas. Idem denique dicitur de patrefamilias, qui in ſua domo eſt ueluti Rex. Atque hæc ſunt quæ ſummatim de cauſſa efficienti ſtatutorum, ac etiam legum a Doctoribus dicuntur, quæ omnia, ab hac una uniuerſali pendent regula, Is poteſt legem & ſtatutum condere, qui iuriſdictionem habet, ſed qui a ſe habet, & a nullo pendet, ſine ulla exceptione ſtatuit de rebus ſuæ iuriſdictioni ſubiectis: qui uero ab alio accipit, pro facultate ſibi conceſſa. Verum, cum ſtatuta ſpeciatim dicantur ea quæ ab aliquo priuato loco, ſuperiore agnoſcente fiunt, ideo quaſdam poſitiones ſubijciam, quæ priuatim ad hanc efficientem ſtatutorum cauſ-
B ſam pertinent.

Prima poſitio, ciuitates oppida, aliaque minora loca, in quibus eſt aliqua communitas, & magiſtratus regimenque commune poſſunt aliquod ius condere, quod proprie ſtatutum, ſeu ius Municipale vocatur. Doctrina eſt certiſſima, & patet ex dictis. Secunda poſitio, huius iuris ſtatuendi facultas eſt apud eos qui ciues ſunt, vel apud magiſtratum & decuriones, ſi eis conceſſa fuit. Qua in re animaduertendum erit, ſi quid ſtatutum fuerit, aut conſuetudine vſurpatum. Vbi illud adnotauerim cum Baldo, nomine *Tract. de* ciuium non contineri exules, quos Bannitos uocant: quoniam iſti pro mor *ſtat. i uer.* tuis habentur. Iſta poteſtas ita eſt in ciuibus, & oppidanis, vt non pendeat *Ciues.* a Principe; quamuis ab eo ſtatutorum peti ſoleat confirmatio: quæ, vt qui- *Albe. q.16.*
C dam ſcribunt, non eſt neceſſaria. Tertia poſitio, ſtatuta his potiſſimum modis fieri ſolent. Primo, ab uniuerſo populo legitime conuocato & congregato, publico dato ſigno, aut per præconem: maiore parte cōſentiente, cum debitis ſolemnitatibus. Secundo per decuriones & conſiliarios, uel per magiſtratum, officialium ve ordinem, in quem communis translata ſit poteſtas. Tertio per aliquem, vel aliquos uiros doctos, etiamſi non ſint ciues, populi accedente approbatione. Solent interdum municipales conſtitutiones iuramento muniri: vnde iurata ſtatuta. Et hæc de cauſſa efficiente; deinceps de alijs cauſſis, cum pauca dicenda occurrant, breuiter agam.

Quarta poſitio, quod attinet ad materiam, præter ea, quæ ſupra diximus de legum materia, uniuerſe agendo, illud priuatim occurrit dicendum, ſta-
D tutum fieri poſſe de ijs quæ ſunt præter, & contra ius commune: non poteſt tamen eſſe contra bonum commune, a communi lege propoſitum. Et quam *Albe. q.37* uis interdum uideantur eſſe contra rationem communem; non tamen ſunt contra rationem priuatam: quæ cum ſit particularis, poterit aliquando eſſe ignota. Et licet aliquid contineant quod a ratione aliquo pacto abhorrere uidetur: non propterea ſunt damnanda; modo in aliorum perniciem, ex ſe ſuaque inſtitutione non tendant. Nam eo ipſo, quod municipes in aliquam legem conſentiunt, modo expreſſe cum honeſtate nō pugnet, ſtatuti uim poteſt habere. Cæterum, tunc ſtatutum non teneret, ſi fieret de re, a iure cōmuni prohibita, ne de illa quid ſtatueretur, & de ijs, quæ ſunt Prin- *Euerar.* cipi reſeruata, & quæ non cadunt ſub iuriſdictionem ſubditorum: vel de re

quæ in

quæ in præiudicium tertij cederet. In ſumma communis eſt regula, ſtatuta fieri poſſe de ijs, quæ non reperiuntur prohibita. A

Sed hic oritur dubitatio, an liceat ſtatuere ijs de rebus, de quibus in aliis ſtatutis eiuſdem loci decretum fuit: ad quam dubitationem, cum varia habeat capita, ſimpliciter reſponderi non poteſt; dictis igitur quibuſdam reſpondeo. (*Med. q. 15 p. 2. tract. de leg.*) Primum, ſi præcedens ſtatutum eſt ſimplex, non derogatorium, ſtatque in ſimplici diſpoſitione, per ſequens derogatur primo. Secundum, ſi idem ſtatutum tranſeat in vim contractus, aut quaſi contractus, primum reuocari non poteſt in præiudicium quaſi contrahentis; vt ſi per primum alicui conceſſa fuiſſet immunitas ex aliqua cauſſa, per conſequens, ius iam acquiſitum, non poteſt auferri. Tertium, ſi primum eſſet derogatorium ſecundi, quia expreſſe prohibet illud fieri, aut contrarium ſtatui, ſi ſecundum B contrarium ſimpliciter ſtatuat, non valet, niſi fiat ſpecialis mentio primi reuocatorij: ſi vero fieret, illo ſublato, hoc valeret. Rurſus ad eandem difficultatem diſtinguendo ſic reſpondetur. Quartum, ſi primum fuerit iuramento vallatum, & poſterius requirit ſuperioris auctoritatem, ſine ea illud tolli non poteſt: quia qui ſuam auctoritatem interponere poteſt, non vult eſſe auctor periurij: ſi autem dicta auctoritas ad reuocationem non requiritur, reuocari poteſt, etiamſi cum iuramẽto adſit clauſula derogatoria: quia (*L. ſi quis, ff. de legat. 3.*) nemo ſibi legem imponit, a qua non poſſit recedere: ſed reuocantes erunt periurij. Quinctum, ſi in eodem volumine reperiantur duo ſtatuta contraria eodem tempore confirmata, ni conciliari valeant, poſterius in ordine derogabit priori: ſed peteres, an ad reuocationem requiratur ſuperioris au- C ctoritas. Sextum dictum, quando aliquis ſolus ſtatuere potuit, etiã ſolus reuocat: (*L. Nihil. ff. de reg. iur.*) ſi vero non potuit ſolus, & vult primum omnino tollere, non poteſt: Quia id requiritur ad deſtruendum, quod ad conſtruendum interceſſit: ſi vero vult ſimpliciter tollere, & redire ad ius commune, poterit.

Quincta poſitio, quod attinet ad ſtatuti formam, nihil dicendum eſt præter ea, quæ ſupra de lege vniuerſe diximus. Tunc autem ſtatutum ſuam formam habere cenſebitur, cum internas & eſſentiales ſolemnitates, ut loquuntur, habebit.

Sexta poſitio, ſtatuti finis eſt priuata alicuius loci vtilitas, ac etiam æquitas, quæ ex priuatis circunſtantiis oritur.

D

De ſtatutorum effectibus. *Diſput.* XIII.

STATVTORVM legumque communium effectus, vt aliquando ſunt diuerſi, ita etiam non raro ſunt ijdem. Vnde quæ de legis vniuerſe ſumptę effectibus ſupra diximus, de ſtatutis etiam bona parte intelligenda ſunt; & contra, quæ hoc loco de effectibus ſtatutorum trademus, de communi lege tradita fuiſſe exiſtimandum erit. Et quoniam in re verſamur valde perplexa, cum hic non generatim, ſed ſpeciatim de conſtitutionum effectibus acturi ſimus; ideo operam dabimus, vt rei obſcuræ aliquam lucem demus. Primum igitur,

quoſdam

A quoſdam recenſebo ſtatuti effectus, qui ei a Doctoribus attribui ſolent: poſtea priuatim effectum de obligatione reſpectu ſubditorum, de quo maior eſt difficultas, late explanabo.

Quod igitur ad primum attinet; hi numerantur ſtatuti effectus. Primus, eſt declarare, ſeu limitare ius commune: quem effectum producit ſtatutũ, *Alb. q. 4.* dum quod cõmuni iure eſt ſancitũ, aliter diſponẽdo contrahit, & in priuato loco vim nõ habere demõſtrat. Secundus, prouidere, aut legem introducere in ijs rebus, de quib. lex cõmunis nihil ſanciuit. Ideo aliqui ſtatutum *Sebaſt. p. 4* definientes dicunt, Eſſe nouã legem addentem iuri cõmuni. Tertius, poſſe *q. 28. nu. 5* trãsferre rerum dominia, ac ẽt donare ciuitate: vt ſi qui ſunt vnius ciuitatis eos qui ſunt alterius, ſua ciuitate donarẽt. Quartus, obligare ſuos ad ſui ob B ſeruationem. De quo effectu, vt ad id veniamus, quod ſecundo loco explicandum propoſuimus, dubitari ſolet, an ſtatutum obliget peregrinos, quos nunc forenſes vocant, hoc eſt eos, qui non ſunt ciuitatis partes, & an extra territorium ſuas vires extẽdat: de qua re multa fuſe, & a multis cõfuſe ſcribũtur; nos breuiter perſpicueq; rem hanc exponere conabimur. Omnis ergo obligatio ad tria capita reuocari poteſt; ad contractus, ad delicta, ad vltimas voluntates: & quod attinet ad primum caput, ita ſtatuo.

Primum dictum, forma contractus attenditur ſecundum ſtatutum loci, in quo celebratur cõtractus. Secũdũ dictum, ordo procedendi in iudicio attenditur ſecundum ſtatutum loci in quo cauſſa agitatur. Tertium dictum, in ijs quæ ad litis deciſionem pertinent, iudex ſeruare debet ſtatutum loci, C in quo contractus celebratus fuit, non loci in quo fit exequutio: modo factus ſit in loco, contra quem nihil liceat opponere. Sed hoc non habet locum in materia de dotibus, qua in re attenditur domicilium viri, non mulieris, & domicilium originis, non habitationis. Itẽ, non procedit allata doctrina in ijs quæ non eueniunt, aut non oriuntur ex natura contractus, ſed aliunde, vt, ex mora.

De ſecundo capite, hoc eſt ratione delicti, ſtatuo hæc dicta. Primum di- *Cõm opi. in* ctum, ſtatutum loci comprehendit etiam forenſes, quando cõmittitur deli *l. exige. ff.* ctum prohibitum iure communi, vt eſt furtum. Secundum, ſi delictum erat *de iudic.* prohibitum ſolum lege municipali, & delinquens diu commoratus eſt eo in loco, ita vt probabiliter legem ſcire potuerit, tunc ligabitur ſtatuti vinculo: D ſi autem non diu, tunc poteſt præſumi ignorantia probabilis: niſi quod cõmittitur per omnia prouinciæ loca eſſet prohibitũ. Tertiũ, ſi delictũ fuit inchoatũ vno in loco & perfectũ in alio; vt ſiquis vulneraſſet in vno, & vul *Cõmun opi* neratus in alio obijſſet, in vtroque loco reus puniri poſſet. De tertio capite, *nio Doct.* hoc eſt de vltimis volũtatib. inſequentia ſtatuo dicta. Primũ, ſtatutũ diſponẽs de vltima volũtate, obligat ẽt forenſes. Vnde ſiquis Venetijs cum duob. teſtibus tantum teſtamentum faceret, cenſeretur validum, licet ius Imperatorium & Pontificale, aliter diſponant. Et hæc eſt opinio magis communis, de qua Cynus, Bartolus, Salycetus, Fulgoſius & alij. Pro qua facit argumentum a contractu, ad vltimam voluntatem: at contractus, vt eſt dictum, ſequitur ius loci in quo fit: igitur & teſtamentum. Secũdum, limitatur præ-

dicta communis opinio, quando ſtatutum, vel conſuetudo diſponeret de A
ijs, quæ ſunt volnntariæ iuriſdictionis circa ipſum actum; vt quod teſta-
mentum tot teſtium numero valeat, vel ſine aliqua publicatione: quia ſo-
Anc. lennitas actus pertinet ad iuriſdictionem ſtatuentis. Secus dicendum eſt, ſi
ſtatutum ageret de perſonarum habilitate; tunc enim non comprehende-
ret forenſes; vt ſi diſponeret, filium familias de quibuſcunque rebus teſta-
Ang. ri poſſe. Rurſus limitatur, quando quis teſtaretur, vel aliquid faceret in
Bald. loco hoſtili populo Romano rebelli, vt in terris Saracenorum; quia ami-
ſerunt ea quę ſunt iuris ciuilis: niſi fieret in loco communi, ut eſt portus ma
Sebaſt. p. 4 ris. Ampliant hanc doctrinam, ut etiam locum habeat in bonis alibi exi-
q. 11. et 12 ſtentibus. In illis vero quæ ad capita dicta non pertinent, forenſes tenētur
ſeruare ſtatutum loci in quo rem habēt; vt, ſi ageretur de ædibus vēdendis, B
&c. quædam aliæ limitationes innoteſcent, ex dubitatione, quam nunc
proponam, & explicabo.

Eſt ergo dubitatio, an ſtatutum extendat vim ſuam extra territoriū. Pro
cuius ſolutione nota, ſtatutū eoſdem habere poſſe effectus, quos lex cōmu
nis habet, qui ſunt præcipere, prohibere, permittere, & punire; & de ſingu
lis pōt eſſe dubitatio, an ſtatutum eos in non ſubditos, uel extra territoriū
exerceat; & quod ad primum attinet, ita ſtatuo.

Primū dictum, ſtatutū non poteſt imperare forenſibus, ſiue nō ſubditis
extra territorium; niſi eſſet ciuitas cōfęderata, & in hoc cū alia conueniſſet.
Secundū, ſtatutum poteſt obligare ſuos extra territorium, dūmodo hoc ſpe
ciatim exprimatur, & conſtitutio non redundet in dānum non ſubditi. Re C
gula tamen eſt, forenſes obligari ſtatutis loci in quo habitāt, non tamen ra
tione habilitatis perſonæ, & rerum in loco originis exiſtentium.

Quod attinet ad prohibitionē ita ſtatuo. Primum dictū, ſtatutum prohi-
bēs aliquid ratione ſolēnitatis cōtractus, vel alterius actus, nō extēdit extra
territoriū; idq; tam in diſpoſitione inter viuos, quā ultimæ uolūtatis. Secun
dū, ſtatutum prohibēs aliquid ratione rei, ut ſi prohiberet alienare extra
territoriū, uel qđ minor alienare nō poſſit, extēdit uim ſuā extra territoriū,
ubi talis prohibitio nō extaret. Tertiū, ſi prohiberet aliquid ratione pſonę,
& prohibitio eſſet fauorabilis; ut ſi prohiberet minorē agere aliquid ſine
Bal. l. ſi ff. auctoritate tutoris, extra territoriū vim ſuā haberet; Secus aūt in odioſis. Vn
de in ius de ſtatutū prohibēs ne fęmina ſuccedat maſculis exiſtentib. non extēditur D
uocā. q. 25 extra territoriū, ubi eſſent bona, cū ſit materia odioſa, & derogatiua iuri cō-
num. 119. muni: q̃ doctrina pro cōmuni habetur, ut teſtatū reliquit Albert. quam ta-
men tripliciter limitāt. Primo, niſi defunctus haberet in loco ubi ſtatutū nō
uiget bona mobilia ad tēpus pmanſura; quia non cenſentur eſſe illius terri
torij, ad qđ defunctus illa deſtinauit; ſiquidem, non dicitur eſſe in loco, qđ
alicubi eſt ad tempus; niſi teſtator huiuſmodi bona, eo in loco, ad certum
uſum haberet. Secundo, ſiquis eſſet ciuis, ciuitatis dominantis, ſiue ſupe-
Soc. conſil. rioris, & haberet bona in loco ſubdito, in quo uigeret contrarium ſtatu-
288. 1. no. tum. Tertio, cum ciuis originarius loci inferioris, factus eſſet ciuis loci
ſuperioris, in quem domicilium tranſtuliſſet.

De

A De actu permiſſiuo, hæc ſubijcio dicta. Primum, ſi permittatur aliquid, quod alias de iure communi non competit, talis permiſſio extra territorium exerceri non poteſt, vt ſi quis contra ius cõmune ſpecialiter fieret Notarius; qui ſuum officium extra locum in quo viget ſtatutum, exercere non poſſet; præſertim, ſi locus eſſet inferior. Quoniam actus qui pertinẽt ad iuriſdictionem voluntariam conceſſi ab inferiore a Principe, non extẽduntur alio: niſi inferiori fuiſſet facultas a Principe conceſſa. Secundum, quando id permittitur, quod iure communi conceditur, extra iuriſdictionem exerceri poterit. Tertium, actus in loco permiſſo, etiamſi de iure communi non concederetur, facit fidem, etiam extra territorium: quia hoc magis pertinet ad ſolemnitatem, quam ad diſpoſitionem. Vnde emancipatio facta ab eo qui habet fa-

Cap. Romana de foro comp. li. 6.
Ale. conſ. 128. 1. vol.

B cultatem emancipandi a lege municipali, vbique haberetur rata. Ex quibus ſolueres dubitationem quæ poſſet oriri ex ſtatuto ordinante, vt primogenitus tantum ſuccedat in hæreditate, quod viget in Hiſpania. Circa quod ſtatutum animaduertẽdum eſt, An ſtatutum diſponat circa perſonam, vt ſi dicat, Primogenitus ſuccedat: an circa bona, vt ſi dicat, Bona veniant ad primogenitum: & an dicat de quibuſcunque bonis, quocunq; loco exiſtentibus, an aliter: & ita verba ſtatuti diligenter attendenda ſunt. Rurſus animaduertendum eſt, an aliquis ſit Hiſpanus originarius, an vero ex domicilio tantum, & an bona ſint in territorio prouinciæ dominantis, vt in regno Neapolitano, Hiſpaniæ Regi ſubiecto. His notatis, de propoſito dubio pono ſequentia dicta. Primum dictum, ſi ſtatutũ loquatur de perſona, & primogenitus ſit ori-

C ginarius Hiſpanus, & bona ſint in prouincia dominantis, ſi iuriſdictiones ſint diſtinctæ & ſeparatæ, vna cum burſis, vt loquuntur, fiſcalibus, primogenitus, ſi ſit perſona priuata, non ſuccedit; ſecus dicendum eſt de filio Regis: ſi vero burſæ non eſſent diſtinctæ, vtiq; ſuccederet. Scdm dictum, ſi quis ſolum haberet domicilium in loco vbi ſtatutũ viget, non ſuccederet. Quia hoc ſtatutum, quo perſonæ redduntur idoneæ, non comprehendit foren ſes. Tertium, ſi ſtatutum diſponat de bonis, tunc etiam Italus habens bona in Hiſpania, ſi eſſet primogenitus ſuccederet in illis, ac ſi eſſet Hiſpanus. Quod vero pertinet ad punitionem ita ſtatuo. Primum dictum, hic diſtinguendum eſt, vt ſupra fecimus de primo actu: & adde, quod extenditur, quando iudex loci neglexit punire offenſam ciuibus factã: tunc. n. conſtitutio recte fieret con-

L. de pupillo, ff. de int.

D tra offendentem extra prouinciam. Secundum dictum, extenditur etiã, ſi ſtatutum decerneret, vt delinquens puniretur extra territorium: ſecus dicẽdũ, ſi ſolum diſponeret de ijs quæ fiunt intra ſuæ diœceſis terminos. Tertium, ſi ſtatutum ſimpliciter & indiſtincte loquatur, ſi diſponat de modo procedendi, attenditur ſtatutum ciuitatis originis, licet delictum ſit alibi commiſſum: quoad ordinem litis attenditur ſtatutum loci, vbi agitatur, etiamſi lis ſit de eo, quod geſtum fuerit extra: quod vero attinet ad modũ puniendi, puniendus erit ex iure communi, vel ex conſuetudine loci, vbi deliquit. Nam ſtatuta quæ reſpiciunt litis deciſionem, non extenduntur ad ea, quæ fuerint alibi commiſſa; ſed ſequimur ſtatutum loci, vbi res facta fuit. Vnde effectus legis punientis, non extendit ſuas vires extra territorium.

Glo l. nullus, C. de iudic.
Cap. ut animũ. §. 1. de conſt. li. 6.

Hoc intelligẽdum eſt,quando pœna impoſita eſſet in perſonam reſpectu A
interdicti certi loci, vel artis: ſecus dicendum ſi reſpiceret perſonam quoad diminutionẽ ſtatus,quia reus efficeretur ſeruus pęnæ,vel infamis: hęc enim ſequuntur perſonam,vt lepra leproſum:præſertim ſi imponeretur pro delicto iure communi puniẽdo.Quod ſi pœna imponeretur reſpectu bonorum non venirent publicata bona, quæ quis habet extra prouinciam illam, niſi iuriſdictiones eſſent,cum burſis,vt loquuntur,fiſcalibus vnitæ: idque procedit, cum quis iudicatus fuiſſet ſecundum ſtatuti formam: ſecus res haberet, ſi condemnatus fuiſſet ex forma iuris communis: tunc enim omnia bona cenſerentur publica, & applicanda fiſcalibus burſis loci, in quo bona reperirentur.

B

Enumerantur ſummatim caſus omne, in quibus alicuius loci ſtatuta perſonas obligant, & quædam alia adduntur ad plenam ſtatutorum doctrinam. *Diſput.* XIIII.

VT ſtatutorum vis obligatoria circa perſonas facile percipi poſſit,præter iam dicta nunc breuiter omnes caſus recenſebimus, in quibus ſtatutum ſuam obligationẽ in perſonas exercet,idq; in prima huius diſputationis parte:in altera vero quaſdam poſitiones afferam,quibus ea complectar, quę de ſtatutis mihi dicenda reſtant.Quod igitur ad primum attinet,hi caſus a ſcriptoribus recenſentur. Primo,ſtatutum obligat perſonam ratione cuiuſcunq; domicilij,etſi C
quis ſit vagabundus: qui proprie nullum domicilium habet: ſed hic diſtinguenda eſt iuriſdictio ſecularis ab eccleſiaſtica. Scholaris vero ſtatutis Rectoris, ſiue Collegij & ſtudij tenetur, niſi ſit clericus, qui ſubijcitur legibus Ordinarij:Quod procedit de ſcholari,etiamſi miles eſſet,qui ſtudij leges ſequi debet, Secundo,ratione priuilegij, quia priuilegiarius ſequitur forũ priuilegiantis, niſi præuentus fuiſſet, cap. cum capella, de priuilegijs. Tertio, vxor ſequitur forum mariti,quod qua ratione intelligendum ſit,late explicant doctores. Quarto, ratione poſſeſſionis: ſequimur enim ſtatutum loci, vbi res eſt ſita. Quincto, ratione adoptionis, & manumiſſionis, vt Doctores tradunt. Sexto, ratione originis ſui patris, non autem aui, & abaui. Septimo,ratione feudi: vnde vaſallus non poteſt ſe ſubijcere niſi iuriſdictioni ſui D
Domini. Octauo,actor ſequitur forum rei: eſtque hæc communis regula: Socin.in tractatu fallentiarum,in verbo, Actor. Nono,ratione delegationis, ita Doctores, l. 1. C.de iuriſdict. omnium iudic. Decimo, ſi partes & iudex inter ſe conſentiant, vt velint aliam legem aggredi; modo contrarium per ſtatutum non ſit ſancitum. Vndecimo,ob loci opportunitatem,vbi periculũ eſſet in mora. Duodecimo,vbi aliquis ſe dixerit eſſe ſoluturum:ibi.n.cõtrahere videtur.Decimotertio,ratione compromiſſi,capite,per tuas,de arbitris. Decimoquarto, ratione adminiſtrationis: vnde argentarius ibi ſuæ artis rationem reddit, vbi illam exercet. Decimoquincto, ratione tutelæ; vnde pupillus poteſt omnes tutores, etiam diuerſarum prouinciarum conuenire.

L. pen. ff. de iuris omn. iud.

L. 1. ff ad municip.

Can. experientia. 12. q. 1.

Can. ſinc. 33. q. 2.

Deci-

A Decimoſexto, ratione appellationis: nō ſequi debemus legem iudicis ad quem appellamus. Denique, ratione belli, famis, & peſtis: quibus in caſibus ceſſat legis diſpoſitio, ſicuti ceſſat præſcriptio, vſucapio, & liberatur aliquis a mora, quæ eſt in cauſſa, ne quis incidat in commiſſum, non ſoluendo, dictis cauſſis vigentibus. Difficultas enim excuſat debitorem, tam rei, quā facti, & ſpeciei a mora; modo ſua culpa non naſcatur difficultas. Ea quæ diximus, procedunt habita ratione perſonæ, rei, cauſſæ, temporis, & loci, ſiue in modo procedendi, ſiue in exequendo: modo attendatur id, quod præcipue tractatur, atque potentius eſt: iuxta ea quæ late Doctores tradunt. Atque de eo quod primo loco explicandum propoſui hucuſque, quæ de ſtatutis dicenda reſtant, quibuſdam poſitionibus perſtringam.

L. omnes, C. arbitriū tutelæ. Rip. tract. de peſte. Ripa. L. quod te. ff. ſi certū pet. Anca c. 1. d. conſt. Crau cōſ. 271. 201. Ceph. cōſ. 274.

B Prima poſitio, ſtatuentes non ſunt exempti a ſuis ſtatutis. Patet hæc poſitio ex ijs, quæ ſupra de lege vniuerſe agentes, docuimus: idque maxime verum eſt, cum ſtatuta fiunt a populo, & a ſingulis ciuibus: qui ſi exempti eſſent, nemo, vel pauci obligarentur.

Alb. Roſ. q. 15.

Secunda poſitio, leges municipales poſt ſuam promulgationem ſtatim obligare incipiunt. Quoniam, cū ſint priuatæ locorum leges non eſt neceſſe vt certum aſſignetur tempus ex quo incipiant obligare.

Tertia poſitio, leges municipales obligare poſſunt, & ſua natura obligant, non modo ad pœnam, ſed etiam ad culpam, eo modo, quo legem communem obligare diximus. Habent enim veram legis rationem, ac proinde ſunt veluti regulæ humanarum actionum, a quibus ſine culpa recedere non

C contingit.

Quarta poſitio, quando in aliquo caſu ſtatutum inferioris loci nihil diſponeret, confugiendum eſſet ad ſtatutum loci ſuperioris, vel ad ius cōe. Vt ſi mei Oppidani nihil ſtatuiſſent in materia ſucceſſionis ab inteſtato, confugiēdum eis eſſet ad ſtatutum Eugubinum, vel ad iuris communis diſpoſitionem. Eſt communis doctrina, vt quidam teſtantur. Quo loco notandum eſt, nomine iuris potius venire ſtatutum, quam ius commune, & ita potius attēdendum eſſet ius ciuitatis ſuperioris, quam id quod communi iure eſſet decretum. Nam, vbi viget ſtatutum, ceſſat ius commune. Quod ſi ſtatutū referret ſe ad ius commune Romanorum, illud attendendum eſſet. Quincta poſitio, ſtatutum his de cauſſis ceſſare poteſt. Primo, per ſtatutum poſterius tem

D pore, non ſcripturæ ordine, qui hac in parte non attenditur: Quare tempus inſpiciēdum eſt: hoc locum habet cum ab eadem poteſtate factum fuit: ſpeciale autem non tollitur per generale, niſi de eo fiat mentio. Secundo ſtatutum factum a maiore parte tollit aliud a minore parte ſancitum. Tertio, ceſſante ſtatuti ratione, ceſſat etiam ipſum ſtatutum, vel ſtatuti diſpoſitio. Id cōtingere poteſt, vel quia ratio legis ceſſat in eo caſu, in quo eſt quæſtio: vel quia ratio legis eſt correcta, qua correcta, etiam lex correcta cenſetur. Vbi illud adnotauerim, rōnem legis, & id qđ lege diſponitur ita ſe habere, vt ſi ratio latius pateat, quam ipſa diſpoſitio, diſpoſitionem extendit: ſi vero ratio ſit anguſtior, diſpoſitio, ſiue res diſpoſita reſtringitur ad ipſius rationis limites. Quarto, ſtatutum iudicis, uel officialis annualis ceſſat, ceſſante officio, niſi

Cap. ſtat. de maior. & obed. Alb. a Roſ. quæſt. 21. L. cum pater, §. dulciſſimis, vbi Doct.

publica auctoritate fuerit factum, aut approbatum. Vbi nota, ſtatuta non cenſeri annua, quamuis ab annua magiſtratus poteſtate fiant. Quincto, per deſuetudinem, ſeu contrariam conſuetudinem. Vbi nota, Iuriſperitos diſtinguere hæc tria, Non vſum; deſuetudinem, & contrariam conſuetudinem. Non vſus dicitur, cum caſus de quo lex diſponit, nunquam accidit; vt ſunt qui rariſſime accidunt; vt ſi lex ſtatueret Hermaphroditum nihil poſſe diſponere Deſuetudo eſt, quando caſus occurrit, ſed non fuit petita actio, ſeu id quod lege ſancitum erat fuit prætermiſſum. Contraria conſuetudo eſt, cum caſus accidit, & legis diſpoſitio fuit adducta, ſed nõ obſeruata, animo introducendi contrarium. Hac poſita diſtinctione, cum inter eos ſit magna altercatio, an lex tollatur per nõ vſum, & aliqui affirment, aliqui negent, & hi & illi pro ſua ſententia rationes adducant, quidam dicunt, priores intelligendos eſſe de deſuetudine & contraria cõſuetudine, quæ ſtatuti vim ceſſare faciunt: poſteriores vero de non vſu. Addunt aliqui hanc modificationem, quod lex non ceſſet per contrarium vſum, niſi fuerit communiter ſeruatus: quia fieri poteſt, vt a lege ſit receſſum ratione loci, tẽporis, rei, & perſonæ: quorum ſi ſpecialis ratio ſit aſſignata, ius ipſum in alijs vigere cenſebitur. Vbi nota, legis effectum ceſſare ſtante appellatione; & licet in hoc caſu ceſſet, in alijs tamen viget. Ad extremum circa hanc poſitionem illud admonuerim, vnum ſtatutum, legemve vnam non tollere debere aliam quotieſcunque conciliari poſſunt: cuius conciliationis gratia, vt quidam ſcribunt, etiam diuinatio admittitur. A B

Alb. Roſ. q. 19. Idẽ q. 152. Doct. l. de quib. ff de leg. L. 1. ff. ad municip.

Sexta poſitio, ſtatuta & leges municipales expoſitionem admittunt. Cõmunis eſt Doctorum ſententia; quia illud quod in quibuſdam ſtatutis habetur, de interpretatione non admittenda, exponunt, de interpretatione vana, friuola, non de iuridica, & vera, quæ rem obſcuram declarat. C

Alb. Brun. art. 5. nu. 109.

Septima poſitio, ſtatutum declarandum eſt ſecundum ius cõmune quantum fieri poteſt, vt præter alios Baldus, verbo Gradus docet; & ita, ſi ſit contra ius commune eſt reſtringendum, vt Alb. de Roſat. ſcribit, qui late de hac re quæſtione nona diſputat. & cum ſit ſtricti iuris verborum ampliationem non admittit: Rurſus vnum intelligendum eſt per aliud. Illud autem quod ius commune corrigit, non debet extendi ad perſonas non expreſſas. Nunquam interpretanda ſunt contra communem vtilitatem, cui derogare non poteſt, vt, verbo, Caſtrum, adnotauit Baldus; ſed ſecũdum æquitatem, ex eodem. Octaua poſitio, ſtatutorum interpretatio pertinet ad Municipes, vel ad eos qui ſtatutum fecerunt, & ad eos qui auctoritatem delegatam habent, de qua re Alber. a Roſat. quæſt. 153. ſub numero 4. Qua autem ratione ſtatutũ ab Aduocato in foro citari debeat, infra docebo, cum de eius officio in cauſis tractandis agam: nunc illud cum Baldo dixerim, Turpe eſſe aduocatum ignorare ſtatuta. D

Bald. l. oẽs pop. q. 6. Doct. c. ne innitaris de conſt. Alb. art. 5. nu. 17. 19. Laur. de Pal. n. 45. Bal. uerbo interpr. Verbo aduoc.

Antequam huic diſputationi de ſtatutis finem facio, placet ad maiorem declarationem eorum quę de ſtatutorum obligatione diximus, breuiter docere, an & quomodo politica ſtatuta, legesve Clericos obligent: de qua re pono hæc dicta.

A Primum dictum, in cauſſis eccleſiaſticis, iure diuino, liberi ſunt clerici a ſecularium Principum poteſtate ac legibus. Sunt autem eccleſiaſticæ cauſſæ, quæ non pendent a iure ciuili, ſed a diuino, vel eccleſiaſtico, vt cauſſæ de ſacramentis, de fide, & ſimiles. Doctrina eſt certiſſima, ex Conciliorum decretis, Patrum ſcriptis, & expreſſa Pauli auctoritate. *Conc. Mil. c. 13.*

Secundum, Clerici non ſunt exempti vllo modo ab obligatione ſtatutorum ciuilium, quæ non aduerſantur iuri eccleſiaſtico, & clericali officio. *Aug. epiſt. 162. 1. Cor. 6.* Quæ doctrina de illis intelligitur ſtatutis, quibus res politicæ actioneſque humanæ in rebus temporalibus ordinantur; vt ſunt illæ quæ ad vẽditiones, & emptiones, & ad rerũ exportationes pertinent. Ratio cur nõ ſint exempti, ea eſt, quia clerici ſunt reip. partes & ciues, ac proinde ciuili iuri debent eſſe *Nicol. 1. epiſtol. ad Mich.*
B ſubiecti: neque enim lex Chriſti, vel pontificia ius humanum tollit. Omnis itaque anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet. *Rom. 13. Chryſ. in hunc locum.*

Tertium, licet Clerici humanis ſtatutis ſint ſubiecti: tamen non poſſunt puniri a iudice ciuili, vel ad forum ſeculare trahi, & ita non ſubſunt quoad vim coactiuam. Quare, ſi clericus legem ciuilem de frumento non exportando tranſgrederetur, non poſſet accuſari apud iudicem ſecularem. Ita ſacra decernunt concilia, vt Calcedonenſe, Mileuitanum Secũdum, & alia. Idem ſtatuere ſummi Pontifices, ac etiam Imperatores ipſi. Et ſane abſurdum videtur, vt Paſtor iudicetur ab ouibus; puta Epiſcopus a Prætore. Vnde Conſtantinus Epiſcoporum cauſſas ad ſe delatas cognoſcere noluit. Quare Caluinus, ut impoſtor, mendaciter ſcribit, Conſtantinum ſua auctoritate Epi- *Can. 9. Nouel. 79. 83. & 123. Ruf. li. 10. hiſt. c. 2. Theod. lib. 1. hiſt. ca. 8.*
C ſcopum quendam in exilium miſiſſe; cum potius ſententiæ a Concilio datæ exequutor fuerit: depoſitus enim fuerat tanquam hæreticus. Quod ſi obijcias Paulum dicentem, omnes debere eſſe ſubiectos poteſtatibus ſublimioribus, & ſicuti de iure diuino nemo poteſt ſe ſubtrahere a Pontificia poteſtate, ita nec a regia: Reſpondeo, clericos, partim ab ipſis Principibus fuiſſe exemptos a ſua ſubiectione, partim a ſummo Põtifice, idq; optimis de cauſſis: & ita non ſubduntur ratione poteſtatis coactiuæ. Nec eſt par ratio de dominio Pontificio & regio, quia hoc eſt introductum iure gentium, illud iure diuino, & ideo a nullo mutari poteſt.

Quartum, Clericorum bona, tum eccleſiaſtica, tũ ſecularia exempta ſunt a tributis Principum ſecularium. Hoc præter multa decreta Pontificum, &
D Conciliorum, cõfirmatur ex facto Ioſephi, qui ex lege naturæ iudicauit eximendos eſſe ſacerdotes a tributis regijs. Adde quod bona eccleſiaſtica ſunt dicata Deo: ac etiam clericus ipſe, cuius conditionem eius bona ſequuntur. *Cap. eccleſia de cõſt. Cap. clerici de immunit. eccleſiæ.*

Quinctum dictum, clericorum immunitas in rebus politicis, ratione bonorum & perſonarum, eſt de iure humano. Hoc dixerim contra Canoniſtas, qui aliter ſentiunt. Quare, cum omnis anima debeat eſſe ſubiecta poteſtatibus ſublimioribus, quibus iure naturæ tributa ſunt pendenda, profecto niſi iure humano eximantur, ea pendere debent, ut olim factum fuiſſe legimus. Nec Canoniſtæ locum in ſcriptura inuenient, in quo contrarium doceatur. Neque enim illud Chriſti, de ſolutione tributi loquentis: Ergo liberi ſunt filij; urget; Quoniam Chriſtus loquitur de ſe ſolo, quia erat ſummi Regis *L. Sancimus, C. de ſacr. ſanc. eccl. Rom. 13. 23. q. 8.*

 filius:

filius: alias omnes fideles deberent eſſe exempti, cum omnes ſimus filij Dei A
per adoptionem: non ſecundum corpus cuius ratione tributa pēduntur, ſed ratione animæ: & ita, licet ſimus filij adoptiui, non propterea liberi ſumus. At uero Chriſtus, quamuis ſecundum corpus eſſet mortalis, non tamen ſeruus, vt nos adhuc ſumus, qui corporis non modo reſurrectionem, ſed etiam liberationem expectamus. Vnde ceſſat Marſilij Paduani obiectio. Ex verbis tamen citatis probabile ducitur argumentum ad docendum clericos debere eſſe a tributis immunes, vt Hieronymus, ac etiam Auguſtinus duxere. Vt omittam, quod neque Chriſtus eo in loco aliquid proprie iubet, ſed ſolum ex hominum cōſuetudine docet regum filios eſſe a tributis exemptos. Quod autem Bonifacius Octauus dixit Clericos iure humano & diuino eſſe exemptos, non eſt loquutus definitiue, ſed alluſit ad exemplum de Ioſeph, quod B
habetur in iure diuino. Neque inde ſequitur, Principes ſeculares poſſe ſtatuere, vt clerici tributa ſoluant: quia iam fuerunt exempti, in quam exēptionem totus populus Chriſtianus conſenſit, a quo Reges quam habēt legum ferendarum poteſtatem proxime accepere: ac proinde iſta immunitas auferri nequit. Atque hæc ſunt quæ de ſtatuis pro meo inſtituto dicere habui: quæ etſi pauca videri poſſint, quod citationibus inutilibus paginam replere noluerim; tamen totam rei ſubſtantiam continent, & quæ ſcitu ſunt magis neceſſaria.

De iure regularum. *Diſput.* XV.

C

VT nihil relinquamus quod ad iuris humani & ciuilis partes cognoſcendas attinet, de regularum & rubricarum iure, quando de his etiam a Doctoribus diſputatur, nobis quoque ſcribendum eſſe exiſtimauimus: & quidem primo de regula, poſtea de rubrica. De regula diſputant iuris vtriuſque doctores titulo de regulis iuris, & in can. Regula, diſt. 3. De qua hæc a ſcriptoribus quæri ſolent, Quid ſit regula, quotuplex ſit, qualiter conſtituatur, quæ ſit regulæ poteſtas, id eſt, an faciat ius, quod ſit regulæ officium, & an exceptiones pertineant ad regulam. Et quia priuatim dubitari poteſt, an habeat vim iuris, cuius rei explicatio ad noſtrum inſtitutum pertinet, ideo hoc in dubium reuocauimus. Quod autem regula non faciat ius, ſic probatur. D

Ioā. Andr. Franc. Dyn. Boer. Archid.

Primo, regulæ ſunt veluti appendices & corollaria legum, leges ipſas conſequentia: non erunt igitur leges. Secundo, ſumitur argumētum ex ipſo titulo, qui eſt de regulis iuris: quia ſi regula eſſet ius, diceretur, De iure regularum, hoc eſt, de eo iure, quod regulis continetur. Tertio, ius debet eſſe certum & determinatum: at quæ regulis docentur, ſunt incerta, indeterminata, & vt loquuntur, regulæ multas habent fallentias: ſi igitur fallunt, iuris nomen non merentur. Vt huic dubitationi ſatisfaciam pono hæc fundamenta.

Primum fundamentum in quo de nomine & definitione regulæ agam. Regula dicta eſt a regendo, quod regat, & in agendo errare non ſinat, dum

D. 3 can. regula.

recta

A recta ducit,& a recto recedere non patitur;quaſi menſura regens. Regula proprie deſignat artis inſtrumentum,quo rectæ ducuntur lineæ,& quæ diſtorta,& inæqualia ſunt emendantur. Tranſlate ſignificat compendiariam ac breuem recte agendi,aut cognoſcendi normam. Quo modo dictum eſt a Cicerone,prudentis hominis rationem eſſe iuris, atque iniurię regulam. *Lib. 1. de leg.* Hic tranſlate ſumitur,vt deſignat,breuem aliquam doctrinam,ſiue ſententiam, cuius notitia ad iudicium de multis rebus ferendis confert; vt iſta, qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur ; & hæc alia, Nemo videtur defraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. Quam hunc in modum Venuleius finiuit,Regula eſt,quæ rem quæ eſt,breuiter enarrat;hoc eſt,vt, *l. 1. ff. de reg. iur.* Dynus exponit,ius aliter in varijs partibus iuris conſtitutum breuiter reci-
B tat. Vt ecce,ſingulariter conſtitutum eſt,vt piſces occupantibus concedantur: *Præm. in reg. iur.* item lapilli in mari inuenti: item aues, cum iſta in nullius bonis ſint: Ex quibus caſibus ſingulariter definitis, generalis colligitur regula, quod *l. 3. ff. de acqui. rer. do.* nullius eſt, naturali ratione occupanti conceditur. Accurſius vero hoc modo finiuit, Eſt compendioſa doctrina, vel vnius caſus, vel plurium in quibus eadem ratio vertitur. Vel eſt generale axioma,ſiue pronuntiatum, ex cuius notitia & veritate multas facti ſpecies definire licet.Ex quibus colligeres qualis nam debeat eſſe regula,vniuerſalis nimirum,concepta & explicata vocibus & ſignis communibus affirmantibus, vel negantibus, vt *Cap. quia circa de princ.* omnis,nullus,vel etiam verbis indefinitis,quæ vniuerſalibus æquipollere ſolent : vt contingit, cum eadem eſt ſingularium & vniuerſorum ra-
C tio, & conditio.

Ex quibus colligeres, quod nam ſit regulæ officiũ, proprietaſve; quod *Dy. in præ* eſt plurium caſuum eandem rationem habentium, vnam numero generalem ordinationem facere. Eſt itaque regulæ rationes plures quæ in priuatis factis reperiebantur,vt in exemplo ſupra allato patet,coniungere. Vnde ex regula quattuor manant effectus. Primus,plures caſus ſimul rationis clauo coniungere. Secundus,regula ius conſtituit ijs in rebus,in quibus aliter diſpoſitum non eſt. *In reg.* Tertius,vt ex ea iudicari poſſit,vt fecit Gregorius, per hanc regulam, Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Et Alexander. Tertius per hanc aliam,Speciale mandatum derogat generali. *Cap. 2. de conſt.* Quartus, quod intentionem fundet : quam fundatam ha-
D bet,qui pro ſe regulam habet;vt alio planius dicetur loco. *Cap. 1. de reſc.*

Secundum fundamẽtum,regula iuris,& regula iuridica idem ſunt, ſicuti domus Pompei,& domus Pompeiana, vt præter alios adnotauit Bartolus: *Sebaſt. 2. p. q. 9.* At vero iſta verba, ſiue hic titulus, De regulis iuris duplicem poteſt *l. 1. ff de regu. iur.* habere ſenſum:vnum intranſitiuum, vt vocant;vt cum dicitur, perſona Petri,ideſt Petrus ipſe : Lumen fidei,ideſt, fides ipſa:alterum tranſitiuum; vt *Io. And.* cum dicitur donum Dei, ideſt,aliquid,quod a Deo datur. Ad rem,ſi genitiuus, Iuris, in dicto titulo ſecundo ſumatur modo, facit hunc ſenſum, de regulis ex iure iam conſtituto collectis: & ſic a iure ad regulam fit tranſitus: ſi vero primo accipiatur modo, hũc habebit ſenſum, regula eſt ipſum ius,& vim habet legis ratione illorum caſuum qui nondum in iure præ-

ceſſerunt,

Dy.loc.cit. ceſſerunt, & ante regulam non ſunt determinati, ſed per ipſam regulam A
finiuntur:& hoc modo regula & ius idem ſunt. In primo ſenſu regula ius conſtitutum recitat: in ſecundo vero ius facit.

Prima poſitio, regula reſpectu eorum quæ iam ſunt in iure determinata non facit ius. Ita Dynus in proemio de regulis iuris, & communiter cæteri doctores. Et ſic intelligitur quod Venuleius ait; Non vt ex regula ius ſumatur;ſed vt ex iure quod eſt, fiat regula. Secunda poſitio, regula reſpectu caſuum, qui ſunt a iure excepti, non facit ius:quia non clauduntur ſub regulæ diſpoſitione:Alias enim ſpeciei derogaretur per genus: cum tamé, vt Papinian. ait, in toto iure generi per ſpeciem non derogetur.

l. in toto ff. de iur.

Tertia poſitio, reſpectu eorum caſuum in quibus eſt eadem ratio, ſiue æquitas, quæ eſt in illis iam lege determinatis, qui tamen non ſunt in iure B
expreſſi, regula facit ius. Eſt communis Doctrina; & patet ex ijs quæ in primo diximus fundamento. Et ratio eſt manifeſta; quoniam recta ratio non patitur, vt in ſimilibus diſpoſitio ac determinatio ſit diuerſa.

Solent etiam Doctores hunc in modum huic difficultati ſatisfacere. Si conſtitutio legis præcedit regulam;tunc regula non facit ius: ſi uero caſus non ſunt determinati, & eadem militat ratio, ius facit, cum Ratio ſit legis anima:ſi uero ius non ſit ante regulam conſtitutam, tunc regula ius eſt; vt accidit in regula Catoniania, quæ de nouo conſtituit, quid ſentiendum ſit circa legata inutilia:quæ conſtitutio dici poteſt regula, ſed minus proprie, vt aliqui volunt.

Seb. Med.

Quarta poſitio, quamuis exceptiones regulæ non contineantur primo C
& per ſe ſub regula, tamen ad eam aliquo modo pertinere videntur.

Primum patet: quia exceptiones derogant regulæ:reſpectu quarum ſuũ amittit officium:vnde Sabinus de regula loquendo aiebat, quæ ſimul cum in aliquo uitiata eſt, perdit officium ſuum;hoc eſt, plures caſus una ratione finire:at exceptiones non coniunguntur. Alterum probatur: quia dum exceptiones afferuntur, regulam in alijs caſibus uim habere demonſtratur. Atque ex his quæ diximus, quid in re propoſita ſentiendum ſit, ſatis plene pro noſtro inſtituto docuimus. Argumenta facile ſoluuntur ex dictis.

De iure rubricarum, an rubrica faciat ius. *Diſput. XVI.*

Ioã. Andr. de cler. coniug. Abbas c ex parte, de appel. Bal rub de ſum. tri. & fid. Enerar. in loco a Rubro.

QVONIAM a Iuriſperitis non ſolum ijs quæ in lege aliqua cõ D
tinentur, ſed etiam earum titulis, ſiue inſcriptionibus, quas rubricas nocant, quod rubrica, hoc eſt terra, rubri coloris notari ſolerent, nonnihil auctoritatis tribui ſolet, a quibus etiam argumẽta ducunt, & per eas rubrum, hoc eſt legem ipſam nigro atramento exaratam declarant;ideo de hac etiam iuris particula aliquid dicendum duxi. Et quod rubricæ nullius ſint auctoritatis, & per eas leges declarare non liceat, ſic probo.

Primo, quia nullibi uidetur expreſſum, vt tituli uim legis habeant: quare, cum non ſint approbati, vim legum non habebunt. Secundo, actus agentium

A tium nihil efficiunt præter intentionem eorum qui agunt: at intentio eius *Io. Franc.* qui rubricam ſcribit, eſt ſolum deſignare quid in nigro contineatur; non au *Ozerius,* tem aliquid decernere; igitur. Confirmatur; quia relatum dicit ordinem *rub. de act.* ad id quod refert: at rubrica habet ordinem ad legem ſtatuentem; lex igitur *Gl. c. ſuper* ſola attendenda eſt. Tertio, a pari, ſi in protocollo notarij eſſet rubrica ali- *grat. de off. dele. lib. 6.* cuius teſtamenti, quæ diceret, Inſtrumentum uenditionis factę per Sempronium a Titio tãto precio, de tali re, & inſtrumentum non extaret, talis rubrica nullam fidem faceret; igitur. Denique communiter dicitur, attendendam eſſe legem, quando rubrica eſt ſpecialis: at cur non eſt etiam attendenda quando eſt generalis, cum eadem uideatur ratio? non erit igitur iſta doctrina firma.

B Ad hanc difficultatem Doctores reſpondent quibuſdam ſuppoſitis diſtinctionibus, quæ ſunt fere iſtæ. Prima, aut rubrica eſt authentica, aut non cuiuſmodi ſunt in iure Canonico Decreti rubricæ. Secunda, aut rubrica cõtinet ſenſum, ſeu orationem perfectam, vt, eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur: aut non; vt, de fonte, de riuis, vti poſſidetis. Tertia, aut rubrum eſt contrarium nigro, aut non eſt contrarium: & tunc; aut omnino æque patet, aut certe unum excedit alterum, quia generalius, aut ſpecialius loquitur. Quarta, aut rubrica ſtat materialiter, hoc eſt diſponit aliquid, quod *Ozer.* in nigro continetur, aut ſolum ſignificatiue; hoc eſt ſolum indicat id quod in nigro agitur; quæ diſtinctio non uidetur diſcrepare a ſecunda. Quinta, aut continet ſententiam negatiuam, vt, lite pendẽte nihil innouetur: aut

C affirmatiuam: vbi quæri ſolet, an rubricæ negatiue conceptæ renũciari poſſit. Poſtrema, rubricæ duplici fere modo concipiuntur: primo, cum particulis, Ne, Vt, & ſimilibus, & tunc ſolent eſſe perfectæ: aliquando, cum particula dubitatiua, An, & tunc procedunt per modum quæſtionis, & non decidunt, ſicuti & nonnullæ aliæ. His notatis, has ſubijcio poſitiones.

Prima poſitio, rubricæ poſſunt facere ius. Communis eſt ſcribentium doctrina, vt ex Euerardo conſtat: & ideo paſſim Iuriſperiti argumentantur ex rubricis, & per eas leges exponunt. Quas approbaſſe uidetur Imperator *§. Quib. 1.* cum leges ſub congruis titulis poni mandauit. Adde, quod dantur rubricę *conſt. C.* quæ re uera aliquid diſponunt: iuris igitur vim habebunt. Vnde inferres, *Ozer. nu. 25.* rubricam pertinere ad textum, vt nonnulli uolunt. Intelligenda eſt allata

D doctrina de rubricis approbatis. Secunda poſitio, ſi rubrica ſit contraria nigro, potius nigro ſtandum erit, cum ſit poſterius, & ita ipſa non faciet ius *Ozer. tit.* ſed conandum eſt, vt concilientur, ſi fieri poteſt: ſunt tamen qui dicant, non *de act. nu.* poſſe dari rubricam quæ ſit legi contraria: quod accidere poſſet in rubricis *67.* inſtrumentorum, quæ a notariis fiunt. Quod ſi caſus eueniret, quid faciendum ſit, vide apud Doctores. Tertia poſitio, quando rubrica concipitur per modum quæſtionis, ſeu quando ſolum indicat, quid in nigro agatur, vel quando non continet orationem perfectam, non uidetur facere ius. Doctrina eſt communis, cui hæc fauet ratio; quia tunc nihil diſponit. Vnde a ſenſu contrario inferres, tunc facere ius, cum oratio eſt perfecta, vel materialiter cõcepta, vt eſt hæc, Nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti humi, vel

in ſilice,

in ſilice, aut in marmore, aut inſculpere, aut pingere: hæc, Ne ſanctum baptiſma reiteretur. Hæc vero non item, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur: item, hæ vbi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit: An ille qui interfecit fratrem domini ſui, feudum amittat? Ex quibus cauſſis maiores in integrum reſtituantur. Quo loco nota rubricam facere orationem perfectam, eo modo quo dicerent Dialectici, quia perfectum gigneret ſenſum in audientis animo: non tamen dicetur perfecta eo modo quo a legiſtis in hac materia ſumi uidetur. Quoniam in præſentia, eam puto cenſeri perfectam, quæ ſit ita concepta, vt aliquid decernat. Loquor autem hoc loco de rubrica ut uim legis habere poteſt, non autem vt ab ea ducuntur argumenta. Quarta poſitio, rubrica generalior nigro, non reſtringitur per nigrum, ſed textus redditur generalis per rubricam generalem, & ita unum non reſtringitur per aliud, ſed declaratur. Quare, ſi in rubrica ſtatuti diceretur, Extantibus maſculis fœminę non ſuccedant; nigrum uero habeat quod ab hæreditate matris excludantur, ab omnibus cenſerentur excluſæ, ob rubricæ generalitatem. Quincta poſitio, leges quæ ſub vna generali rubrica continentur, cenſentur eſſe eius naturæ cuius eſt rubrum; ac proinde iuxta rubricam intelligendę & explicandę ſunt. Ita Gloſſa cap. primo, & cap. ſuper gratia, de officio deleg. lib. ſexto. Vnde exequutores & conſeruatores cenſentur habere poteſtatem delegatam, quia ponuntur ſub titulo de officio delegati. Sexta poſitio, a rubrica etiam imperfecta variis modis argumentari licet, & vt aliqui docent, etiam ad cauſſarum deciſioné, ſed indirecte: de quibus uide, ſi placet Eneradum & alios; Neque enim noſtrum eſt hoc loco eos explicare: Apud quos etim uidere licet, An rubricę per negationem & prohibitionem concepiæ renunciare liceat.

Ad primum, iam diximus fuiſſe appobatas, cum iuſſum eſt, vt leges ſub congruis ponantur titulis: & qui leges approbat, earum etiam titulos approbare uidetur. Ad ſecundum licet, vl plurimum, tituli idem ſignificent, quod lex ipſa: tamen interdum etiam diſponunt, & continent aliquid amplius, quam leges & cõtra: vnde patet etiam ad confirmationem. Ad tertiũ, non eſt par ratio de legis rubrica, & de caſu poſito; quia ex illa inſcriptione non poteſt intelligi quid in illo inſtrumento contineretur; cum ſit caput ſine corpore: ex cuius inſpectione quæ magnitudo, quæ qualitas eſſet corporis intelligi non poteſt. Ad quartum, hoc argumentum ſoluitur ex ijs quæ dicta ſunt. Atque hucuſque de omnibus iuris humani partibus dixiſſe pro meo inſtituto volui. Sequitur vt de iure canonico & ciuili, in quibus omne ius continetur humanum, aliquid dicamus.

In 6. Feud. Dig. Ozer. nu. 47. & 48. Seb. Med. Cagn. & cõmunis. Euer. n. 4. Ozer. in rub. de act. nu. 40. & 44. Euer. in fine loci a rubric.

A B C D

Libri Noni finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER DECIMVS,

In quo de iure Pontificio, & Imperatorio, ſiue Romano, deque legum diuerſarum comparatione agitur.

De iure canonico, ſiue pontificio. Diſput. I.

A DIXIMVS de iure humano vniuerſe, deque omnibus eius partibus ſpeciatim: illud conſequens videtur, vt de libris, ſiue de corpore in quo continetur, aliquid dicamus, nimirum de Codice iuris, tum canonici, tum ciuilis, cum omne humanū ius his duabus contineatur partibus. Et primum de Pontificio, vt de nobiliore agemus: de quo primo eius cauſſam demonſtrabo: deinde partes pro ratione librorum & rerum quas continet. Et cum hic nulla occurrat dubitatio, quæ dicenda ſunt, poſitionibus complectar.

B Prima poſitio, ius illud quod ad religionem Chriſtianam cultumq; Dei pertinet, his fere nominibus appellatur, eccleſiaſticum, canonicum, pontificium, ſiue pontificale, & ſacrum. Dicitur eccleſiaſticum ab Eccleſia: eccleſia autem nihil aliud eſt, quam fidelium congregatio ſub vno ſummo paſtore Chriſti vicario ad verum Deum vero cultu colendum. Canonicum, hoc eſt regulare; a voce græca, Canon, quæ translate idem valet, quod latine, regula: translato nomine ab agina, ſeu æquilibrio. Vocatur nanque a Græcis κάνων, quod ſtateræ lancem dirigit, & ad æqualitatem reducit: ita nomen hoc, regulæ & legi conuenit. Eſt enim νόμος, vt Menandro placet, δικαίου, καὶ ἀδίκου κριτὴς. i. lex iuſtorum & iniuſtorum index. Itaque canon Contrad.
C eſt eccleſiaſtica ordinatio, qua de cultu ſacrorum, deque ſacerdotum officijs & moribus a ſacerdotali poteſtate aliquid conſtituitur. Dicitur pontificium, aut pontificale a Pontifice, quo nomine ſummus in religione deſignatur Magiſter, ſupremaque poteſtas: a qua poteſtate faciendi ſiue ſanciendi, & approbandi quæ ad res ſacras pertinent, Pontifex nominatur; nimirum, a poſſe & facere, vt Scæuolæ placuit. Hoc itaque nomine deſignatur Antiſtes cæremoniarum, & publicæ religionis magiſter, qui ſacerdotibus præeſt, publicuſque ſacerdos: ſed interdum hoc nomen tribuitur etiam inferioribus ſacerdotibus, quos Epiſcopos, a verbo græco epiſcopin, quod conſiderare & ſpeculari ſignificat, & latine Speculatores appellamus: apud veteres

nomen erat magiſtratus ad quem eorum quę ad victum ſunt neceſſaria cura pertinebat. A
Apud omnes itaque populos, in omni ſæculo fuit aliquis religionis cultus, ſacerdotes, & eorum aliquis ſummus magiſter, apud quem fuit poteſtas legis ſanciendæ, iudicandi, præſertim in ijs quæ ad religionem pertinent; vt hac in parte non modo inuidi, ſed etiam ignorantes, & impij ſe eſſe omnino demonſtrent, qui Pontificiam auctoritatem a rep. Chriſtiana auferre uolunt, aut ab aliquo priuato homine aliquando introductā fuiſſe putant: cum hoc poteſtatis genus, etiam naturæ lumen, & ius gentium agnoſcat. Apud Aegyptios teſte Aeliano, Sacerdotes iudices erant: apud Gallos Druidæ, qui pene de omnibus controuerſijs cum publicis, tum priuatis iudicabant. De Romano Pontifice a Numa Romanæ religionis auctore res eſt manifeſta, cum ex multis auctoribus, quantum etiam in ciuili administra- B
tione poſſet, cognoſcere liceat: apud quē etiā legū ſcientia & interpretatio erat. Idem referunt, qui de Inſulanis, & populis nationibuſque recens inuentis ſcribunt. De Hebræorum Pontifice nihil eſt quod dicamus, cum paſſim in diuinis literis legamus, quantum, etiam in iudicijs, haberet facultatis. Quare, non eſt cenſendum Chriſtum reliquiſſe ſuum Pontificem omni poteſtate deſtitutum: quam poteſtatem poſtea multi Imperatores approbarunt, & amplificarunt, vt Philippus, Conſtantinus, Valentinianus, Theodoſius, Iuſtinianus, & alij. Solet etiam lex pontificia appellari, conſtitutio, decretalis, decretum, ſanctio, dogma, mandatum, & interdictum: inter quæ nomina aliquid diſcriminis aſſignari ſolet.

Lib. 14. cap. 34. Caſar. lib. 6. cōmen. Feneſt. Liu. lib. 10 dec. 3. Diony Halic. Pli. lib. 13. cap. 13. Tho. Mor. Leo Bap. Albert. Leu. 13. Gloſſ. in proœ. decr.

Secunda poſitio, Ius canonicum, eſt ius poſitiuum ab Antiſtitibus eccle- C
ſiæ catholicæ conſtitutum, vel approbatum: vel cum alijs dicas, Ius canonicum eſt, quod ciuium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit: vel certe eo modo deſcribas, quo paullo ante, Canonem definiuimus. Hoc ius conflatum eſt ex ſacræ paginæ præceptis, ex conciliorum, tum uniuerſaliū, tum particularium decretis, tum ex reſcriptis & epiſtolis ſummorum Pontificum, tum denique ex ſanctorum patrum doctrina: aſſumit etiā interdum aliquid ex iure naturali & ciuili. De huius iuris poteſtate vide multas auctoritates & ſententias apud Gratianum diſt. 15. ad 18.

Ioan Pan. Lanc.

Tertia poſitio, hoc ius partim ſcripto, partim non ſcripto conſtat. Inter iura ſcripta ſunt canones, decretales, decreta, extrauagantes, & Regulę cancellariæ Romanæ, quæ iuris ſcripti ſpeciem habent; verum cum non ſint D
leges generales, ſed quaſi locales, ideo non durāt, nec uim habent poſt ſancientis obitum, niſi a ſubſequente Pontifice confirmentur & cancellariæ interpretatio facit ſtylum haberi pro iure. Harum regularum primus auctor habetur Ioannes 22. ante quem cancellariæ negocia uiuæ uocis mandato & ſtylo expediebantur. Erat enim iam introducta cancellaria a Lucio Tertio, qui de ea aliquando mentionem fecit. Inter iura ſacra habentur nōnullæ pragmaticæ Gallicanæ, vt P. Gregorius ſcribit. Ius Pontificium non ſcriptum conſiſtit in conſuetudine eccleſiaſtica, vt ſunt conſuetudines quædam ieiuniorum, cæremoniarum, &c. quæ ſeruandæ ſunt: conſiſtit etiam in ſtylo Romanæ curiæ, & Pontificis conniuentia interdū eſt inſtar iuris. Rurſus hoc

Gomeſ in reg. Canc. Go. i proœ. Petr. lib. 1. rerum me. mor. c 5. C. a. ad hac de reſc. Circa annū 118. Tit. de cōſ. diſt. 11.

A ſus hoc ius diuiditur in ius commune & ſpeciale ſtatutorum: appellatione *Cap. cũ de*
iuris communis ea tantum ueniunt, quæ in corpus iuris redacta ſunt; cuius *lec. de con-*
auctores & partes ſtatim ſubijciemus. *ſu.*

Quarta poſitio, quamuis ius canonicũ noſtræ religionis ab eccleſiæ in- *Sabellic.*
cunabulis, vt alibi ſcripſi ortum habuerit: tamẽ, vt aliqui ſcribunt priuatim *Volater.*
publicatum fuit ab Hilario Pontifice 46. anno dñi 463. tempore Leonis Im *Platin. in*
peratoris. Idem poſtea fecit Agatho temporibus Conſtantini, & alijs qui *eius uita.*
eum ſequuti ſunt. Cæterum, illis primis temporibus canones non eran *Can. ſic oẽs*
digeſti, qui poſtea in certum ordinem redacti fuere. *d. 19.*

Quinta poſitio, canonum collectores hi fuere. Primus Iſidorus Hiſpa- *Can. non debet. d. 12*
lenſis, qui vnum volumen ſacrorum canonum confecit, iuxta Pontificum *Anno Domini 650.*
B tempora. Secundus fuit Burchardus Vuarmacienſis Epiſcopus antea Be- *D. 19 c. 2.*
nedictinæ familiæ monachus: qui magnum confecit volumen, quod in vi- *Tritem.*
ginti libros digeſſit. Tertius, Iuo Epiſcopus Carnotenſis, qui ex ſanctorum *Anno Domin. 1006*
canonibus aliud compẽdioſum formauit decretum, quod in octo libros di *Anno*
uiſit: quo Iuriſperiti ante Gratiani opus utebantur: quod poſtea ab Hugone *1090.*
Cathalano ad breuitatem fuit redactum. Fit etiam mentio apud Gratianum *Can. ſan-*
de decretis a Fulgentio collectis. Quartus, Gratianus Hetruſcus monachus *ctorũ § cũ*
ſancti Benedicti, qui ingens conflauit volumen ex veterum ſtatutis, & ſcri- *ergo d. 63.*
ptis, quo nunc utimur: Quod inſcripſit Cõcordia diſcordantium canonum
libri quattuor. Hic auctor anno Domin. 1050. tempore Alexandri III. vel *Tritem.*
ut Antonino placet, ſub Eugenio III. floruit, cuius opus aliter nũc inſcribi *Volat.*
C tur & diuiditur, vt poſtea docebo. Quintus, Raymũdus Cappel. Greg. IX. *Gloß. can.*
eiuſdem Pontificis iuſſu, confecit aliud uolumen ex epiſtolis decretalibus *poſt appel.*
Pontificum potiſſimum collectum, vnde & nomen accepit reiectis ſuper- *2. q. 6.*
fluis, quę in prima quadam compilatione erant. Quo fit, vt in Decretalium *Anno Domin. 1225*
contextu ſæpe inueniantur uerba, Et infra, quibus uerbis menemur, omiſ-
ſam fuiſſe epiſtolarum narrationem, & ea ſuccisa, ad reſolutionem reſcri-
pti, ſiue epiſtolæ, veniri. Ideo autem inſerta ſunt principia; quia antiqui- *Ioa. Andr.*
tus a gloſſis ſic citabantur. Sextus poſt annos circiter ſexaginta Bonifacius *c. nobis de*
Octauus Anagninus, alias rurſus decretales in ordinem redegit. Qui fue- *iur. patr.*
rint harum decretalium dicti Pontificis iuſſu collectores, in earundẽ proœ- *Anno*
mio circa medium narratur. Septimus, Clemens V. qui Bonifacio ſucceſ- *1295.*
D ſit, is poſt duos annos alias conſtitutiones collegit, & ordinauit; quas ſub
eius nomine Ioan. XXII. promulgauit, & approbauit. Is etiã Pontifex col *In proœm.*
legit quaſdam conſtitutiones ſiue epiſtolas, quæ vagabantur, nec in prædi- *Clem.*
ctis uoluminibus locum habebant. Quibus nonnullæ aliæ quas commu-
nes uocant adiectæ fuere. Deniq; noſtra ætate noua facta eſt Pontificalium
conſtitutionum decretorumque collectio.

Totum itaque iuris canonici corpus nunc tribus uoluminibus contine-
tur; quorum primum Decretum Gratiani appellatur, de quo nonnulla no-
tanda ſunt. Primo, hoc volumen in tres diuiditur partes: Prima procedit
per diſtinctiones & capita, quæ nomine canonis citantur, & centum diſtin-
ctiones cõtinet; quarum ſummam habes carminibus comprehẽſam in eo-
dem

dem volumine,ſicuti & aliarum partium. Secunda procedit per cauſſas, id A
eſt per materias, & quæſtiones, quæ in canones, & hi in paragraphos ſunt
diſtincti. In hac parte,quia in cauſſa 33.quæſtione 3.fit mentio de cordis cō
tritione,interſeruit auctor doctrinā de pęnitentia, quæ procedit per diſtin-
ctiones, & capita:quam particulam putant aliqui fuiſſe ſeparatam. Poſtea
ſequuntur aliæ cauſſæ,vſque ad 37.Tertia,quæ inſcribitur,de conſecratio-
tione,quod in ea tradatur doctrina quæ pertinet ad ſacraméta:hæc pars pro
cedit per diſtinctiones,& capita,ſiue canones. Secundo,de hoc volumine
Ceſner, in biblioi. dubitari ſolet,an fuerit ab ullo Pontifice approbatum,ita ut uniuerſe aucto
ritatem canonici iuris habeat; quidam putant fuiſſe approbatum ab Euge-
nio Tertio,vt habetur in eius uita poſita ante ipſum uolumen. Alij dicunt
hunc librum fidem facere exceptis ijs quæ de ſuo dicit Gratianus, & quæ B
tanquam paleæ adiecta ſunt a quodam alio:& ita cenſentur approbata capi
tula illa in quibus dicta patrum & ſanctorum cōtinentur:non quia ibi ſcri-
Pan.c.continetur, de diſpampu. Riparius. c.2. de reſcript. Curt.iun. Gloſ c. Euphem.2.q.3. pta, ſed quia alioqui recepta ſunt. Et hoc pacto intelligendi ſunt qui dicūt
fuiſſe approbatum,vt Archid.Hugo Andreas Siculus,Ioa.Adr.Imola,Fede
ricus Senenſis, & alij. Vbi nota,Cardinalem quendam Gratiani diſcipulū
dictum Quotapaleam, vt hunc magiſtri laborem coram ſummo Pontifice
ſibi arrogaret,Gratiano codici addidiſſe quaſdam rubricas,& capitula quę-
dam,quæ tantum habent actoritatis,vt quidam ſcribunt, quantum ratione
utuntur;quæ capita,Palea uocantur. Vel uniuerſe dicas,tantum ea quę ex
hoc volumine citantur habere auctoritatis,quātum habet auctor ille,a quo
ſumuntur.Quare uidendum erit,an doctrina ſit alicuius doctoris,an Con- C
cilij,an ſacræ ſcripturæ.Et licet de approbatione non conſtet,tamen in ſcho
lis legitur,& adducitur,ac fidem facit,vt Abbas cap.2. de reſcriptis notat.
Vnde pro ratione auctorum a quibus decreta ſumuntur, maior, vel minor
erit auctoritas,cuius hi notantur gradus. Auctoritas ſacræ ſcripturæ, Pon-
tificum,Conciliorum, ſanctorum patrum Imperatorū, ſiue iuriſperitorum
Medic.p.3.q.3. ipſius Gratiani,& Paleæ,quæ tamen vt palea reijci ſolet. Vbi nota leges ci-
uiles in hoc opere inſertas,nō accepiſſe legis canonicæ uim,vt quidam do-
cent. Tertio in legendo hoc volumine animaduertendum eſt,multis in lo
cis eſſe mendoſum,& quoſdam canones non citari ſub nomine ſui aucto-
ris,vt infra planius dicetur: uerū Gregorij XIII. diligentia emendatius in
A Greg.ix. in proœm. decret. lucé venit. Secundum uolumen Pontificum decretales continet,& Decre- D
tales inſcribitur,habetq; iuris canonici approbationem. In hoc uolumine
hæc ſeruata fuit methodus. Proceditur per libros,titulos,capita, & interdū
per paragraphos,citatur tamen per titulos,& capita.Tertium uolumen con
tinet Bonifacij,Clementiſque conſtitutiones,quibus acceſſere extrauagan-
tes. In prima igitur huius tomi parte quinque libris eodem ordine, & iiſdé
titulis continentur Bonifacij conſtitutiones: ſed vt diſtinguantur a Grego-
rianis,additur,In ſexto,vel libro ſexto,nam hi quinq; libri additi ſunt qua-
ſi unus liber ad quinque libros Conſtitutionum Gregorij, & ideo uoca-
tur,ſextus. Clementinæ etiam procedunt per libros,titulos,& capita,quæ
ſub nomine Clementinarum citantur.His ſuccedūt extrauagantes viginti
Ioan.

A Ioan. XXII. ſub quibuſdam titulis & capitibus, quæ integræ ſunt. Denique
ſequuntur extrauagantes communes, per libros, & titulos capitaq; diſtin-
ctæ. Continetur et Ius Pontificale recentiorum Pontificum in quodam vo-
lumine, quod Bullarium nominatur; in quo habentur Bullæ a Greg. VII.
ad Gregorium XIII. cui recens adiectæ ſunt Bullæ Sixti V.

Ad ius hoc facilius percipiendum quidam fecerunt Inſtitutiones, qui-
bus omnibus præferendæ ſunt illæ nūquam ſatis laudatæ a Ioanne Paullo *M. Ant.*
Lancelotto æditæ: quas etiam pulcherrimis gloſſis ornauit, & quibuſdam *Cucchus.*
additionibus auxit Antonius Timotheus meus diſcipulus, mihi ob ingenij
præſtantiam, morumq; candorem, ac ſingularē in me beneuolentiam ca-
riſſimus, & vnice dilectus: qui, etſi iamdiu e vita diſceſſit, nunquam tamen
B ex meo animo effluxit, aut effluet. Tribus itaque iam explicatis volumini-
bus ius commune canonicum incluſum habemus: quæ autem in illis non *Diſt. 3. c. 2*
habentur, ad ius ſpeciale pertinere dicuntur: vt etiam indulta ratione cer-
tarum perſonarum, rerum, aut locorum. Quare, ſi ſpeciale ius cum commu
ni concurrat, ſpeciale potius eſt ſequendum; cum per ſpeciem derogetur
generi. Solent dubitare doctores, an leges ciuiles inſertas iuri canonico ap-
probato, vim habeant canonum, & communiter docetur, legem cenſeri ca
nonizatam, vt loquuntur, cum in canone reperitur inſerta. Rurſus dubi-
tãt de Extrauagãtibus, an debeāt pro iure ſeruari, & quidam diſtinguendo
dicunt, ante publicationem, cum ſunt incertæ, ſolum obligare in curia: at
vero poſt promulgationem, ſententia contra eas lata eſt nulla. Solet etiam a
C quibuſdam quæri, ſed fruſtra, vt nonnulli ſcribunt, an decretalis præfera-
tur canoni; cum eiuſdem ſint auctoritatis, & poſteriores leges explicēt prio
res, vel derogent illis: de qua re qui volet, Alciatum conſulat. Qua autē ra-
tione ex iure canonico, ex Pontificum, conciliorumq; decretis, & ex Patrū
doctrina argumentari liceat, & qualia inde ducantur argumenta, libro 5.
Introductionis in ſacram Theologiam explicuimus, hunc locum conſule.
Quod ſi in negotijs agēdis iuris Pontificij auctoritate deſtituamur, recurre
mus ad auctoritates ſanctorū patrum: ducemuſq; argumenta ex iure ciuili,
licet non liget perſonas eccleſiaſticas, niſi eccleſia illud inuocet, aut in ec-
cleſię fauorem ſit latum. Nec. n. ſacri Canones dedignantur ſequi leges, nec
contra, hæ canones: & ita duo gladij in una Dei ditione ſeſe mutuo iuuant.
D Legibus deficientibus, ad naturales rationes confugiendum erit: poſtea ad
interpretum ſententias, licet non ſint neceſſariæ, ſed tantum probabiles. In-
ter interpretes primus locus debetur deciſionibus Rotæ; ex quibus tamen *Cap. Nud.*
Iudex non tenetur ſententiam ferre, cum etiam ipſi Auditores contra eas iu *de offi. leg.*
dicent. In quorum Collegio ſuperioribus annis, tanquam quoddam ora-
culū, habitus eſt Reuerendiſſ. Fabius Accorābonus Rotæ Decanus, vir do
ctrina & moribus ſingularis. Quod ſi ſæpius idē eodē modo iudicaſſent, iā
ſtylus ſiue vſus cenſeretur introductus, Sic & leges Cancellariæ probatę le
gis vicē habēt. Deinde proximus locus dabit̄ cōmuni opinioni, q̄ potiſſimū
ſequēda erit, ni pro minus cōmuni, ſint rōnes firmiores, vel talis opinio ma
gis cū ratione cōſentiat. Si de priuatis loquamur interpretib. quidā Inn. IV.

Ee primum

primum tribuunt locum, & iuris Patrem appellant. Alij Panormitanum A
præferunt, quem iuris Regulam vocant; & hunc vnum pro pluribus habendum putant.

Definiuntur variæ iuris Canonici formæ, atque nonnullæ ad illud recte explicandum vtiles traduntur admonitiones. Diſput. II.

QVONIAM vero ius Pontificale varijs formis traditur, ac etiam varijs appellationibus eius partes nominantur; idcirco hoc loco eas breuiter recenſere ac deſcribere non ab re fore iudicaui: quarum tamen appellationum nonnullæ ſunt cũ iure ciuili communes; quibus expoſitis, quaſdam ſubijciam admonitiones ad eiuſdem iuris explanationem non inutiles. B

Can. conſt. d. 2. Conſtitutio, eſt lex, quam ſummus Pontifex, aut alia ſuprema poteſtas ſola proprio motu conſtituit.

Canon, proprie eſt conſtitutio facta in vniuerſali Concilio, late autem pro omni eccleſiaſtica conſtitutione ſumitur. Decretum, eſt cõſtitutio Papę cum conſilio Cardinalium ad nullius conſultationem edita. Dicitur etiam decretum id quod ſiue iudex, ſiue Princeps ſedens pro tribunali facta examinatione controuerſiæ, ſtatuit in cauſſa propoſita. Decretalis epiſt. eſt Pontificis conſtitutio ad alicuius conſultationem promulgata. Sanctio, proprie *Can. ſi om- nes d. 19.* eſt conſtitutio pęnalis: late omnem conſtitutionem, a Pontifice, vel Imperatore factam, deſignat: & latiſſime totius iuris collectionem. Dogma, eſt lex docens fidei ſcientiam veram: generaliter tamen ſumitur pro cuiuſque C
ſectæ decreto. Interdictũ, eſt lex prohibitoria ſimpliciter: interdicere enim eſt denunciare & prohibere. Mandatũ, eſt lex quæ mores tantum continet: late omnium legum præcepta mandata dicuntur: ſpeciatim quæ dantur iudicibus ad bene gubernandas prouincias. Concilium eſt cõgregatio Prælatorum eccleſiæ facta ab eo qui habet auctoritatem publicam ad maiora Eccleſiæ negocia peragenda; vel hoc modo. Eſt congregatio præſulum Eccleſiæ in Dei nomine, ad dogmata fidei & morum decernenda præcipue facta. Quod eſt, vel vniuerſale, vt eſt illud qđ auctoritate Põtificis omnib. epiſcopis conuocatis fit, vel Prouinciale, qđ a Primate, vel a Patriarcha, aut ab Archiepiſcopo, cũ ſuis ſuffraganeis habet: vel ſynodale, qđ ab vno epiſcopo cũ ſuis clericis celebratur: q̃ eccleſiaſticæ conuocationes & cœtus indifferẽter concilia & Synodi nominãtur. Reſponſum, ſacrorũ ſcriptorũ, eſt D
ſanctorũ patrum dictum, ad interpretandum, ſeu reſpõdendum prolatum, & in corpore iuris incluſum. Motus proprius dicitur, cum Pontifex, ſiue Princeps nullius intercedente conſilio, aut ſuaſu aliquid facit: qui & Adnotatio in iure ciuili dicitur; Præceptũ, idem videtur eſſe quod mandatũ, vt a ſuperiore præcipitur: Sunt tamen qui inter vtrunque nonnulla diſcrimina aſſignant: Edictum, eſt illud, quo ab aliquo magiſtratu, vel a ſuperiore ali- *Fel. c. eam de reſcr.* quid faciendum proponitur: ſiue edictum eſt generalis cõnſtitutio iubens aliquid, vel prohibẽs, eaque vniuerſalis, in formam legis promulgata; cuiuſmodi fuit illud, quod ab Auguſto de vniuerſo deſcribendo factum fuit.

Differt

A Differt edictum ab interdicto, vt cauſſa a cauſſato, ſumendo interdictum
pro iure proueniente a Prætoris edicto, & vt genus a ſpecie, ſi interdictum
ſumatur pro eo,quod a Prætore proponitur. Vbi nota,quādo Prætor aliquid
ſimpliciter proponebat, ſine certa verborum forma, vnde ſimplex oriebatur
actio, edictum dicebatur: at quando ſub certa verborum forma iubebat
aliquid fieri,vel prohibebat,quaſi inter duos dictando, edictum & interdictum
dicebatur. Quare edictū latius patet,quā interdictum. Eſt autē interdictum
duplex,alterum iuris diuini, alterum poſitiui, quæ vel publicam, vel
priuatam reſpiciunt vtilitatem. Pragmatica ſanctio, eſt conſtitutio Principis *Can. peruenit d. 102.*
ſuper cauſſa in conciſtorio Principis ventilata,quaſi cauſſę cognitione facta.
Extrauagans,ſeu extrauagantes conſtitutiones ſunt, quæ vagantur nec pro-
B prium locum in iure habent: quæ collectæ integræ ad finem codicum iuris
adiectæ ſunt. Quædam alia, vt reſcriptum,priuilegium,regula,& rubrica ſu
pra deſcripta a nobis ſunt. Quod attinet ad alteram huius diſputationis partem,
cum ea quę infra de legum ciuiliū interpretatione dicturi ſumus,etiam
ſacrorum canonum interpretibus poſſint eſſe vſui,ideo hoc loco ſolū quaſdam
priuatas ad ius canonicū recte intelligēdum admonitiones afferemus.

Prima admonitio,in aliquo canone decretove explicando,uidendum eſt
cuius nam ſit,an Pontificis,an concilij, alteriuſve ſcriptoris;ut diſcerni poſ-
ſit quanta ſit eius quod dicitur certitudo & auctoritas. Secunda, ſi canon ſit
alicuius Pontificis, uel concilij uniuerſalis,& approbati,uidēdum eſt an ex
intentione aliquid decernat,cum interdum Pontifices aliquid dicant,quod
C non ex profeſſo definiunt,ſed potius quid ipſi,aut alij ſentiant docent,ut fe-
cit Nicolaus primus,cū dixit, Baptiſmum collatum in nomine ſolius Chri- *De conſ. d.*
ſti valere, ubi cum Ambroſio ſenſit. Vnde in ſimilibus poſſunt decipi,& ex *4. can. A*
ignorantia errare. Quare, nō omnia quæ habentur in epiſtolis decretalibus *quodam.*
cōtinent determinationes de fide, cum interdum Pontifices,quid de aliqua *23. quaeſ. 7.*
re ſentiant,ſimpliciter doceant. Quod ſi Caſtro animaduertiſſet,nō dixiſſet, *can. Propoſuiſti.*
Celeſtinum habuiſſe quandam opinionem hæreticam. Tertia,uidendū eſt,
an Pontifex aliquid iubeat, an uero tenendum ſtatuat. Quia qui contra iuſ-
ſum facit, poteſt quidem peccare, ſed non errabit in fide. Vnde Cyprianus
non incidit in hæreſim cum Stephani Papæ ordinationi non paruit,de hære
ticis non rebaptizandis:quia Pontifex in ſua epiſtola nihil definiuit,ſed ſo-
D lum ordinauit, quid donec res definiretur, agi oporteret. Nec fortaſſe non
obediendo peccauit,quia probabili ignorantia potuit excuſari. Quarta,ui-
dendum eſt, an quod decernitur ad fidem & mores pertineat, quia in hoc
rerum genere,ſi Pontifex ex cathedra decernat,non poteſt errare,alias enim
tota cum ipſo laberetur eccleſia, atq; idem diceres de determinatione facta
ab uniuerſali,legitimoq;, & approbato concilio.Nam,ut pius ſcripſit Impe- *Euſ. libro*
rator,Conſtantium intelligo,quidquid in ſanctis Epiſcoporū concilijs de- *3. de uita*
cernitur, id uniuerſum diuinæ uoluntati debet attribui. Quincta,uidēdum *conſt.*
eſt, an conſtitutio contineat rē de facto; quia & ſi facta tum Pontificum, tum
conciliorum uniuerſe approbanda ſint, cum ſine maturo iudicio,nihil ſta-
tuant: tū in hoc genere,& Pontifices,& Concilia errare poſſunt,& aliquādo

 errarunt.

errarunt. Vndè errauít ſeptima Synodus damnando Honorium Papam tanquam hæreticum, decepta, ex ſexta Synodo, quæ vel corrupta fuerat, vel per errorem eundem damnauerat. Sexta, in his quæ pertinent ad forum conſciẽ & ad fidem, cauendum eſt ab opinionibus canoniſtarũ, vt alibi admonuimus; qm̃ in hiſce rebus facile errãt. Et ne hoc fruſtra admonuiſſe videamur, nonnulla ſubijciam eorũ errata. Primo errant, cũ docent, bonorũ decimam, quotam nimirũ iſtam, de iure diuino eſſe ſoluendã: cũ ſatis ſit pro locorum conſuetudine vt ẽt canones ipſi docent, aliquid perſoluere: & qđ errorẽ auget dicunt hac in parte Theologos eſſe hæreticos, ſed nõ minus impudẽter, quã ignoranter. Secundo, errant multi, dum dicunt, Pontificẽ poſſe diſpẽſare in iure naturali & diuino; vel certe male loquuntur, cum dicere debuiſſent, declarare. Tertio, clericos iure diuino exemptos eſſe a ſolutione tributorũ, B quæ Principi debentur: cũ hæc immunitas ex iure humano ipſis conueniat.

Cap. 1. de celeb. miſ. Quarto, numerum horarum canonicarum diuino iure eſſe determinatũ, in quo iuris alias inſignis interpres Panormitanus errauit; qui ẽt in eo lapſus eſt, quod putauerit fore vtile, ſi ſacerdotibus ius coniugij concederetur, *Cap. cum olim de cleric. cõiug.* id quod ẽt Eraſmo placuit; quod ẽ nullo modo aſſeuerandum eſt. Nam, licet cœlibatus non ſit de iure diuino ordinibus ſacris annexus: tamen, cũ ſit apoſtolica traditio nullo modo expedit, vt hac in parte fiat diſpẽſatio. Quincto, matrimonij ſacramentum nõn conferre gratiam; in quo etiam Durãdus lapſus eſt. Denique, ne plura ſubijciam exempla, Gloſſæ multis erroribus ſacros canones fœdarunt, ac proinde expurgandæ fuerunt. Quare in rebus quæ ad ius diuinum pertinẽt, potius Theologorum, quorũ eſt ius diuinum C tractare, quam Canoniſtarũ, qui in ſolis humanis legibus verſantur, ſequenda eſt ſententia. Sed iam quaſdam alias admonitiones ſubijciamus, quæ memoriæ mandandæ ſunt pro lectione decreti Gratiani. Septima, Gratianus ſæpe quæ de ſuo dicit coniungit cũ ijs quæ ab alijs accipit, ac proinde, cauendum eſt, ne quod eſt vnius tribuatur alteri. Exemplo eſſe poteſt, can. cũ igitur 35. q. 1. vbi, hæc verba, eccleſia, poſt, &c. non ſunt Auguſtini, ſed Gratiani. Qđ verum eſſe ex eo intelligi põt, ſi locus, vndè quæ dicit Auguſtinus ſu-*Lib. 15. de ciu. c. 16* muntur, legatur. Octaua, ſolet ſæpe, vni auctori id tribuere, qđ ab alio acceptum fuit, & ita vnum pro alio citare: ad quod cõfirmandum multa poſſem ſubijcere exẽpla: ſed ne hac in re immorer, admonuiſſe ſufficiat. Huc etiam pertinet, quod interdum citat ea, quæ in citato auctore non inueniuntur, vt D patet ex can. vltimo 36. q. 1. vbi affert quædã ex Hieronymo, apud quem ea inuenies nullibi. Sicuti ẽt illud Nicolai in epiſtola ad Michaelẽ Imperatorẽ, qđ ab eodem citatur. Itẽ, nec determinatio Zachariæ Papæ, quã affert, can. In Synodo de conſecr. diſt. 4. quæ non reperitur in epiſtola Zachariæ quæ nũc *Diſt. 22. can. omnes. epiſto. 29.* exſtat. Nona, interdum mendoſe legit, vt cõſtat ex can. cum ſocietas. 27. q. 2. vbi verbis, quæ ex Leone citat, addit particulam negatiuam, quæ remouẽda eſt. Vnde male hoc loco aliquando vſus eſt Caluinus, & ex can. In canonicis, diſt. 19. qui multo aliter habet, quam emendatus Auguſtini codex.

Lib. 2. de doct. c. 8. Decima, interdum citat concilia, & auctores, qui nullibi exſtant, vt patet ex can. quædam 32. quæſt. 7. vbi ponit doctrinam cuiuſdam concilij, cuius

A nec nomen quidem reperitur. Et quia, vt dixi, quæ de legum ciuilium interpretatione poſtea dicturi ſumus, poſſunt eſſe vſui ad ſacros canones explicandos; ideo has priuatas admonitiones attuliſſe ſufficiat.

Proponuntur capita, loci ue communes totius iuris canonici.

Diſputat. III.

ALICVIVS artis operiſve ſumma capita habere perſpecta, eſſe maxime vtile, prudens negaret nemo. Cum ergo in hoc noſtro Tractatu ſcopus ſit, omniũ legum vniuerſam tradere doctrinam; propterea viſum eſt, in quadam tabella, totius iuris canonici capita breuiter ob oculos proponere. Vniuerſam iuris
B canonici materiam ad hos communes locos reuocares, Ad iura, ſiue cõſtitutiones, ad perſonas, ad res, & ad facta, actionesve; ſub quibus ſuos proprios titulos, collocabo, & in quo tomo contineantur indicabo, cum ijdem tituli, tum in decretalibus Gregorij Noni, quæ primum locum obtinent, tum in ſexto, tum in clementinis, & extrauagantibus reperiantur. Ad tomos diſtinguendos adhibebimus has notas. D, S, C. & E. D, decretales, S. ſextum, C. Clementinas, E, extrauagantes deſignabit, adijciemus etiam librum: ſed hãc diligentiam in ſolo primo capite adhibebimus, in reliquis alijs adhibendam relinquemus.

Iura.
De ſumma Trinitate & fide catholica. d. ſ. c. lib. 1.
Conſtitutionibus. d. ſ.
Reſcriptis. d. ſ. c.
Conſuetudine. d. ſ. e. — Lib. 1.
Priuilegijs. d. ſ. c. e. lib. 5.

Inſtitutio, & inſtituendi ratio.
De poſtulatione prælatorum.
Electione & electi poteſtate.
Tranſlatione epiſcopi, vel electi.
Renunciatione.
Supplẽda negligentia prælatorum.
Temporibus ordinandorum.
Scrutinio.
Aetate & qualitate, & ordine præficiendorum.
Ordinatis ab Epiſcopo, qui reſignauit epiſcopatui.

Impedimenta ordinationis.
De filiis presbyterorũ ord. vel nõ ord.
Seruis cum ordinũ, & eorũ manumiſſ.
Obligatis ad ratiocinia ord. vel non.
Corpore vitiatis ordin. vel non.
Digamis non ordinan.
Clericis pelegrinis, ordinatis, vel admittendis.
Presbytero non baptizato.

Officia perſonarum eccleſiaſticarum.
De officio Archidiaconi.
Officio Archipresbyteri.
Officio Primicerij.
Officio Sacriſtæ.
Officio cuſtodis.
Officio Vicarij.
Officio Legati.
Procuratoribus.
Syndico.
Magiſtris.

Vita, mores, & ſtatus.
De vita & honeſtate clericorum.
Cohabitatione clericorum.
Clericis coniugatis.
Clericis non reſidentibus in eccleſia.
Clericis peregrinantibus.
Clerico ægrotante.

Ne clerici, vel monachi negotijs ſęcularibus ſe immiſceant.
Statu monachorũ, & canonicorum regularium.
Conuerſione coniugatorum.
Conuerſione infidelium.
Regularibus & trãſeuntibus ad religionem.
Iudæis, Saracenis, & Conuerſis.

Auctoritas, uſuſque.

De auctoritate & vſu pallij.
Maioritate & obedientia.

RES QVARVM ALIAE.

Sacræ & ſacramenta.

De ſacra vnctione.
Conſecratione eccleſiæ, vel altaris.
Baptiſmo & eius effectu.
Celebratione miſſarum, et ſacramẽto Euchariſtiæ, & diuinis officijs.
Cuſtodia Euchariſtiæ criſmatis, & aliorum ſacramentorum.
Reliquijs & veneratione ſanctorũ.
Obſeruatione ieiuniorum.
Purificatione poſt partum.

DE MATRIMONIO, IN QVO hæc ſpectantur.

Præparationes.

De ſponſalibus & matrimonijs.
Deſponſatione impuberum.
Clandeſtina deſponſatione.
Cõditionibus appoſitis in diſpenſatione, & alijs contractibus.
Matrimonio cõtracto contra interdictum eccleſiæ.
Secundis nuptiis.

Perſonæ & impedimenta.

De ſponſa duorum.
Qui clerici, vel vouentes matrimonium contrahere poſſint.
Coniugio leproſorum.
Coniugio ſeruorum.
Eo qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulterium.
Eo qui cognouit conſanguineã vxoris ſuæ, vel ſponſæ.
Frigidis, maleficiatis, & impotentia coeundi.

Conſequentia, ſiue effectus.

De cognatione ſpirituali.
Cognatione legali.
Conſanguinitate & affinitate.
Natis ex libero ventre.
Qui filij ſint legitimi.
Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.
Diuortijs.
Dote poſt diuortium reſtituenda.
Donationibus inter virum & vxorẽ.

Eccleſiaſtica, de earum conſequutione & adminiſtratione.

De præbendis & dignitatibus.
Inſtitutionibus.
Conceſſione præbendæ.
Parochiis & alienis parochialibus.
Ne ſede vacante aliquid innouetur.
Iis quæ fiunt a maiore parte capituli.
Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.
Iure patronatus.
Rebus eccleſiæ alienandis, vel non alienandis.
Eccleſijs ædificandis & reparandis.
Religioſis domibus.
Capellis.
Sepulturis.
Immunitate eccleſiarum cœmiteriorum, & rerum ad eas pertinẽtium.
Decimis, primitijs, & oblationibus.
Cenſibus, exactionibus & procurat.
Ne prælati vices ſuas & eccleſias ſub annuo cenſu concedant.
Peculio clericorum.

FACTA, SIVE ACTIONES quæ diuiduntur.

In contractus, & quaſi contractus.

De treugua & pace.
Pactis.

Preca-

Precarijs.
Commodato.
Depoſito.
Locato & conducto.
Emptione & venditione.
Rerum permutatione.
Feudis.
Pignoribus,& alijs cautionibus.
Fideiuſſoribus.
Solutionibus.
Donationibus.
Teſtamentis & vltimis volũtatibus.
Succeſſionibus ab inteſtato.

ET EA QVAE AD IVDICIA pertinent.

Præparant perſonæ.

De iudicijs.
Poſtulando.
Foro competenti.
Alienatione iudicij mutandi cauſſa facti.
Officio Iudicis.
Arbitris.
Confeſſis.
Teſtibus,& atteſtationibus.
Teſtibus cogendis.

Forma.

De iuramento calumniæ.
De libelli oblatione.
Mutuis petitionibus.
Litis conteſtatione.
Vt lite conteſtata nõ procedatur ad teſtimonia.
Vt lite pendente nihil innouetur.
Ordine cognitionis.
Dilationibus.

Probationes.

De probationibus.
Fide inſtrumentorum.
Præſumptionibus.
Iureiurando.
Exceptionibus.

Cauſſæ,ſeu materia ciuiles.

De cauſſa poſſeſſionis & proprietatis.
Eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſſa rei ſeruandæ.
Reſtitutione ſpoliatorum.
In integrum reſtitutione.
Sequeſtratiõe poſſeſſionis & fructuũ.
Plus petitionibus.

Criminales crimina.

De his quæ vi metusve cauſſa fiunt.
Accuſationibus.
Noui operis nunciatione.
Iniurijs & damno dato.
Adulteriis.
Simonia.
Vſura.
Furtis.
Crimine falſi.
Sortilegiis.
Homicidio voluntario, vel inuoluntario.
Infantibus & languidis expoſitis.
Torneamentis.

Perſonæ criminoſæ.

De hæreticis.
Schiſmaticis & ordinatis ab ipſis.
Apoſtatis & calũniantibus baptiſma.
Iis qui filios occiderint.
Delictis puerorum.
Calumniatoribus.
Maledicis.
Raptoribus.
Sagittariis.
Pugnantibus in duello.
Clerico pugnante in duello.
Clerico venatore.
Clerico percuſſore.
Clerico excommunicato,depoſito,& interdicto miniſtrante.
Clerico non ordinato miniſtrante.
Clerico per ſaltum ordinato.
Eo qui ordines furtiue ſuſcepit.
Exceſſibus prælatorum, ſubditorum, & priuilegiatorum.

Effectus & conſequentia.
De ſententia & re iudicata.
Confirmatione vtili, vel inutili.
Appellatione, recuſationibus, & relationibus.
Pœnis.
Sententia excommunicationis. A
Deniq; in iure canonico continentur.
Verborum ſignificationes, &
Regulæ iuris.

Atque adhæc fere capita reuocãtes omnes totius iuris canonici titulos ac materias. Vbi nonnulla animaduertenda ſunt. Primum, nos non omnino exacte ſingulas materias, quæ ſub vno capite continentur, ſuis locis collocaſſe: quia aliqua materia poſſet alio loco poni, quam a nobis poſita fuit. Deinde animaduertendum eſt in vno titulo multa ſæpe contineri, quæ ad alium titulum pertinent; vnde iſta ſub proprijs titulis ponẽda eſſent ab eo, B qui vellet ex omnibus decretis vnum plenum corpus conficere, & ad meliorem methodum totum hoc ius reuocare. Præterea, ſi quis vellet etiam ex Gratiani decreto ſummam conficere, quæ ab illo fuſe & confuſe dicuntur, ad iam aſſignatos communes locos poſſet reuocare. Præterea, qui dictum laborem ſuſcipere vellet, is ſingulorum capitum determinationes colligeret, & ad communia capita a nobis aſſignata reuocaret: & ita plenum opus, ex vniuerſo iure canonico cum ordine conflaret: Exempli gratia, ſi omnia quæ de reſcriptis dicuntur, breuiter ex toto iure canonico colligeret: qui ſane labor eſſet apprime vtilis ac fructuoſus: & id faceret, quod nemo, quod ſciam, hucuſque fecit. Denique, illud adnotauerim, etiam verborum ſignificationes, & iuris regulas ad aliquam methodum reuocari poſſe, & C ad eadem capita a nobis numerata, vel ad ſimilia.

De iuris ciuilis Romanorum origine. *Diſput.* IIII.

QVONIAM omnis fere Chriſtianus orbis, vel omni, vel bona ex parte Romano vtitur iure, ac proinde in omnibus fere vniuerſitatibus explicari ſolet; ideo nonnihil de eo priuatim nobis ſcribendum fuit: vt his quaſi præludijs cognitis, qui ad legum communium doctrinam cognoſcendam accedunt, multo eam melius percipere queant. Agemus primo, de huius iuris origine: deinde, ipſum vniuerſe, & ſingulas eius partes definiemus: poſtea, qua ratione Romani ſua iura condere ſolerent oſtendemus: præterea, totum hoc D ius in ſuas partes quibus continetur diſtribuemus: denique ſummam quandam & communes locos capitave ſubijciemus. Vt autem id de quo primo agendum eſt, planius intelligatur, nonnulla fundamenta ponenda ſunt.

Primum, Romana ciuitas tres precipue ſtatus habuit: vnum ſub Regibus, alterum ſub populo; tertium ſub Imperatoribus, & primum quidem ſub Ethnicis, poſtea ſub Chriſtianis. Quare, cũ varios habuerit principes & magiſtratus, qui leges ſancire potuerunt; hinc variæ legum ſpecies, ſiue partes enatæ ſunt, quę ſunt fere iſtæ, Lex, plebiſcitum, Senatuſconſultũ, Principum placita, Magiſtratuum edicta, & reſponſa prudentium.

Cic. in Top. Inſt. titu. li. 1. tit. 2. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 23.

Secun-

A Secundum, Romulus primus Romanorum Rex ordine & dignitate populum Romanum diſtinxit. Ratione ordinis vniuerſam plebem in tres partes diſtribuit, quas tribus vocauit, & ſingulas tribus in decem partes, quas curias nominauit, & ſingulis ſuos præfectos propoſuit. Tribubus, Tribunos, græce phylarchi, tritiarchi: curijs Curiones, græce phratriarchi, & lochoagi. Curias rurſus in decem decurias, quibus Decuriones pręfecit. Dignitate vero vniuerſum populum in patritios, qui erãt nobiliores, & illuſtriores, in populum, & in ignobiliores, qui plebei ſunt appellati: ex quibus tẽporis progreſſu ſecreti ſunt equites. Vnde tres enati ſunt gradus, ſenatorum, equitum, & plebeiorum: licet nomine plebis etiam equites interdum contineantur: qui omnes ordines & ciues Populi appellatione deſignantur. Cæ-
B terum, quas alij Tribus vocant, Liuius equitum centurias eſſe putat: quod quibuſdam veriſimilibus videtur: cum trecentos equites fuiſſe inter omnes conſtet: qui tres centurias efficiunt. Iidem Celeres dicebantur, & Regis latera aſſidue ſtipabant: quibus præfectus erat vnus, Tribunus celerum dictus. Fuit autem populus Roman. ſub Regibus ab vrbe condita annos 244. cuius imperium, vt aliqui ſcribunt, ad pauca milliaria extendebatur.

Tertium, Regibus eiectis, introducta eſt Democratia, & alij magiſtratus, & primum duo Conſules, quorum annua, par, ac regia erat poteſtas, vt ex Cicerone diſcimus. Regio imperio duo ſumpto, ijque præeundo, iudicãdo, & conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantur: vnde tribus nominibus appellari ſolebant. Hi primo in caput Romani ciuis animaduertere *Onuf. Panorm. in faſt.*
C poterant; quæ facultas, vna cum vſu ſecurium in vrbe eis ablata fuit. Poſtea cum cenſus augendus eſſet, & Conſules in bellis gerendis eſſent occupati, creati ſunt duo Cenſores, qui Vrbem quincto quoque anno luſtrabant, Senatum legebant, publica locabant, de ciuium moribus iudicabant. Verum, primus Ser. Tullius cenſum inſtituit. Edebat quiſque nomen ſuum, tribum, numerum familiæ, liberos, ſeruos, poſſeſſiones, & quantum ex illis caperet. Poſtea aucto populo, & bellis ingruentibus, creatus eſt Dictator, qui & Magiſter populi dicebatur: extraordinarius magiſtratus, apud quem erat poteſtas plane regia: ſic dictus a poteſtate dictandi, hoc eſt iubendi quod vellet. Sine populi iuſſu in equum non aſcẽdebat: nec nũmum ſine populo ex ęrario poterat attingere: eo creato, omnes alij magiſtratus ceſſabãt, exceptis Tri-
D bunis: ſex menſes durabat: ſed prorogabatur interdum. Creabantur Dictatores ob nonnullas cauſas: quibus completis, abdicabant. Cæterum, vt ex Dionyſio colligitur, prius creati ſunt Dictatores, quam Cenſores, licet Pomponius aliter narret. Dictatoribus Magiſtri equitum iungebãtur, vt Tribuni celerum Regi: quos Dictator dicebat, cuius iuſſa exequebãtur: vnde eorum poteſtas a Dictatore pendebat: erãt tamen legitimi magiſtratus. Poſtea, cum plebs a patritijs defeciſſet, primum duos Tribunos ſibi creauit, inde tres addidit, poſtremo facti ſunt decem: quorum vno intercedente, alij nihil poterant. Sacroſancti erant, extra Vrbem pernoctare non poterant: prehẽſionem habebant, non autem vocationem: eorum fores etiam nocte patebant: creato Dictatore, poteſtatem retinebãt, & licet nec purpuram geſtarent, nec ius ex ſella

Mur. in Pan. *De orig. iur.* *Pet. Faber de magiſt. Rom.*

ex ſella curuli dicerent, vere tamen magiſtratus erāt: quamuis id Plutarchus neget. Eodem anno quo Tribuni, etiam duo Aediles plebei creati ſunt, qui ſacras ædes curabant, cauſſas Tribunorum permiſſu iudicabant, decretorū, plebiſcitorum, ſenatuſconſultorum & annonæ curam habebant, menſuras iniquas, & quæ in uia publica iter impediebant frangere poterant. Fuerunt & alij Aediles, & conſules ex plebe; qui Curules ſunt appellati. Deinde aucto ærario creati ſunt, Quæſtores, ſic dicti, quod inquirendæ & conſeruādæ pecuniæ cauſſa conſtituti eſſent. Et cum non liceret Conſulibus de capite ciuis Romani iniuſſu populi iudicare: alij creati ſunt quæſtores parricidij, qui capitalibus rebus præeſſent: quo crimine tenebantur omnes, qui ſcientes liberum hominem necaſſent. Deinde, cum plebs uellet etiam ex ſuo corpore conſules creari, Creati ſunt partim ex plebe, partim ex patritiis Tribuni militum, conſulari poteſtate, qui primum tres, poſtea quattuor, deinde ſex, ac etiam octo fuere. A B

Deinde, cum Conſules a bellis finitimis auocarentur, vt eſſet in vrbe, qui ius diceret, creatus eſt Prætor Vrbanus. Sed cum hic non poſſet omnibus ſufficere, creatus eſt alius Prætor, qui Peregrinus dictus eſt, quia plerunque inter peregrinos ius dicebat. Quorum neuter gladij poteſtatem habebat, quæ apud Populum erat.

Deinde creati ſunt Decemuiri, qui præeſſent venditionibus bonorum, quæ publice ſub haſta in foro ad ædem Saturni vendebantur: qui res vendendas adnotabant: quod munus prius ad queſtores pertinebat: atque in litibus ſiue ſtilitibus, (ſic enim loquebantur antiqui) iudicandis, ſunt conſtituti. Et cum ſoli huic muneri non ſufficerent, creati ſunt Centumuiri, qui ex 35. tribubus terni eligebantur, haſtæ præeſſent, & res iudicarēt. Qui etſi aliquando plures fuerint; tamen idem nomen retinuere. Hinc centumuiralia iudicia, & cauſſæ: quæ minoris momenti erant, ſi cum quæſtionib. publicorum criminum comparentur: qui tamen etiam quæſtionibus interdum præerant. C

Deinde creati ſunt quattuor viri, qui curam viarum in Vrbe gererent: & Triumuiri monetales, æris, argenti, auri flatores: cuius magiſtratus in veteribus nummis crebra fit mentio.

Deinde Triumuiri capitales, qui carcerem curam habebant, & in viles perſonas per carnificem animaduertebant. Et cum magiſtratus noctu in publicum venire indecorum putaretur, Quinqueuiri conſtituti ſunt, cis & vls Tiberim, qui pro magiſtratib. fungebātur: hi Ciſtiberes ſunt vocati: quorum munus poſtea Aedilibus fuit demādatum. Captis prouincijs, creati ſunt Prætores pro prouinciarum numero: qui partim vrbanis, partim prouincialibus rebus præeſſent. D

Cornelius Sulla, qui quæſtiones publicas, criminum nimirum publicorum, conſtituit, hoc eſt certas & ordinarias fecit, quattuor Prætores adiecit: Iulius Cæſar totidem, & duos Aediles qui frumento præeſſent, quos Cereales a Cerere nominauit; Auguſtus ſexdecim, vel vt Tacitus ſcribit, duodecim, & D. Claudius duos Prætores, qui de fideicōmiſſo, iudicarēt, vt Nerua vnum,

A ua vnum,qui inter fiſcum & priuatum hominem cognoſceret. Quãdo Ma
giſtratus extra vrbem proficiſcebatur,vnus conſtituebatur, qui vrbis præ-
fectus eſt nominatus. Fuerunt etiam Præfecti Annonæ & Vigilum, qui a
magiſtratus dignitate non ſunt excludendi. Denique, vt cum Iuriſperito
concludam,decem Tribuni plebis,Conſules duo,decem & octo Prętores,
ſex Aediles iura in ciuitate dicebant,ſeu potius ius reddebant. Cum vero
in vnius poteſtatem res Romana veniſſet, hoc eſt vnius Imperatoris, apud
ipſum iuris condendi ſumma erat poteſtas,qui varia iura varijs modis con
ſtituit. Imperatorum ergo alij fuerunt Ethnici,alij Chriſtiani, & hi non-
nullas leges ſtatuerunt ad veri Dei cultum & ad poteſtatem ſacerdotalem
pertinentes;quas,vel ex diuinis literis,vel ex canonicis decretis,vel ex ſua
B mente ſumpſere;ita vt ius ciuile,quod nunc habetur, reuocari poſſit, par-
tim,in ius diuinum,partim in naturale,partim in pontificium, & partim in
ius ciuile proprium. A varijs igitur principibus & magiſtratibus, qui nõ
ſolum iudicandi,ſed etiam iuris dicendi poteſtatem habebant, varijs tem-
poribus,variæ iuris Romani dimanarunt partes.

Primo igitur,vt ipſam nunc originem breuiter attingamus,vrbs Roma-
na ſine certo iure manu regia, hoc eſt auctoritate Regis, qui vt negocium
incidebat,iudicia exercebat,gubernabatur. Verum, aucto populo, & in
curias diſtributo, reipub. curam per ſententias partium earum Romulus *Plut. i Ro.*
expediebat; Latæque ſunt leges curiatæ,curiatis comitijs,quæ tunc ſola in *Dion li. 1.*
erant.Romulus itaq; quaſdam paucas leges conſtituit; quibus inſequentes *Manut. li.*
C Reges alias adiecere,& præſertim Numa, qui Romanorum religionem cõ *de leg.*
ſtituit. Verum leges regiæ, & ad Regis poteſtatem pertinentes, Regibus
exactis,lege Tribunitia a L.Iunio Bruto lata,abolitæ fuere. Deinde, cum
populus primum magis conſuetudine,quam lata lege,regeretur,a Græciæ
ciuitatibus Decemuiris miſſis,nõnullæ leges ſunt petitæ, & tabulis decem
æreis inciſę,& publice, vt legi poſſent propoſitæ: quibus additæ ſunt aliæ,
quod illis aliquid deeſset, & ita factæ ſunt duodecim tabulæ. Harum legũ *Plin. li. 34.*
corrigendarum & interpretandarum Decemuiris, a quibus non erat pro- *c. 19.*
uocatio,vt ab alijs magiſtratibus,facultas data fuit.

Sed quoniam,vt Chryſippus,ait omne verbũ natura ambiguum eſt,ideo
deſiderata eſt interpretatio prudentũ,hoc eſt eorum, qui longo vſu & pru
D dentia ſibi auctoritatem comparaſſent;quæ tunc a publica poteſtate non-
dum Doctorib. data erat.Vnde in prudentium virorum præſentia, qui res
iudicabant,diſputando rationum momenta expendebant; ut veram legis
interpretationem elicerent,quam poſtea ſequerentur. Ex horum reſpon-
ſionibus collectum eſt ius,quod communi nomine ciuile appellatum eſt,
de quo libro tertio officiorum meminit M.Tullius.Et quoniam iura reddi
non poſſunt,niſi adſit qui petat; & omnis petitio actione fit, ideo conditæ
ſunt leges actionum,quibus legitimus agendi modus,præſcribitur. Horũ
omnium interpretandi ſcientia erat apud collegium Pontificum: ex quib.
eligebãtur,qui præeſſent,hoc eſt,alios in iudicio inſtruerent, & quaſi prę- *Val. Max.*
e undo viam oſtenderent,priuatis.Quare iuris interpretatio ſacra habeba- *lib. 1. c. 1.*
tur.

tur. Deinde,cum plebs a patribus ſeceſſiſſet, ſibi iura per ſuos Tribunos conſtituit,quæ Plebiſcita vocata ſunt;quæ poſtea pro legib. obſeruata fuere. Vnde multa plebiſcita,leges uocantur. Deinde cum plebs & populus difficile conuenirent,reipub.cura ad Senatum delata eſt; & quidquid conſtituiſſet & obſeruabatur,& hoc ius appellabatur Sena uſcõſultũ,vt Pomponius ait:Verum,vſque a principio ſumma auctoritas penes Senatũ fuit; ſed poſtea introductum eſt,vt ea Senatuſconſulta rata eſſent, quæ Tribuni plebis approbaſſent;qui poſtremis temporibus Senatores erant, & Senatũ cogere poterant. Magiſtratus quoque,qui iura reddebant,ut Prætores & Aediles,edicta proponebant,quæ Prętorum & magiſtratuum edicta,& ius honorarium ab honore Prætoris appellata fuere. A

Deinde,uno conſtituto Principe,datum eſt ei ius,ut quod conſtituiſſet, ratum eſſet, & hæc iura, Principum placita, & conſtitutiones uocantur. Quidquid ergo Imperator,uel per epiſtolam,ſiue reſcripta, conſtituit,vel cognoſcendo decreuit,vel edicto præcepit,legis vim habuit. B

Denique, cum conſtitutum eſſet, vt aliqui publice iura interpretarentur,quibus a Cæſare ius reſpondendi datum eſt;orta ſunt iura,quæ reſponſa prudentum nominantur.

Apud Romanos iuris cognitio in maximo honore fuit,quod haud obſcure ſignificauit Papinianus, cum dixit, Iuris ciuilis ſcientiam plurimos & maximos viros profeſſos fuiſſe;ac etiam M.Tullius,aliquando affirmauit. Eorum qui in hoc ſtudio ſunt verſati longum catalogum idem Iuriſconſultus fecit;quem qui volet,Pandectas conſulat. Sed de origine hactenus;nunc ad ſecundum caput, quod explicandum propoſuimus procedamus,in quo adhuc magis, quæ diximus explicabuntur. C

Quid ſit ius ciuile Romanorum,& ſingulæ eius partes. *Diſp. V.*

IVs ciuile Romanorum,quod Imperatorium, Cæſareum, Iuſtinianeum,& commune uocatur,uniuerſe ſumptum,hunc in modum deſcriptum inueniens.Ius ciuile, vt eſt apud Tullium eſt quod legibus, ſenatus conſultis, rebus iudicatis,Iuriſperitorum auctoritate,edictis magiſtratuum,more,& ęquitate cõſiſtit. Quæ deſcriptio data eſt per partes,& complectitur etiam ius nõ ſcriptum,cum dicit,More & æquitate. Vel cum Pomponio diceres, Ius ciuile Romanorum conflatum eſt ex legibus ſenatuſconſultis,decretis Principũ, magiſtratuum edictis. Atque huiuſmodi iuris Romani partes,quæ in allatis deſcriptionibus ponuntur,& ſi quæ ſunt aliæ,quæ ad has reuocantur, ſecundo loco a nobis deſcribendæ ſunt. D

L. ius ciuile. ff de orig. iur. Diſt. 2. cõſtat.

Inſt. de iur. nat. Lex,vt ab ea auſpicemur,eſt quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti Cõſule, conſtituebat:Vel cum Seuerino,lex eſt quã populus,centuriatis comitiis ſciuerit:Vel,vt Capitoni placuit,Lex eſt generale iuſſum populi,aut plebis,rogante magiſtratu:qua deſcriptione etiã plebiſcita continentur,quæ in aliis reiiciebantur;priuilegia tamẽ reiecta,quæ

in illis

A in illis fuere comprehenſa: Vnde etiam priuilegia & plebiſcita, cū ſint quædam legis partes, deſcribenda nobis erunt. Quare, cum a Gratiano dicitur lex eſt cōſtitutio populi, quam maiores ſimul cum plebibus ſanxerunt: omnium populorum leges comprehenduntur. *diſt. 1. can. Lex.*

Plebiſcita ſunt, quæ plebs, plebeio magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat: ea nimirum ſcita, quę plebs ſuo ſuffragio ſine Patribus, ſuo magiſtratu rogante iuſſit. Plebis appellatione, exceptis Patritiis & ſenatoribus, cæteri ciues intelliguntur; at uero populi appellatione veniunt ciues omnes. Nec ſolum plebiſcita cenſentur quæ plebs in diſcordia fecit, ſed omnia quæ Tribunus rogabat, & plebs ſciſcebat; has leges Cicero, Tribunitias, quæ uero iuſſu populi, rogante conſule fiebant, conſulares vocat: illas Tribunus tributis comitiis, has Conſul, alius ve ex maioribus magiſtratibus centuriatis, tributis, curiatis ve comitijs ferebat: illæ plebem tantum olim tenebant, hæ ſemper omnes. At poſt legem Hortenſiam, plebis ſcita pro legibus haberi cęperunt: talis fuit Aquilia, Sempronia, & Clodia lex. Priuilegia ſunt de ſingulis latæ leges; ſiue populus, ſiue plebs ſciuiſſet. Quæ igitur iure particulari ob aliquam utilitatem introductæ ſunt leges, priuilegia dicuntur. Cum priuilegiis, Sextus Pomponius, Rogationem coniungere uidetur; cum eam huncin modum finiat. Rogatio eſt cum populus conſulitur de uno pluribus ve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una pluribus ve rebus, de quibus non de omnibus ſanciatur: Nam quod in oēs homines res ve populus ſciuit, lex appellatur. Vnde Gallus Aelius, *Inſtit. de iur nat.* *L. plebs. ff. de uer. ſig.* *Cic. lib. 5. de leg.*

C inter legem & Rogationem, id intereſſe ait, quod inter genus & ſpeciem. At vero alij, Rogationem eſſe dicunt, cum populus aut plebs rogatur, velint, iubeant ne aliquid fieri, ſiue ad ſingulos, ſiue ad omnes pertineat: Senatusconſultum eſt ius illud, quod ſenatus iubet, atque conſtituit. Et licet a principio ſenatui non eſſet libera legis faciendæ cōceſſa poteſtas, tamen, cū difficile populus congregaretur, ſenatus populi loco conſulebatur: quam poteſtatem etiam Principum temporibus retinuit. Vere itaque reſponſum eſt, ſenatum ius facere poſſe. Et in legibus duodecim tabularum, ſenatus eſt, eius decreta rata ſunto. Illa uero firmiora erāt, quę per Tribunos plebis ſubſcribebantur: Hi enim aliquando habuerunt facultatē examinandi patrum decreta, & ea erant rata quæ probaſſent: quam examinationem Li- *Gel. lib. 10. cap. 10.* *L. 2. ff. de orig. iur.* *Corn. Tacit. lib. 1.* *L. Nō ambig. ff. de leg.* *L. 1. C. de ſenat. cōſ.*

D uius Interceſſionem uocat: nunc oppoſitionem dicunt. In rato ſenatuſconſulto ſaltem ducenti ſenatores requirebantur, qui in æde ſacra, peracto ſacrificio, ſententiam dicerent: ante Octauiani tempora quadrigenti. Semel in die, nec ante, nec poſt, ſolis ortū fiebat. Sequitur alia pars, quam Cicero rem iudicatam uocat, Fabius Iudicatum, nunc, deciſiones appellant: res .n. iudicata & deciſa pro ueritate habetur. Iudicatum ergo eſt id de quo ſententia lata eſt. Neque hoc indiſtincte de quocunque iudicato intelligendū eſt; nam iudicatum ius dicitur, habita ratione, non eius quod inique a magiſtratu decernitur, ſed eius quod ſtatui debebat. Principum placita ſunt iura ab uno in quem a populo translata eſt legis ferendæ poteſtas, manantia: cuiuſmodi fuerunt Cæſarum cōſtitutiones, poſtquam res Romana in unius per- *Dion Caſſ. lib. 54.* *Val. lib. 2. cap. 1.* *Aſcon.* *Lib. 7. c. 5.* *L. res iud. ff. de reg. iur.* *Auct. Heren.* *L. penul. ff. de iuſt. & iur.*

petuam

Inſtit. de iur. nat. §. ſed quod. L. Quod ſſ. de conſt.

petuam poteſtatem uenit: Quare, vt prius quod populo placuerat lex erat, A
ita poſtea, cum in populi locum ſucceſſit Princeps, in quem populi translata eſt poteſtas, quod Principi placet, lex eſt. Sunt igitur hæc analoga, Princeps, Populus, Quod placuit Principi, quod placuit populo; quorum vt primum ſe habet ad ſecundum, ita tertium ad quartum. Vnde, ſi Princeps habet auctoritatem populi, quod Principi placuit, vim habebit eius quod populo placuit, ideſt, legis. Regula itaque hæc tenenda eſt, nihil populo plus poteſt Princeps, quam quod olim potuit populus ſolus. Quare, quod populus ſciſcere poterat, id ſi iubeat Princeps, æque lex erit, atque ſi olim a populo ſcitum eſſet. Neque tamen populus perpetuam in quempiam ſuam tranſtulit poteſtatem, quam Sulla, cuius leges Regię dicebātur, per Dictaturam
vſurpauit, vt & Iulius Cæſar. poſt quos Octauius ad tempus per decenniū B
conſenſu populi, curam Imperij ſuſcepit; quo tempore exacto, per renouationem decennij, perpetuo geſſit, vt Ioannes Zonaras adnotauit. Vnde factū eſt, vt qui eum ſequuti ſunt, cum in omnem ætatem crearentur, decimoquoque anno feſtum agerent, quaſi Imperium innouantes. Itaque omnis Principis expreſſa uoluntas uim legis habet, ſi eo animo eam proferat, vt ſeruetur, alias non item. Sunt autem tres modi quibus Princeps ſignificare poteſt ſuam uoluntatem pro lege eſſe habendam, per epiſtolam, per decretū, & per edictum. Epiſtola eſt iuſſus literis conſignatus abſentibus miſſus, vel reſcriptus. Dicitur epiſtola, reſcriptum, & epiſtola decretalis, ſi quid in ea ſtatuatur. Huc referres orationem, quam Principis nomine alij in ſe-

Tom. 2. in vita Octa. Dion Caſ. lib. 52.

natu recitabant, quæ & pro lege erat. Decretum eſt id quod iudex, vel Prin- C
ceps ſedens pro tribunali facta controuerſiæ examinatione, ſtatuit in cauſſa propoſita. Sed illa ſolum iudicum decreta vim legis habent, quæ ſunt Principis: exceptis illis, quæ ſingulari iure & indulgentia fuere compoſita. Vbi cum Angelo, & Aretino adnotandum eſt, ea quæ Princeps interloquendo dicit, non habere vim legis, ſed ſolum ea quæ per ſententiam definitiuam decidit: ſed cum hac limitatione, vt nouū ius nō cenſeatur facere, ſi præſentibus partibus ſecundum ius iudicet: ſi vero contra, vel præter ius, maxime præſentibus partibus, & adſiſtente potiſſimum peritorum hominum conſilio: Vnde Alexander Seuerus nunquam uoluit de iure agere, niſi uiginti, aut pluribus Iuriſconſultis adhibitis. Edictum, vt etiam ſupra diximus,

In §. ſed quod, Inſt. de iur. nat.

eſt generalis conſtitutio iubens aliquid, vel prohibens, eaque uniuerſalis; D.
in formam legis promulgata. Solebat Princeps leges quas ſtatuere decreuerat, ſenatui dare examinandas, cum prius proceribus ſacri palatij placuiſſent tandem in ſacro conciſtorio, Principis auctoritate firmabantur. Vnde in ſubſcriptione legum Codicis inueniuntur literę D. & PP. quę ſignificant dicta, & propoſita. Antiochus uero, cum aliquid ſtatuere uolebat, ad ſingulas ciuitates ſcribebat, vt Præfecti, ſiquid contra haberent, monerent. Magiſtratuum edicta affinitatis nonnihil habent, cum Principum edictis: quæ potiſſimum a Prætoribus fiebant: & a principio erant annalia, vt & eorum magiſtratus. Condebat Prætor legem perpetuam, ſi de lege populum interrogabat: annuam uero ratione iuriſdictionis, qua ius per ęquitatem corrigere,

Lac. 2.

Cic. 2. Ver.

A rigere, & interpretari poterat. Hoc ius ex annali cœpit fieri ciuile. Erat
etiam illud ius perpetuum, quod in albo publice deſcriptum proponebat:
temporale uero quod ſingulares perſonas reſpiciebat. Ex edictis itaque
Prætorum, aliqua parte, hoc ius ciuile, conflatum fuit; quod ius honorariũ
nuncupatum eſt, quia ab ijs factum fuerat, qui honoribus fungebãtur. Hu- *Inſtit. de*
ius iuris portio conſiſtit etiam in Aedilium edictis, de quibuſdam cauſſis *iur. nat.*
propoſitis. Huc referres edicta Proconſulum, qui in conſulari prouincia
pleniſſima iuriſdictione vſi ſunt; ita vt omnium magiſtratuum Romano- *Bud. l. 2.*
rum partes illis competerent, quorum edicta, prouincialia vocabantur. Et *de ſtat. ho.*
quoniam olim Iuriſconſultorum tanta fuit auctoritas, vt aliquando contra *Ant. Aug.*
Principis conſtitutiones reſponderent, hinc nata eſt alia legum ciuilium, *lib. 1. emẽ-*
B pars, quæ Reſponſa prudentum vocatur. Quare reſponſa prudentum ſunt *dat. c. 5.*
eorum quibus auctoritas reſpondendi de iure pro beneficio data erat. Ho- *L. 2. §. fi. ff.*
rum itaque reſponſa pro legis dogmate habebantur: ex quibus Pandecta- *de orig. iur.*
rum libri conſarcinati ſunt, & ita vim legis Principis auctoritate habere cœ-
perunt. Neque enim qui ſolam interpretandi iuris facultatem habent, in-
terpretando legem conſtituere poſſunt. Ex his ergo legum generibus ius
ciuile, Iuſtiniani cura conflatum, auctoritateque donatum fuit: cuius partes
& ſummam poſtea afferemus, ſi prius de ratione qua Romana reſp. ſuas le-
ges condebat aliquid dixerimus, de qua re hæc capita explicãda ſunt: A qui-
bus leges fierent, quo loco, quo tempore, quove modo.

C *Qua ratione Romani, ſua iura ſancirent.* *Diſput.* *VI.*

AD ius Romanum melius cognoſcendum non parum vtilitatis
capiet is, qui rationem, qua Romani ſuas leges condebant, ha-
buerit perſpectam. De qua re, ſi quæ propoſui capita late ex-
ponere vellem, longum omnino facerem: propterea ne lon- *Ant. Aug.*
gius a meo instituto recedã, de rebus propoſitis breuiter agã. *de leg. c. 7.*
Quod ergo ad primum caput attinet, in eo duo ſpectantur, Qui rogarẽt, &
qui iuberent: & vtrunq; ad plebiſcitum & legem referri poteſt. Ille legem
ad populum rogare ac ferre poterat, cui cum populo agere licebat: nam age-
re cũ populo, eſt rogare populum aliquid, quod ſuffragijs ſuis, aut iubeat,
D aut vetet. Cum populo agere, & cum patribus, ideſt, comitia & ſenatum
habere, licebat Conſuli, Prætori, Dictatori, Magiſtro equitum, & quibuſdã
alijs, præſertim ex aliqua cauſſa. Tribunus vero plebis plebem iure roga-
bat: at legẽ iubere ſolius populi erat. Populus in tres erat diſtributus partes:
in Senatores, qui iã inde a Romulo fuerunt: in Equites, ſic dicti quod prin-
cipio equo mererent, poſtea iudices a iudicando ſunt appellati: & in plebẽ,
quæ pedibus merebat, & in quinq; claſſes diſtribuebatur, q̃ diuerſa ratione
cẽſebantur. Quod attinet ad locũ, cũ leges fierent per comitia, vel centuria- *Ant. Aug.*
ta, vel curiata, vel tributa, in illis locis leges fiebãt, in quibus iſta comitia ha- *de leg. c. 8.*
bebantur. Centuriata in cãpo Martio: curiata in Comitio, quæ pars erat fo- *De comit. lege.*
ri; erant tamen diuerſæ curiæ in Vrbe: Tributa, tum in foro, tum alibi, intra *Io. Egnat.*

& extra

& extra pomerium. Centuriæ perſonarum ætate & cenſu diſtinguebantur: A
curiæ neutro modo. Tribus erant locorum, tum urbanorum, tum ruſticorum deſcriptiones. Conſulis itaque edicto dies comitiorum edicebatur: quorum curiata per lictorem curiatim, centuriata per cornicinem calabantur, vnde & calata nominabantur: tributa per uiatorem, tributim. De tempore, ſuppoſita diſtinctione dierum Romanorum, ſolum comitialibus diebus leges ferri poterant: comitiales dies dicebantur, in quibus cum populo agi licebat.

Ant. li. cu. cap. 9. *Pau. Mã. de veterũ dierum ratione.*

Rurſus circa legem nonnulla alia obſeruanda occurrunt, quæ ſunt, Promulgatio, ſuaſio, interceſſio, & rogationis modus. Promulgatio fiebat tribus nundinis, vt propoſita lex ab iis qui in vrbem e ruſticis tribubus & municipiis veniebant, cognoſci poſſet: nundinæ autem poſt octauũ B
diem fiebant. Promulgata rogatione, legis auctor eam ſuadere ſolebat; diſſuadere vero qui intercedebat, aut is cuius res agebatur. Græci latorem ad iudicem uocabant: Romani pro concione ſuadere, & diſſuadere conſueuere, vt ex Maniliana, & Agraria Ciceronis conſtat. Interceſſio erat oppoſitio qua aliquis ſe ſe legi ferendæ opponebat; Interceſſior itaque interpellabat comitia. Illa autem erat legitima interceſſio, cum par aut maior poteſtas prohibebat; aut cum collega, collegam turbabat: aut cum maior magiſtratus minori comitiatum auocabat: addunt alij, cũ per collegam de cœlo ſeruabatur: quo tempore negabant augures fas eſſe agi cum populo. Neque enim ulla lex a Romanis ſine auſpiciis ferebatur: quæ uero auſpicia, & quo pacto haberentur centuriatis comitijs, vide apud Varronem. Vitium facie- C
bat comitijs fulmen, ac etiam morbus, vnde & nomen accepit. Erat autem facultas intercedendi, non ſolum cum lex ferebatur, ſed etiam dum ſuadebatur, dum ciſtella deferebatur, & ſortes æquabantur. His peractis, qui legem ferebat vnumquemque ſecedere, id eſt, vt quiſque in ſuam tribum diſcederet, in qua ſuffragium laturus erat, iubebat: erat enim in concione populus confuſus; vt videretur, quænam tribus prærogatiuam ferret. Recitabatur lex a præcone, cui verba ab ſcriba ſubijciebãtur. Qui intercedebat, vetare ſolebant, ne præco, ne ve ſcriba ſuum officium faceret. Nullus erat intercedẽdi finis, niſi interceſſio remitteretur. Rogatio, quæ a Iuſtiniano interrogatio dicitur, his verbis fiebat, Velitis, iubeatis hoc ſic fieri: Velitis iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdictum ſit? Id volumus, iubemuſque. D
Erat autem legibus cautum, ne plus quam de ſingulis rebus ſemel rogaretur; ne in coniunctis populus cogeretur, aut id quod nollet accipere, aut quod vellet, repudiare. Sequitur vt de ſuffragijs aliquid dicamus.

Idẽ Ant. cap. 10. *Cic. pro domo ſua.* *Lib. 5. de ling. lat.* *Ant. c. 13.* *Gel lib. 5. cap. 19.* *Cic. pro domo.*

Triplici ſuffragiorũ genere Romani utebantur, Voce, manu pedibusve & tabella; Voce, in comitijs, & conſilijs ante leges Tabellarias vſus eſt populus Romanus. Voce & pedibus ſenatus: Tabella Iudicum fuit, eaque triplex, Abſoluendi, Condemnandi, & quæ non Liqueret inſcribebatur. In ſuffragio, vel voce, vel tabella dato, continebatur, V. R. id eſt, Vti rogas: & A. id eſt, Antiquo; Vnde, dare, Vti rogas, eſt approbare, concedere: dare, Antiquo, contra. Ponebantur tabellæ in ciſtella, vel ſitella, quã Virgilius, vrnam vocauit.

Ant. c. 14. *Liu. lib. 6.* *Val. Max. lib. 9. c. 10.*

A vocauit. Iurabatur etiam in legem,& qui in eam non iuraſſent,ei aqua & igni interdicebatur,vt ex Appiano,Plinio,Liuio,& Floro diſcimus:tunc au tem iurandum erat,cum legibus cauebatur,vt iurarent: Lege perlata, in æs incidi atq; cõſeruari oportebat,vt ex prima Ciceronis Philippica,ex Plauto *In Trinũ.* & aliis cognoſcere licet:inciſæ,clauis in Capitolio affigebãtur. Hinc leges *a.Ṡ. 4. ſce.* duodecim tabularũ,nõ quod duodecim leges eſſent, ſed in tot tabulis ſcri- *3.* ptæ eſſent.Vnde laudatur a Suetonio Veſpaſianus, quod reſtitutionẽ Capitolij aggreſſus,ærearũ tabularũ tria millia, quæ ſimul cõflagrauerant reſtituenda ſuſcepit,undiq; exemplaribus inueſtigatis.Antiquorũ Iuriſperito- *Grucchi.* rum & Imperatorũ,a quibus ius ciuile Romanorũ conditũ fuit, hiſtoriam *lib.4.de co* prçter alios, breuiter complexus eſt Sebaſtianus in ſuo de legibus tractatu: *mit.cap.4.* *Pau.Man.*
B quam nos,vt minus vtilem prætermittimus. Atq; hæc pauca de legum con- *Par.1.q.4.* dendarum ratione delibaſſe uolui:plura qui uolet eos qui hac de re ex pro *& 5.* feſſo ſcripſere,legat.Nos ad corpus iuris ciuilis reuertentes,quę dicenda ſu perſunt,proſequemur.Ius itaque ciuile Romanorum nũc habet in ſua rhapſodia tria uolumina. Primum Pandectarum , in quibus ius antiquum & iuriſconſultorum collectum eſt.Digeſtum vetus, & nouum & Infortiatum dicunt,cum tamen uno uolumine,quinquaginta libris , Pandectarum nomine,fuerit editum . Pandectarum nomen,& digeſtorum , pro uno nomi- *Cãdelab.* ne & opere accipitur . Latinum nomen , digeſtum,a digero dictum , quod *auct.* ius priſcum in illud opus digeſtum & coordinatum ſit. Græcum vero πανδέκται, a πᾶν ϗ δέχεσθαι , quia oĩa collecta ibi ſunt, quæ ex iure antiquo
C excerpta obſeruari placuit . Hoc uolumen a Latinis litera D.vel P.deſignatur,a Græcis litera Π. cuius loco male apud Iuriſperitos irrepſit,hæc nota ff. Quod a quibuſdam inepte de hac nota dicitur , referre nolo . Duo itaque *L.2 §.Qua* librorum millia in quæ immenſa legum multitudo,& in uerſus trecies cen *omnia. C.* tena millia excreuerat, in quinquaginta libros Iuſtinianus per ſuos colle- *de uet.iur.* ctores Theophilum,Dorotheum,Tribonianum,& alios,digeſſit. Ipſe ve- *enucl.* ro Imperator ἀναλφάβητος ϗ ἄμουσος , vt Suidas ſcribit,& in fine uiię Euty- *Euag.li.4.* chianus fuit : Platina tamen,eum pie de Incarnatione,ſenſiſſe narrat. Sunt *Nic.li.17.* *In uita Bo* etiam qui ſcribant eum ab hac hæreſi ab Agapeto,Pontifice Romano fuiſ- *nif.* ſe reuocatum:in quem, cũ eum rationibus non flecti uideret, Chriſtiana au dacia armatus,hæc uerba pronũciauit, Ego ad Iuſtinianũ Imperatorẽ Chri- *Diac. lib.*
D ſtianiſſimũ venire deſideraui, ſed Diocletianum inueni . Secundũ volumẽ, *17.* ex tribus codicibus Gregoriano Hermogeniano,Theodoſiano collectũ, Iuſtinianeus Codex nominatur,in duodecim libros diuiſum:vbi diuerſorum Cæſarũ collectæ ſunt epiſtolæ, reſcripta , & conſtitutiones , additis ex ſuis quinquaginta.Tertiũ habet nouellarũ Conſtitutionũ collectionẽ,quę vulgo Authẽticæ.i.approbatæ nominãtur.Huic parti acceſſerũt conſuetudines de Feudis, & q̃dã extrauagantes.Et vt hęc ampliſſima, ac ualde perplexa ars ſuã haberet Iſagogen,Iuſtinianus p eoſdẽ Iuriſperitos quattuor Inſtitutionũ libros fieri iuſſit, in quibus ciuilis doctrinæ ſumma continetur: quarũ pręceptius architectus fuit Tribunianus homo omnis religionis contemptor : qui Iuſtiniano perſuaſit , ipſum non moriturum , ſed cum carne in cœlum *Suid.*

aſſumptum iri.Citatur itaque ciuile ius per Digeſta,Co dicem,& Authenti- A
cum,ſiue Nouellas,per titulos,& per leges,quæ per prima verba,& nume-
rum citari ſolent.

Front. lib. 2. de aquæ ductis.

Omnes fere Romanorum leges tribus cõſtabant partibus,procœmio,ca-
pite,ſanctione.In procœmio hæc continebantur, Quis rogauerit,quis iuſſe-
rit,quo loco,tempore, quæ tribus, quis primum ſuffragium tulerit. Extat
apud Tullium in oratione prima Antoniana pars procœmij cuiuſdam legis:
Capita partium legis ſpatiis diſtinguebantur, & numeris: & tot capitibus
ſingulæ conſtabant,quot tota lex concipi poſſe uidebatur. Sanctio eſt illa

L. ſanctio. ff. de pœn. Inſtitu de rer. diu. §. ſancte. Cic. pro Bal.

pars,quæ certam pœnam irrogat iis qui legis præceptis non obtemperant.
Vnde & muri ſancti uocantur,quod pœna capitis ſit conſtituta in eos, qui
aliquid in muros deliquerint.In ſanctionibus tria fere ſcribebantur:vt aliis B
legibus contrariis ſolutus eſſet,qui legem ſeruaret;pœnæ aduerſus eos qui
contra facerent:cautio,ne abrogari,aut derogari poſſet.

Ant. Aug. lib. de leg. cap. 5.

Omnem legum Romanarum uarietatẽ quidam ad certa capita reuocare
conati ſunt. A principio quędã leges latę ſunt de toto iure,vt leges Regęi,in
uno uolumine a Sex.Papirio collectæ:qui liber,ius ciuile Papirianũ appel
labatur. Item leges duodecim tabularum.Poſtea aliæ per partes a magiſtra
tibus latæ fuerunt, quas in nouem claſſes diſtribuunt. Aliæ pertinent ad
res ſacras,vt de ſacrificiis,de veſtalibus, ſacerdotiis. Aliæ ad magiſtratus,
vel oẽs:vt de patriciis adlectis,de magiſtratibus:vel ad multos,vt de legatio
nibus:vel ad ſingulos,vt de cenſoribus,de Prætore urbano, Decẽuiris, Aliæ
ad comitia,quæ multæ fuere,vt de auſpiciis, de legibus,de ſuffragiis. Aliæ C
ad iudicia,vt de iudiciis,de edictis perpetuis,de patronorum numero.Aliæ
de aliis rebus ciuilibus,de nuptiis,dotibus, tutoribus,hæreditatibus,liber-
tate,rebus creditis,de agris,vſucapionibus. Aliæ ad diſciplinam & mores
de ſumptibus, de funeribus, de ornamentis mulierum, de ludo. Aliæ ad
omnium hominum crimina, vt de peculatu, de ambitu, de calumniatori-
bus.Aliæ ad ſeditioſos ciues,nã per ſeditionẽ & uim latæ ſunt multæ leges.
Vbi nota,leges diuidi poſſe iuxta formas varias regiminis:quæ ſunt,Regis,
tyranni,optimatum,paucorum inſolentiæ,reip.& populi: quarum tres im-
probandæ,tyranni,paucorum,& populi, reliquæ vero probandæ; ex qui-
bus melior eſt regia,cui par,aut fortaſſe ſuperior miſta ex omnibus, vt pote
magis perpetua, qualis fuit Romanorum, vt Polybio uidetur. Cum ergo D
plebs in ſeditioſos Tribunos incidebat,vel in alios uiros populares,in ma-
lum illum ſtatum Reſp.inclinabat,in quo populus tyrannidẽ exercet.Quan
do uero optimates plus nimio poterant, & aut ex nobilium inter ſe, aut cũ
popularibus contentione, aut ex tyrannidis cupiditate, priuata commoda
legibus in ſpeciem popularibus proſequebantur,Remp. ad paucorum, at-
que ad extremum ad unius poteſtatem perduxere. Populares leges,Agra-
riæ,Frumentariæ,Tabellariæ & aliæ.In Sullæ tyrannide, Valeria, Cornelia
de præſcriptione,& in Auguſti regia de Imperio, &c. Aliæ denique per-
tinent ad rem militarem,quæ non multæ ſunt,vt, triumphalis, de captiuis,
& ſimiles.

A *Iuris ciuilis ſumma, loci ve communes, & capita.* *Diſp. V II.*

QVONIAM ergo iuri ciuili operã daturo valde vtile eſt quandam totius ſubiectæ materiæ ſummam prius habere; propterea nobis, de humanis legibus vniuerſe agentibus, & uniuerſam cognitionem tradentibus, viſum eſt breuiter vniuerſa iuris ciuilis capita, ſubiectamve materiam ob oculos proponere; quam ad formam tabulæ redegimus, vt vno quaſi oculorum aſpectu cerni, & memoriæ facilius mandari, ac retineri poſsit.

B Verſatur itaq; Lex ſiue ius circa
- Perſonas
- Res, & A.
- Actiones. B.

Perſonæ conſiderantur ratione
- Status, vnde alij
  - Liberi
    - Natura, vt ingenui.
    - Manumiſſione, vt libertini.
  - Serui
    - Nati ex ancilla.
    - Facti iure ciuili, cũ quis ſe uendit.
    - Iure gent. captiuitate.
- Gradus, C
- Officij. D

Item hominum, alij
- ſunt ſui iuris,
- ſunt ſub iure alterius, vel
  - ſub poteſtate paterna, ut filius natus ex iuſtis nuptijs.
  - Sub poteſtate dominorum, vt ſerui.

C

C Conſiderantur perſonę ratione gradus.
- Cognationis naturalis ſecundũ lineã
  - Aſcendentium, ut ſunt
    - Pater, auus, proauus, abauus.
    - Mater auia, proauia, abauia.
  - Deſcẽdentium,
    - Filius, nepos, pronepos, abnepos.
    - Filia, neptis. proneptis, abneptis.
  - Lateralium,
    - Frater, conſobrinus
    - Soror conſobrina, & horum filij.
- Affinitatis, reſpectu cuius dicit. frater, vel ſoror mariti, & vxoris.
- Cognationis ſpiritualis, ratione cuius dicitur, compater, & commater, filius & filia ſpiritualis.

Nota, de iure tam ciuili, quam pontificali mater & pater ſunt in primo gradu aſcendentium, filius & filia in primo deſcendentium: at in tranſuerſali frater & ſoror de iure ciuili ſunt in ſecundo, de pontificali, in primo.

D

Nota rurſus, in cauſſa matrimoniali gradus attenduntur ſecundum ius canonicum, uſque ad quartum gradum in conſanguinitate & in affinitate, uſque ad primum: quæ conſideratur, ratione matrimonij, & concubitus illiciti, ex quo etiam naſcitur. In tutelis uero & hæreditatibus ſecundum ius ciuile, uſque ad decimum gradum.

D.

Ratione officij cõſiderat lex perſonas, uel ratione officij
- Publici, quod. uel eſt coniunctũ cũ
  - Dignitate, ut cum mero, uel miſto imperio; ut Conſul, & Preſes,
  - Sine dignitate; vt miles, argentarius, &c.
- Priuati, ut ſunt tutores curatores, qui dantur
  - Vel ad tuendum eum qui ob ætatem ſe tueri nequit.
  - Vel ad adminiſtrandas res pupilli, uel furioſi.

C. Rurſus conſiderat lex perſonas, uel róne
- Sexus, ut ſunt fœminæ, & mares. A
- Aetatis, unde alij maiores, alij minores.
- Alterius conditionis, ut
  - Liberi, & poſthumi.
  - Corpore uitiati.
  - Qui teſtamentum facere poſſint, &c.

A. Lex uerſatur circa res, ſumpto rei nomine, ut deſignat iura, corpora, & actiones, quæ, uel ſunt
- Incorporeę, quę in iure conſiſtunt, nec tangi poſſunt, ut iura
  - Vtendi,
  - Fruendi, &
  - Obligationes.
- Corporales, quę ſua natura tangi poſſunt, ut
  - Fundus.
  - Veſtis.
  - Aurum, &c.
- Rurſus res uel ſunt
  - Mobiles,
  - Immobiles.
  - Quę uel ſunt
    - Priuatę in noſtro patrimonio, uel ad patrimoniũ reuocari poſſunt, ut quæ pro derelictis habentur. B
    - Publicę, extra patrimo. q̃ ſunt, uel
      - Cómunes uſu, ut, aer, aqua, littus maris.
      - Publicę, flumina, portus.
      - Vniuerſitatis, ut theatra, & ſtadia.
      - Nullius, ut ſacrę, religioſę & ſanctæ; ut templa, & muri ciuitatis.

A Rurſus lex uerſatur circa res
- Acquirendas, uel
- Conſeruandas, C
- Amittendas.
  - Iure gentium, ut
    - Occupatione.
    - Captiuitate.
    - Inuentione.
    - Natiuitate.
    - Alluuione.
    - Specificatione.
    - Acceſſione.
    - Confuſione.
    - Aedificatione.
    - Plantatione.
    - Satione.
    - Cultura.
    - Traditione.
  - Iure ciuili, ut.
    - Vſucapione.
    - Præſcriptione.
    - Donatione.
    - Teſtamento.
    - Legato.
    - Fideicómiſſione.
    - Succeſſione.
    - Arrogatione.
    - Adiectione.

B. Lex uerſaẽ circa actiones, quarum alia
- Realis, quæ datur in rẽ ipſam, & in quẽcumque poſſidentem, eſtq; melior & tutior, quam perſonalis.
- Perſonalis, quę datur in perſonam, quę oritur, vel D
  - Ex contractu,
  - Maleficio.

Alia ſumma iuris capita.

Rurſus ſubiecta legis materia, continetur, Cõtractibus, quorũ alij
- Stricti iuris, qui non admittunt niſi perſonas nominatas.
- Bonę fidei, in quibus ex bono & ęquo pręſtantur etiam quę non ſunt nominata inter contrahentes.
- Nominati, qui recipiunt proprium nomen, & tranſeunt in proprium contractum; ut emptio, uenditio, locatio, &c.
- Innominati, qui remanent in ſolo nomine cõuentionis, pacti, ſeu promiſſionis; ut pactum, conuentio, pollicitatio.
- Horum alij
  - Reſpectiui, Do, ut des, Facio, ut facias.
  - Simplices, ut conuentio, & pactum nudum.
- Alij dolum malum recipiunt, ut depoſitum, precarium: alij dolum, & culpam; ut mandatum, commodatum.

Rurſus,

A

Rurſus, alij pariunt actionem, alij non: alij ueſtiti, alij nudi dicuntur, alij ſimulati, claudicantes, uſurarij, coacti, conditionales, iurati, &c.

- Qui uerſantur in
  - Locationibus.
  - Emptionibus.
  - Permutationibus, &c.

- In quibus quædam ſunt.
  - Subſtantialia, quæ omitti non poſſunt, etiam per pactum; ut in uenditione precium.
  - Naturalia, quæ tacite ueniunt ex natura contractus; ut in mutuo, reſtitutio tantundem in eadem qualitate: in uenditione, ut uenditor teneatur de euictione: Quæ per pactum minui poſſunt.
  - Accidentalia, quę abeſſe poſſunt, & pacto minuere licet.

B

- Vltimis uoluntatibus: quę conſiderari poſſunt, vel
  - In genere, & in ſe, prout nulli applicantur ſubiecto
  - In particulari, & in concreto, prout vltima uoluntas applicata eſt, teſtamento, codicillo, & donationi cauſſa mortis.
- Eſt autem teſtamentum ſic dictũ, quaſi teſtatio mentis,
  - Aliud militare.
  - Aliud paganum.
  - Aliud in ſcriptis.
  - Aliud nuncupatiuum.
- Iudicijs quorum
  - Aliud ciuile, quo agitur principaliter ad commodum priuati, ſiue ex contractu, ſiue ex delicto cauſſa oriatur.
  - Aliud criminale, quando principaliter tractatur de pœna, applicanda Fiſco, ſeu ad commodum publicum ex delicto tantum, vel publica vindicta.
- Eſt autem iudicium actus trium perſonarum, iudicis actoris, & rei.

C

Atque ad hæc capita aliqui vniuerſam iuris humani tractationem reuocandam eſſe exiſtimarunt. Alij vero multitudinem illam non ſatis bene digeſtam librorum titulorumque iuris ciuilis Romanorum ad eos communes locos reuocarunt, quos ſequenti tabula digeſtos videbis. Vigel.

- Ius ciuile tractat, aut
  - Iuris genera, Iurium autem aliud
    - Publicum: Publica autem iura ſunt.
      - Iura & leges.
      - Magiſtratus.
      - Iudicia publica.
      - Iudicia priuata.
      - Eccleſia & religio.
      - Fiſcus.
      - Militia.
      - Ciuitates.
    - Priuatum, qđ ſinguli habent. quod ſpectatur, aut

D

      - In perſonis, vt iᵒ inter
        - Maritum & vxorem.
        - Parentes & liberos.
        - Dominum & ſeruum.
        - Patronũ & libertum.
        - Tutorẽ & pupillum.
        - Curatorem & adultũ.
      - In rebus, vt ſunt
        - Dominium.
        - Poſſeſſio.
        - Vſufructus.
        - Vſus
        - Seruitutes, & ſimilia iura.

- Cauſſas iuris.
  - Acquirendi, quæ ſunt,
    - Lucratiuæ, vt ſunt
      - Hæreditates { Ex teſtaméto / Ab inteſtato } Cum ſuis actionibus. A
      - Legata & fideicommiſſa, cum ſuis actionibus & reliquis ſpeciebus.
      - Donationes.
      - Vſucapiones.
    - Oneroſæ, ut ſunt,
      - Obligationes &
        - Quæ ſunt ex
          - Contractu
            - Vero & nominato, q ſit, aut
              - Re, ut
                - Mutuum.
                - Commodatum.
                - Depoſitum.
                - Pignus.
              - Verbis, ut uerborum obligationes, cũ ſuis ſpeciebus, affinibus, & remedijs. B
              - Litteris.
              - Conſẽſu, ut é
                - Emptio & uéditio.
                - Locatio & côductio.
                - Societas
                - Mandatum.
            - Quaſi innominato
            - His accedunt côtractus eorum qui ſunt in aliqua poteſtate, cum ſuis actionibus. C
          - Maleficio, ut
            - Furtum. Rapina. Dãnum. Iniuria. } Horum itẽ ſpecies & actionũ affinia remedia.
      - Actiones
  - Retinendi, amittendi & recuperandi; ut ſunt
    - Exceptiones
    - In integrum reſtitutiones.
    - Condictio indebiti.
    - Liberationes.
    - Capitis diminutio.
    - Captiuitas.
    - Poſtliminium.
    - Quibus accedunt, duo tituli generales de uerborum ſignificatione, & de regulis iuris. D

Verum mea quidem ſententia totum ius ciuile quod in omnibus libris nunc exſtat adhuc ad magis abſolutam methodum reuocari poſſet: ad certa nimirum capita, ſiue communes locos vt omnes qui hoc tentarunt facere conati ſunt: ſingulis capitibus ſuas ſubiiciẽdo partes titulosque, qui in omnibus libris continentur, vt in Inſtitutionibus, in Digeſtis, in Codice, & in aliis, quibus, ſi quis abſolutum opus vellet conficere, ſingularum legum doctrinam breuiter ſubiicienda eſſet. Et ne uolumen nimis creſceret, reſecari poſ-

A ri poſſent leges, quarum nullus nũc eſt vſus, vt ſunt multarum perſonarum officia. Eius quod fieri poſſe diximus, nos quædam lineamenta ſubiiciemus, quæ ad perfectam formam qui uolet, poterit reuocare.

Vniuerſum itaque iuris corpus continet, vel ius ipſum eiuſq; partes: vel iuris materiam, ea nimirum de quibus iura ſtatuuntur.

Omne ius oritur, vel conſtat, ex iure naturali quod & ius gentium continet, vel ciuili, quod ex ratione pendet humana.

Iuris ciuilis partes ſunt, vel iura ſcripta, vt leges, cõſtitutiones, reſcripta, priuilegia, & aliæ, quæ a perſonis conſtituentibus nomen ſumpſere: vel ius non ſcriptum, vt conſuetudo, & mores, æquitaſque.

Ad ius pertinet eius interpretatio, & eius ſpecies, vt interpretatio, reſtri-
B cta, extenſa, actiua, & paſſiua, &c.

Huc etiam pertinent leges de nouo iure conſtituendo, In ff. C. A. & abrogando, abolendoue.

Atque ad hanc primam tractationem reuocares multos titulos, qui in ff. C. A. I. habentur.

Sequitur ſecunda iuris tractatio, quæ continet materiam ipſam de qua leges feruntur, quæ communiter reuocari ſolet ad hæc tria capita, ad Perſonas, ad res, & ad facta, quorum appellatione continentur perſonarum dicta, ſcripta, geſta, & actiones, modo aliquam iuris, aut iniuriæ communionem habeant, hinc conuentiones, teſtamenta, delicta, obligationes, &c. ex quibus oriuntur actiones forenſes & iudicia. Sunt autem facta, partim nu-
C da, partim cum iure coniuncta, & miſta.

Perſonarum conſideratio, alia communis, vt de ſtatu hominum, de iure perſonarum: alia priuata, de priuatis perſonis.

Perſonarum poteſtas in alias perſonas, alia patria, de qua ſtatuitur quo modo acquiratur, & amittatur. C. A. I. Alia patronorũ in libertos, de qua etiam illa duo quæruntur in C. A. I. Alia tutellaria, de qua etiam quæritur quomodo acquiratur, & finiatur, in ff. C. I. Alia curatoria, in ff. I. Alia dominica, quomodo quis veniat in ſeruitutem, & ab ea liberetur, & de operibus ſeruorum ff. C. I.

Perſonæ priuatæ, quarum diſtinctio ſumitur ex ſexu, ætate, natalibus, ordine, vnde varij perſonarum gradus pro graduum & dignitatum varieta-
D te, & varia eorum officia, in ff. & deniq; ex moribus vel ſtudiis, vnde alij milites, alij agricolæ, alij ſacri, alij profani.

Atque ad hos communes locos qui perſonas ſpectant bonam iuris ciuilis partem reuocares.

Sequitur alterum materiæ ſubiectæ caput, nimirum Res, in quibus primo ſpectatur earũ diuiſio, quod aliæ ſint ſacræ, aliæ profanæ, aliæ publicæ, aliæ priuatæ: aliæ corporeæ, aliæ incorporeæ: aliæ mobiles, aliæ imobiles.

Dominium, & eius partes, vt dominium directum, vtile, & poſſeſſio naturalis, ciuilis, & quaſi poſſeſſio.

Quibus modis acquiratur dominia, vt occupatione, cũ res nullius ſunt, aut derelictę: Inuẽtione, vt theſaurus, captiuitate, natiuitate, alluuione, ſpe-

cificatione,cum in rem alienam inducitur forma, ita vt materia reddi non A
poſſit:acceſſione,vt ſi arbor in alieno agro planteтur:cõmiſtione,confuſio
ne:ædificatione:cultura & ſatione,ſimplici traditione.

Quibus modis rerum iura amittãtur iure gentium: vt rerum diuiſione.

Quibus modis acquiratur & amittatur rerum poſſeſſio: per quas perſo nas dominium & poſſeſſio acquiratur, ff. C. I. Hinc pertinent ſeruitutes rerum,quibus ius in alienam rem acquiritur ff. C. I. item vſus fructus & habitatio ff. C. I.

Quibus modis res acquirantur Iure ciuili, Vſucapione, præſcriptione donatione,ff.C. A. I. & ſpecialibus donationibus,arris,ſponſalibus, dote, donatione propter nuptias,vt ſunt bona paraphernalia,ideſt,præter doté: ff. C. A. donatio inter virum & vxorem ff. C. & donatio cauſſa mortis. ff. B
De quibus etiam in iure canon. Denique ſucceſſione & teſtamento,quo referuntur legata & fideicommiſſa. Atque hinc extant facta actionesve humanæ circa res ipſas.

Hinc circa res præcipua actio,factumve, quo res ex teſtamento ſucceſſioneq; acquiritur,de natura, & cauſſis,& ſpeciebus teſtamenti,& de ſubſtitutionib. ff. C. I. Quibus modis teſtamentũ confirmetur,& infirmetur, de codicillis,legatis, fideicõmiſſis ff.C.I. quæ conditiones uitient ultimas uoluntates ff. C. De interpretatione diſpoſitionum ultimarum voluntatũ ff. de rebus dubiis. De emendato iure ſucceſſionum ab inteſtato ff. C. A. I. De ſucceſſionibus quæ deferuntur ex neceſſitudine ciuili, vt per arrogationem,ſucceſſionemque libertorum I. C. De iure deliberandi in aleuanda,vel omittenda hæreditate. ff. C. Et de dilationibus ſucceſſionum,& iure accreſcendi ff. C. C

De contractibus, qui ſunt aliud principale caput humanorum factorũ, ſub quo hi præcipue tituli continentur. De obligationibus,vbi de earum natura,cauſſis & ſpeciebus. ff. C. I. Quibus modis tollantur obligationes ff.C.I. De pactis,mutuo,ff. Si certum petatur. C. I. Quibus modis re contrahatur obligatio: An liceat paciſci uſuras:de cõmodato,& precario ff. C. de depoſito,& ſequeſtratione ff. C. De pignore & hypoteca ff. C. A. De indebito. De uerborum obligationibus. ff. C: A. I. De fideiuſſoria obligatione ff.C.I. De conſtituti obligatione C. de conſtituta pecunia: De promiſſio ne & intereſſe. De pollicitationibus & uotis. De literarum obligatione; D
de libellis rationariis mercatorum. De obligationibus ex conſenſu,de emptione,locatione,conducto ff.C.I. Emphyteuſi: de mandato, ſocietate & nuptiis. ff.C.I. de præpoſitis negociorum. De quaſi contractibus, quæ ex quaſi contractibus oriantur: de contractibus innominatis,de rerum permutatione: de tranſactionibus. ff. C.

Aliud principale caput factorũ, ſunt delicta,obligationesve quæ ex delictis oriuntur;ſub quo continentur hi tituli. De furto. ff. C. I. De hæreditate populante ff. Sacrilegio,peculatore ff. C. Expilatoribus, plagiarijs, ff. C. falſarijs,calũniatoribus, præuaric. tergiuerſat. captoribus munerum, incantatoribus & ariolis: De ui publica & priuata: de crimine læſę maieſtatis & ſe-

A & ſeditioſis:ſicariis, veneficis, parricidiis, ſtupratoribus, raptoribus, & ſimilibus. De termino moto, de concuſſione, effractoribus carcerum, receptoribus. De iniuriis, & damno iniuria, vel culpa dato. De extraordinariis criminibus, de crimine ſtellionatus, de dolo malo. Quatenus obligemur ex delicto eorũ qui in noſtra ſunt poteſtatė. De obligationibus quę oriuntur ex quaſi delicto, de quibus multi tituli habentur in C.

Actiones deinde ſunt aliud principale iuris caput, de quo multi extant tituli. Actionum aliæ reſpiciunt perſonas quibus conueniunt, aliæ rei vindicationem, aliæ obligationes diuerſas ob quas competunt. Sub hoc itaque capite hi ponuntur tituli, De actionibus, quid ſit actio & eius ſpecies ff. I. de acceſſionibus & imminutionibus actionum ff. De cauſſis agendi, quo ordi-
B ne tribuantur actiones. Quibus actionibus patria poteſtas conſeruetur: quę detur pro iure patronatus: de actionibus pupilli contra tutorem, & tutoris iure pupillorum. Quibus actionibus inter puberes & curatores agatur ff. C. quibus actionibus de libertate & ſeruitute inter dominum & ſeruum agatur ff. C. Et hæ ſunt perſonarum actiones. De rei uindicatione, de actionibus adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis ff. C. I. De concurſu petitorij & poſſeſſorij iudicij. Ex modis acquirendi iure gentium, iure ciuili, ex uſucap. præſcript. donatione, donationibus ſponſalitijs. ff. C. donatione inter coniuges, parentes, liberos, & cauſſa mortis facta: ex iure ſucceſſionis teſtamento, ab inteſtato. ff. C. I. ex fideicommiſſo vniuerſali, ff. C. De collatione bonorum inter hæredes. ff. C. ex teſtam. pro legatis. ff. C.
C Quibus actionibus ſeruitus vendicetur, aut conſtitui poſſit. ff. de communi diuidundo, & finium regundorum actionibus ff. C. ad exhibendum ff. C. de generalibus actionibus ex diuerſis obligationibus competentibus. ff. C. ex pacto mutuo. ff. C. ſi certum petatur, ex commodato, precario. ff. C. ex depoſito, ſequeſtratione, pignore, hypotheca. ff. C. pro indebito ſoluto. ff. de verbor. obligatione. ff. de eo quod certo loco dari poteſt, ex conſtituto. ff. C. ex intereſſe, promiſſione, pollicitatione, & voto, ex obligatione literarum: ex empto vẽdito. ff. C. conducto, locato. ff. C. emphyt. cõtractu. ff. C. iure ſocietatis: ex obligatione mandati. ff. C. Quibus ex cauſſis conueniat nobis, aut in alios detur actio, ex alieno contractu ff. C. I. Ex quaſi contractu. ff. C. negociorum geſt. contractibus innominatis. ff. C. Quando contra obligationẽ
D conuentionis, & ſolutionum detur actio ff. C. Ex obligatione delictorum ff. C. Furti, ff. C. Factæ uiolentiæ C. Factæ iniuriæ ff. C. I. de oblig. facti, quo damnũ, vel iniuria, vel culpa facientis datum eſt. ff. C. I. de actione in factũ, vt mulcta: ex obligatione legis. Quo officium iudicis loco actionis imploretur. ff. de ceſsione actionum. ff. C. de exceptionibus. ff. C. de iudiciis, & eorum differentijs: apud quos agi poſsit. ff. C. I. de citationibus. ff. C. quomodo ſit procedendum contra eos qui vocati in iudicium non veniunt. Qui ſuo vel alieno nomine in iudicio verſari poſsint, qui non. ff. C. qui legitime ſtare in iudicio poſsint, vel non. De infamibus. ff. C. de procuratoribus & ſyndicis ff. C. de aduocatis C. de reo comparente per ſe, vel per procuratorem. De dilationibus & feriis ff. C. de ſatiſdationibus ff. C. de libellis quib. actio-

nes proponuntur ff. C. quando & quæ exceptiones opponi poſſint. De mutuis petitionibus. A. De ordine cognitionum C. de litis conteſtatione. C. de cohercenda malitia litigantiũ religione iuramenti C. A. de probationibus. ff. C. de euidentia facti & confeſſione. ff. C. de fama & communi opinione: teſtibus, ff. C. A. tabulis ff. C. A. præſumptionibus ff. expediendis litibus per iuramentum ff. C. A. diſputationibus, ſiue probationibus. De conſultatione iudicum in proferenda ſententia C. de ſententia ff. C. de re iudicata ff. C. de exceptione rei iudicatæ C. de præſidiis declinandæ iniuriæ iudicum. De appellationibus ff. C. A. de criminalibus iudiciis. Atque ad hæc fere capita uniuerſum ius reuocari poſſet. Quo loco adnotauerim, hic non fuiſſe enumeratos omnes titulos qui in libris legum ciuilium cõtinentur, nec etiam eos, qui recenſiti fuerunt, ſuo in loco & ordine fuiſſe poſitos, quo poni deberent, ſi quis uellet exacte omnes in ordinem redigere, vt exẽpli gratia eos qui pertinent ad iudicia, et ſic de aliis. Vt autẽ uniuerſa iuris legumque materia, uno aſpectu cerni poſſit, hanc ſubiicio tabellam.

A B

Vniuerſa iuris tractatio uerſat vel,
- Circa ius ipſum, explicando originem naturam cauſſas, partes, effectus, quomodo fieri aut aboleri, ac interpretari queat.
- Circa perſonas,
  - Per quas introducitur. conſeruatur, & adminiſtratur ius, unde uaria perſonarum genera, & officia.
  - In quas habetur, vel quæ habent ius in alias.
- Circa res, Quarum habetur dominium, hinc rerum diuiſio, & earum acquiſitio, per uarios modos, earundemque dominia uaria.
- Circa facta, ut cõtinent ratione iuſtitiæ, vel iniuſtitię qbus, vel
  - Res acquiruntur.
    - Per donationes.
    - Per ſucceſſiones, & teſtamenta.
    - Per mutuum conſenſum, & contractus.
  - Ius acquiſitũ uiolatur, & impeditur.
    - Per occupationem iniuſtam, uel damna illata.
    - Per crimina in perſonas, vel cõtra ius ipſum, & leges: huc prinẽt crimina & pſonę criminoſę.
  - Iura reſarciuntur. Hinc actiones in res, & perſonas, quæ ius uiolarunt, aut uiolare uolunt.
  - Quibus recuperãtur per ius ipſum, vel per eos qui ius adminiſtrant. Vnde iudicia, quibus ius conſeruatur, recuperaturque, & violatores puniuntur.

C

Atque ex hac tabella intelligi poteſt, quæ potiſſimum iuris partes ſiue materiæ cognoſcendæ ſint ab ijs, qui ciuili prudentiæ operam ſunt daturi; illæ nimirum, quas ob oculos propoſuimus. Quod ſiquis peteret, qui ordo in unaquaquæ materia tractanda aut cognoſcenda ſeruandus eſſet, reſponderem hæc capita, uniuerſe loquendo de quacunq; re conſiderari poſſunt, Nomen, diuiſio, definitio, cauſſæ, partes, ſpecies, effectus, officia ve, & vſus, ſimilia, atque contraria: & ſi res ipſa poſtulabit, ortus, ſiue neceſſitas, & integritas. Ex quibus capitibus aliqua interdum poterunt omitti, aut leuiter attingi, & unum cum alio copulari. D

Ad extremum placet etiam hoc loco in gratiam tironum quandam tabellam proponere, in qua Inſtitutionum imperialium, uniuerſa ſpectabitur materia & ordo, mixta quattuor capita in quas ſunt diſtributæ. Quarum prima ius ipſum artemque & finem iuris continet: Secunda rem ſubiectam, nimirum perſonas: Tertia res ipſas: Quarta actiones quibus res conſeruantur, aut repetuntur per iudicia.

Prima pars
- Iuſtitiæ & artis definitionem. } Tit. I.
- Iuris præcepta, & finem. } Tit. I.
- Iuris diuiſionem
  - Publicum
  - Priuatũ.

con tinet.

A cōtinet.

- Rurſus alias diuiſiões in
  - Naturale, quod eſt commune etiam cum brutis.
  - Gentium, quod apud omnes gentes uiget.
  - Ciuile, qđ pro iure Romano ſumitur, qđ ſubdiuidit in
    - Scriptum, cuius partes ſunt, — Tit.2.
      - Lex
      - Plebiſcitum.
      - Senatuſconſul.
      - Principum placita.
      - Magiſtratuum edicta.
      - Reſponſa prudentum.
    - Non ſcriptum, quód cōſuetudine & moribus cōtinetur.
  - Immutabile, ut eſt ius naturale.
  - Et mutabile, ut eſt ius humanum.
- Subiectam materiam, q̄ cōtinet.
  - Perſonas.
  - Res.
  - Actiones.

B

C Secūda perſonas, & iura perſonarum. Perſonarum duplex eſt diuiſio.

- Prima in Ti.3.
  - Liberos & Seruos: Quorum alij
    - Ingenui. Tit.4.
    - Libertini. Tit.5.6.7.
- Secunda in
  - Eas quæ ſunt ſui iuris,
  - Eas quæ ſunt alieni iuris: vel in
    - Poteſtate dominorum, vt ſerui.
    - Poteſtate parentū, quæ
      - Cōſtituitur T.9.
        - Nuptijs.
        - Legitimatione.10.
        - Adoptione. T.11.
      - Diſſoluitur. T.12.
        - Morte.
        - Deportatione &c.

D Perſonę rurſus ſūt vel ſub

- Tutela
  - Quid ſit tutela. T.
  - Quotuplex
    - Teſtāmentaria
      - De perſonis
        - De his qui dant, vel accipiunt tutores.
        - De his qui dantur. T.13.
      - De modo
      - De re — 14
      - Specierum quarundam interpretatio.
    - Legitima
      - Ex l.12. tab.
        - Adgnatorum. T.15.16.
        - Patronorum. T.17.
        - Parentum. T.18.
      - Ex nouo iure, Fiduciaria. T.19.
    - Datiua.
  - Ratio — De ratione reddenda a tutoribus
  - Effectus — De auctoritate tutorum.21.
  - Diſſolutio. 12.

Tertia

- Curatione. T.23.
- Neutro iure.

Tutelę & curationi communia.
- Satiſdatio.24.
- Excuſatio.25.
- Suſpicio.26.

A

- Tertia circa res, in quib. ſpectatur dominium, & obligatio.
  - Dominium.
    - Iuriſgentium 1.
    - Iuris ciuilis.
      - De acquiſitione particulari.
        - De reb.
          - Corporalib. 2.
          - Incorporalibus, vt ſunt ſeruitutes
            - reales 2.
            - Perſonales 3.
              - Vſusfructus.4.
              - Vſus
              - Habitatio 5.
        - De modis.
          - De vſucapione 6.
          - De donatione.
          - De iure accreſcendi 7.
        - De perſonis.
          - Alienantibus 8.
          - Acquirentibus 9.

B

- De acquiſitione vniuerſali
  - De hęreditate.
    - Ingenui
      - Ex teſtamento.
        - Etymologia.
        - Conſtitutio.
          - Deteſtatore.
            - Qui iure cōi teſtatur.10.
            - Milite.11.
            - Qui negauit.12.
            - Parente qui liberos habet in poteſtate.13.
          - De hærede.
            - Inſtituendo.14.
            - Subſtituēdo.
              - Vulgariter.15.
              - Pupillariter.16.
        - Diſſolutio.
          - Ipſo iure.17.
          - Officio iudicis.18.
        - Accidentia.
          - Qualitas hæredum.19.
          - Legata
            - Natura. / Conſtitutio. } 20.
            - Ademptio. / Tranſlatio. } 21.
            - Imminutio.22.
          - Fideicommiſſa
            - Vniuerſalia.23.
            - Particularia.24.
          - Codicilli.25.
      - Ab inteſtato.
        - De defuncto.
        - De hæredibus.
        - Ordo
          - Primus.1.
          - Secundus.
            - Adgnatorum.
            - Quaſi adgnatorū.
              - Patris nuncupantis.2.
              - Matris.3.
              - Liberorum.4.
          - Tertius.5.
        - Hypotheoriæ.
          - De gradibus.6.
          - De ſeruili cognatione. communia de ſucceſſionibus ab inteſtato. } 7.
    - Libertini
      - Si aſſignatio non ſit facta.8.
      - Si aſſignatio facta ſit.9.
  - De bonorum poſſeſſione.10.
  - De acquiſitione per arrogationem.11.
  - De addictione bonorum libertatum conſeruandarum cauſſa.12.
  - De bonorum venditione / De S. C. Claudiano. } 13.

C

D

In

A

- De obligatione.
  - In genere.
    - Ex cõtractu vel quaſi
      - Conſtitutio.
        - De modis
          - De contractu
            - Re
            - Verbis
              - De re promiſſione
                - Summa
                - Expoſitio.
                  - De forma
                  - De materia.
                  - De efficiente.
                    - Proximo 16
                      - De duobus reis 17.
                      - De ſeruo. 18.
                    - Remoto. 19.
                  - Effectu. 20.
              - De fideiuſſione 21.
            - Literis. 22.
            - Conſẽſu.
              - In genere. 23.
              - In ſpecie.
                - De emp. & vẽd. 24.
                - De locatione, & conduct. 25.
                - De ſocietate 26.
                - De mandato 27.
          - De quaſi contractu. 28.
        - De perſonis. 29.
      - Diſſolutio. 30.
    - Ex delicto, vel quaſi.
      - De delictis
        - In genere
        - In ſpecie de
          - Furto 1
          - Rapina 2
          - Dãnodato 3
          - Iniuria 4
      - De quaſi delictis.
  - In ſpecie.

B

C

- Quarta pars circa actiones, ſiue iudicia.
  - Priuata in quibus ſpectãtur
    - Actiones de quibus explicatur
      - Definitio.
      - Diuiſio
      - Cauſſæ ob quas agere
        - Ex ſeruorum, & filiorum contractibus. 7.
        - Seruorum delictis. 8.
        - Animalium illato damno. 9.
      - Adiuncta,
        - Perſonæ per quas agere liceat. 10.
        - Satiſdationes. 11.
        - Duratio, & in alias perſonas migratio. 12.
    - Exceptiones.
      - Cauſſa
      - Exẽpla
      - Diuiſio
        - Prima
        - Secunda — 13.
        - Tertia
        - Quarta. — 14.
    - Interdicta 15.
  - Publica. 18.
    - Præcepta
      - Litigantium 16.
      - Iudicum. 17.

D

A

De legum diuerſarum comparatione, quomodo vna aliam excellat, aut tollat, deque contrariarum legum conciliatione. *Diſput. VIII.*

AD vniuerſam humanarum legum cognitionem propoſita diſputatio nonnihil confert: & ideo nullo modo prætermittenda fuit; cum ex rerum comparatione longe melius earum elucescat natura. Quæ ergo hac de re ab alijs fuſe dicuntur, nos paucis poſitionibus perſtringemus. Prima poſitio, lex limitatiua, correctoria, correcta, & particularis, quam exorbitãtem vocant, inter ſe differunt. Limitatiua eſt, qua generalis regula limitatur, vt in aliquo caſu non procedat; quæ, exceptio vocatur, & licet comprehendatur ſub uerbis, non tamen ſub ſenſu; alias enim eſſet correctio. Correctoria eſt illa, quæ in parte, vel in toto ius antiquum tollit: quæ abrogatio & derogatio dicitur. Lex correctã eſt illa quæ vel omnino, vel ex parte ſublata fuit. Exorbitans, ſiue particularis eſt illa, quę non facit ius commune, ſed priuilegiũ & gratiam continet. His adde legem præcellentem, vt eſt illa, quæ cum alia comparata ei præferri debet. Secunda poſitio, his de cauſſis vna lex antefertur alteri. Primo reſpectũ cauſſæ efficientis: quomodo lex ſuperioris tollit legem inferioris. Secundo reſpectũ materiæ; vt lex de rebus ſacris, quæ præfertur legi de rebus profanis. Tertio, ratione formæ, quomodo lex maiore cum ſolennitate facta, pręfertur ei quæ minus ſolenniter ſancita fuit. Quarto, ratione finis; qua ratione quæ tendit in bonum commune antefertur ei, quæ in bonum priuatum fertur: cũ illud, vt Ariſtoteles ſcripſit, ſit quid diuinius & magis amandum. Tertia poſitio, vna lex tollit aliam ratione rei ſubiectę, duodecim modis. Lex de rebus ſacris derogat rebus profanis: de bonis animæ, bonis corporis: de rebus corporis, externis bonis: de rebus naturalibus, rebus accidẽtalibus: de rebus ſuis, rebus alienis: de bono publico, bono priuato: æquitas præfertur rigori: neceſſarium, non neceſſario: voluntarium, inuito: ius ordinariũ, extra ordinario: quod quis habet per ſe, ei quod quis habet ab alio: denique, fauor odium tollit. Quarta poſitio, vna lex tollitur per aliam ratione modi, in his caſibus. Primo lex prohibens tollit legẽ permittentem: cum maioris efficaciæ ſit prohibitio, quam permiſſio. Secundo, lex iubens tollit legem conſulentem, cum iuſſio ponat neceſſitatem, conſilium non item. Tertio, quę principaliter diſponit, eam quæ acceſſorie aliq̃d ſtatuit. Poſtremo, veritas fictioni præfertur. Quincta poſitio, vna lex tollit aliam ratione qualitatis, vndecim modis. Primo lex conſcientiæ, derogat legi ſeculari in ſuo foro; ſecus in foro iudiciali. Secundo, idem dicendum eſt de lege canonica & ciuili. Tertio, ſtatutum derogat iuri communi in eo, q̃d ſtatuens ſancire poteſt in ſuo municipio. Quarto, lex ſiue ſtatutum in conſtitutionum codice, derogat legi extrauaganti. Quincto lex obſeruata de conſuetudine, præfertur ei quæ per eandem cõſuetudinem eſt abrogata. Sexto, lex noua derogat veteri l. non nouum, ff. de legibus. Septimo, lex poſterior derogat priori in ordine, quando inter ſe ſunt contrariæ, licet eodem tempore

B

C

D

Doct. l. 1. ff de regu. iur.

Cap. cum inferior de maior. & obed.

l. ſacimus. C. de ſacr. eccleſ.

Lib. 1. Eth. 2.

Cap. cum in cunct. de elect.

Cap. tua, de ſponſ.

Ca. paſtor. de fide inſtru.

A pore eſſent promulgatæ. Octauo, lex ſpecialis derogat generali. Nono, lex
habens clauſulam derogatoriam pręfertur legi illam non habenti. Decimo, *Ca. generi*
illa præualet, quæ maiorem vtilitatem habet. Denique, illa quæ cauſſam ha- *de reg. iur.*
bet priuilegiatam. Ex quibus colligeres, vnam legem tolli per aliã, aut alij *lib. 6.*
præualere, tribus modis vniuerſe loquendo, ratione materiæ ſubiectæ, ra-
tione modi, & ratione qualitatis. Quod dicitur, vnam legem aliam tollere,
intelligendum eſt, quando inter ſe conciliari non queunt. Qua autem rõne
ſi in illis appareat contrarietas, conciliari poſſint, ſtatim dicemus. Sexta po-
ſitio, quæ videntur inter ſe contrariæ leges, his modis eas conciliare licet.
Primo, cum vna lex declarat aliam, vt ſi antiquior eſſet obſcura. Secundo, cũ *Ca. nouit,*
ad cautelam maiorem poſita eſt. Tertio, prout vna aliam diſtinguit. Quarto, *de iudic.*
B quia vna aliam ſupplet. Poſtremo, quatenus vna aliam limitat. Quod ſi his,
vel alio modo leges conciliari non queant: dicendum erit vnam fuiſſe cor-
rectam per aliam. In quo obſeruandus erit ordo digeſtionis temporum, au-
ctorumque, & ſcripturæ. Rurſus de legum conciliatione, aliqui ita præci-
piunt. Primo fieri poteſt ex rerum tractatarum, & quæ tractantur, & ex an-
tecedentium & conſequentium, atque verborum diligenti inſpectione, &
examine. Secundo, ſi animaduertatur quo pacto vnaquæq; lex loquatur, an
aliquid ſtatuat, an aliquid per modum exempli dicat, aut obiter loquatur.
Tertio, ſi temporis quo conditæ ſunt, habeatur ratio, cum priores interdũ
ad poſteriores trahãtur, & vnus legiſlator alteri auctoritate & poteſtate prę-
ſtet, vnaq; lex pluribus iuribus, quam alia iuuetur. Denique, ſi hæc nõ ſuf-
C ficiant; videatur quæ lex cui ſpeciei iuſtitiæ, vt diſtributiuæ, commutatiuę,
æquitati, & rigori magis congruat, & quibus rationibus internis, & exter-
nis, firmis, aut infirmis nitatur, vt intelligi poſſit, quæ magis præponderet,
ſecundum eam regulam, quæ docet, magis æquitatis, quam ſtricti iuris ra-
tionem eſſe habendam. Septima poſitio, quando duę leges, quarum vna eſ-
ſet canonica, altera ciuilis inter ſe eſſent contrariæ, canonica in vtroq; foro
præualeret, ſi ageretur de re quæ eſſet peccatum, & ita ciuilis cenſeretur cor
recta: alias vtraq; in ſuo foro ſeruabitur. Quando vero aliquid non eſſet in
vno iure deciſum, in altero vero maxime, ſeruandum eſſet ius in quo res eſt *Gloſ. c. li-*
deciſa: cum vnum alterum imitari non dedignetur. Et quia vtrunq; ius pias *cet de foro*
cauſſas & æquitatem fouet, illud in vtroq; foro erit ſeruãdum quod magis *comp.*
D pietati, & ęquitati fauet. Octaua poſitio, omnes contrarietates quę ex legum
collatione naſcuntur, ad tres modos reuocari poſſunt. Primus, cum duæ le- *Ferd. Far-*
ges ſecundum totum ſunt ſibi contrariæ: ſecundus, cum vna pars vnius eſt *neſ. epiſt.*
contraria parti alterius, vel pars toti, & cõtra: tertius, qui raro cõtingit, cum *ad Flau.*
vnius legis vna pars eſt alteri contraria. Nona poſitio, omnium legum pu- *Vrſin.*
gnantia ad quinque pręcipua capita reuocari poteſt. Primum, cum continet
contraria; vt cum dicitur, litora maris eſſe communia, & non publica: & li-
torum vſum eſſe publicum: Item, vſufructuarium cedendo vſumfructũ al- *In inſtit.*
teri quam domino, nihil agere: & licet vſurarius non poſſit ius ſuum alteri
cedere; vſufructuarium tamen poſſe. Secundum, cum aliqua nimis genera- *Inſt. de co*
liter pronuncientur; vt cum dicitur codicillos nullam omnino ſolemnita- *dic.*

tem

tem requirere,& tamen requirunt quinque teſtes. Item,cum dicitur publica iudicia nihil habere commune cum priuatis: & tamen multa habent ſimilia. Tertium,cum aliquid diminute pronunciatur; vt cum dicitur. Seruitutem eſſe conſtitutionem iuris gentium, vbi excluditur ea quæ inducta eſt iure ciuili: Item vſufructuarium non poſſidere, iure nimirum ciuili; quia naturaliter poſſidet. Quartum,cum aliqua non ſatis bene vel plene explicantur; vt cum dicitur neceſſarium eſſe detrahi Falcidiam: cum tamen id ſit in hæredis poteſtate remittere. Item,cum dicitur aliud pro alio petentem, poſſe in eodem iudicio ſuum errorem corrigere:& tamen non erit idē iudicium. Quinctum,cum aliud ex alio male videtur inferri; vt cū dicitur, omnes res pupillo,& pupillæ ſine tutoris auctoritate recte dari poſſe(& poſtea infertur.) Ideoq; ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori tutori auctoritas,alioqui non liberabitur. Decima poſitio,octo modis vna lex cū alia comparari poteſt. Primo,vtra ſit antiquior & magis obſeruari ſolita. Vnde, licet lex 12. Tabularum,Iuſſerit, Quodcunq; poſtremum populus iuſſerit, id ius ratumque eſto: tamen Appius Clandius ſecundum legis antiquæ diſpoſitionem cenſuram geſſit contra legem Aemiliam, quæ vltima erat; contradicente P.Sempronio Trib.pleb.& indigne ferente. Secundo, vtrā ſapientior legiſlator condiderit:ſapientior nimirum in ea re quam tractat. Tertio, vtra ad remp.pertineat,aut ad priuatas vtilitates. Quarto, vtra de rebus maioribus caueat,ut de religione,de maieſtate,de ſalute multorum,vel de voluntate & vtilitate vnius. Quincto, vtra agat de præmio, vel de pœna:vtra prohibeat,permittat,aut iubeat:nam maior eſt auctoritas præcipientis,quā permittentis; & prohibentis,quam iubentis: nam quod iubetur,licet bonū ſit; tamen male fieri poteſt:quod uero per ſe prohibetur,nō alia de cauſſa prohibetur, quam quod malum ſit. Sexto, vtra honeſtior, vtilior,& magis neceſſaria patriæ. Septimo,utra generalior,aut magis definita. Vniuerſalis erat hæc in legibus 12. Tabularum, Vti quis legaſſet,ita ſuæ rei ius eſto:ex qua multa in fraudem fieri poterant. Vnde quæ magis eſt definita magis attendenda erit,vt quæ magis ad iudicium accedat. Octauo, & vltimo comparantur leges continentia;hoc eſt,vtri minus derogetur,altera ſeruata. Atque ex his colligere licet tres eſſe maxime vtiles legum comparationes. Quarū prima fit ratione abrogationis & determinationis: ſecunda ratione obligationis: tertia ratione contrarietatis. Quæ ſane collationes plurimum valent ad eas recte exponendas,& ad vſum traducendas,quibus de rebus conſequenti libro, cum omnes omnium legum humanarum ſpecies, & partes explicuerimus,diſputaturi ſumus. Parum enim eſſet,ipſam legum naturam uniuerſe explanaſſe, niſi qua ratione leges intelligendæ,explicandæ, & ad vſum traducendæ ſint doceretur.

Titu. de pub. iud. Inſt. de iur. per. Inſt. per quas. caſ. res acqun. Inſt. de leg. Falc. De act. Inſt. quib. alien lic. uel non. lAnt. Lul. ib. 2. de orat. c. 6. Liu. lib. 9.

A B C D

Libri decimi Finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER VNDECIMVS,

In quo de recta iuris humani interpretandi ratione, deq; recto legum uſu in ſcholis, & in foro reſpectu iudicis, & aduocati agitur.

An legum interpretatio admittenda ſit, & quid & quotuplex ſit interpretatio. Diſput. I.

A IN ampliſſima legum humanarum doctrina, quæ ad omnes homines non vno eodemque modo pertinet, diuerſa hominum genera diuerſa ratione verſantur. Nam alij tanquam cauſſæ efficientes, leges condunt, vt viri ſapiẽtes, & qui eaſdem iam factas iubent, & ſeruandas proponunt; vt Principes, & qui aliorum regendorum curam habent: alij eas recipiunt, & ex eis viuunt, vt ſubditi: alij exponunt & declarant, vt earum interpretes in ſcholis: alij earundem diſciplinam excipiunt, quam poſtea alijs tradant, vt Scholares: alij denique eas ad vſum praximq; traducũt, vt qui verſantur in foro, Aduocati cauſſas agẽdo,
B Iudices ex illis iudicando, & quod ſuum eſt cuiq; tribuendo. Cum ergo hucuſq; de legũ natura, tum generatim, tum ſpeciatim agendo earũ cauſſas partes effectuſq; expoſuerimus, reſtat, vt de earundem vſu, hoc eſt de explicatione, & interpretatione, praxiq; forenſi aliquid dicamus. In hac itaq; poſtrema legum humanarum parte, & in hoc libro, hæc nobis potiſſimum tractanda proponimus: qua ratione leges humanę ab interpretibus exponendæ: & ab auditoribus excipiendę ſint: quo pacto Aduocatus in foro illis vti; & quo modo Iudex ex illis ſententiam ferre, æquitatemq; ſeruare debeat. Quod ad primum attinet, illa ſe nobis primo offert dubitatio, an legum in- *Apoc. ult.*
C terpretatio admittenda ſit: & quę hac in parte rẽ dubiã faciunt, ſunt fere iſta. *Deut. 1.*

Primo, ſi quis uellet dubitare de interpretatione legis diuinæ, in ea, non vno in loco, ne quis apponat, aut addat, detrahatq; cautum eſt; quod facere uidentur, qui quod legiſlator ſtatuit, pro ſuo iudicio & opinione exponere conantur: unde enatæ ſunt tot hominum de una eademq; re, & unius loci uariæ, & ſæpe contrariæ ſententiæ; atque tanta librorum copia ac multitudo; ut iam non tam leges ipſæ, quam hominum priuatorum ſententiæ

Apoc. ult. populos regere videantur. Ideo in fine Chriſtianæ legis ſcriptum eſt, Conteſtor omni audienti verba prophetiæ libri huius, ſi quis appoſuerit ad hęc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Huc facit, quod aliquando Galenus dixit, De lege Moſis & Chriſtiana diſputare non licere. A

Lib. 2. de pulſ. diffe. Secundo, quod attinet priuatim ad ius humanum, legum humanarũ latores interpretationem ſibi reſeruarunt, & eam alijs vetarunt, vt Charondas, *Diou. Sic. lib. 12.* Conſtantinus Imperator, &, vt alios omittam, Iuſtinianus; qui aliquando dixit, Si enim in præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt, & leges interpretari ſolum dignũ imperio eſſe oportet: & idcirco prohibuit ne quis commentarios legum conſarcinationi applicaret. Poſtremo idem virorum prudentum auctoritate cõfirmare licet: Plato ſcriptum reliquit, fidẽ habendã eſſe legibus: ob quam cauſſam Cretenſiũ conſtitutionẽ laudauit, qua cautũ erat, ne iuuenibus quærere liceret, recte leges poſitæ eſſent, nec ne. Huc facit, quod Neratius aliquando pronunciauit, Rationes eorum quę cõſtituuntur, inquiri non oportere: cuius rei hanc reddidit rationem, Alioquin multa ex ijs quæ certa ſunt, ſubuertuntur. Ac poſtremo, quod Iulianus ſcriptum reliquit, Non poſſe omnium quæ a maioribus conſtituta ſunt rationẽ reddi. B

In hac difficultate multa mihi eſsent dicẽda, ſi priuatim de legũ diuinarum interpretatione admittenda contra quorundam hæreticorum ſtultitiã diſputare vellem. Quidam.n. in eam iuere ſnĩam, vt dixerint, legem diuinam ſe ſua luce manifeſtare, ita vt nulla interpretatione indigeat. Sed iſtos nunc miſsos facio, cum priuatim de legum humanarum interpretatione acturus ſim; de qua cum nullæ occurrant citandæ ſentẽtiæ, ad fundamenta accedo. Primum fundamentum, in quo, quid & quotuplex ſit interpretatio exponẽdum eſt. C

Interpretatio, vt hoc loco ſumitur, hac ratione a quibuſdam deſcribitur, Interpretatio eſt quę exponit id, quod dictum, ſeu ſcriptum eſt; alijs verbis quę idem valeant: Vel, eſt aperta uerbi declaratio. Vel melius, hoc pacto, Interpretatio eſt verbi vel ſententiæ obſcuræ per alia uerba clara expoſitio. Illa *Sebaſt.* uero interpretationis definitio, quã Dialectici tradunt, inepte hũc in locum affertur. Quod ad diuiſionem attinet, primo diuidi põt ex parte cauſſæ officientis, in interpretationem legis & hominis. Interpretatio legis eſt illa quæ fit a lege ſiue a Legislatore, quæ habetur in ipſamet lege, ſiue in legis codice: quæ duplex eſt: altera proxima, cum in lege aliquid ſancitur, ac etiam ſimul, vel paullo poſt explicatur: altera remota, quæ alio in loco, aliaue in lege habetur, cum vna lex aliam exponit legem. Hominis interpretatio dicitur ea, quæ non habetur in lege, ſiue in codice legum, ſed extrinſecus adhibetur, cum de alicuius legis dubiæ uera & clara indicatur ſententia. Hæc rurſus, uel fit ab eo qui legem condidit & promulgauit, ut a Principe, uel ab eo cuius conſilio lex condita fuit: uel a Iuriſperitis, & ab ijs quibus interpretandarum legum data eſt facultas. D

Hopper. Quam diuiſionem, alij ratione loci in hunc modum exponunt, ut alia dicatur ſcholaſtica, quæ fit a doctoribus in ſcholis: alia forenſis, quæ fit in foro a iudice, uel quæ fit in ſcholis accõmodata tñ ad uſum fori: alia politica, quę fit in ſenatu, uel corã Principe, dũ leges examinãtur, & corrigunt. Qui i hoc

poſtremo

A poſtremo interpretationis genere verſaturi ſunt, dēnt eſſe viri ętate pruden tiaq; maturi, & arte nomothetica inſtructi; ad quā artē hæc ptinet interpre tandi ratio: quæ duo potiſſimum ſpectat: Primum videt an leges recte latæ ſint, & hoc ſecundum rei naturam, formam, perſonas, loca, & tempora: alterū, an inueniatur aliqua lex, quæ non bene ſe habeat, & an aliquid mutandum ſit. Rurſus diuidi poteſt interpretatio ex parte obiecti, vel rei interpretandæ; & ita diuiditur in interpretationem verborum, & ſententiarum, ſiue ſenſus, & mentis Legiſlatoris: de quibus, quomodo faciendæ ſint, infra ſuo loco dicetur. Rurſus, diuideres ex parte effectus, ſiue modi interpretandi, in interpretationem latam, ſiue extenſiuam & in reſtrictam; addunt alij interpretationem per correctionem, & per declarationem, de quibus iam B diximus. Quare, qui legem aliquam interpretari voluerit, animaduertet, quodnam interpretationis genus admittat. Et, vt ſunt interpretationes variæ; ita etiam varij interpretādi & explicandi modi, qui ſunt fere iſti. Gloſſa, ſiue gloſſemata, ſcholium, ſiue ſcholia, commentarius, repetitio, & tractatus: Gloſſa eſt vox Græca, Latine lingua: quæ, vt ex Quinctiliano cognoſcere licet, non ipſum interpretem; vel interpretationem, ſed vocem obſcurā, ſiue linguam ſecretiorem, quæ explicatione indiget, ſignificat: ſimiliter, gloſſemata, dicuntur voces abſtruſiores & minus vſitatæ. Verum, apud Iuriſperitos, gloſſa, pro ipſa explicatione, & pro eo qui explicat ſumitur. Hinc gloſſatores, ſeu gloſſographi, qui gloſſas, hoc eſt obſcuriores & minus vſitatas voces exponunt. Primus itaque explicandi modus eſt, cum ſolum C obſcuriores legis voces, ſenſusve breuiter explicātur; vt, ſi explicetur, quid in lege deſignat, ſuffragium, & herciſcere, quod eſt partiri. Scholium, ſic dictum, a ſchola, ideſt a vacatione & ſtudio, ſignificat breuem interpretationem, defenſionemque, & purgationem, ac reſponſionem: ſed hic in prima ſignificatione ſumitur; pro expoſitione breui facili, & nuda, ſine vllo verborum apparatu. Huiuſmodi eſt explicatio cuiuſdam recentioris in leges duodecim tabularū. Commētarius, ſiue commentarium, & commentarij, a commentando dicti: Commentari autem, eſt tractare, agitare, cogitare, ac diſputare. Commentarium, aliquando deſignat ſcriptionem alicuius rei per capita, memoriæ cauſſa: aliquando explicationem alicuius auctoris; cuius breuiter dicta, planius & latius ſcribendo, ac diſſerendo expli- D cantur. Huiuſmodi ſunt Lecturæ Bartoli, Baldi, Alexandri, Iaſonis, & aliorum.

Repetitio, deſignat explicationem latiorem commentario, in qua aliorum dicta referuntur, clarius exponuntur, & alijs additis, dilatantur. Tractatus vero deſignat quandam ſcribendi rationem, qua aliqua materia plene, ordinateque, quantum ad omnia quæ de ea dici poſſunt, explicatur. His adderes alium ſcribendi & explicandi modum, per ſummam; cum ſcilicet aliqua materia quæ in iure non eſt ita digeſta, vel totum ipſum ius ad certa capita, locoſve communes, & quæ de ea in iure ſparſim dicuntur, ad illa capita reuocantur; qualis eſt in iure canonico Gofredi ſumma. Secundum fundamentum, omnis Legum doctrina, ut alibi diximus, in

duas eſt diſtributa partes: quarum vna in legibus faciēdis eſt occupata, quæ A
græce Nomothetica nominatur: altera quæ in ipſarum legum explicatione vſuque verſatur, quæ dicaſtice hoc eſt, iudicialis, ſiue iudicatoria appellatur. Hæc itaque leges quodammodo in remp. introducit, atque ad vſum traducit; id quod præcipue fit per iudicia, ac proinde tale eſt ſortita nomen. Et quamuis idem eſſe deberet legum faber, interpres, & exequutor, cum nemo melius legis ſenſum poſſit cognoſcere, quam is qui eam fecit: tamen, cū Nomothetæ, ſiue Principes per ſe omnia præſtare non queant, hoc eſt populos gubernare, leges exponere, & ius dicere, propterea neceſſe fuit, vt in miniſtros, & dicaſtas ſuam transferrent poteſtatem. Ideo de Minoe Cretenſium *Plato in Minoe.* Rege legitur, duos habuiſſe miniſtros, ſiue dicaſtas, vnum in vrbe, Rhadamantum, alterum in agro Talum. Et cum Moſes in quem Deus ſummam po B
puli Hebræi gubernandi contulerat auctoritatem, non omnia per ſe cōmo- *Exod. 18. Deut. 1.* de pſtare poſſet, idcirco a ſuo Cognato Iethro admonitus elegit viros quorum opera in regendo populo, cauſſiſq; explicandis vteretur, id quod etiam Deus approbauit.

Prima poſitio, legum interpretatio eſt omnino neceſſaria, ſine qua quæcunque leges parum eſſent hominibus utiles. Doctrina eſt certiſſima, quam ex multis capitibus ſine neceſſitate confirmare nolo: quæ tamen ex ijs, quæ dicemus omnino patefiet.

Secunda poſitio, nullius legis interpretatio, ſua natura, eſt interdicta. Nā, quod attinet ad legē diuinam, noſter legislator Chriſtus hortabatur Iudæos ut ſcrutarentur ſcripturas: & diuina ſapientia eos Beatos uocauit, qui ipſam C
elucidant: quod ijs ſane faciunt, qui diuina oracula, (in quibus, qui multa eſſe obſcura non videt, is plane cæcus eſt,) interpretando clariora reddunt. Quod uero ſpectat ad ius humanum, ipſimet Principes eſſe noluerunt, qui leges exponerent, in eoſque hanc facultatem contulerunt; maximiſq; priuilegijs ad hoc faciendum homines excitarunt. Huc facit hæc Iuriſperiti ſententia, Legibuslatis, cœpit, vt naturaliter euenire ſolet, ut interpretatio deſideraret prudentium auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem fori: Vel, ut Muretus legit, Legibuslatis, cœpit euenire, ut naturaliter ſolet, ut interpretatio deſideraret prudentium auctoritatem, neceſsariaque eſſet interpretatio *L. omnes popul.* fori. Quod autem ex hoc loco collegit Bartolus, legum interpretationem eſſe naturalem, ac proinde nec prohiberi, nec ullo ciuili iure tolli poſſe, plane ineptum, & a mente Pomponij alienum eſt. D

Tertia poſitio, legum tractandarum, & interpretandarum facultas, non eſt cuique concedenda, nec cuique eſt permiſſa. Nam, ut Pomponius ait, iuris interpretatio, prudentium, hoc eſt Iuriſperitorum auctoritatem deſiderat. Huc facit, quod in diuinis literis legimus, Non eſse dandum ſanctum canibus, hoc eſt res maioris momenti hominibus indignis non eſſe committendas.

Sacra igitur atq; difficilis legum interpretatio homini parum pio & erudito concedenda non eſt: nec, ut ſæpe vſu uenire ſolet, iuuenibus imberbibus & parum prudentibus.

Quarta

A Quarta poſitio, legis interpretatio pertinet ad eos, ad quos earum ſpectat conſtitutio, ſiue ex propria, ſiue ex commiſſa aut data auctoritate: quæ nunc male quibuſdam dari ſolet, qui vix vnum vel alterum annum ampliſſimam & implicatiſſimam diſciplinam audiuere: qua in re, non ſine populorũ detrimento publice peccatur: qui abuſus publica grauique egeret cenſura.

Ad primum, quod attinet ad legem diuinam, ipſamet præcipit, vt eã ſcrutemur, & elucidemus: quod qui faciunt nihil ei addunt, ſed quod in ea latet ſpiritu a Deo conceſſo in lucem proferunt. Nec mirum videri debet, quod tam multa in diuina lege explicanda ſcribantur, cũ ſit veluti perennis aquę viuæ fons. Sed hac de re alibi accuratius ſcripſimus.

Ad ſecundum, legiſlatores non prohibuerunt bonas, & neceſſarias expo-
B ſitiones, ad quod faciendum, vt diximus, legum profeſſores prouocarunt, eiſque facultatem dederunt: prohibuerunt tamen, ne corpori legum & legibus ipſis adderẽtur interpretationes, & ſcholia, ne legum libri in immenſum creſcerent.

Ad tertium auctoritas eorum qui in hoc argumento citantur intelligenda eſt de modeſtia, qua leges ſunt ſuſcipiendæ; ne quis temere eas damnet, aut indigne tractet: vnde merito earum interpretatio iunioribus prohibebatur.

De recta legum explicandarum ratione regulæ communes.
Diſputat. II.

C

QVONIAM ergo ad recte regendos populos per legum vſum earum neceſſaria eſt interpretatio; ne in hac re quicquam peccetur, bene interpretandi ratio cognoſcenda eſt. De recta igitur interpretandi forma acturus, prius quaſdam vniuerſas indicabo regulas: poſtea de priuatis regulis pro ſingulis interpretationum ſpeciebus neceſſarijs agam. Quod ergo ad primum attinet, haſce ſubijcio regulas ex varijs locis, auctoribuſque collectas.

Prima, legum intelligentia, non conſiſtit in ſola & ſimplici earum notitia; etiamſi quis omnes leges memoria optime teneret, ſed in plena atq; abſoluta cognitione, quæ ex earum diligenti accurataq; tractatione & expli-
D catione accedit, ita vt & verborum, & ſententiarum vis plene percipiatur. Hanc regulam tradidit Celſus Iuriſcõſultus, cũ dixit, ſcire leges, non (id eſt, non tantum) eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem. Eſt itaq; neceſſaria in primis verborum notitia, quod admonuerim contra eos, qui cũ Iuriſconſulti ſalutari velint, legum verba non intelligunt, quia latinam linguam ignorant, cuius tamen notitia nulli fortaſſe artifici eſt ita neceſſaria, atq; ei qui leges tractat; & verborum ſenſum tenere, ſibi ſat eſſe putant, ſi tamen fieri poteſt, vt qui uerborum vim non percipit, eorum ſententiam teneat. Deinde, id percipiendum eſt, cuius cauſſa uerba afferuntur, germana nimirum quæ illis exprimitur ſententia. Alias enim ſi ſola uerborum ſufficeret notitia, olim Romanorum pueri, qui duodecim tabularum leges me-

Lege Vige. lib. 1. Met. sur. can. c. 5.

Cic. lib. 2. de leg.

moria tenebant, legum periti fuiſſent. Quo autem modo uerborum & ſententiarum inueſtigandus ſit ſenſus, poſtea dicetur. A

Secnnda regula, recta legis expoſitio non cenſetur ea, quæ ſaluis verbis, eius ſententiam circumuenit. Huc pertinet regula illa canonica a iure ciuili ſumpta, Non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis niiitur voluntatem: quæ regula, & de eo qui in legem agit, & de eo qni legem exponit intelligenda eſt. Quo loco animaduertendum eſt, hæc duo inter ſe differre, Facere contra legem, & Legi fraudem facere: cōtra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero, qui verbis legis ſaluis, eius ſententiam circumuenit. Fraus enim vt Vlpianus ait, legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autē non vetuit, id fit: & quod diſtat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας hoc eſt, verbum a ſententia, hoc diſtat fraus ab eo, quod contra legem fit. B

De reg. iur. lib. 6.
L. quinctæ. C. de leg.
L. contra, ff. de leg.
L. fraus. ff. eod.

Quattuor a quibuſdam, vt id obiter dixerim, notantur modi, quibus in fraudem legis aliquid committitur. Rerum commutatione; vt ſi lex præcipiat filio familias non numerari pecunias, & ei aliquis oleū daret: Perſonarum commutatione; vt ſi maritus vxori donare nō poſſet, tertię perſonæ rem daret, per quam ad vxorem perueniret: Contractuum commutatione; vt ſi quod vendere non licet, donatum fuiſſe dicas: Poſtremo, contrahendi modo; vt ſi mulier, ne legis beneficio vteretur, non intercederet pro alio, ſed in ſe obligationem reciperet. Rurſus adnotarunt alij, duobus modis fraudem fieri legi, vno, de quo iam diximus, cum retentis verbis, ſententia circumuenitur, quod qui faciunt, vt Euripides dixit, Sycophantæ euadūt. Altero, cum quis maioris momenti leges ſe retinere profitetur, & tamē minorum legum cauſſa, ob priuatam vtilitatem, illas corrumpit, aut perire ſinit. C Id faciebant Phariſæi, qui dum ſuas traditiones ſeruabant, Dei mandata negligebant. Hoc vitium, vt vitaret Paulus, vti quæque lex erat, ita eam proponebat, vt cum aiebat, Dominus dicit, non ego: Ego dico, non Dominus: Præceptum non habeo, conſilium do: Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, &c.

S. Conſul. Vellei.
Hoper. lib. 4. tit. 4.

Tertia regula, recta legum explicatio, vniuerſe loquendo, id efflagitat, vt eius quod in lege decernitur, vera ac firma habeatur ratio. Eſt enim ratio, vt etiam ex ipſis legibus diſcimus, & doctores paſſim docent, anima legis: quā rationem qui non tenent, legis corpus exangue, & vt ita dicam, mortuū habent. Quare, abſolutus legum interpres, non debet, omnino in ea ſententia acquieſcere, quæ vulgo a vulgaribus Legiſtis vſurpatur, Ita Iuriſperitus, vel Imperator inquit: quaſi in Pythagorica ſchola eſſent inſtituti, & nullam eorum quæ dicunt haberent rationem. D Etſi erubeſcunt ſine lege loqui, cur non etiam eos pudet, leges ſine ratione ſcire? ſi legem is ſcit, qui rationem legis ignorat: cum quod ratione caret, ſit penitus extirpandum. Neque cēſendum eſt, illos bonos Iuriſconſultos, qui leges cum ratione ſciuerunt, voluiſſe poſteros ratione priuare; cum legum rationes interdum non eſſe quærendas dixerunt: vt ſequenti regula planius explicabo.

L. cum pater, §. dulciſsimis de legat. 2. l. cum ratio. ff. de bonis damnat.
Can. corepiſ. d. 68.

Quarta regula, in omni lege, ſiue diuina, ſiue humana ſunt quædam quorum ratio, vel non eſt quærenda, vel ab hominibus inueniri non poteſt, ac

proinde

A proinde male, aut non ſatis bene, aut fruſtra quæritur: & ideo ab eius inqui-
ſitione ſatius eſſet abſtinere. Explico, hanc regulam dedit Iuriſperitus, cũ di-
xit, Non omnium quæ nobis a maioribus tradita ſunt, rationem reddi poſſe. *L. non om-*
Sũt ergo (vt hanc regulam breuiter explicem) a legiſlatoribus quædam ita *nium, ff de*
inſtituta, vt ſi aliter decreta fuiſſent, adhuc ſtare potuiſſent: quorum nulla *leg.*
fere reddi melior, aut maior ratio poteſt, quam conſtituentis voluntas: vt, qđ
teſtamentum ſolemne ſeptem, & non plures, nec pauciores requirat teſtes:
Quod vſucapio, triennio perficiatur. Quod plures teſtes legitimo teſtaméto
intereſſe debeant, ea aſſignatur cauſſa, vt ſine fraude fiant: cur autem tot re-
quirantur, ex ſtatuentis voluntate factum eſſe videtur. Contra vero, ſunt
interdum quædam, præſertim in lege diuina, quorum ſumma ratio eſt apud
B legiſlatorem: in quibus non eſt neceſſe ſapere, plus quam oportet ſapere; vt
in lege Chriſtiana, quod pro infantibus, ſi aquę deſit elementum, non ſit
aliud remedium ad eos expiandos. Legiſlatori itaque ſoli, ut uiro prudenti
interdum ſine ulla alia ratione ob ſolam auctoritatem credẽdum eſt, ut cui-
cunque artifici in ſua arte perito: cum præſertim bonorum Principũ leges, *Prou.*
diuinæ ſapientiæ inſtinctu, ut ipſa ſapientia docet, cõſtituantur. Quare, cum
Iuriſconſultus dixit, Non oportere inquirere rationes eorum quæ cõſtituun
tur, non damnat vniuerſe omnem inquiſitionem, ſed eam quæ non eſt ne-
ceſſaria, & quæ de illis rebus quarum cauſſas peruidere, uel ob rei naturam,
uel ob noſtram imbecillitatem non poſſumus: id quod his uerbis ſignifica-
uit, Alioquin multa ex ijs quæ certa ſunt, ſubuerterentur. Legum itaq; ſum-
C ma debet eſſe auctoritas: nec ab earum præſcripto ſtatim recedendum eſt,
etiamſi cur aliquid ſit cõſtitutum, videre haud ualemus: alias enim quotidie
legum fieret mutatio. Ideo antiqui legiſlatores, dum leges populis propo-
nebant, ut eas ſe a dijs, uel a deorum filiis accepiſſe crederent, eis perſuadere
conabantur. Quibus, ut Plato ait, fides habenda eſt, etiamſi nullam ratio-
nem afferant.

Quincta regula, bonus & diligens legũ interpres, magis legiſlatoris men
tem, quam ſcripta uerba inſpiciat. Mens enim potior eſt, quam uerba, quæ
non propter ſe, ſed ad mentem ſignificandam adhibentur: id igitur potiſſi-
mum eſt ſpectandum, cuius gratia uerba uſurpantur. Quare, cum mens eſt *L. Non ali-*
clara, parum curandum eſt de uerbis: quod ſi mens eſſet obſcura, ex uerbis *ter de leg.*
D quæ ſunt notionum mentis ſymbola, inueſtiganda eſt. Cum ergo mens ſit
ueluti anima atque medulla, & uerba quaſi corpus & cortex, magis in illa, *Ariſt. lib. 1. periherm.*
quam in his examinandis laborandum erit. Huc facit, quod aliquando Do-
minus reprehendẽdo Phariſæos malos legis interpretes dixit, Euntes autem *Matt. 9.*
diſcite, quid eſt, Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Vnde optime Pau- *Oſe. 6.*
lus legiſlatoris potius mentem, quam uerba ſequendo, legem illam de non
alligando ore boui trituranti de hominibus intelligendam eſſe docuit. *1. Cor.*

Sexta regula, legũ interpretatio, uniuerſe loquẽdo, debet eſſe benignior.
Hanc regulam tradidit Iuriſconſultus, cum dixit, Benignius leges interpre- *L. Beni-*
tandæ ſunt, quo uoluntas earum conſeruetur: quam regulam illud uetus *gnius. ff. de leg.*
pronunciatum confirmat, quo dicitur, ſummum ius, ſumma eſt iniuſtitia.

Retinenda itaque eſt in omni vita æquitas atque benignitas:ob quam cauſſam Claudium a Suetonio, & M. Antonium a Iulio Capitolino laudatos legimus. Hæc regula præcipue adhibenda eſt,in re odioſa, & in pœnis,vt ſupra de lege pœnali agentes diximus.Ideo Hermogenianus aiebat, In legum interpretatione legum pœnas molliendas potius, quam aſperandas eſſe: & Paulus, Occaſionem rapiendam eſſe, quæ benignius reſponſum præbeat. Eadem regula in rebus dubijs retinenda eſt,in quibus, vt Gaius aiebat,benigniora proferenda ſunt. Ex qua regula acute ſciteque Ioannes Gerſon arguebat; in quæſtione,An beata Virgo fuerit ſine originali culpa concepta, ad probandum nos ſentire debere,fuiſſe ab ea liberam; cum in re dubia benigna facienda ſit interpretatio, & fauendum reo. Vt quod hoc loco docemus melius exponatur, animaduertendum eſt, inter iuſta & iniuſta eſſe quædam,quæ ex ſe,non ſunt nec bona, nec mala, ſed pro ratione vſus fiunt bona,vel mala: in quibus,hæc a quibuſdam numerantur, fauorabile, vt eſt id,quod ſecundum æquitatem fauorem meretur: Odioſum,quod ſecundũ ſeueritatem dignum habetur odio: & medium inter vtrunq; interiectum, in quo ordine reponunt vtile,neceſſarium,& delectabile: quibus ſua opponuntur contraria.Fauorabile extenditur,odioſum reſtringitur:neceſſitas vero facit licitum:iuxta regulam illam,quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. Et vt cum Paulo Iuriſconſulto concludam, In omnibus quidem,maxime tamen in iure,æquitas ſpectanda eſt.

l. penul. ff. de pœn. *l. Rapien. ff. de reg. iur.* *In decret. de reg. iur.* *l. in omnib. ff. de reg. iur.*

A B

De ſcholaſtica legum interpretatione,ſeu qua methodo leges in ſcholis interpretandæ ſint. Diſput. III. C

TRES ex quorundam ſcriptorum ſententia ſupra fecimus interpretationum ſpecies:politicam,ſcholaſticam, & forenſem; de politica nihil aliud priuatim occurrit dicendum, præter id quod ſupra diximus. Quare deinceps in alijs duabus ſpeciebus explicãdis uerſabimur:ac primum de ſcholaſtica, tum de forenſi diſputabimus.Scholaſtica igitur interpretandi ratio eſt illa, qua legum profeſſores utuntur in ſcholis, aut domi, ſcholaſticorum more de legibus agendo. Quam aliqui diuidunt in ſimplicem ſiue inchoatam; & in abſolutam atque perfectam. D

Inſt. lib. 1. Simplex uocatur illa,qua facili & ſimplici inſtitutione legum notitia traditur: abſoluta vero, qua omnia exactiſſime tractantur, & perpenduntur. Rurſus ſimplicem ſubdiuidunt in uniuerſalem,generalem,et ſpecialẽ:vniuerſalis interpretatio conſiſtit in doctrina, qua demonſtratur numerus & ordo librorũ iuris: quorũ primus eſt introductorius & iſagogicus, vt ſunt Iuſtiniani Inſtitutiones, reliqui vero continent abſolutam doctrinam, vt Pandectæ,Codex,& Nouellæ conſtitutiones. Generalis interpretatio, eſt illa quæ ſingulos libros partitur, & diſtinguit: aut potius ſubiectæ materiæ partes ſuo ordine diſtribuit,procedendo per genera, generumque ſubdiuiſiones, & ſpecies:vt ſi ius ciuile diuideretur in perſonas,in res, & in actiones,&

Cic. lib. 1. orat.

nes,&

A nes,& hæc rurſus in ſuas partes,quas rubricas, & titulos uocant. Qua ratione quidam totum ius ciuile ad tria capita reuocant,quorum primum cõtinet ea,quæ iura,& iudicia præcedunt,alterum iudicia ordinaria: quæ,vel ſunt ciuilia,vel criminalia,tertium ea quę poſt iura,& iudicia ordinaria ſequuntur.Specialis interpretatio eſt illa quæ circa ſingula capita,vel titulos, & rubricas uerſatur:quæ tria ſummatim conſiderat; uerborum cuiuſque tituli ſignificationem,generalem ſententiam,ſiue legem principalẽ, legisve generalem conſtitutionem;ac demum conſtitutæ legis rationem. Vt,ſi gratia exempli,ſumatur titulus de Pactis,cuius verba & generalis ſententia exponatur, & talis ſententiæ, ſiue legis conſtituendæ ratio aperiatur. Atque hæc ſunt, quæ de ſimplici,inchoatave interpretatione docẽt; ſequitur plena, B ac perfecta.

Plena iuris interpretatio duo includit,nimirum ſingulorum titulorum, ſingularumque legum declarationem. Singuli tituli,& ea quæ ſub illis cõtinentur,tribus potiſſimum ſolent tractari modis.Primo,vt faciunt illi, qui ſummas ſua quadam methodo conficiunt;relicto legum ordine: quam docendi rationem aliqui non approbant; cum exiſtiment in libris Inſtitutionum omnia ordinate tradi,& in Cod.item,in quo ſub quocunque titulo,tẽporum,non rerum ſerie ſeruata,quid quiſque Imperator ſtatuerit,docetur; in Pandectis itidem omnia artificioſo rerum ordine poſita eſſe putant. Secundo,cum non omnia Iuriſconſultorum reſponſa quę ſub uno continentur titulo,cum ſint ſingularia,inter ſe conueniant,nec etiam conuenire po-
C tuerint,una ſumitur lex,ſiue caput unum, ad cuius interpretationem, reliqua,quæ ſub eodem ſunt titulo accommodantur. Tertio,cum certa proponuntur rei ſubiectæ capita,& quaſi communes loci, & ad eorum explanationem,Iuriſconſultorum reſponſa reuocantur. Quæ capita,licet interdum non nominentur;inſinuantur tamen,& obſeruari poſſunt. Atque hos duos poſteriores modos in ipſomet iure,adnotare licet;ſicuti & alicuius rei explicandæ proœmium, & iam explicatæ epilogum.

Singularum legum interpretatio, vt aliqui docent, quattuor habet partes:quarum prima in legis ipſius declaratione uerſatur;ſecunda in examinãda legis ratione,tertia in effectibus qui ex lege ſequuntur;quarta eam cum alijs comparat,& ſi quę inuenitur diſcrepantia,aut repugnantia, ea remo-
D uetur. Nam in re aliqua cognoſcenda,quod primo occurrit,eſt, quid nam ipſa ſit;deinde, hoc cognito, cur ita ſe habeat intelligere cupimus; poſtea eius uim & effectus ſcire deſideramus,poſtremo reſtat,vt eam cum alijs cõferamus;cum omnes res ſint inter ſe,vel affines,vel diſparatæ. Prima pars hiſtorica,ſecunda etymologica,tertia practica, quarta analogica a quibuſdam nominatur. Prima,quid lex ſibi velit,exponit;verum ſenſum ex verbis elicit;iuxta communem prudentium ſententiam, & verborum propriã ſignificationem:adhibita,ſi opus eſt locorum emendatione; verba obſcura declarat,aliquid prænotando & ex antiquitate repetendo; clarius elegantiuſque exprimendo. Secunda,propoſitam habet ueritatem,rationẽ cauſſamque conſtitutæ legis indagando;cum legum notiones rationibus,quaſi

uinculis quibuſdam colligandæ ſint, ne effugiant. Hæc pars duobus potiſſimum expletur: primo inueſtigando aliquam rationem, qua de lege dubitatur; cum leges, vt alibi diximus, non fiant niſi fere de re dubia; ſecundo inueſtigando aliquam, vel etiam plures rationes conſtitutæ legis, ſiue deciſionis a lege factæ; ita vt unaquæque lex reuocetur in ſua principia, hoc eſt in rationem, in cauſſam cur facta & introducta ſit, & in occaſionē. Quod ſi interdum ratio nō occurrat, non propterea lex, vt irrationabilis damnanda eſt; cum, vt ſupra docuimus, non omnium præſertim ab omnibus, poſſit aſſignari ratio. Quo loco uidendum erit, an quæ aſſignantur rationes, vt bonæ recipiendæ ſint; nā ſæpe aſſignantur non bonæ. Tertia, quæ uim effectuſque legis exponit, cum ſcire leges, ſit earum uim, poteſtatemque tenere quattuor potiſſimum præſtat. Primum, præter expreſſam legis uoluntatē, etiam tacitam ex uerborū latiore ſignificatione, atque ex legis ratiōne educit; nam, vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. Deinde, aliqua notat; quæ licet ſint a lege, vel a re de qua agitur diuerſa; tamē ſunt quodam modo res ipſa, vt quaſi contractus quaſi delicta, & id genus alia. Poſtea, ex ſpeciali conſtitutione aliquas ſententias, & axiomata elicit; quæ tamen non debent eſſe longe petita. Poſtremo, aliquas proponit dubitationes; tum ad pleniorem intelligentiam, tum ad legis vſum, poteſtatemque demonſtrandam: in quibus tractandis modus ſeruandus eſt. Ad hanc interpretandi formam referuntur legum amplificationes, reſtrictioneſque, de quibus poſtea. Poſtrema vero, leges quæ inter ſe pugnare videntur conciliat: quarum conciliatio qua ratione fieri poſſit, ſupra docuimus. Quo autem modo verba interpretanda, & reſtrictiones, ampliationeſque faciendę ſint, poſtea docebitur. Quod de dubitationibus examinandis dicebam, circa legem quę explicanda eſt, vna vel plures theſes, caſus vocant, eliciantur, aut cum iudicio fingantur: fictumque factum, primum ſine vllis rationibus ſimpliciter exponatur: poſtea quid de eo dicendum eſſet a legiſlatore fuiſſe quæſitum, & ob aliquas rationes merito dubitatum: atque non obſtantibus adductis rationibus, ita, vt in lege habetur, conſtituiſſe. Ex qua conſtitutione, ſiue determinatione, vna theſis, ſiue poſitio, ſiue regula vna communis conficiēda, quæ variis locis communibus, ſiue capitibus corroborāda erit; vt ſunt, ſimiles leges, rationes propriæ, vel communes, varia legum, ſiue iurium genera, vt eſt ius diuinum, naturale, gentium, Pontificale, ciuile, cōſuetudo, honeſtas, neceſſitas, & vtilitas; ſi cum his res de qua agitur conueniat, vel pugnet; & id genus alia capita, locique communes, quos Dialecticorum ſuppeditare poteſt doctrina: & ij qui de locis ſcripſere. Denique huc reuocares eam interpretationis ſpeciem, quam aliqui forenſem vocant, cum ea obſeruantur in legis declaratione quæ ad fori vſum, & ad praxim ſunt accommodata: quam, dūo mei pręceptores Paullus Lācelottus, & M. Ant. Eugenius Iuriſconſulti Peruſini celeberrimi, ſæpe adhibere ſolebant: quæ interpretandi ratio in duobus maxime verſatur: in actionum nimirū, & quæſtionum obſeruatione. Actiones illæ ſunt per quas a legibus ad res forenſes venitur; legum vſum, cautiones, experiendi que formulas demonſtrando.

lib. x. diſp. vlt.

A do. Legum vſus oſtenditur, dum quod eſt in iure ſancitum, quo pacto in forum vocetur,& ad praxim traducatur,oſtenditur:cum varijs modis,apud varias nationes,vt olim apud Romanos lex aliqua exequutioni mandetur. Cautiones manifeſtantur,dum quo pacto quæque res ſecundum iuris pręſcriptionem agi & contrahi debeat, vt tuta ſit docetur: vt ſi demonſtretur quibus uerbis teſtamentum, aut ſponſalia, aut contractus aliquis fieri debeat. Experiendi formulæ, ſiue actionum, exceptionumque conceptiones, quibus de iure ſuo homines contendunt,aperiuntur,cum qua ratione ſcribere & inſtituere,id quod per magni intereſt, indicatur. Quod vero attinet ad quæſtiones,per quas a rebus ipſis ad leges aſcenditur, vt per eas examinentur,ſint iuſtæ nec ne,poſtea priuata diſputatione, dicam.

B Circa hanc interpretationis formam, qua lex aliqua ſpeciatim pleneq; exponitur,quinque a nonnullis traduntur admonitiones. Prima eſt,vt videatur ſub quo titulo lex interpretanda continetur: cum ad ſuum titulum, quaſi ad generale axioma & caput omnia referenda ſint, quæ ſub illo continentur; vt intra legis limites interpretatio verſetur. Secunda, lex integre & conſiderate perlegenda eſt: cum enucleari recte non queat,ni prius tota fuerit perſpecta:ſæpe enim ex fine legis,eius plena pendet notitia. Inter legendum vero,perſonarum nomina de quibus habetur ſermo,notãda ſunt: negocij de quo agitur qualitas;vt diſcernatur,an de rerum, an de perſonarum,an de negocij ſtatu potiſſimum agatur. Tertia,ſi quid mendi codex habeat,illud explorate corrigatur:ac etiam videndum eſt,an una, an vero plu
C res quæſtiones attingantur; vt lex in ſuas partes diuidi poſſit. Diuiſio autem non debet eſſe nimis minuta,vt recte admonuit Seneca,ne confuſionem pariat:quain re interdum Gloſſæ peccare ſolent. Quare, ea diuidenda ſunt, quæ diuidi poſſunt, non quæ in vnum conſpirant. Quando vero lex erit omnino breuis,diuiſio omittenda eſt, ni eam in ſententiam & rationem, vt aliqui docent,ſecare velis. Quo loco etiam quæſtionum rationes obſeruandæ erunt, ſi quæ ſunt pro, vel contra. Quarta,videndum eſt,an lex ſit principalis,an aliam explicet, ita vt ab alia pendeat:cuiuſmodi multæ reperiũtur. Si ſit principalis,in ea inſiſtendum eſt: in alijs etiam antecedentia & conſequentia ſpectanda erunt. Quincta,verborum legis proprietas perpendenda,a qua non eſt recedendum,niſi de contraria mente conſtet. Verba enim
D mentem referunt: & id cogitatum fuiſſe cenſendum eſt, quod verbis fuit expreſſum; præſertim verbis appellatiuis, quæ immutabilia ſunt. Sed de explicatione verborum planius infra. Addunt alij, vt videatur, quod genus interpretationis ſuſcipiendum ſit; hoc eſt,an gloſſa,an ſcholio, an commentario vti velimus. Sed de ſcholaſticæ interpretationis forma hucuſque: de qua etiam ſequenti diſputatione nonnihil dicetur.

Qua

A

Qua ratione leges audiendę, & puncta in doctoratu recitanda ſint, deque earundem legum continuatione. Diſput. IV.

QVONIAM qui verſatur in ſcholis legum magiſter, ordinem habet ad diſcipulum: propterea cum de modo docendi ſupra diximus; ſequitur vt de modo audiendi aliquid dicamus. In hac itaque diſputatione, primo docebo quo pacto in audiendis legibus diſcipulus ſe gerere debeat: poſtea, qua ratione pũcta, vt vocant, cum ad doctoris dignitatem accipiendam accedit, ei explicanda ſint. Quod attinet ad primum, ſuppoſitis iiſquæ in bono legum auditore lib. 1. neceſſaria eſſe docuimus, ea nunc præcepta tradem us, quæ proxime ad legum doctrinam conſequendam faciunt. B

Primo, inuento honeſto, & ad docendum idoneo præceptore, primis annis, Inſtitutionum libros audiat, & tres, aut quattuor meliores expoſitores ſibi comparet; ex quibus ſaltem vnus verba textus diligenter perpendat, ſenſuſq; plane demonſtret: alius vero etiam res ipſas leuiter examinet. Quo etiam tempore, Verborum ſignificationes, iuris regulæ, atque omnium legum tituli, ac etiam loci communes argumentorum de quibus nonnulli ſcripſerunt, cognoſcendi erunt. Nec erit inutile, ſi quem auctorem, qui de ordine ſtudendi agat, lectitabit.

Hopper. Sebaſt. Euer. Omph.

Poſtea, tertio anno cum ad ipſos legum fontes accedet, quoſdam alios ſibi parabit auctores, aliquos ex antiquis, alios ex neothericis meliores. C Quo etiam tempore textus canonicos, & aliquot eorum expoſitores, quorum maior eſt auctoritas, & frequentior in ſcholis uſus ſibi paret; vt loca citata, vel explicata videre queat. Neque enim ſola auſcultatione, aut ſcriptione bonus auditor debet eſſe contentus, ſed legum inſpectione leges ipſas ſibi familiares reddat, vt quando opus eſt, eas expedite citare queat. Huius præcepti neglectu maxima detrimenta ſcholares capiunt: qui, cum aliquot annos in ſtudio verſati fuerint, cum non ſtuduerint, aliud enim eſt, vt aiunt, in ſtudio verſari, aliud ſtudere, nec titulos, ne dum leges, citare norunt. Poſtea, quarto anno, vt quidam admonent, maior quædam adhibenda eſt diligentia in rebus perpendendis, colligendis, & ad ſuum locum reuocandis, ita vt quaſi quidam rerum penus ſcribendo conficiatur. Eſt autem ſcriptio ita volenti proficere neceſſaria, vt quidam recte dixerint, eum non ſtudere, qui non ſcribit, præſertim in legum arte omnium fuſiſſima, varia, atque lubrica: cum omnia memoria cõplecti, potius diuinitatis, quã humanitatis ſit. D

Poſtea, anno quincto, iam quaſi cortice reiecto, per ſe natare incipiat, leges ad caſus accommodet, aliquid ex illis deducat, ex ſimilibus ad ſimilia procedat, & ad diſputandum in publicum prodeat. Vt autem in arguẽdo atque defendendo ſit paratior & expeditior, leges quæ communiter in vſum veniunt, expeditas, regulas iuris promptas, verborum proprietates cognitas, & argumentationis formas, argumẽtorumque communes locos

omnino

A omnino perſpectos habeat. Hic memoria, hic ingenij perſpicacitate, hic dicendi copia & dexteritate opus eſt. Neque enim dum diſputatur, vt quidam admonent, ſatis eſt dicere, Aliter, ac aliter: Aliud, & aliud: ſimpliciter, & ſecundum quid: ſpeciale in hoc, vel in illo; quod reſpondendi genus, Miſerorum refugium vocatur.

Denique, poſtremis annis, ni prius factum fuerit, in ius Canonicum priuata cura incumbendum erit, ab eo, qui in vtroque iure Magiſter creari uoluerit: in quo ſane a multis peccatur, putãtes ſe pro Canoniſtis haberi poſſe, hoc ſolo, quod in iure ciuili profecerint, cum in iure Canonico alię ſint materiæ, aliæ regulę, aliaque principia, aliuſque ſcopus a iure ciuili: Quo etiam tempore parabit ſe ad doctoratus inſignia recipienda; puncta ſibi B ſumpta eo modo quo recitari ſolent tractando, ac etiam domeſtice recitando. Quo autem pacto tractanda ſint, nunc breuiter explicabo.

Quoniam igitur duo ſolent aſſignari puncta, vt vocant, explicanda, vnũ ex iure canonico, alterum ex ciuili; habita prius oratiuncula, ſi ita vſus poſtulet, dicat a digniori, quod digniora præferenda ſint, diuino inuocato auxilio, vt ſacræ leges monent, ſe auſpicaturum.

Poſtea ad rem accedendo, primo titulum, ſub quo ſibi propoſitum caput continetur, cum præcedenti titulo copulet, vt exempli gratia, titulum de teſtamentis, cum præcedenti; eos adducendo connexionis modos, quos ſcriptores meliores afferre ſolent. Vbi poterit aliquid in contrarium afferre, atque etiam diſſoluere. Secundo, ad ſui puncti explicationem, dicat ſibi C notanda & præmittenda eſſe nonnulla; vt in exemplo allato, quid teſtamentum ſignificet; quid ſit: quotuplex ſit: qui teſtamentum facere poſſit: quibus de rebus; qua forma, quo ve modo: quomodo confirmetur, & qua ratione infirmetur. Atque hæc ſeptem capita, de re propoſita breuiter explanabit. Tertio, his expoſitis, ſumpto Codice, legis ſiue textus ſibi aſſignati diuiſionem faciat, & ſingula membra partesve indicet; eo modo quo Gloſſographi faciunt. Quarto, totius legis ſummam paucis verbis comprehendat, atque legiſlatoris decretum breui lemmate conſtringat. Quincto, caſum, vt appellant, ſeu facti ſpeciẽ, dubiumve cuius cauſſa lex facta fuit, ſiue quæſtionem illam a legiſlatore deciſam ſibi fingat: & aliquot dubitandi rationes, ex iure præſertim ſumptas, in medium afferat.

l. 1. et 2. de albo ſcrib. l. 1. C. de uet. iur. enuc.

D Sexto, dicat, his rationibus non obſtantibus, recte ita ſancitum fuiſſe; atque cur ita factũm fuerit, aliquibus rationibus indicet. Septimo, his peractis, ad verborum aſſignatæ legis explicationem pergat textumque legat. Et quoniam uerborum explicatio omitti ſolet: dicat ſe ea explicaturum in notabilibus, quę ex aſſignato textu colligere licet. Octauo itaque loco, colliget notabilia; vt ex allato capite de teſtamentis; quod ad hæredes pertinet teſtatoris voluntatem adimplere: quod iudex eccleſiaſticus operam dare debet, vt defuncti vota impleantur: hæredi negligenti defuncti uoluntatem exequi, poſſe res omnes interdici, & c. quæ notanda poterit aliquo alio textu confirmare, aut etiam infirmare, & quæ obiecta ſunt refellere. Poſtremo, accedet ad ea quæ habentur in gloſſa, quam, eodẽm fere modo quo

quo textus exponi conſueuit, explanabit. Hoc primo puncto expoſito: ad A
ſecundum ex iure ciuili ſumptum accedet, quod eadem ratione explanabit. Hunc etiam fere modum ſeruant doctores in ſcholis: qui tamen diligenter textum, modo ſupra explicato, perpendunt, & gloſſas accurate examinant, ac etiam quæſtiones quæ a doctoribus tractari ſolent, diſcutiunt.

Et quoniam de librorum, titulorumque ac rerum ordine & copulatione, non ſemel ſupra facta eſt mẽtio, de qua ſatis ſuperque, a Iuriſconſultis diſputatur, de ea nobis aliquid ſummatim, ne in re perſpicua ſine neceſſitate immoremur, hoc loco ſcribendum duximus: quæ autem dicenda occurrunt, nonnullis dictis complectar. Primum dictum, continuatio & ſubordinatio in præſentia pro eodem ſumuntur, vt deſignant, coniunctionem, cõnexionem, congruamque, rerum, titulorum, librorumve concatenationem B
qua res aliqua non confuſe, non perturbate explicatur. Hoc dixerim contra eos, qui continuationem a ſubordinatione diſtinguunt, & hanc admittunt, illam vt impoſſibilem reijciunt. Secundum dictum, continuatio, a quibuſdam huncin modum deſcribitur, Eſt partium inter ſe corporum tactus: Alij hoc modo, Eſt actus ad perfectionem eiuſdem rei tendens. Verum neutra deſcriptio ad rem accommodata eſſe uidetur. Eſt ergo continuatio eorum quæ tractantur congrua iuxta naturæ, vel doctrinæ ordinem diſpoſitio, vel eiuſdem diſpoſitionis indicatio. Duplici etenim ratione res aliqua diſponi & ordinari poteſt, ſecundum naturæ ordinem, quem res ipſa ex ſe poſcit; cum quæ ſuapte nātura priora ſunt, prius explicantur; vel ſecundum ordinem doctrinæ, ſecundum quem faciliora, & notiora, & quæ ſunt ad C
aliorum cognitionem ſcitu neceſſaria, priore loco tractantur. Solet etiam interdum attendi ordo temporum, dignitatiſque. Tertium dictum, diſpoſitio, ſiue continuatio triplex eſt, una qua res cum re, ſeu materia cum materia copulatur, vel copulata eſſe oſtenditur, vt materia de rebus, cum illa de perſonis: altera, qua unus titulus coniungitur cum alio, qui ſunt ſub eadem communi materia; vt varij tituli perſonarum, ſub materia de perſonis: tertia legis ad legem. Quartum dictum, continuatio, uniuerſe loquendo, facienda eſt. In hoc omnes Doctores conueniunt, & conuenire debent, ni affirmare uolunt, iura eſſe omnino temere collecta, & inordinate, tumultuarieque collocata: cum tamen in hoc potiſſimum eorum collectores laborauerint, vt ad ordinem redigerent. Hoc dictum multis auctoritatibus probarẽt Iuriſperiti; at nos qui certa ſine neceſſitate cõfirmare nolumus, eas omittimus. In eo autem ſcriptores diſſentiunt, an ſatis ſit materiarum ordinem indicare, vt Baldus, Barbatius, Aretinus, Crauetta; et alij uolunt: an vero etiã titulorum ordo aperiendus ſit, vt Cagnolo, Sebaſtiano, & alijs placet, eſtq; communis opinio. Quinctum dictum, non modo rerum, ſeu materiarum, ſed etiam titulorum inquirenda & facieuda eſt continuatio. Hoc dictum Medices nonnullis rationibus confirmat, ſoluitque rationes pro contraria ſententia allatas; quas apud ipſum uidere poteris; nobis unica ſatis erit ratio eaque firmiſſima. Nam totum iuris opus eſt veluti quoddam corpus, quod varijs materiis, veluti quibuſdam maioribus membris & titulis, quaſi materiarum

Cagnol. Rubr. de orig. iur. Crauet.

Tract. de leg. par. 3. q. 6.

D

A riarum articulis,& maiorum partium particulis continetur: ergo vt maiores partes debẽt inter ſe cohærere,& earum coagmẽtatio & ordinatio inquirenda eſt: ita & minorum collocatio inueſtiganda erit. Sextum dictum, inter legem & legem, ſiue cauſſam, & cauſſam, canonemve & canonem, atque inter caput & caput, non eſt neceſſario facienda continuatio. Quoniam iſta ſæpe continent priuatos caſus, quorum nulla eſt neceſſaria connexio, quæ tamen ſub propriis titulis ponenda ſunt. Septimum dictum, quamuis continuatio fieri debeat: tamen nõ uno certoq; modo ſemper facienda erit; ſed eo pacto quo res ipſa patitur. Vnde vt ſcriptores docent, aliquando per digniora, aliquando per priora, alias per potentiora fieri oportebit. Atque hæc fiere ſunt, quæ de re propoſita diſputantur. *Doc.I.Gal Ins. ff. de lib. & poſthu.*

B

De verborum ſententiarumque rectæ explicatione, deque eorum extenſione, atque reſtrictione. Diſp. V.

QVONIAM vero ſcholaſtica legum interpretatio in verborũ explicatione, & in ſententiæ dilatatione, reſtrictioneque præcipue verſatur, de quibus multa a Doctoribus ſcribuntur dũ interpretandarum legum rationem tradunt; ideo nos quoq;, multa quæ dicuntur in pauca conferendo, ijsdem de rebus agemus: ac primum de verborum interpretatione ita ſtatuimus.

Prima poſitio, verborũ ſignificatio duobus modis accipi & intelligi poteſt: vno, vt deſignant rem aliquam aut factum ſimpliciter, ſine vllo reſpectu ad aliud; vt ad animum agentis, vel ad ius, vel ad effectum. Quo modo hominis necatio relata ad effectum, dicitur homicidium; at relata ad animum eius, qui occidit, vt illatam iniuriam propulſaret, nõ ita: qui actus potius defenſio, quam homicidium vocari deberet. In omni itaque actu duo ſpectanda ſunt, & res ipſa, & animus, ſiue relatio ad aliud: Quia ſecundum vnam conſiderationem aliquid proprie nominabitur tale; ſecundũ aliam improprie. Secunda poſitio, verborum interpretatio ex quattuor potiſſimum capitibus ſumitur: ex ipſorum proprietate, animaduertendo eorum propriam ſignificationem; ex improprietate cum obſeruatur quid improprie ſignificant: ex vſu & conſuetudine: & denique ex doctorum declaratione; vt inſequentibus poſitionibus plane explicabo. Tertia poſitio, verborum proprietas, ſiue propria verborum ſignificatio, ex varijs capitibus ſpectatur: quæ a quibuſdam fuſe numerantur; nos breuiter perſtringemus. Ex definitione, etymologia, ſiue notatione: ex peritorũ auctoritate: ex æquipollentia ſiue conuerſione, cum conuertitur cum ſuo conuertibili: ex coniugatione, vt ſi credere eſt fidem alterius ſequi, creditor erit, qui fidem alterius ſequitur: ex oppoſitione cum ſuo contrario, ſeu correlatiuo: ex traductione ad ſpeciem: vnde argenti appellatione non continetur pecunia numerata, & ex proprietate ſermonis. Item illa eſt propria verbi ſignificatio, quæ eſt ſecundum veritatem, non ſecundum fictionem: quæ eſt ſecundum ius, non ſecundum factum: quæ ſiſtit in potiori ſignificatu: quæ eſt conſequens

C (beside "teſt: vno") · D (beside "tione; vt inſequentibus") · *Seb. Med. 416. p. 3. tra. de leg.*

quens rei deſignatæ per ipſa verba: nomina enim debent eſſe conſona rebus: quæ denominatur a præſenti, non a futuro, vel præterito: Quæ intelligitur per prius, non per poſterius, vel per viam directam, & immediatam, non quæ per obliquam & mediatam; vel ſecundum cauſſam proximā, non ſecundum remotam: vnde magis filius ſequitur domicilium patris, quā aui: Item, quæ eſt ſm originem ſcripturæ, & illa per quam ſingula ſingulis redduntur: illa, qua duo in vna oratione concurrere ſignificatur; & in qua talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, & cōtra illa, qua omnes caſus determinantur in vna determinatione, ubi ſunt plura determinabilia: illa quæ conuenit tempori ſui verbi: illa in qua nihil extraneum ſubauditur: illa per quā maior effectus ſequitur: & illa, quæ eſt ſignificatu potior, & magis ad rem ſubiectam accommodata. In ſumma, propria verborum & rerum ſignificatio ex perſona loquente, ex modo quo loquitur, ex negotio, loco, & tempore haurienda eſt. Nā apud diuerſas nationes, varij ſunt loquendi modi: & aliter loquitur Iuriſperitus, aliter Philoſophus: & aliter qui ex ſe loquitur, aliter qui aliorum dicta refert. Negotia enim per varios tropos nomina inter ſe commutant; ſed nihil magis nominum mutationem inducit, quam tempus & vſus, & populorum miſtio. Quarta poſitio, verborum improprietas ex his fere cauſſis naſcitur. Cum nomen ex ſuo domicilio in alienum per metaphoram migrat; niſi figura ornatus cauſſa adhibeatur: quando aliquid cum aliquo adiuncto pronuntiatur; non enim proprie eſt tale, quod non eſt ſimpliciter tale: ſed hoc procedit, quando adiunctum ſuo aduerſatur ſimplici: Quando aliquid alterius nomine, vel nomine in lata ſignificatione accepto, nominatur. Quando aliter verba ſonant, quam materia, uel diſponentis mens poſtulat: Denique a proprietate verbi receditur, ob rerum circunſtantias, & vt remoueatur repugnantia, vt teſtes non ſint diſcordes, ne diſpoſitio ſit eluſoria, & vt uitentur abſurda. Quincta poſitio, in uerborum explicatione obſeruādus eſt eorum uſus: unde in materia etiā pœnali uerborum ſignificatio ex ipſo uſu perpendenda eſt. Nam communis loquendi uſus uerborum proprietati præualet: cum ex uſu eorum ſignificatio pendeat. Quantum autem hac in parte uſus poſſit, his uerbis expoſuit Horatius, cum de uocabulorum uſu præcepta dabat.

Alc. lib. 4. de uer. ſig.

In poet.

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula: ſi uolet vſus:
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

Obſeruandus itaque eſt communis in loquendo uſus, non cuiuſque, ſed eruditorum hominum: & eum uſum, quem uerba habebant cum lex ſancita fuit; niſi præſens uſus benigniorem interpretationem faciat: modo tamen uſus iam ſit præſcriptus. Sexta poſitio, uerborum proprietas ex doctorum interpretatione ſumenda eſt, cum uerba aliquid ex ſe non ſignificant. Vnde in re fauorabili extenditur uerborum ſignificatio in odioſa reſtringitur; ut ex ijs quæ nunc dicemus planum fiet. Septima poſitio, ſi in uerbis explicandis incidemus in uocem ambiguam, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ uitio careat, id eſt, quæ nihil continet abſurdi, cum cenſendum ſit le-

L. in ambig. ff. de leg.

A ſit legiſlatorem nihil abſurdi introducere voluiſſe;idque præſertim,cũ ſta-
tuentis voluntas inde colligi poteſt.Vt ecce,ſi lex dicat,Hoſtem impune oc
cidere licet;cum hoſtis nomine,non ſolum is deſignetur qui populo Ro-
mano bellum indixit,ſed etiam peregrinus;abſurdum eſſet,per hoſtem,in
telligere peregrinum.In interdicto,Vnde vi,ſcriptum eſt,Vnde tu illum vi
deiecisti,aut familia tua deiecit:ſi unus ſeruus deijciat, quamuis vnus ſer-
uus familiam non faciat:tamen receptum eſt,vt etiam vnus ſeruus familiæ
nomine contineatur.Atque hæc fere ſunt quæ Doctores circa propriã uer- *Cice. orat.*
borum interpretationem obſeruanda monent. Sequitur, vt de interpreta- *pro Cæcin.*
tione per reſtrictionem & dilatationem agamus.

Octaua poſitio,Regula illa iuris,lex generaliter procedens,generaliter
B eſt intelligenda,ex tribus capitibus reſtrictionem admittit: ex quibus pla- *l.1.§ gene*
ne intelligitur,minus eſſe intellectum,quam fuit ſcriptum: Primo ex mẽte *raliter, ff.*
legiſlatoris,idque his modis.Primo,ex collatione expreſſorum; vnde con- *de leg.* *Cap.ex lit.*
ceſſis temporalibus,non intelligũtur,conceſſa ſpiritualia.Secundo,ratione *de iure pa.*
cauſſæ diſpoſitionis:unde cauſſa limitata,limitatur effectus.Tertio,ex con- *l. quod fa-*
trario fine:nam inducta ad vnum finẽ,non debent efficere contrariũ.Quar- *uore. ff. de*
to,ratione paritatis,vt paritas ſeruetur:vnde maritus poteſt accuſare uxorẽ *leg.* *l.cum mu*
de adulterio,ſi tamen non ſit particeps culpæ. Quincto, vt ſeruentur termi *lier. ff. de*
ni iuris:vnde,cum quis obtinuit beneficium eccleſiaſticum,intelligitur,cũ *ſolut.mat.*
canonica inſtitutione.Sexto,ne ſequatur caſus illicitus. Septimo, ne quis
ex bono & æquo dãnum referat.Octauo,ob cauſſam neceſſitatis.Nono,ne *Cap.1.de*
C fiat captioſa interpretatio.Decimo,ob fictionem, nam caſus fictus & impro *reg.lib.6.*
prius ad alium non eſt extendendus. Vndecimo, ob rationem naturalem.
Duodecimo ob naturam vocabuli:vnde conſenſus,excludit, vim,metum,
& errorẽ. Decimotertio,ex vſu loquẽdi. Decimoquarto,ex natura rei,ſiue
ex ſubecta materia. Decimoquincto ex præſumptione. Poſtremo ex ino-
pinata cauſſa ſuperueniente.

Secundo,cauſſa reſtrictionis uerborum eſt aliqua lex,quę facit,vt quod
in alia dicitur ſtrictius intelligatur:vt lex de nõ uerſando cum excommu-
nicato,ſtricte intelligenda eſt,de nominatim excommunicato, & publico
clerici percuſſore:quia lex hãc addidit reſtrictionem.Tertio,ob anteceden *Conc.Baſi.*
tia & conſequentia in ipſa lege: unde propter relationem ad expreſſa ſub
D ſpecialibus intelliguntur quædam alia non expreſſa: & ſub generalibus,
quædam intelliguntur excepta, licet non ſint expreſſa. Nona poſitio,iuris
extenſio,ſequẽtibus modis contingere poteſt.Primo,quando caſus virtute
expreſſi non põt intelligi in lege cõpræhenſus,§.illud,Inſt.pro ſocio;intel-
lige, quãdo verba expreſſe nõ repugnãt.Secundo extenditur ad alium ſimi
lem habentem eundem effectum,etiamſi de mente non conſtet:non tamen
a caſu vero expreſſo, tranſitur ad fictum. Tertio, a ſimplici ad miſtum, in
materia fauorabili, ſecus in odioſa. Quarto, vt aliquid poſſit adimpleri
per æquipollens; in conditione neceſſaria tum ad actum,tum ad effectum
actus. Sed non procedit in conditione voluntaria, quæ debet adimpleri
in forma ſpecifica,prout fuit prolata: & quod pro forma introductum eſt,

non adimpletur per æquipollens. Quinctò, quod eſt diſpoſitum in vno correlatiuo, extenditur ad aliud, quando lex conſiderat rem, vel actum; ſecus ſi conſideret perſonam: nam res prohibita locari, & vendi, ſimiliter & conduci, & emi: at ſi pater prohibetur agere, non itẽ filius, & hoc in materia diſpoſitionis: nam in ratione exiſtentiæ ab vno ad aliud arguitur: quia ſi vnum eſt, & alterum erit. Sexto, in contrarijs, quæ medio carent: nã lex prohibens vnum, cenſetur permittere aliud. Septimo, ob repetitionem factam in alia lege interpretante, vel interpretata. Octauo, ex vno pari ad aliud par, vel vel, vt dicunt, ex parificatis. Nono, ratione vnius, quia vna eademque res non debet diuerſo iure cenſeri. Decimo, ratione adiuncti. Vndecimo, ratione ſubrogati, quia ſubrogatum ſapit naturam eius pro quo ſubrogatur. Duodecimo, ex definitione, vnde qui dicit iudicium, dicit omnes perſonas quæ in eius definitione ponuntur, iudicem, reum, & actorem. Decimotertio, ex partibus, & ex toto; nam quod de illis diſponitur, & de hoc diſpoſitum cenſetur, & contra. Decimoquarto, lex diſponens de genere, cenſetur diſpoſuiſſe de omnibus ſpeciebus: vnde, cui debentur alimẽta, debetur cibus, veſtitus, & habitatio. Decimoquincto, ratione finis. Decimo ſexto, ratione principij originis, naturæ rei, & ex præparatorijs, ex quibus ad præparatum infertur. Decimoſeptimo ex acceſſorio, ad quod proceditur, ex diſpoſitione principalis. Decimooctauo, ex antecedẽti, & conſequẽti: nam qui vult conſequens, videtur velle antecedens, & cõtra. Denique ex connexis; diſpoſitum in vno, extenditur ad reliquum.

A · B

c. venerab. de elect. c. acceſſor. de reg. iur. in 6. c. tranſlata de cõſt.

Hanc de extenſione iuris doctrinam, aliqui ad tria capita reuocãt: quod extẽſio fiat, vel per aliam legem, vel per ſimilitudinem, vel ex mente legis, quæ colligitur ex eo quod coniunctum eſt, & verbis exprimitur: vel ex eo, cui opponitur coniunctum per ſimilitudinem, aut identitatem rationis, & contraria. C

Qua ratione leges, regulę, rubricæ & doctores citandi ſint. Diſput. VI.

QVONIAM ad rectam legum interpretationem, atq; ad forẽſem earũ vſum plurimi refert ſcire, quę leges, & qua ratione citandę ſint, quo etiam doctorũ citationes referres, ac etiam rationem argumentandi ab vno ad aliud, cum lex non adeſt; ideo hac vnica diſputatione, in qua de citandi ratione agemus, docebimus, quo modo lex quæ eſt in vſu ſit citanda, an lex correcta, an quæ plures habet ſenſus, an regula, & rubrica citari poſſint, & quomodo Doctorũ ſentẽtiæ citandæ ſint, & deniq; an ab vno ad aliud argumẽtari liceat. Quę autem dicenda de rebus propoſitis occurrunt, ſequentib. poſitionibus definiam. Prima poſitio, legum citatio debet eſſe fidelis, pura ſine vlla fallacia, & corruptela. Nam qui ſecus faciunt, incidunt in crimen falſi. D

Secunda poſitio, quamuis Doctores ex vna particula legis cum plures habet partes & orationes integras, citando argumentari ſoleant; tamen in

A cauſſis decidendis tota lex ſiue ſtatutum adducendum eſt. Quæ communis doctrina, hac nititur ratione, quia in aliqua parte poſſet eſſe clauſula limitatoria, aut declaratoria alterius partis. Tertia poſitio, lex correcta per regulam generalem citari non poteſt, quam qui citat, incidit in crimen falſi. Hãc regulam his modis limitant. Primo, ſi adducatur ratio in naturali lege fundata; ſecus ſi a legiſlatoris penderet voluntate: Verum, ratione finali legis, correcta, lex correcta cenſetur. Secundo, adduci poteſt ad explicationẽ aliarum legum. Tertio, ad deciſionem cauſſæ inceptæ ante legis correctionem. Quarto, limitatur in lege abrogata per conſuetudinem. Quincto, ſi eſſet in corpore iuris contenta. Sexto, cum adducitur ab habente auctoritatem legis condendæ. Septimo, quando ex tali limitatione nemini præiudicium fieret. *Cap. auct. de prab. li. 6.*

B Quarta poſitio, lex quæ habet plures ſenſus per communem regulam citari non poteſt. Quia eius quod multipliciter intelligitur, veritas ignoratur. Sed adduci poteſt. Primo, cum aliqua alia ratione probatur intentio. Secundo cũ adeſſet ſenſus communis. Tertio, cum per ſuperiorem facta eſſet præciſa declaratio. Quarto, quando per conſuetudinẽ certo modo fuiſset interpretata. Quincto, niſi adeſset intellectus magis dubitabilis: quia ex pluribus ſumendus eſt ille, qui minorem dubitationem habet. Ampliant hanc regulam, vt procedat, etiamſi duplicatus intellectus oriatur ex vario modo punctandi. Quincta poſitio, ad regulam recte citandam oportet animaduertere, an ipſa faciat ius: quando autem regula ius facere dicatur ſupra plane expoſuimus. Et vt quod diximus, in memoriam reuocetur, quando in iure ſunt caſus ſpe- *Barb. & Ange. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* *Abb. c. cũ in iure, de elect.*

C cialiter ſtatuti, aut a lege excepti, in his regula non facit ius; alias ſpeciei derogaretur per genus: In illis vero caſibus in quibus eſt eadem æquitas, quæ eſt in determinatis a iure, nec ſunt in iure poſiti, regula facit ius. Vel, ſi cõſtitutio legis præcedit regulam, quæ ex iure naſci ſolet, tunc in ſtatutis regula non facit ius: ſi uero determinati non ſunt, & militat eadem ratio in iſtis, atq; in illis, tunc facit ius, quia ratio eſt anima legis. Si vero ius non eſt ante regulam, tunc regula eſt pro iure. Cuius hi ſunt effectus: plures ſimul caſus vno rationis clauo iungere: ius conſtituere in ijs in quibus aliter diſpoſitum nõ eſt: ex ea iudicari poſſe: deniq; illum producit effectum, ut fundet intentionẽ eius, qui pro ſe regulam habet: vnde aduerſarius oſtendere tenetur, cur in eo caſũ non procedat: & pro regula ſemper pronuntiatur, niſi contrariũ probe- *C. 1. de reſcr. c. paſtoral. de iud.*

D tur. Sed iam de citatione Rubricarum dicamus. Nomine rubricæ, de qua ſupra diximus, Iuriſconſulti intelligunt, epigraphen, hoc eſt inſcriptionem & titulum, qui legibus præfigitur: ſic dictus, quod olim legum capita, rubra terra nimirum rubri coloris notari ſolerent; & nũc literis eiuſdem coloris ſcribantur. De quibus dubitari ſolet, an citari poſſint, & an vim iuris habeant: nos quid Doctores hac in parte ſentiant, inſequentibus poſitionibus docebimus. Sexta poſitio, ſi rubricæ non ſint authenticæ, id eſt approbatæ, citari non poſſunt ad aliquid probandũ. Huiuſmodi ſunt rubricæ Decreti, & quarundam extrauagantium. Quod aũt rubricæ iuris vim habeant, & ſint approbatæ, ex eo colligunt Doctores, quod Imperator Compilatoribus mandauerit, ut leges ponerẽt ſub congruis titulis: vnde leges intelligi debẽt ſecũdum *Doct. c. cũ monaſt. de elect.*

rubricam ſub qua poſitæ ſunt. Huc facit commune pronunciatum Iuriſpe- A
ritorum, Plus eſt in rubro, quam in nigro, & contra. Nam cum legiſlator ſa-
Auth. de inceſ. nup. tis per rubricam ſuam intentionem expoſuit, non dilatatur ſine neceſſitate in lege; in qua tamen aliquando generalius & plenius loquitur. Vbi notant Doctores, rubricam non reſtringi per nigrum, nec nigrum per rubricā, quę tamen ſi eſſet dubia, per nigrum exponenda eſſet, & contra. Vnde rubro ſuppletur per nigrum & cōtra: tam in materia probationis, quam diſpoſitionis. Septima poſitio, ſi rubrica perfectam cōtineat orationem citari poteſt, ſi imperfectam, non item: & ita ex rubrica oritur actio, ſicuti ex lege: intellige, quando rubrica non eſſet contraria legi; tunc enim ſtandum eſſet legi; tanquam poſteriori: ambulatoria enim & mutabilis eſt legiſlatoris voluntas, vt dici ſolet. Quod ſi vnum excedit alterum, ab excedente, non ab exceſſo du- B
citur probatio. Quo loco animaduertendum eſt, rubricam conceptam per particulas, Ne, vt, & ſimiles continere orationem perfectam: at ſi contineat particulam, An; procedit per quæſtionem. Sed iam de Doctorum auctoritate dicamus.

Octaua poſitio, Doctorum auctoritas, eſt ſolum probabilis, non neceſſaria; & ita adhibetur in probationibus, non in deciſionibus. Quoniam in definiendis negotijs non ſolum requiritur ſcientia, ſed etiam auctoritas & po-
Can. 1. d. 21. teſtas. Nona poſitio, Doctorum auctoritas adduci poteſt ad decidendum, quando eſt communiter recepta: contra quam iudex iudicando, omnino litem ſuam faceret, vt Felinus & alij ſcriptores docent.

Cap. 1. de conſt. Idem dicendum, ſi auctoritas eſſet eius, cui a ſuperiore legis condendæ C
l. cum propter, ff. de Iudi. data fuiſſet poteſtas. Verum, talis approbatio in aliquo dicto, non extenderetur ad aliud caput: cum incluſio vnius ſit alterius excluſio. Idem procedere volunt in dicto alicuius Sancti patris, ſcripturæ auctoritate corroborato vt Gloſſa in cap. de libellis, diſt. 20. docet, quam alij approbant; modo eius dictum contineat prohibitionem, vel præceptum: ſecus ſi referret exem-
l. Nemo, cū Gloſ. C. de ſent. & interlo. omn. iud. plum, cum exemplis iudicandum non ſit: quod etiam dicunt procedere in materia peccati: alioquin humanæ conſtitutioni ſtandum eſſet. Allata poſitio innititur communi loco, & axiomati vulgato, Standum eſſe peritis in arte, & experto in ſua ſcientia eſſe credendum.

l. 1. ff. de uētre inſp. Ampliant hanc doctrinam, vt ad probandum liceat adducere hiſtoriam, inciſum lapidem, inſignia & ſtigmata, Philoſophos, vt in l. ſi pater, ff. de ſo- D
lut. Medicos, l. ſeptimo, ff. de ſtatu homin. Poetas, l. 1. ff. de contrahen. empt. & oratores, l. Cicero, ff. de pœnis.

Duplici itaque ratione affertur auctoritas, vel ad aliquid probandum, vt auctoritas ſimplicis Doctoris, deciſiones Rotæ, & ſimiles: vel ad decidendum cum lex deficit, & communiter aliquid eſt receptum. Quando vero afferretur auctoritas eius qui non eſſet in re de qua agitur expertus; nec neceſſaria, nec probabilis eſſet: ſicuti nec auctoritas negatiua, ex qua nihil concluditur; quamuis communiter nō bene intelligatur, & explicetur quid ſit, argumentari ab auctoritate negatiue: a qua ſic & quidem bene argumentamur, Ariſtoteles dixit vacuū non dari: nō eſt igitur vacuū: non aūt hoc pacto,

Ariſto-

A Ariſtoteles non dixit, dari nonum cœlum: igitur non datur. Cum autem dicimus ſtandum eſſe communi auctoritati, intellige quando contrariũ non eſſet in lege expreſſum, quia potius in lege ſtandum eſt, quamuis dura videretur. Illud omnino hac in parte tenendum eſt, ne in re alias dubia a cõmuni ſententia, abſque euidẽti ratione recedamus, cum communes opiniones, præſertim in iudicando, ſoleant præualere. Huc facit illud Luciani, ὁδὸς ταρ ρ'α ἐωτάτη συνηθεστάτη, id eſt via maxime conſueta, tutiſſima. Decima poſitio, cum lex vel auctoritas deeſt, arguere licet ab uno ad aliud tripliciter, lege, ratione, & exẽplo; modo eadem in omnibus militet ratio, & contrarium non ſit in iure expreſſum. Sed de his hucuſque.

B *De aduocati & iudicis officio, in legum vſu cauſiſque ſuſcipiendis atque tractandis. Diſput. VII.*

De aduocati iudiciſque officio integra opuſcula fieri poſſe, & a *Caiter.* quibuſdam iam facta fuiſſe non me latet. Verum ne a propoſito ſcopo aberrem, ea quæ ab vtraque perſona in redigenda ad praxim legum doctrina præſtanda ſunt, paucis perſtringam, ac primum de aduocato agam. Eſt autem aduocatus ille, qui in ali *Spec. tit. de* qua cauſſa eam rationibus ex iuribus deductis probando patrociniũ ſuum *alleg. &* præſtat. Quo munere omnes vti poſſunt, qui non fuerint expreſſe prohibiti, *auocat.* vt Hæreticus, infamis, Monachus in cauſſa criminali, & alij. De quo hęc breuiter explicabimus: primum quas cauſſas ſuſcipere debeat, aut non debeat: deinde, quid ei agendum ſit in cauſſa tractanda, & quod ad primum attinet, ſtatuo hæc dicta.

C Primum, non ſuſcipiat cauſſam quam putat eſſe iniuſtam. Quia ſi id faceret grauiter peccaret, & ſi vere iniuſta ſit, & victoriam reportaret, tenetur reſtituere aduerſario pro dãno illato, niſi cliens reſtituat: ac etiam clienti reddere debet, quod ab ipſo accepit, etiamſi victor non fuerit: niſi forte clientem de iniuſtitia principio admonuerit. Secundum, ſi cauſſa ex utraq; parte eſt dubia, poteſt eam ſuſcipere: ſed cum animaduerterit eſſe iniuſtam, etiãſi prius putauit eſſe iuſtam, quantumuis lis ſit conteſtata, tenetur eam deſerere; ſed tamen non debet aduerſæ parti manifeſtare ea, quæ pro iuſtitia obti- *D. Th. 22.* nenda faciunt. Cæterum, vt quidam adnotarunt, ſi pars cui iuſtitia fauet no- *Sot. lib. 5.* tabile detrimentum pateretur, teneretur iniuſtitiam contrarię partis aperire, *de iuſt. &* atque adeo teſtificari, etiamſi non requireretur. Sed hoc non eſt faciendum *iur. q. 5.* niſi in graui caſu. *ar. 3.*

D Tertium, quando iuſtitia magis ex vna parte elucet, quam ex alia, quę tamen iuſta apparet; tunc ſi defenditur is qui notabilę detrimentum patitur, vel ſit reus, vel actor, licet etiam minus iuſtam ſuſcipere defendendam: cum vero potius altera pars tale damnum patitur, minus iuſta defendi nõ debet. Verum in rebus minoris momenti liceret, dummodo pars quæ ſequitur cauſſam minus iuſtam, admoneatur, ſi forte deſiſtere vellet. Quo loco animaduerte, non dici cauſſam minus iuſtam eam in qua iniuſtitia apparet,

Lib. 3. de off. orat. ſed illa quæ pro iuſta habetur, ſed tamen cum aliquo dubio. Ex quibus col- A
Lib. 12. cap. 7. ligeres aduocatum ſuſcipere poſſe ſolum cauſſam iuſtam, quod non modo
Lib. 2. noſtri Doctores monent, ſed etiam Fabius bonum Oratorem inſtituendo monuit. Vnde non placet quod aliquando Tullius in ſuis officiis docuit; vbi cum dixiſſet inhumanum eſſe abuti eloquentia, hæc adiecit verba, Non tamen, vt hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt religioni contrarium, nocentem aliquando, & nefarium impiumque defendere. Quæ tamen verba in honeſtam ſententiam trahi poſſent. Quartum, aduocatus non debet ſuſcipere cauſſam contra eum, qui cum eo ſua conſilia communicauit: nec etiam, cauſſa nondum finita, alterius partis patrocinium, neque etiam poſt appellationem, quamuis appellatio noua cauſſa videatur: cum hęc ſit veluti illius ſequela: liceret tamen, ſi clientulus eum relinqueret. Quinctum, in B aduocato requiritur ſcientia; & eo maior, quo doctior habetur: vnde ſi ob eius ignorantiam cliens cauſſa cadat; reſtituere tenetur. Idem dicas de diligentia; quia debet cauſſæ inuigilare, & ſtudere, & eo magis quo res eſt obſcurior, & maioris momenti. Sextum, vt aduocatus recte patrocinetur, debet eſſe contentus iuſto precio. Illud autem erit iuſtum, quod eſt taxatum a lege, vel iudicatum arbitrio boni viri, conſiderata qualitate cauſſæ; quia pro leui cauſſa minus debetur, & qualitate aduocati, ratione ſcientiæ dignitatis, & conſuetudinis loci. Huc referres quod eſt lege ſancitum, nō
l. ſumptus ff. de pactis. poſſe paciſci cum Cliente de aliqua parte cauſſæ, ſi vicerit: quia tunc de ſua re ageret, & facile patrocinium peruerteret. Quare, licet hoc ex ſe non ſit malum; tamen quia prohibitum eſt, non licet. C

Quod attinet, ad alterum quod explicandum propoſuimus, vnicū pono præceptum; Aduocatus in cauſæ tractatione, vt conuenienter ſe gerat, hæc præſtare debet. Primo proponet, quæ ad ſui clientuli intentionem fundandam & iuuandam expedire cognoſcet. Secundo, probationibus contrarijs reſpondebit, eas deſtruendo. Tertio, cūrabit vt actor prius probet: quia eo
l. qui accuſare C. de ed. n. non probante abſoluitur reus. Reus vero excipere debet, quod dum facit, actoris perſonam induit. Quarto, publicatis atteſtationibus, fit diſputatio ſuper actis, quorum omnium copiam habebit; vt cum de facto conſtet, videri poſſit, quod ius oriatur; & quid de iure diuino, pontificali, communi, municipali, & de conſuetudine ſentiendum ſit. Quibus actis, inducat ea quæ probare intendit: nec audeat quicquam probare ſine legis auctoritate, D
l. illam C. de collat. §. conſideremus. cum lex aliquid diſponit: Erubeſcimus enim cum ſine lege loquimur. Si autem lex de re ſubiecta nihil diſponat, auctoritate & rationibus agat. Quincto, curet vt fiat omnino certus de facto: cuius ignorantia etiam viros doctos fallit. Et quia litis euentus eſt dubius, nihil omnino certi per iactantiam clienti polliceatur. Sexto, in allegationibus non deficiat, cum in fauorem eius iudicetur, qui plures rationes habet: Quia duo vincula magis ligant, quam vnum: quod de pluribus citationibus dixi, intelligitur ratione diuerſorum locorum, ſeu fundamentorum, vt auctoritate legis, rationis, & exemplorum: quia ſi de vno fundamento loquamur, melius eſt pauciora citare & etiam vnum firmiſſimum; puta, legem apertiſſimam: quia paucio-

ra me-

A ra melius percipiuntur,& memoria retinentur. Citationes debent eſſe fi-
deles,vt ſupra docuimus. Quod ad ſtatuti productionem attinet,ſi ſit ſtatu-
tum alterius loci,aut eiuſdem,ſed non ita notum & vſitatum, producẽdum
erit,& quidem totum,quia iudex facile illud ignorabit. De quo videndum
erit,an tribuat ius agendi,& quomodo,aut excipiendi,vt eius vſus in foro.
Sed de aduocato hactenus:nunc de iudice dicamus.

Primum dictum,in iudice, vt legitimum faciat iudicium, requiritur au *Seba.q.20.*
ctoritas,quæ vel ordinaria,vel delegata,vel arbitraria,vel acceſſoria eſt, vt *par.3.*
ratione delicti in loco commiſſi: cuius defectu ſententia redditur nulla, &
grauiter iudicando peccatur. Secundum requiritur veritas;non quæ eſt in
ſe,quia iſta ſæpe eſt occulta,ſed quæ eſt in exiſtimatione; nata non ex pro-
B pria iudicis cognitione,ſed ex probationibus a partibus allatis. Debet ita-
que ferre ſententiam ex certa ſcientia,vel firma opinione & probationibus
exorta. Vnde primo certus eſſe debet de facto,in cuius notitiã uenitur per
hos gradus. Primo per dubitationem,cum primo unam partem,affirman-
tem,alteram negantem audit. Secundo per ſuſpicionem,cum ex aliquo le-
ui indicio, vel argumento in alteram partem inclinat. Tertio per opinio-
nem propter fortiora & certiora argumenta,quibus uni parti,vt uerę,aſſen
titur,cum aliqua tamen dubitatione contrarij. Poſtremo per credulitatem
perfectam,cum omnis tollitur dubitatio:aut per ſcientiam facti, quæ habe
tur per ſenſum. Tertium,vbi certus eſt de facto,curet ut ueniat in notitiam
mentis & uoluntatis partium. In omni enim diſpoſitione mens ante om-
C nia inſpicienda eſt,qua cognita,parum curatur de verbis: cum in humanis *l. in cõdit.*
actibus uoluntas primum obtineat locum:maxime in maleficijs, in quibus *ff. de cõdit.*
uoluntas ſpectatur,non exitus. Mens autem colligitur ex coniecturis in- *& demon.*
ſpectis qualitatibus perſonarum,rerum,locorum et aliorum attributorum.
Quartum,vbi certus fuerit de mente,verba ipſa inſpiciat,vt uideat quo ani-
mo ſunt prolata:cum nullum ſit maius mentis teſtimonium, quam qualitas *Bal c.1.de*
inſpecta verborum. Verba varijs modis accipi poſſunt ſecundum proprie- *teſt.*
tatem,& qualitatem perſonæ,ſubiectamq; materiam, & alios modos, quos *Seba.q.11.*
ſupra recenſuimus, & Doctores fuſe recenſent. Quinctum, ſpectanda eſt *par.3.n.3.*
etiam qualitas facti,cum facta ſint potiora verbis,cum non his, ſed illis lex
ſit impoſita. Videbit ergo an factum ſit diuiduum, an indiuiduum, an le-
D gitimum,an contra. Vbi cauebit,ne factum unius, noceat alteri: non tam
factum inſpiciat,quam cauſſam faciendi; ne factum contra uoluntatem im
putetur:& id genus alias qualitates. Sextum,facti qualitate inſpecta,dili-
genter conſideret contractus & quaſi contractus,qui ex illo naſcuntur, eo-
rumque uarietatem ſubſtantiam,qualitatemq; perpendat. Septimum,quia
ex contractu oritur obligatio, hanc etiam diligenter ſpectabit. Eſt autem
obligatio iuris uinculum,quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluen-
dæ ſecundum noſtræ ciuitatis iura. Octauum, & quia ex obligatione *Inſtit. de*
oritur actio, & ex actione agendi forma, ideo iſta etiam accurate ſpe- *obl.§. 1.*
ctanda eſt, ac etiam iudicij genus, an ſit criminale, an ciuile. Sed quo-
niam ſpecialis difficultas eſt de forma iudicij,de ea ſtatuo priuatũ dictum.

Nonum, in forma iudicij hæc a iudice ſpectanda ſunt. Primo, vt ſenten- A
tiam ferat ſecundum iura: quæ ſi ignoret, aut de illis dubitet, aſſeſſorē adhi
beat, alias grauiter peccabit, & ſi erret, illatum damnum reſtituere debebit.
Secundo, caueat ne in quantitate & qualitate quicquam peccet, ne diuerſa,
vel maiore pœna puniat, quam ius requirat. Tertio, vt præparatoria & ter-
minos debitos concedat, nec ad libitum neget, aut concedat dilationes, &
appellationes, ſed locorū ſtatuta uſumq; hac in parte ſeruet; & neminem
ſine accuſatore damnet, aut in iudicium uocet, exceptis ſequētibus caſibus.
Cap. euidentia de accuſ. Primo, cum crimen eſt notorium; vt expreſſe in iure canonico eſt ſancitum.
Secundo, cum adeſt confeſſio ſpontanea & iudicialis, vt eſt illa quæ fit in iu
dicio, ab ipſo delinquente: vnde quæ fit extra iudicium vel vi tormento-
rum, non ſufficit niſi in iudicio, & ſine tortura rata habeatur. Tertio, cum B
adeſt infamia, vel ſemiplena probatio: tunc enim iudex poteſt procedere,
non ad ſententiam ferendam, ſed ad inquirendum, donec maior probatio
habeatur. Quarto, cum intercedit iudicialis denunciatio peccati: nā denun-
ciato iudicialiter peccato, iudex procedere poteſt ad inquirendum. Poſtre-
mo cum præceſſit fraterna denunciatio apud Prælatū, & reus uocatus a Pre
lato eſt rebellis, & non vult corrigi, tunc enim iudex abſque alio accuſato-
re etiam ad ſentētiam poteſt procedere. Vltimū dictū, in iudice requiritur
exequutio, hoc eſt vt crimine ſufficienter cognito, vel reo conuicto, reve
perſpecta, ad ſententiam ferendam procedat, & pœnā ex iure repoſcat, præ-
ſertim ſi ſit iudex inferior, quia ſuperior poſſet pœnam interdum non exi-
gere, præſertim accuſatore ceſſante, aut pęnam non requirente; & maxime C
ſi reus eſſet reip. vtilis ſed de his alibi accuratius.

De methodo qua aliqua quæſtio in foro tractanda ſit. Diſp. VIII.

VT quæ hucuſque de recto legum uſu reſpectu aduocati & iu-
dicis docuimus, planius & plenius explicētur, duas alias dif-
ficultates tractabo: in quarum prima, rationem modumque ex
ponam, quo rei quæ in iudicium uenit æquitas per legum ap
plicationem inueſtigari poſſit. Ad hoc faciendum duo prę-
cognoſcenda ſunt: res ipſa, ſeu materia, quæ in iudicium, ſiue in diſputatio
nem uenit, & totius rei ſtatus & caput, propoſitiove dubia, & vt loquuntur, D
iuris punctum, id nimirum quo de tota eſt controuerſia. Vniuerſa eorum
quæ in forum ueniunt materia, ad tria capita reuocatur: in quorum uno cō
tinentur ea quæ communi nomine Res vocantur: quæ ſub ſe uarias habent
partes, ſiue genera: vt quod aliæ ſint corporales, aliæ incorporales, aliæ pri-
uatæ, aliæ publicæ, aliæ vero nullius, & ſic conſequenter. In ſecundo per-
ſonæ, quarum etiam ſuæ ſunt diuiſiones, quod aliæ mares, aliæ fœminæ, alię
eccleſiaſticæ, aliæ ſæculares: aliæ liberæ, aliæ alijs ſeruiant, & ſic deinceps.
In tertio negocia, ſiue actiones, quæ circa perſonas & res uerſantur; vt ſunt
contractus, delicta, vltimæ voluntates, iudicia, & horum partes & qualita-
tes. Ruſus in rebus conſideratur, de illarum dignotione, acquiſitione, cō-

ſeruatione,

A ſeruatione,amiſſione,&c. Item de negocijs,an ſint ſimplicia,quæ vnã præbent quæſtionem an coniuncta, quæ plures: & rurſus an ſint legitima, ſeu legi & rationi conſentanea:vt ex his id eliciatur, de quo ſetio diſputandum eſt,proprius nimirum cauſſæ ſtatus,in quo, veluti in ſuis cardinibus omnis diſceptatio debet verſari: vbi quoque & res & perſonæ conſiderandę ſunt.

Quod attinet ad ipſum rei ſiue negocij ſtatum, cum multa hac de re in primo de quæſtionibus oratorijs libro a nobis diſputata ſint,breuiter hic agemus. Cum itaque tres ſint omnium cauſſarum ſtatus,coniecturæ, quo quæritur de facto,an res facta fuerit;definitionis,vbi inueſtigatur quo nomine res appellari debeat;& qualitatis, vbi de iuſtitia & iniuſtitia, & vniuerſe de omni qualitate,ac quantitate dubitatur,videndum eſt prius,quęnam res ſubiecta ſtatum admittat; quod fit, per accuſatoris intentionem,
B ſiue,vt loquuntur,per inſtantiam,& per rei depulſionem;ex quo conflictu oritur quæſtio quædam, quæ ſtatus nominatur: Vt ecce,occidiſti,non occidi; oritur quæſtio probanda, an occiderit. Redde mihi mutuatam pecuniam:nihil a te accepi,quæritur,an acceperit. Item, in ſtatu definitionis, ſacrilegus es:non ſum ſacrilegus, quia non accepi rem ſacram, ſed profanam:atqui in loco ſacro ſurripuiſti,ac proinde ſacrilegus: quæritur, an ſit ſacrilegium rem profanam in loco ſacro accipere. Denique in ſtatu qualitatis,Hominem necaſti,& ita iniuſte egiſti:necaui,ſed aggreſſorem; at tibi priuato,in dicta cauſſa,hoc non licuit:quæritur de facti qualitate,an hominem aggreſſorem necare liceat. Vbi nota,quod in ſtatu coniecturæ, idē
C eſt ſtatus,ſeu prima quæſtio,& id quod in iudicium uenit,de quo ferenda eſt ſententia:at vero in alijs,ſtatus ab illa controuerſia quæ in iudicium venit,de qua proxime futura eſt tota diſputatio, vt, an aggreſſorem occidere liceat,eſt diuerſus:quam quæſtionem Latini,Iudicationē,Græci, crinomenon appellant. Id vero,quod affertur ad probandum,factum fuiſſe licitū, dicitur Ratio;& quod ad rationem euertendam adducitur,fundamentum nominatur. Ad inueniendum id quod in iudicium venit,interdum, non non ſolum eſt neceſſaria exceptio & replicatio,ſed etiam duplicatio,& replicatio, vt loquuntur.

Hac itaque methodo inuenta quæſtione, de qua ferendum eſt iudiciū, iam opus eſt habere rationem,per quam dubiæ quæſtionis veritatem in-
D ueniamus.Nam,cum veritas ſępe ſit abſtruſa,non ſecus ac ignis ſcintillæ in venis ſilicis,magna ad eam excutiendam opus eſt contentione,ac diſputationum vi. Diſputatio autem nulla fieri poteſt,niſi habeantur in promptu argumenta,quibus per argumentationem explicatis,fides fiat. Atqui de argumentorum inuentione, quorum inueniendorum quæſtionis attributū, quod prædicatum vocant, & ſubiectum occaſionem prębent, & facti circunſtantiæ,atque perſonarum,locorumque adiuncta,nolo hic quicquam ſcribere, ſed noſtri legantur de quæſtionibus oratorijs & de Inuentione libri,in quibus plane pleneque hanc materiam tractauimus; dicam itaque nunc breuiter,& ad vſum forenſem accommodate.

Primum reuocanda eſt materia, ſiue quæſtio,ad leges,ad quas, veluti ad

lidium

lidium lapidem examinanda eſt. Quare priore loco videndum eſt, an lege A aliqua expreſſe, vel tacite ſit definita, vel vna, vel pluribus iunctis.

Deinde, ſi non ſit definita, videndum eſt, an eius definitio deduci poſſit ex legibus ſimilibus per ſtatum, quem vocant, Ratiocinationis. Nam, vt Poedius ait, Quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera quę tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certe iuriſdictione ſuppleri; & Iulianus, Non poſſunt, inquit, omnes articuli legibus comprehendi: ſed cum in aliqua cauſſa ſententia earũ manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet. Verum, cum aliquid ob neceſſitatem inducitur, vel iure ſingulari contra rationem communem iuris ob meritum, aut aliquã cauſſam, quæ indulgentiam, aut gratiam particularem exigit, id neque ad cõſequentias, neque ad ſimilitudinem trahi debet. Nam, vt Iuriſconſultus ſcribit, quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi: quod contra iuris rationem receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias: Quod alicui gratioſe conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum. Poſtea, ſi leges, ſi earum conſequentiæ, aut ſimilitudines deſint, ad conſuetudinem bonam, quæ pro lege eſt, & ad præiudicia, ſiue res iudicatas, quarum auctoritas vim legis obtinet, & ad prudentium ſententias, quarum magna ratio in repub. habetur, & denique, ſi liceat, ad ipſum legiſlatorem confugiendum eſt, ſed hic etiam cauere oportet, ne ab erronea conſuetudine trahatur ratio, dicente Iuriſconſulto, quod non ratione introductum eſt, ſed primum errore, deinde conſuetudine obtentum eſt, in alijs ſimilibus non obtinet. Item, vt Celſus admonuit, cum ex lege aliquid iudicandum eſt, id non fiat, niſi tota lege diligenter conſiderata, cum inciuile ſit, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua eius particula propoſita, iudicare, vel reſpondere: Inciuile, inquam, non conſentaneum iuri, iniquum, inuſitatũ, & a iure alienum.

l. Nã quoties. ff. de leg.

l. non poſſunt. ff. de leg.

B

C

Hoc loco illud admonuerim, coniecturæ ſtatum in eo ab alijs duobus differre, quod hi potiſſimum ex legibus ſint confirmandi, ille vero, ex coniecturis, quas ipſę leges non ſubminiſtrant, ſed facti circunſtantiæ, ad quas primo confugiendum erit, cum ſint in promptu: tum ad locos inartificiales, quos vocant, vt ſunt rumor, teſtes, iuſiurandum, & quæſtiones, & denique ad locos artificioſos, qui ex perſona & facto, per vim dialecticã eruendi ſunt. Illud etiam admonuerim, ipſos etiam clientes diligenter interrogandos eſſe, quid de re ſua ſentiant; cum ſæpe plura videat is de cuius vtilitate agitur, quam qui aliena tractat, etiã ſi ingenio ſit magis erudito. Quid enim prohibet, ut quidam ſcribit, in fodinis rationum, in mente ab omnibus, rationes inueniri? immo interdum in ruſticis, & in alijs artificibus rationes copioſiores ſunt. D

Ex ijs quæ diximus intelligere licet, in quæſtionibus fori duo præſtanda eſſe; vnum vt rem ipſam iudicandam inueniamus; alterum, vt inuẽtam dijudicemus. Vt autẽ hanc doctrinam planius explicem, ſumo exemplum de eo qui apud me rem ſuam depoſuit, & poſtea iudicij capitalis reus factus

ctus

A ctus & deportatus eſt,eiuſque bona publicata ſunt; quæritur,an ei depoſi-
tum ſit reſtituendum,an in publicum res deferenda. Hic duplex eſt mate-
ria,depoſiti,& iudiciorum,& duplex cauſſa publica & priuata:vbi quæri-
tur,an ei, an reipub. accepta res reſtituenda ſit:ad quam quæſtionem expli
candam duo probanda ſunt,num depoſitum reſtituendum ſit,& an adem-
ptionis nomine etiam depoſitum veniat. Vbi videndum erit quid ſit depo
ſitum,quod eſt id,quod cuſtodiæ cauſſa eſt poſitum, vt deponenti reſtitua-
tur:vnde elicitur,eſſe reſtituendum danti. Quod attinet ad materiam iudi-
ciorum,videndum eſt quid ſit iuriſdictio,quæ eſt poteſtas publica auctori-
tate introducta,cum neceſſitate iuris dicendi; cuius hæc eſt natura, vt ſuum
effectum ſortiatur, &, ſi opus fuerit, etiam militari manu:denique videndũ
B eſt,quid deportationis iudicio contineatur, quo omnium bonorum conti-
netur ademptio,ex quibus hoc efficitur, depoſitum eſſe reddendum & iu-
dicia ſeruanda, & cum in damnati bona fiſcus ſuccedat,ei reſtituendũ eſſe.
Vbi illud adnotauerim,pro ſingulis axiomatibus, ſiue ſentẽtijs varias poſ-
ſe rationes afferri ad ea confirmanda.

Rurſus ad eandem rem declarandam hoc in cauſſa criminali ſubijcio
exemplum.Quæritur,an puniendus ſit qui furem nocturnum necauit: cri-
men & negocium, quod Græci pragma vocant eſt homicidium: cuius cir-
cumſtantia ex parte perſonæ eſt, quod ſit, fur: ex parte rei,quod noctu fa-
ctum fuerit. De homicidio,eſt generale axioma, Hominem occidere non *l. Cor. de*
licere, cum hoc diuina & humana lege ſine vlla diſtinctione ſit prohibitũ: *Sicar.*
C vnde vniuerſe concludam,homicidium non eſſe permiſſum. Sed quoniam
per aliam legem facta eſt hæc diſtinctio, Niſi quis teſtificatus fuerit, furem *l. Itaque,*
eſſe,quem occidit,& ſi parcere ei ſine ſuo periculo nõ poſſit; quia dubium *§. Lex ad*
eſt,num potius ad occidendum,quam ad furandum veniat; nam, vt Hora- *l. Aquil.*
tius ſcriptum reliquit,

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Et vnicuique ſe tueri liceat,& melius eſſe præuenire,quam præueniri, hinc *l. ut vim,*
cum diſtinctione duo axiomata colligam.Primum,non licere occidere: al- *de iuſt. &*
terum ſe defendere,& vim propulſare fas eſſe. Quare furem nocturnum, *iur.*
quem ſine periculo præſuppoſito,vel aperto vitare non licet,occidere poſ-
ſumus. In negotijs itaque terminandis,ſi dubia ſint, & contrariæ rationes
D occurrant,ita ſeparandæ ſunt,vt prius regula generalis fiat: deinde, ſi con-
traria aliqua ratione conuenire poſſunt,iungantur; ſin minus per exceptio
nem aliqua æquiori ratione ſingulari,copulentur.

Qua ratione bonum æquum in iudicijs inueſtigandum ſit.
Diſput. IX.

AD æquitatem inueſtigandam ea ſeſe tutiſſima, primum offert nia,
vt ex ipſa lege eruatur: quandoquidem quæ cum lege conueniunt
æqua ſunt, quæ vero diſcrepant iniqua: ex lege, inquam, obſerua-
ta,non antiquata, non ſecundaria, ſed principali; Verum cum hæc via ob
legum,

legum, negociorumq; diuerſitatem interdum ſit obſcura, ideo quibuſdam A
regulis,ſiue præceptis, æquitatis inueniendæ rationem planius explicabo.

Prima poſitio,ſi iuris ſpecies,ſiue partes ſint inter ſe diuerſæ,hoc eſt, ſi in re iudicanda legum occurrat diuerſitas,hic ordo ſeruandus eſt. Primo animaduertenda eſt neceſſitatis uis,cum nulla ſit lex neceſſitati poſita: quæ tamen contra diuinum mandatum & honeſtatem nulla eſt. Deinde ius diuinum,cum magis ſit Deo obediendum,quam hominibus. Deinde ius naturale,quod in varias partes diffunditur. Poſtea ad iura humana, in quibus primum locum obtinet lex eccleſiaſtica,quæ de ijs rebus eſt,quæ ad animæ ſalutem ordinatur:in alijs vero ciuilia & regni iura ſeruantur,& potius municipalia,quam communia: & humanæ conſtitutioni generalis & approbata præponitur conſuetudo,quæ tertio loco ſeruanda erit. Verum,cum hac B methodo ob negociorum varietatem,ex varijs circunſtantijs natam, non facile & ſemper æquum inueniri queat; id in æquo & bono inueniendo obſeruandum erit,quod in lege bona facienda ſeruare eſt neceſſe; quę autem iſta ſint,mox explicabo.

Secunda poſitio, omne id quod iudicãdo decernitur, & tanquam bonũ & æquum ſtatuitur,debet eſſe honeſtum,iuſtum,poſſibile, ſecundum naturam,ſecundum patriæ conſuetudinem,loco & tempori conueniens,neceſſarium, manifeſtum ideſt ſine dubitatione,& vtile. Nam cum hæc omnia iuſta lex requirat,non poterit non eſſe iuſtum,quod vt tale iudicatum fuerit. Honeſtum inquam,hoc eſt per ſe laudabile, honore & approbatione dignum,cum uirtute coniunctum. Iuſtum,æquale nimirum,quod nec excedat,nec deficiat,ita vt cuique ſuum detur; & id quod ſecundum ius decernitur: vbi hæc conſiderari poterũt capita, ad priorem methodum pertinentia. C Contra leges facta & dicta improbantur:quæ leges permittunt,pœnam non merentur:quæ lege deciduntur,legitima ſunt:quæ lege cauentur, quãuis dura uideantur;tamen ſeruanda ſunt. Poſſibile,quoniam impoſſibilium nulla eſt obligatio. Eſt autem aliquid impoſſibile,vel lege,cum quippiam lege prohibetur,vel natura & facto,vt quod factum iam eſt,non ſit factum & quod nulla ui naturæ fieri poteſt: quæ duæ impoſſibilis rationes interdũ coniunguntur.In quo genere reponuntur etiam maxime difficilia. Secundum naturam,ideſt,ſecundum ius naturale,vel gentium, æquitatemq; naturalem;cum naturalis ratio ſit omnium legum anima. Vbi hi communes D loci notari poterunt.Primum,cum aliquid pluribus rationibus lege diſponitur,aliis ceſſantibus,ſi una locum habeat,locum habebit diſpoſitio. Deinde,cum ratio ſit,quæ dubia demonſtrat,fruſtra exigitur ratio eorum quę manifeſta ſunt:quo modo aliqui exponunt illud Iuliani,cum ait, Non omnium rationem eſſe reddendam:ne uideamur facibus ſolem illuſtrare velle. Dicitur autem aliquid manifeſtum,vel per propriam confeſſionem,vel per ſententiam,vel per rei ipſius euidentiam,quæ nulla ratione negari poteſt,vel per legitimam probationem,vt per teſtes,inſtrumenta,&c. Deinde, ceſſante legis ratione,ceſſat & legis diſpoſitio, & contra: & ita ex ſimilibus ad ſimilia,ob eandem rationem proceditur: & quod contra rationem iuris

D. 6. q. 1. can. ſi omnia.

eſt con-

A eſt conſtitutum ,ad conſequentiam traducendum non eſt. Deinde, ſi pu-
gnantes rationes concurrant,melior & æquior eſt eligenda. Deinde, om-
nia fieri ac interpretari debent ad cuiuſque naturá accommodate: nõ enim
omnia indiſtincte uno modo iudicanda ſunt, ſed diſtinguenda. Secun-
dum conſuetudinem patriæ,ideſt,iudicium debet eſſe accommodatum mo
ribus a populo receptis,cum leges non alia ratione obligent,niſi quia ſunt
receptæ;quæ & deſuetudine tolluntur : & ideo aliquid uidetur æquũ,quia
vſitatum eſt. Loco & tempori conueniens,quia hæ duæ circunſtantiæ va-
rie ſtatuendi afferunt rationes, vt alibi planius diximus.Huc facit dictatum Grat.d.19
illud, diſtingue tempora & concordabis ſcripturas. Quare leges pro lo-
corum,temporumque ratione diſtinguendæ ſunt. Neceſſarium,quoniam,
B vt ſupra diximus, neceſſitatis ratio habenda eſt. Clarum ac manifeſtum,
ideſt,ſine aliqua captione & ambiguitate. Denique,vtile:quia,Nulla iuris
ratio;aut æquitas patitur,Modeſtinus ait, vt quæ ſalubriter pro utilitate ho-
minum introducuntur,ea nos duriore interpretatione contra ipſorum com
modum producamus ad ſeueritatem. Verum,magis vtilitas publica,quam
priuata ſpectanda eſt:quę tamen priuatam continet,vt priuata publicã.Qua
re,ſi pugnantes inter ſe rationes concurrant,quarum vna commune, altera
priuatum reſpiciat commodum,illa,cæteris paribus,præfertur.Quo modo
multa in iure ciuili recepta ſunt, contra ſtrictam diſputandi rationem pro
vtilitate communi.Huc pertinet illa iuris deſcriptio,qua dicitur,Ius eſt ho-
neſta utilitas,generaliter omnibus conſulens, non priuato commodo. At-
C que etiam præceptum illud,de nemine lædendo,quo omnium delictorum
tractatio regitur:ac proinde datur actio in iure in alienũ, ne noceat. Tertia
poſitio,in æquitate inuenienda ſpectanda eſt rei negotijve ſubſtãtia hoc eſt
rei natura,bona definitione patefacta cuius definitio ex ijs conſtat,ſine qui-
bus conſiſtere minime poteſt:vt de ſubſtantia emptionis,res,precium,con-
ſenſus:ſtipulationis,verborum interrogatio,et reſponſio:accuſationis,libel
li præſcripti forma. Quarta poſitio, in æquitate inueſtiganda non ſolum
ſubſtantia inſpicienda eſt,ſed etiam accidentia, ex quorum conſideratione
actuum humanorum bonitas & malitia,maior uel minor, ac etiam ipſa na
tura pendent.Accidens autem, quod primo occurrit eſt quantitas, quæ vel
eſt continua,vel diſcreta:de illa dicimus tantũ,quantum, de hac tot, quot: Iob 17.
D quamuis interdum,quantum,pro quot vſurpetur. Vnde in alicuius læſio- Pſal. 77.
ne conſideratur,gratia exempli,vulnerum quantitas,& numerus & univer Lege lib. 5. Synt.c. 2.
ſe maius & minus ſecundum quantitatẽ & dignitatem, & æqualitatem.Qua
re quantitas non ſolum attenditur,in pecunia,& in æſtimatione valoris,ſed
etiam in alijs rebus. Quincta poſitio,in bono & ęquo inueſtigando, ani-
maduertenda eſt relatio;nam cum res omnes ſint inter ſe aliquo pacto affe-
ctæ,pro earum affectione,diuerſo modo iudicandæ ſunt: & ad alia atq; alia Lib 5.
relatæ,mirum in modum variantur:& quæ relata ſunt,ita ſe habent, vt vno Synt.c. 3.
poſito, ponatur aut tollatur aliud; vt emptio uenditionem, maritus vxo-
rem ponit.

Sexta poſitio,in iudicio ferendo ſpectanda eſt actio, naturalis, nimirum

rationis

rationis rectæ accuſatio, quæ neminem nocentem abſoluit: vt merito quidam dixerit, A

Iuuen. ſat. 3.

------*Quod ſe*
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrna.

Et vt eſt apud Publianum,

Illo nocens ſe damnat quo peccat die.

l. pupillus. de uer. sbl.

Quare qui hanc ſpectabit actionem in iudicando non facile errabit. Sũt & aliæ actiones, ex lege naturæ profectæ, quæ obligationes efficiunt, ét reclamante iure ciuili. Eſt & iuris ciuilis actio non tñ ita efficax, vt legis diuinæ & naturalis, cũ nõ ſtatim obligare ſoleat: pręterq̃ quod miniſtris eget, a quibus foueatur, & ad effectum perducatur. Eſt autem legis actio, per quam, B iure conſtituto, ad magiſtratum certare licet. Actionem iuris olim certa & ſolemnis erat forma, quam qui non ſeruabat a iure cadebat: at nunc illa ſublata ſat eſt rem vt eſt, iudici exponere. Quare, non eſt neceſſe actionis nomen edere, cum de actionibus, hoc eſt, de forenſibus petitionibus agitur. Sunt tamen & alię legis actiones, ideſt petitiones quę ſolum ſecundum legum pręſcripta legitime fieri dicuntur. Qui igitur recte iudicare uoluerit, an recte intendatur actio, & an ad ſe pertineat & an omnibus circunſtãtijs ſit conſentanea, animaduertat. Huc referres paſſionem, cum actio & paſſio ſint inter ſe relata. Septima poſitio, recte iudicare uolenti ſpectandus eſt locus, ſiue vbi, non ſimpliciter & nude, ſed cum ſuis accidentibus, & differentijs: quod ſit pnblicus, priuatus; ſacer, profanus, frequens, ſolitarius, ac C etiam relate, ad rem quę fuit, aut eſt in loco, in quo, ad qnem, per quem, & quę ibi dicta, facta, & audita ſint. Quædam ratione loci ſunt valida, quæ alias non admitterentur, & contra: quædam in certo loco recte fiunt, & nõ alibi: denique in loco ſpectatur iuriſdictio.

Octaua poſitio, ad recte iudicandum ſpectanda eſt temporis circunſtantia: cuius etiam qualitates conſiderandæ ſunt. Ideo tẽpus ſpectari debet, quia faciendi, aut non faciendi occaſionem præbet, quia ſuo tempore leges obligant, quia deliberandi facultatem, adimit, & quia tempus omnia reuelat, & in eo, quaſi in ſpeculo, omnia cernuntur. In quo, paruum & magnum, ſiue longum & breue conſideranda ſunt: verum iſta certa ac definita menſura aſſignari non poſſunt, quod quidam, ſed fruſtra, facere conantur. Nona poſitio, vt ei, qui cum ratione litem in iudicio examinare ac tractare vult, cauſſa, certa methodo, veluti acies, diſponenda eſt, ita etiam ei, qui iuſtam ſentẽtiam ſit laturus cauſſæ diſpoſitio, & eorum quæ in iudicio aguntur & a partibus dicuntur, ordo ac ſtatus, poſitiove conſideranda eſt. Audita itaque intentione, ſeu petitione, atque exceptione, ſeu replicatione, collatis partium rationibus, videat, quid ex illis iuxta leges conficiatur, & iuſtam quam laturus eſt, inde colligat ſententiam. Vt, ſi quis centum petat, & reus, vel neget ſe debere, vel ſoluiſſe, aut nondum tempus veniſſe dicat, quę omnia ſuas probationes requirunt: quibus adductis, & firmis exiſtentibus, iudex ſuam conficiet ratiocinationem, qua concludet, abſoluendum eſſe: Cum is, qui D

vel

A vel non accepit, vel ſoluit, condemnandus non ſit: ſi vero non probabit, damnandum eſſe concludet: vbi ignorare non debebit, qualis debeat eſſe probationum vis atque natura. Decima poſitio, conſideratio habitus, ad recte iudicandum, & æquum inueniendum interdum eſt neceſſaria: Cum habitus mores poſſit indicare, & quædam ſine certo habitu non probentur, & nonnulla, ſub aliquo habitu fiant, quæ alias non fierent, & grauiora reddantur. Et quoniam ſæpe in iudicijs, ex lege ferendis illo opus eſt loco, quo aliquid a comparatione maiorum, & minorum probatur, propterea de eo, nonnihil breuiter adſcribam.

Vndecima poſitio, ad æquitatem ſtatuendam ex humano iure ſæpiſſime inſeruit maiorum & minorum locus: quem aliqui ſic exponunt. Primum, *l. Non debet de reg. iur.*
B hic locus concludit affirmando, & negando, vt cui non licet maius, neque licebit quod eſt minus: & contra, cui licet quod maius eſt, licebit & minus in eodem genere: nam quod eſt plus, continet minus: hoc tamen tunc vim habet, cum inter plus & minus eadem eſt ſubſtantia & cauſſa, non autem ſi iſta varient. Vnde, licet venditori effundere totum vinum ob emptoris improbitatem, vt ſua dolia libera habeat; non tamen licebit effundere partẽ. Rurſus plus & minus debent poſſe diuidi, alias non valebit: quare procurator qui in totum reuocari poteſt, non tamen in parte. Et licet plus ſit donare, quam vendere; tamen non is qui poteſt donare, poteſt vendere, cum mutetur ſubſtantia. A minori vero ad maius, argumentamur negatiue, modo adſit rationis, ſubſtantię, & cauſſæ paritas: vnde qui minore gradu eſt in-
C dignus, etiam maiore indignus erit. Huc pertinet alia argumẽtandi forma, quam ſequenti poſitione exponam.

Duodecima poſitio, qui maius abſolute dicit, etiam minus, ſi in eo contineatur, dixiſſe videtur. Vñ iſtæ eliciuntur regulæ, ſiue concluſiones. Prima generaliter dictũ, generaliter eſt intelligendum; ratio tamen adiecta, genus reſtringit. Secunda, qui dicit totum genus, etiam ſpeciem cõplectitur: alias ſpecies a genere eximi debet: & in toto pars ineſt: & qui totum dicit, nihil excludit, & ſi totum permittatur etiam pars cenſetur permiſſa, & in maiore ineſt minus, & quod de toto negatur, etiam de parte. Tertia, quidquid in ſpecie eſt, in genere continetur, non contra: nec omnę quod in genere eſt, aliqua eius ſpecie continetur. Admittitur itaque argumentum a ſpecie ad ge-
D nus affirmatiue, non contra. Quarta, ſpecies per proprias differentias ad inuicem diſcernuntur: vnde ſpecierum differentiæ non ſunt confundendæ; aut ſeparandæ, & ita appellatione argenti non venit aurum, nec ueſtes. Quincta, in iure per ſpeciem generi derogatur: vnde potius ualet, quod ſpeciatim decretum eſt, quam quod generaliter. Generatim teſtamenta requirunt ſeptem teſtes: at in ſpecie ruſtici teſtamentum quinque: ſed intellige de genere, & ſpecie in propria ſignificatione: quoniam abuſiue ſępe genus vſurpatur pro ſpecie, & ſpecies pro indiuiduo. Sed quoniam ſimilia, contraria, ac ſeparata ſæpe occurrunt, quid eorum obſeruatio in iudicando prodeſſe poſſit, paucis explicemus.

Decimatertia poſitio, de ſimilibus ad ſimilia iudicium & argumentum recipitur;

recipitur, in eo ſcilicet, in quo ſunt ſimilia. Habet enim hæc vis ſimilitudo quæ nihil aliud eſt, quam diuerſorum in aliqua natura participatio, vt res ſingulas inter ſe vniat; ac proinde in ſimilibus facile fit commutatio. Vnde fit argumentum a contractibus ad iudicia, quia in iudicijs quaſi contrahitur: a iudicijs ad teſtamenta. a lege publica ad pacta, & ſic de alijs. A

Decimaquarta poſitio, ſunt etiam contraria ad æquitatem indagandam accõmodata; nam quod de vno contrario aſſeritur, de alio negatur, & cõtra; & contrariorũ eadem eſt conſequentia, & quod efficit propoſitũ in propoſito, efficit oppoſitum in oppoſito. Vbi obſeruandum eſt, dari quædam contraria, quæ habent medium, & quoddam tertium, in quibus non eſt eadem omnino arguendi ratio, quæ in illis, quæ medio carent. Quare cum arguitur a contrarijs videre oportet, an ſint omnino cõtraria; vt ſunt ea, quæ ſummam differentiam habent, quæ in eodem ſubiecto ſimul eſſe non poſſunt, quæ mediũ non habent, priuantia, ſe mutuo negantia, & relata in eo, in quo ſe referunt. Quare in argumento ex contrarijs videndum eſt, an verba & legiſlatoris mens conueniant. Vnde, ſi conuentus illicitus prohibeatur in Eccleſia; nõ licet inferre, ergo alio in loco erit illicitus; cũ alia loca non ſint in hoc contraria Eccleſiæ, de qua per diſpoſitionem hoc ſancitũ eſt, & conuenticula, ex ſe, ſint illicita. Ex quibus intelliges argumentum a contrario ſenſu, quo ſæpe ſcriptores vti ſolent, non habere vim niſi recte accipiantur contraria. Vnde male argumentantur illi, qui ex hac Domini ſententia, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchabitur: ergo qui propter fornicationem vxore dimiſſa, aliam ducit, non mœchatur: cum inferẽdum ſit, ergo minus grauiter mœchatur, quia cum cauſſa dimittit, & minorem ei facit iniuriam. Similiter, ex hac ſententia, ſcienti bonum & non facienti, peccatum eſt illi: non licet inferre, ergo ignoranti, & non facienti, non eſt peccatum: ſed inferendum eſt; minus peccatum eſt, quam ſi ſciuiſſet: cum dentur peccata ignorantiæ, vt ſupra docuimus. In ſumma, de contrarijs, illud pronunciatur, propoſitiones contrarias vniuerſales non poſſe ſimul eſſe veras; poſſunt tamen eſſe falſæ: & ad vnius contrarij poſitionem, ſequitur deſtructio alterius: quorum vno electo, alteri renunciatur. B C

Aug. lib. 1. de adult. coniug. c. 7.

Decimaquincta poſitio, in æquitate ſtatuenda rerum differentiæ obſeruari debent: quare ſeparatorum, ſeparatum debet eſſe iudicium: hæc enim in quo diuerſa ſunt, diuerſam habent rationem. Sunt itaque ſeparata, quæ diuerſum habent genus, ſpeciem diuerſam, quæ numero differunt. Vnde alia tractatio contractuum, alia iudiciorum: alia perſonarum, alia rerum. Ex hac diuerſitatis conſideratione facile refellitur argumentum falſum a ſimili deſumptum: neque vnum ſimile, idem eſſe intelliges: & partem non ſemper eandem habere rationem cum toto. Quod ſi ea quæ diximus ab eo qui ſententiam eſt laturus conſiderarentur, nunquam ei cõtingeret, quod hoc verſiculo ſapienter docuit Publianus, D

Ad pœnitentiam properat qui cito iudicat.

Atque ex his quæ huculque in hoc toto fere libro diximus, & ſpeciatim in duabus

A duabus proximis diſputationib. colligeres omnes fere locos topicos, quibus legiſtæ vti conſueuere: de quibus præter alios non minus confuſe, quã fu ſe ſcripſit Euerardus; qui multos locos diſtinxit, quos diſtinguere nihil fuit neceſſe. Erat mihi in animo hoc loco de locis topicis aliquid breuiter adſcribere, & eos exemplis a legibus humanis ſumptis illuſtrare, eoſq; reſecare, quo fruſtra aliqui multiplicant: ſed eam ob cauſſam ſuperſedeo, quod intelligo iã multos ex ijs qui in foro verſantur, ijs libris vti, quos de Oratoria & Dialectica Inuentione ſcripſimus: in quibus noua quadam, facilique ratione de omnibus locis, quibus tum Oratores, tum Dialectici, & cæteri artifices vtuntur, copioſe ſcripſimus, & humanarum legum exemplis illuſtrauimus. Eos igitur libros legat, qui breui tempore, & maxima B cum facilitate locorum doctrina, locuples fieri cupit. Nos ad ea quæ ſcribenda reſtant, ſtylum conuertemus.

De iuriſdictione, miſto meroque imperio. *Diſput.* X.

QVONIAM legum vſus non introducitur in remp. niſi per iuriſdictionem atq; imperium: non erit vllo modo a noſtro inſtituto & a loco in quo verſamur alienũ, ſi de iuriſdictione atq; imperio aliquid ſcripſerimus. Et quãuis me non lateat, quam multa a iuris vtriuſque peritis hac de re diſputẽtur: tamẽ quæ ab illis fuſe, & confuſe dicuntur, ea breuiter, & perſpicue explicare hoc or C dine conabor. Primo quarũdam vocum vim exponam: deinde aliorum doctrinam circa ea quæ propoſita ſunt afferam: poſtremo quibuſdam dictis quid ſit tenendum docebo.

Quod igitur ad primũ attinet, hę voces nobis explicandæ ſunt, Poteſtas, imperium, iuriſdictio, & gladius. Poteſtas, varie accipi ſolet; vt pro facultate, optione, ditione, iure, iuriſdictione, magiſtratu, imperio, & pro poteſtatis vi: ex qua voce cũ verbo cõiuncta, multæ emanarũt eloquutiones; vt dare, deferre, facere, poteſtatẽ: habere poteſtatem, peruenire, redigere in poteſtatem, & alię ſimiles. In hac tractatione ſpeciatim ſumitur vt deſignat vim, ſeu auctoritatem quandam potentiæ, ſiue facultatis ad faciendum aliquid iubentis non autem agentis: ſic fortaſſe dicta, a verbo antiquo Poteſſe, quod D vim quãdam ſignificat. Hinc potentia, potens, potẽtatus, & poteſtates, quo nomine nõ inepte appellãtur illi qui vrbib. præſunt: in quo gradu q. ſunt, imperare, ac iubere, imperiove vti poſſunt. Imperiũ qđ dictũ eſt ab in, & paro, quaſi diceres ſtatim paro, i. ſta pcipio, vt oĩno faciẽdum ſit, idẽ ualet, qđ iuſſus, ſicut imperare, iubere: ac proinde neceſſitatẽ quandã deſignat; ſicuti & Imperator, qđ uocabulũ olim erat Caſtren. & eũ deſignabat, q exercitui præerat, militibuſq; imperabat: nũc uero Principem, & dignitatem ſignificat: & imperium poteſtatem, officium, ditionem, publicam dignitatem, regnum, prouinciãve deſignat. In hac tractatione priuatim ſumitur ut iuſſum & præceptum, mandatumve, ac etiam poteſtatem ſignificat: Et quamuis imperium & poteſtas idem ſignificare uideantur; tamen in eo differunt,

quod poteſtas, ſemper deſignat habitum, ipſam nimirum facultatem, imperium vero etiam actum, hoc eſt iuſſionem ipſam, actumve iubendi, quo qui poteſtatem habet, id quod vult, aut, vt in iudicijs accidit, id quod iudicatum eſt exequutioni mandatur; ut, I lictor capite obtrunca, Paule mulctã ſolue. Etenim interdum alij ius dicebant, hoc eſt, cognita cauſſa iudicabãt, A
Cic. Ver. 4. & ſententiam, pronuntiabãt: alij vero, vt magiſtratus, & qui maiorem poteſtatem habebãt, imperabant, hoc eſt per iuſſionem ſententiam, ſine cauſſę cognitione exequebantur: vt ex ijs quę dicemus multo manifeſtius fiet. Ex his facile intelligitur, quid ſit iuriſdictio: quia cum ius dicere ſit, iuſtitiam adminiſtrare, & ſententiam de cauſſa cognita pronuntiare, ac iuridicendo præeſſe, Iuriſdictio, idem erit, quod ſententiæ pronuntiatio, & iuſtitiæ adminiſtratio. Quæ, ſicuti & imperium nunc habitum, vt cum quempiam iuriſdictionem habere dicimus, nunc actum ſignificat; & interdum pro ipſa ditione & diœceſi ſumitur, hoc eſt pro tota prouincia, locove, in quo aliquis ius dicere poteſt. Hinc intelligeres, quid ſit dare, & mandare iuriſdictionem, quod nihil aliud eſt, quam facultatem tribuere cognoſcendi aliquam cauſſam, ac de ea pronuntiandi, iuſtitiamque adminiſtrandi, & iuris dicendi: an autem cum ea detur imperium hoc eſt exequendi facultatem, poſtea dicetur. B

At vero dare iudicem eſt iudicem aſſignare, qui cauſſam cognoſcat, & ſententiam ferat, ut faciebat prætor, cum per ſe id facere non poſſet. Gladius proprie ſignificat materiale inſtrumẽtum ad ſcindendũm inſtitutũ: & in humano iure ipſum enſem, quo damnatorum capita, mẽbraue amputantur. Tranſlate vero ſumitur, cum excommunicatio, vel quæuis alia C
Gillet. li. 1 c. 7. pœna per Metonymiam gladius dicitur. Vnde, vt quidam adnotarunt, gladius proprie non ſignificat vniuerſe quamcũque coercitionem & animad-
Alci. uerſionem, vt aliqui ſignificare volũt, in illa definitione, ſeu oratione, qua Vlpianus merum imperium deſcripſit; quia quãdocũque fit mentio de gladij animaduerſione, ſemper de leniori pœna lex eſſet intelligenda iuxta regulam iuris quæ pœnas leniendas eſſe docet. Vbi etiam illud adnotauerim,
Pro Clu. animaduertendi verbum, & animaduerſionem deſignare punitionem, & non referri ad cauſſarum criminalium cognitionem, ſed ad harum exequutionem: ita vt ſit verbum facti atque exequutionis vt ex Cicerone cognoſcere licet. Sed de primo hucuſque, nunc de ſecundo dicamus. D

Quod ergo ad ſecundum caput attinet, eas afferam Iuriſdictionis, meri,
L. 1. ff. de mag. iud. & miſti imperij definitiones, quæ communiter a doctorib. afferri ſolent. Iuriſdictionẽ Accurſius ſic definiuit, Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cũ neceſſitate iuris dicẽdi, & æquitatis conſtituẽdæ. Hanc deſcriptionem, quæ datur de iuriſdictione in habitu conſiderata, multi approbãt: alij refellunt; tum propter illam particulam, neceſſitate, quia Princeps cum ſit liber non cogitur ſententiam dicere: tum propter, illam, & æquitatis, quia
Hier. Muſ. videtur ſuperflua.
nu. 10. Atqui ob has duas cauſſas non eſt omnino cenſura digna. Bartolus hoc pacto, eſt quæ expeditur mercenario iudicis officio, priuatam reſpiciens

A ciens vtilitatem. Alciatus & Longauilla hac ratione, Eſt iudicis officium in danda bonorum poſſeſſione, & in licentia dandi iudicis, quas definitiones apud Gillotum refutatas reperies. Alij ſic definiũt, eſt poteſtas ad ius dicendum: ius autem dicere nihil aliud eſt, quam magiſtratum audita cauſſa iudicare, vel iudicem dare, & ideo ſæpe apud Suetonium de Imperatore legimus, nunc ius dixiſſe, nunc cognouiſſe. Si vero iuriſdictio ſumatur pro actu, nihil aliud eſt, quam iuris adminiſtratio, ſiue cauſſę cognitio, eiuſdemque deciſio, ab imperio, & exequutione ſeiuncta. *Hie. Muſc. nu. 10.*

Miſtum imperium his modis definiri ſolet. Eſt poteſtas imperandi & coercendi inobedientes in ciuilibus, etiam cum notione, a Principe ſecũdum mandatum magiſtratibus communicata. Hanc deſcriptionem Muſcornius, *Lib. 1. cap. 14. & ſeq. Nu. 149.*
B vt minus bonam, refellendam putat, ac etiam refellit. Bartolus, hoc pacto, eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, priuatam præcipue vtilitatem reſpiciens: cuius definitionis partes ſingulas quidam refellunt, & an refellendæ ſint, ex ijs quæ dicemus perſpicuum fiet. Huic miſto imperio Bartolus & qui eum ſequuti ſunt, ſex aſſignat gradus, ſicuti & mero imperio, vt nunc dicã. At vero Muſcornius hoc modo finiuit. Eſt iuriſdictio cauſſarum ciuilium annexum imperium habentium, quæ maioris iudicis officio expediuntur. *Bellam.* *Nu. 151.*

De mero imperio. Primo aliqui dicunt fuiſſe definitum ab Vlpiano cum dixit, Merum imperium eſſe poteſtatem gladij animaduertendi in facinoroſos homines. Atqui alij quorum verior eſt ſententia, putant nullam hic eſſe *Angel. Alciat. Zaſ.*
C definitionem, & ſi quæ eſt, imperfecta eſt. Alij hoc modo deſcribunt, eſt poteſtas coercendi facinoroſos a Principe magiſtratibus communicata. Alij denique hac ratione, eſt iuriſdictio quę iudicis officio nobili expeditur publicam reſpiciens vtilitatem. Cuius deſcriptionis particulas omnes Gillotus ſatis acute refellit, damnatq; ſpeciatim diſtinctionẽ illam de duplici iudicis officio nobili, & mercenario, cum in iure nullibi reperiatur. Meri imperij gradus varie numerantur: alij tres, alij quattuor, alij ſex numerant, vt Bartolus quem omnes fere ſequuntur, & ſpeciatim Gulielmus Lauracenus, qui integro tractatu, quem de gradibus iuriſdictionis conſcripſit, eos expoſuit. Hi gradus ſic nominantur, Maximus, vt leges condere: maior, vt punire capite: magnus, vt damnare ad effodiendum metallum: paruus, vt deportationis & relegationis pœna: minor, vt modica coercitio, quæ omnibus conuenit magiſtratibus, quia nulla iuriſdictio ſine ea conſiſtere poteſt: & minimus; vt leuis mulcta, id eſt pœna pecuniaria. Totidem gradus excogitauit Bartolus in imperio miſto. Sed horum graduum enumerationem reijciendam eſſe Gillotus demonſtrat. In explicanda ratione appellationis meri & miſti imperi nonnulli meras miſcent nugas: Imperium vero ſimpliciter & in habitu ſumptum, nihil aliud eſt, quam poteſtas, qua aliquid fieri iubetur, vel vetatur. Imperium, ſi cum iuriſdictione iungatur, prout iuriſdictio actum deſignat, dicitur miſtum, ſi vero ab ea ſeiungatur, dicitur purum: qua etiam ratione iuriſdictionem in puram & miſtam diuideres, pura dicetur ea, quæ ſolũ ius dicit, aut dicere poteſt: miſta vero, quæ etiam ius dictum *Muſc. nu. 61. & 63. Lib. 1. ca. 1. & 2. Muſc. nu. 77. & 78.*
D *Lib. 1. c. 4. Muſc. nu. 36. Celſ. l. quod iuſſit. ff. de re iud.*

per imperium exequi poteſt. Cur autem imperium, merum dicatur, variæ aſſignantur rationes. Quidam putant ſic dictum eſſe, quaſi liberum non mercenarium, ad differentiam officij mercenarij, quod in actionibus, vt loquuntur, deſeruit: vel vt aliis placet, ſic dicitur ratione Principis in quo reſidet; quia Princeps libertatis ſedes vocatur. A

Alij exiſtimarunt ſic appellari, quaſi ſimplex, ſeparatum a ſimplici iuriſdictione, & a miſto. Alij putant dici merum, id eſt remotum a propria vtilitate: miſtum vero, quia vtranque publicam ſcilicet, & priuatam vtilitatẽ continet. Alij in quibus Fabius Optinellus, ſic dictum volunt, quaſi ſupremum: in qua ſignificatione vſus eſt hoc vocabulo Cicero, cum dixit, Meri Principes, hoc eſt excellentes & ſupremi viri. Et quoniam, vt diximus, tam iuriſdictio quam imperium miſtum reperiri poteſt, & in miſtione ſemper aliquid magis excedit, ideo, ſi magis abundat imperium, dicetur miſtũ imperium: ſi vero magis abundet iuriſdictio, miſta vocabitur iuriſdictio: quia iuxta Anaxagoræ ſententiam, denominatio fit ab eo quod magis apparet. B

Lib. 2. de orat.

Muſc. nu. 140.

1. Phyſ. c. 34.

Præter ea quæ hucuſque de mero miſtoque imperio a multis dicta ſunt, placet priuatim ſummatimque docere, quæ vir noſtra ætate doctiſſimus, Moretum dico, hac de re ſcripta reliquit. Rem igitur longius repetendo, ait ponendum eſſe, vt ſicuti reſp. ſine legibus eſſe non poteſt, cum ſint quaſi eius nerui & artus, ita nec leges ſine magiſtratibus, qui ſunt legis vindices, & cuſtodes.

Omnis autem lex, aut ad diuinum cultum, aut ad reip. formam, aut ad humana negocia ſingulorum refertur: illud publicum, hoc priuatum ius vocatur: atque hoc potiſſimum in hac tractatione conſideratur, quod in negotijs verſatur. Negociorum autem, alia ſunt ciuilia, alia criminalia, de quibus omnibus certæ leges traditæ ſunt: vnde magiſtratuum, alij in ciuilibus, alij in criminalibus verſantur. C

Ciuilia negocia olim apud Romanos Prętor Vrbanus tractabat; cuius iuriſdictio Vrbana vocabatur.

Et quoniam omnibus ſatisfacere non poterat, præſertim negocijs humilioribus; ideo iudices in ſingulas cauſſas dabat, qui eas cognoſcerent, & ſententiam ferrent, iuxta tamen formam eis ab ipſo præſcriptam.

Cic. pro Cluen.

Hi tum ex ordine Senatorio, tum ex equeſtri, tum ex vtroque legebantur: quorum nomina in albo ponebantur, vt ex eo numero litigatores quos vellent eligerent: qui iudices Selecti vocabantur: neq; dari poterat is, quem nominatim altera pars peteret, niſi ex ſpeciali Principis permiſſu. Hi ſententiam ferebant, ſed vt litigatores ei parerent, cogere non poterant; priuati enim erant: ſed magiſtratus qui eos dederant, eam exequebantur. Ex his colligit, quid ſit iuriſdictio, quam ſic deſcribit. D

Plin. praſ. nat hiſt.

l. obſer. ff. de iud.

l. A Diuo Pio. de re iud.

Iuriſdictio eſt poteſtas iudicandi, iudiceſve dandi de ciuilibus cõtrouerſijs, & delictis priuatis, omnino de ijs tantum pro quibus non alia quam pecuniaria pœna imponeretur. Vnde in priori ætate dum reſp. & latinitas ſtetit, nunquam ius dicendi verbum vſurpatum fuit in cauſſis criminalibus, in quibus aliqua corporis pœna ſumeretur. At vero poſterior ætas,

interdum

A interdum ius dicere, ſeu reddere, eos etiam dixit, qui quæſtiones publicas exercebant. Nec tamen opinandum eſt, iuriſdictionem ad crimina pertinere; cum ſolum ad pecuniarias referatur: nec vnquam accipitur pro facultate cognoſcendi crimina, cum vniuerſa iuriſdictio mandari poſſet, non item criminum cognitio, quæ apud populum olim erat. Et quoniam omnis iuriſdictio vana eſt, niſi habeat imperium annexum, ideo qui eam habet, poteſtatem etiam habere debet cogendi eos in quos ſententiam fert, aut contumaces ſunt. Quo fit, vt hoc imperium cum iuriſdictione coniunctū miſtum dicatur, quia cum ea vnū quid quodammodo efficit: ac proinde, qui vnum habet, alterū quoque habere neceſſe eſt: ſiue iuriſdictionem ſuo iure habeat, ſiue ex mandato: cum eam quoque cenſeantur mandata, ſine quibus iuriſdi-

B ctio conſiſtere non poteſt. Vnde hunc in modum miſtum imperium definit. Miſtum imperium eſt poteſtas imperandi in rebus ad ciuilia negocia pertinentibus, & modice coercendi contumaces. Criminalia vero iudicia a nullo ordinario magiſtratu exercebantur, nec etiam a Conſulibus, quorū ſummum ac regium erat imperium, ſine iuſſu populi. Commiſſo itaq; crimine ad populum, vel Senatum referebatur, qui alicui magiſtratui quæſtionem mandabat; vt Conſuli, vel Prætori, qui re cognita, quæſita referebat: tum populus comitijs centuriatis de pęna iudicabat. In crimine perduellionis creabantur Dumuiri, a quibus tamen ad populum erat prouocatio. Fit etiā interdum apud ſcriptores antiquos mentio de quæſtionibus parricidij, quorum tamen rarus fuit vſus. Erant etiam Triumuiri capitales, qui in ſeruos &

C abiectas perſonas animaduertendi poteſtatem habebant. At vero L. Sulla primus quęſtiones perpetuas cōſtituit: vnde Prætoribus adiecit quæſitores, qui varijs de rebus quærebant. Dictator, qui tamen ſolum temporibus difficilibus creabatur, etiam de ciuibus ſupplicium ſumere ſolebat. Quando autem aliqua ſuboriebatur ſeditio, Senatus Conſuli, vel Prætori facultatē dabat, vt videret, ne quid detrimenti reſp. caperet. Oppreſſa publica libertate, Imperatores Præfecto Vrbis ptātem quærendi de criminibus dedere. Hinc eſt qđ qui noſtrorū Martyrū geſta ſcribunt, ſub quo Prætore paſſi fuerint, mētionē faciunt. *l. 1 ff. de off. Praef.* Erant itaq; in Vrbe magiſtratus diuerſi, qui diuerſa exercerent iudicia. At vero in Prouinciis, Proconſul, Proprætor, Præſides, Correctores, Legati Cęſaris, tanquā gladij Delphici, omnium Vrbanorū magiſtratuum vice

D fungebantur, & ita non ſolum habebant iuriſdictionē & imperiū miſtū, cū illa neceſſario coniunctū, ſed ēt imperium merum, qđ ſic definitur, Merum imperiū eſt ptās quærendi de criminibus, & a confeſſis, aut conuictis, pęnas, aut a legibus conſtitutas, aut pro admiſſi modo arbitrarias exigendi. Hoc aūt imperium Magiſtratus non habebant iure, ſed nominatim lege centuriata olim; poſtea a Principe concedebatur. Et quoniam prouinciæ late patebant, & Proconſul non omnia per ſe expedire poterat, dabantur ei Legati, qui magiſtratuum Vrbanorum vice fungebantur, quos ēt interdum ipſi legebant, quibus iuriſdictio mādabatur, per quā de cauſſis ciuilibus iudicabāt: crimina aūt cognoſcere, aut grauius aliquē coercere nō poterāt: vnde in eos miſtū imperiū trāsferebatur, non aūt merū: quia ſpecialiter Præſidi cōcedebatur:

l. 1. ff. de offic. eius cui man. at ea quæ ſpecialiter cõceduntur, iuriſdictione mandata, non transferuntur. A
Atque hactenus ex Mureto. Nunc ad id quod tertio loco dicendum propoſui accedendo, ſtatuo hæc dicta.

Primum dictum, in quacunque forenſi cauſſa, ſiue illa ſit ciuilis, ſiue criminalis, duo ſpectantur negocia, quorum vnum ſeparari poteſt ab alio: primum cauſſæ cognitio, ſiue inquiſitio, diſcuſſio, atque deciſio: alterum exequutio, quæ nullam includit cauſſæ cognitionem. Quod iſta duo in quacunque lite ſecerni poſſint, res eſt manifeſta; cum ſint duo negocia omnino diſtincta: quo fit, vt vnum poſſit reperiri ſine altero, & vnum concedi, & alterum retineri. Vnde olim apud Romanos interdum alij cognoſcebant, alij quod decretum fuerat, exequi iubebant. Ideo iudices a Prætore dati ſolum ciuiles cauſſas cognoſcebant; ſed prætor eas exequutioni mandabat: Qui, cum ad huiuſmodi cauſſas non ſolum cognoſcendas, ſed etiam ad exequendas poteſtatem haberet: miſtum imperium, ideſt facultatem iuris dicendi & exequendi habere dicebatur: at vero iudices dati meram iuriſdictionem habebant. Similiter Dictator, & Triumuiri capitales ſimul iuriſdictionem, ſeu quæſitionem, quæſtionemve in cauſſa capitali habebant, ac etiam exequutionem, ac proinde merum imperium, prout eis a populo erat conceſſum. Conſules vero ex officio ſolam cognitionem: ſed imperiũ erat apud populum, qui non cognoſcebat, ſed imperabat, ac iubebat. Cum itaque iuriſdictio nihil aliud ſit, quam ſententiæ cognitio & pronũciatio, imperium vero, iuris dicentis præceptum aliquid fieri iubentis, aut vetantis, vnum ſine alio eſſe poterit. Ex quibus colligeres, maiorem alicuius magiſtratus poteſtatem, magis colligendam eſſe ex imperandi, quam ex iuris dicẽdi facultate: cum qui imperat, poſſit etiam cognoſcere, ſeu ius dicere, non autem imperare is qui ius dicit, niſi ei fuerit conceſſum.

Bud. l. munerũ §. iudic. 1. de mun. hom. B

C

Secundum dictum, merum imperium non ſolum dicitur ratione cauſſarum capitalium, ſed etiam ciuilium: & iuriſdictio, non ſolum de ciuilibus, ſed etiam de criminalibus; quas cauſſas antiqui quæſtiones vocarunt. Quoniam in vtroque genere, poteſt eſſe merum imperium ſine inquiſitione, & inquiſitio, ſiue iuriſdictio ſine imperio.

Tertium dictum, vt imperium dicitur merum, ita iuriſdictio mera dici poteſt. Dicitur autem imperium merum, hoc ſolum, & per translationem, purum & ſimplex; vt cum dicimus, meræ nugæ, mera pœna: eſt ergo merũ imperium ius imperandi, vel ſola iuſſio: & mera iuriſdictio ſola cauſſæ cognoſcendæ facultas, ſeu ſententiæ pronunciatio. Siue, merum imperium eſt quodcunque ius dicentis præceptum, cui eum de quo agitur neceſſitatis honeſtate velit parere; vt, ſi iudex dicat, centum ſolue, quorum es damnatus: capite mulcta. Quo fit, vt in imperio poteſtas, maieſtaſque exerceatur: Quæ non ita exercetur cum in cauſſæ cognitione iubet. D

Quartum dictum, tam iuriſdictio, quam imperium tribus modis ſumi poſſunt. Primo, vt iuriſdictio dicit meram iuriſdictionem, hoc eſt cauſſæ cognitionem, & ſententiæ pronunciationem, ſiue cauſſa ſit ciuilis, ſiue criminalis. Quare generis nomen, vt ſæpe fit, trahitur ad ſpeciem ſignificandam,

A dam,hoc eſt,iuriſdictio ad ſimplicem & ſpecialem iuriſdictionem. Secundo, vt ſignificat eandem cum imperio miſtam. Poſtremo, pro puro imperio; nam qui imperat,ius dicit,dum quod decretum eſt,exequutioni mandat.Similiter imperium, primo ſumitur pro quocunque iuſſu ius dicentis; vt cum iudex ait,libellum ede,producantur teſtes. Secundo,ſpecialiter,vt vim continet,eſtque cuiuſdam maioris poteſtatis vis; vt cum iudex ait,centum ſolue,quorum es damnatus:capite mulcta. Hoc imperium,quod proprie dicitur, in miſtum & merum diuiditur; & ita pro ſimplici, miſto, & mero ſumi poteſt, vt de Iuriſdictione dixi.

Quinctum dictum, imperium cum iuriſdictione duobus modis dicitur eſſe miſtum: primo, in ijs quæ ad cauſſam explicandam & cognoſcendam B pertinent, & vt loquuntur in præparatorijs,in citationibus,in ſententijs interloquutoriis,& in aliis,quæ ad ius dicendum referuntur:altero, in ijs quæ ad cauſſæ deciſionem,& pronunciationem pertinent;vt cum iudex cōdemnat & pronunciat,& his prætorijs verbis, Do,Addico,Decerno,& ſimilibus vtitur: quæ ex mero iudicis officio oriuntur: Imperium cum iuriſdictione primo modo coniunctum,iudicis officium mercenarium inepte vocant;qđ miſtum dici debet, ad differentiam officij meri, quod nobile appellant, alij ſubſeruiens. Miſti imperij primo modo ſumpti, ſunt ea omnia ſine quibus cauſſa cognoſci & explicari non poteſt: miſti vero ſecundo modo ſumpti, ea quæ pertinent ad proſequutiones,& implorationes,& quę omnimodam exequutionem continent, vt miſſio in poſſeſſionem, &c. Zaſ.

C Sextum dictum,iuriſdictione conceſſa, cenſetur conceſſum imperiū miſtum, quod ad cauſſæ cognitionem eſt neceſſarium. Quoniam ea conceſſa, cenſentur etiam tradita ea ſine quibus exerceri non poteſt: at huiuſmodi eſt tale imperium: igitur. Adde cōmunem opinionem,& ius ipſum, quod hoc expreſſe docet. Hoc autem imperio is cui cauſſa commiſſa fuit, vti non poteſt; niſi poſt litis conteſtationem.

Septimum dictum,commiſſa iuriſdictione,ſiue in toto, ſiue in parte,ſpecie ve non cenſetur conceſſum id, quod ad merum pertinet imperium, hoc eſt quæ ſunt exequutionis: quo fit,vt is cui mandatur,nihil proprium dicatur habere,vt iuriſperitus ait,hoc eſt proprietatem,quæ remanet apud mandantem,qui eam poteſt reuocare,& imperandi poteſtatē habet: quia ſolum D transfertur facultas dicendi ſententiam:& ita nihil habet proprium,id eſt, vt poſſit ſententiam exequi. Vnde delegatus, ex ſe,ſententiæ exequutionē non habet: quia imperium non lege, ſed ſpeciali conceſſione datur:& ita in ſpecialibus cauſſis iuriſdictio & imperium coniunguntur, cum imperium ex cauſſa mandari poſſit. Quod ſi ſeorſim cuipiam cauſſæ exequutio mandetur,non proinde imperium cenſetur fuiſſe mandatum: Vt ſi vrbis præfectus alicui det facultatem ſententiæ exequendæ.

Octauum dictum, is cui conceſſa eſt iuriſdictio, alteri demandare nihil poteſt. Vnde non eſt proprium cuiuſcunque iuriſdictionis,vel imperij,vt demandari poſſit, cum hoc regulariter ſit interdictum.Tunc autem poterit, cum quis habet iuriſdictionem ordinariam, aut ei ex priuilegio id eſt con- L. Imperium. Gillet. lib. 2.c.21.

 ceſſum,

Gil. lib. 2. c. 18. 24. ceſſum, vt Iudex a Principe datus, qui ſubdelegare poteſt. Quid autem ſubdelegari poſſit, & cui, & quas ob cauſſas, & quid magiſtratus, ſiue loca iuriſdictionis & imperij habeant, non eſt noſtrum hic explicare, ſed iuriſperiti conſulendi ſunt. Similiter, an imperium merum reſtringatur ad facul- *Muſcor. n. 46. 47. 69. 70. & 74. 124. 131.* tatem iudicandi de capite, an præſcribi poſſit, & in quos exerceri queat; & id genus alia, quæ a ſcriptoribus ſuper hac materia quæri ſolent. Illud vniuerſe dixerim, alicuius iuriſdictionem, perpendendam eſſe ab vſu & conſuetudine, & a conceſſionis forma. A

Nonum dictum, quamuis merum imperium de cuiuſcunque decreti ſententiæque exequutione, vt diximus, dicatur: tamen priuata quadam ratione, & vſu iam cõtractum eſſe videtur ad cauſſas capitales & criminales: Quod ad has cognoſcendas & expediendas maiore quadam ſit opus auctoritate, B
Muſ. n. 33 & magis in manu Principis, & eius penes quem plenum eſt dominium talis facultas ſit, & minus concedi alijs ſoleat.

Gillot. lib. 2. c. 7. 8. 9. Decimum dictum, iuriſperitus in l. Imperium, nec merum, nec miſtum imperium definiuit; ſed vtrunque per exempla declarauit, & nomine gladij non quamcunque intellexit pœnam. Sed iam ſit huic diſputationi finis: quam in longum protrahere potuiſſem, ſi vulgatas leges citare, & multa alia minus ad noſtrum inſtitutum pertinẽtia in medium afferre voluiſſem. Atque hucuſque de humanis legibus: ſequitur vt ad diuinas explicandas tranſitum faciamus.

Libri vndecimi finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER DVODECIMVS,

In quo demonſtrata legis diuinæ neceſsitate, agitur de natura, cauſsisque veteris legis.

An præter naturalem & humanam legem ſit aliqua lex diuina neceſſaria. *Diſput. I.*

A DE omnibus legis vniuerſe ſumptæ partibus ea nobis explicanda reſtat, quæ diuina nominatur: quæ, vt ſupra diximus, in duas diuiditur partes, in vetere & nouam, de quibus ob earum amplitudinem atque diſtinctionem ſeorſim diſputabimus. Antequam autem ad priuatam earum tractationem accedo, illa dubitatio enodãda eſt, an lex diuina præter iam tractatas ſpecies, fuerit neceſſaria: qua de re, etſi alibi aliquid diximus, hic tamen plenius dicendum eſt. Et quod neceſſaria non fuerit, his probatur rationibus.

Primo, qui fuerunt in lege naturæ ſaluabantur ex ſola lege naturali, de-
B clarata & explicata per legem humanam; ideo Paulus de Gentibus loquen *Rom. 1.*
do, dicebat, eas ſine lege, ſcilicet diuina veteri, facere ea quæ in lege continebantur; igitur, ſi ſine lege diuina homines ſalutem conſequi poſſunt, neceſſaria non fuit. Confirmatur, ad hoc vt quis accedat ad Deum, ſatis eſt ex *Heb. 1.*
Paulo, cognoſcere quod Deus ſit, & quod remunerator ſit: ſed hæc duo naturaliter cognoſcuntur: igitur nihil fuit opus ulla lege diuina, qua homo aliquid ſupernaturaliter cognoſceret. Secundo, homo vnam habet naturam, vnum finem ad quem per unam legem dirigendus eſt: igitur non fuit opus pluribus legibus: & ita ei ſufficiebat lex naturæ, quæ cum ſit participa
C tio quædam legis æternæ, erit lex quædam diuina: non igitur opus fuit alia: & eſto, quod opus fuerit, cur duabus, veteri & noua? cũ ſemper homo vnus & idem extiterit, atque etiam eius vnicus finis. Tertio, lex eſt regula & menſura quædam, quæ debet eſſe proportionata ei cui datur: at homo non eſt quid diuinum, ſed quid naturale: igitur non lege diuina, ſed naturali gubernãdus ac regendus fuit: quare fruſtra ponitur lex diuina: vt omittam, quod homo non eſſet perfecte a Deo conſtitutus, ſi ei opus eſſet lex aliqua extrinſecus adueniens.

In

In hac difficultate, & quod ad opiniones, & ad fundamenta ad eam planius exponendam attinet, afferre poſſem, atque etiam afferrem, niſi alibi attuliſſem, in ſecundo libro Introductionis in ſacram Theologiam, vbi per aliquot capita differui, an præter naturales doctrinas aliqua doctrina reuelata fuerit homini neceſſaria. Lectorẽ igitur ad hũc locum reiicio, vbi multa huc pertinentia plane pleneque explicata uidere poterit: hic breuiter rem propoſitam perſtringam. Quidam igitur exiſtimarunt hominem non eſſe capacem doctrinæ diuinitus datæ: & poſſe beatitudinem ſuam conſequi ſola humana lege, & cognitione. Alij conceſſerunt quidem, hominem diuinitus a Deo erudiri poſſe: tamen non putarunt ei omnino neceſſariam eſſe doctrinam diuinitus datam: verum & illi, & hi grauiter errarunt. Eſt itaque ſn̄ia omnium bonorũ ſcriptorum certiſſima, hoĩem ſolis naturæ viribus nõ poſſe eam habere cognitionem, quę ad ſuum finem conſequendum eſt ſibi neceſſaria. Illud tamen inter catholicos in dubium uertitur, an ex parte obiecti, vel rei cognitæ fuerit ſemper neceſſaria aliqua reuelatio, alicuius nimirum rei, quæ naturę viribus cognoſci nequit: aliqui affirmant; alij negant; qui tamen ponunt neceſſitatem fidei & auxilij diuini ex parte intellectus cognoſcentis; ita vt viribus naturę ea certitudine & firmitudine, qua opus eſt, non poſſint ea cognoſci, quę ad finis conſequutionem ſunt cognitu neceſſaria. Cum ergo hoc loco contra noſtrę legis aduerſarios, quoad neceſſitatẽ attinet, latius theologari nolim, ad propoſitam difficultatẽ, ſuppoſitis nõnullis quę libro citato docui, quibuſdã poſitionibus reſpondebo.

Cap. 1. ad 14. *Auct.* A B

Prima poſitio, poteſt Deus aliquid per ſe & per Angelos hominem de nouo docere. Hanc doctrinam libro citato multis rationibus probatam inuenies: hic tanquam certam ponimus. Quam ex communi omnium populorum cõſenſu confirmares, apud quos ſemper aliquod doctrinę genus diuinitus datum fuiſſe exiſtimatum fuit; & vt ſupra libro ſecundo ſcripſimus, omnes legiſlatores ſuas leges in aliquod numen retulerunt, idque ijs quibus leges dabant, perſuaſerunt. Vt hic omittam communem apud omnes nationes de bono & malo dæmone, geniove notionem. Secunda poſitio, de facto in humano genere reperitur aliqua lex pręter naturalem & humanam diuinitus datam. Quoniam, vt citato libro probauimus, videmus humanum genus reuocatum a grauiſſimis erroribus, in quibus olim erat immerſum, & præſertim a turpiſſimo, & abſurdiſſimo, manifeſteque falſiſſimo idolomaniæ vitio, in quod uniuerſus pene terrarũ orbis erat delapſus: ergo ſignum eſt certiſſimum aliquam maiorem doctrinam accepiſſe, quam ſit humana. Tertia poſitio, non ſemper fuit homini neceſſaria diuina lex, vel doctrina reuelata ex parte obiecti, hoc eſt non fuit opus aliqñ & apud quoſdam, vt apud illos qui uiuebant in lege naturę, vt aliqua diuina lege ea docerentur, quæ viribus naturæ attingi non poterant. Hanc veritatem rationibus ex ſcriptura ductis, & ſanctorum Patrum teſtimonijs eodem libro late probauimus. Huc facit illud Dauidis, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Quarta poſitio, ſemper homini fuit neceſſaria doctrina reuelata, ſiue auxilium diuinum ex parte cognoſcentis, ita vt per

C D *Pſal. 147.*

A vt per ſolas naturæ uires non potuerit homo certe & firmiter cognoſcere ea, quæ ad ſui finis cognitionem pertinebant, ſine auxilio reuelationeve diuina. Doctrina eſt certa fide tenenda: quia, vt ait Paulus, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Errauit igitur hac in parte impius Zuinglius, qui exiſtimauit Catonem, & alios in lege naturæ, ſolis naturę uiribus ſalutem fuiſſe conſequutos. Quinta poſitio, præter legem naturalem & humanam homini neceſſaria fuit lex diuina, quæ poſitiua dicitur. Huius veritatis quattuor aſſignauit rationes D. Thomas, quæ in hac Dauidis fundantur ſententia. Lex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Quem locum Petrus Damianus de omni lege naturali, diuina, veteri, & euangelica expoſuit: quamuis, conditiones B quæ hic legi tribuuntur præcipue legi diuinæ conueniant; maxime illa, Conuertens animas. *Heb. 11.* *Pſal. 18.*

Primum itaque cum naturalis & humana lex eſſent multis erroribus cōmaculatæ, quod ad cognitionem & ad actionem attinet; proculdubio opus fuit diuina lege, quæ eſt immaculata & purgata ſeptuplum hoc eſt perfectiſſime. Adde etiam, quod, vt Auguſtinus ſcribit, lex humana neceſſario debet eſſe imperfecta & manca, & non omni ex parte immaculata, cum nō poſſit, nec debeat omnia uitia caſtigare; quia ſeipſam deſtrueret: neceſſaria igitur fuit maior quædam lex, diuina ſcilicet, quæ omnia vitia prohiberet, & nihil inultum ſineret. Deinde lex humana cum ſolum actus exteriores dirigat, hos ſolum iudicat, ideo non poteſt omni ex parte hominem a pecca C to ad iuſtitiam conuertere, & omnino bonū reddere: ac proinde opus fuit diuina lege, qua omnes actus, etiam interni ordinarentur, & cohiberentur; et ideo de ea dicitur, quod animas conuertat, hoc eſt, penitus ab omni culpa etiam interna, remoueat quo fit, vt non ſolum adulterium, ſed etiam adulterij cogitationem cohibeat. Vt itaque homo fieret omni ex parte perfectus, egebat lege perfecta. Poſtea, lex humana humanumque iudicium, quoad actiones ſingulares & contingentia, eſt incertum, id quod declarat etiam tāta opinionum uarietas in humana felicitate conſtituenda: vnde etiam maxima oritur incertitudo circa media. Ne igitur homo in ſuis actionibus fluctuaret, nec incertis hominū legibus in uarias diſtraheretur partes, neceſſe fuit, vt diuina lege tanquam teſtimonio, aut conſiliario fidiſſimo & certiſ- D ſimo dirigeretur. Denique, cum homo ſit naturæ diuinæ imago & ſimilitudo quædam, ac proinde ad ordinem rerum pertineat ſupernaturalium atque ad finem ſupernaturalem ſit factus, neque enim ſuum in hac uita conſequitur finem, vt libro citato apertiſſime demonſtraui: propterea ei opus fuit lege diuina, quæ ei ſapientiam, hoc eſt cognitionem ſupernaturalis finis præſtaret: ad quam cognitionem ex ſe peruenire non potuit, vt egregie docuit Baruc, qui de humana diligentia in inueſtiganda ſapientia loquendo dixit, Homines fuiſſe fabulatores & exquiſiores prudentiæ & intelligentiæ; viam autem ſapientiæ neſciuiſſe, neque commemoratos fuiſſe ſemitas eius. Et paullo infra, Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neque qui exquirat ſemitas eius: ſed qui ſcit vniuerſa nouit eam. *Ambro. in ca. 1. epiſt. ad Timot.* *Sap. 9.*

Quare

Quare vt homo, quia intelligit & ſpeculat̃ eget ſcientia ſpeculatrice & pra- A
ctica; ita vt partim eſt humanus partim diuinus, humana & diuina indiget lege. Rurſus alia ſumitur ratio ex conditionibus, q̃ legi conueniunt. Primo, habet vim directiuam, quæ ſapientiam & prudentiam requirit: atqui homines naturæ vitio, & elatione, non facile a cuiuſuis prudentia ſe dirigi ſinũt; & ideo opus fuit lege a diuina ſapientia profecta. Secundo, vim coactiuã, quæ in ſolo Deo, qui eſt omnipotens, & varijs modis hominem punire & coercere poteſt, plene reperitur. Tertio, æquitatem, quę in hominibus nunquam ita reperitur, vt non poſſit veniri in ſuſpicionem iniquitatis, ſaltem reſpectu aduenarum; at reſpectu Dei qui perſonam non accipit nulla eſt ſuſpicio. Quarto, cum lex vniuerſitatem reſpiciat debet vti miſericordia; quæ in Deo eſt maxima, ad quam ſæpe Dauid appellat; & ideo opus fuit, B
vt homo lege gubernaretur diuina. Quincto, debet recipi & admitti a populo: at nulla humana lex ab omni populo fuit accepta, vt diuina; quæ in vniuerſo orbe prædicata fuit. Quare, vt omnes eadem lege dirigerentur, eis diuina lex neceſſaria fuit. Sumitur etiam bona ratio ex amore diuino erga hominem; cum ſit maximum amoris ſignum, velle priuatim alicuius curam gerere & per leges dirigere. Denique optima ſumitur ratio ex humanæ mentis imbecillitate, cum homo ob peccatum euaſerit ignarus, & ad diſcendum minus idoneus, & ideo eget præceptore ſapientiſſimo, qui ad eius naturam ſciat ſeſe accommodare, & eum breuiter facileque erudire; quod ſolus Deus præſtare potuit, & præſtitit; qui pauciſſimis præceptis, immo vnico de caritate mandato eũ docuit; & quidem multo efficacius, quã C
vniuerſa philoſophorum decreta. In ſumma, ſi homo diuina non egeret lege, ei in ſtatu integro nulla data fuiſſet lex, quæ tamen data fuit: Quare non eſt nouum, quod homo a Deo per legem erudiatur.

Sexta poſitio, lex diuina vniuerſe ſic deſcribi poteſt, eſt diuinum decretũ homini præſcribens modum neceſſarium, vt apte ad ſupernaturalem beatitudinem peruenire poſſit: Quæ non ſolum eſt in hominum cordibus, ſed etiam in mente diuina; & a lege æterna in eo differt, quod hæc latius patet, illa uero ſolum reſpicit ea quæ pertinẽt ad finem hominis ſupernaturalẽ. Cæterum lex diuina interdum ſumitur pro tota religionis ſumma, & omnibus quæ in ipſa continentur, vt ſunt permiſſiones, conſilia, & alia. Quæ ex parte auctoris & finis eſt vna & ſimplex, ſed ex alijs capitibus diuidi poteſt; vt ex ſubiecto, alia eſt in mente diuina, alia in humana, vel in ſcriptis: D
ex parte temporis quo promulgata fuit, & perfectionis, in veterem & nouam: de quibus deinceps acturi ſumus: & primum de veteri, cum fuerit prius tradita, & quaſi uia ad nouam, quæ his fere nominibus vocatur, Lex litterę, ſeu littera, lex factorum, operum, ſeruitutis, iuſtitia carnis, lex Moſis, ſcripta in tabulis, & vetus teſtamentum: noua uero his, Lex ſpiritus, fidei, iuſtitiæ, gratię, libertatis, amoris, Chriſti, in cordibus ſcripta, & nouum teſtamentum. Ier. 31.

Ad primum, concedimus in illo ſtatu naturæ non fuiſſe opus lege ſupernaturali reſpectu omnium; & eos qui in eo ſtatu fuere potuiſſe ſaluari

A ſine priuata rerum ſupernaturalium reuelatione;ſed tamen naturæ lumine obſcurato,ſupernaturali luce,opus fuit,vt docuimus. Quod ergo Paulus ait,Gentes naturaliter facere, quæ legis ſunt;intelligendum eſt per legem a natura inditam, & naturę inſtinctu, non per legem ſcriptam, vt ex his verbis patet, ſed oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, hoc eſt oſtendunt ſe in rõne habere,quid agendum ſit. Et hæc eſt multorum Græcorum,&nonnullorum Latinorum bona explicatio.Ex qua colligeres,quã male de humana natura mereantur, qui dicũt eius lumen per peccatũ fuiſſe omnino extinctum. Sed cum iſti diuino lumine,ſine quo diuina uideri non poſſunt,ſint orbati,mirum uideri non debet,ſi hanc veritatem certa fide tenendam non uiderunt.Cæterum cum Gentes,in multis cæcutirent,nec *Theod. Theoph. Cyprian. Haymo.*

B omnia uiderent,diuino indiguere lumine. Quantum Gentes,hoc eſt falſorum Deorum cultores in morũ doctrina errauerint,Minutius Felix in Octauio, Arnobius contra Gẽtes,Auguſtinus toto ſeptimo libro de ciuitate Dei, Theodoretus libro nono de curandis græcanicis affectionibus plene docẽt. Lycurgus permittebat adulteria:Perſæ inceſtas nuptias cum matribus, filiabus,& ſororibus;& ne plura recenſeam monſtra,Plato,qui optimus habitus eſt philoſophus & legiſlator,in multis legibus turpiſſime errauit.Gentes itaque non omnia naturæ lumine cognouere, ſed diuina luce egebant. Leges etiam apud Auguſtinum elegãter tractatam rationem, cur Deus, præter legem cordibus ſcriptam,aliam dare uoluerit, Ne ſibi homines aliquid defuiſſe quererentur: ſcriptum eſt in tabula,quod in cordibus non legeba- *Lib. 4.5. & 6.* *In pſ. 57.*

C tur. Non enim ſcriptum non habebant, ſed legere nolebant. Oppoſitum eſt oculis eorum, quod in conſcientia uidere cogerentur; quaſi forinſecus admota Dei uoce,ad interiora ſua homo compulſus eſt. Item,Data eſt lex ad oſtendendum quantis uinculis peccatorum cõſtringerentur,qui de ſuis viribus ad implendam iuſtitiam pręſumebant.Data eſt lex,vt vulnera oſtẽderet peccatorum:quæ gratiæ benedictio ſanaret,& quę apud ipſum ſequũtur. Et,vt cum eodem concludam,lex data eſt, vt gratia quæreretur: gratia data eſt,vt lex impleretur. *Inepiſt. ad Rom. Hom. 50. Li. de ſpir. & lit.*

Confirmatio ſolum probat in eo ſtatu non fuiſſe opus cognitione rerum ſupernaturalium ex parte obiecti,quod alibi cõcedendum eſſe ſanctorum Patrum & ſacræ ſcripturæ auctoritate demonſtraui. Ad ſecundum, habet

D quidem homo vnum finẽ,ad quem per diuerſas leges, pro ſtatuum diuerſitate,ordinatur.Ideo autem naturæ lex non omni ex parte ſufficit,quia homo finem habet ſupernaturalem:quo ſolis naturæ viribus peruenire nõ poteſt:& licet idem ſemper fuerit homo: tamen non ſemper idem ſtatus, eademque integritas:& cum a perfectione defeciſſet, ad eam per uarios gradus reuocãdus fuit. Ad tertium,hominem habere quid diuini,& eſſe quid diuinum,etiam illi cognouerunt, qui lumine caruere diuino; at tanta eſt eius naturę dignitas atque capacitas,vt aliunde,ex cęlo nimirum,eius ſit adſciſcenda perfectio. Longe enim perfectior cenſeretur is,qui aliunde pontificatum poſſet recipere, quam a ſeipſo ſolum presbyteratum. *Triſm. Plat. Cic.*

A

An lex vetus fuerit bona. *Diſp.* *II.*

LONGISSIMA hoc loco mihi facienda eſſet diſputatio, ſi omnia quæ de re propoſita hũc poſſem afferre, late exponere vellem. Ea igitur ſolum proſequar, quæ proxime ad noſtrum inſtitutum faciunt, & quæ ſine culpa prætermitti non poſſunt. Afferam igitur primum quoſdam hæreticorum errores; deinde veritatem ipſam confirmabo: poſtremo nõnulla aduerſariorum ſophiſmata diſſoluam.

Quod igitur ad primum attinet, teſtamentum vetus, a malo Deo conditũ fuiſſe, primus omnium docuit Simon magus Samarita; quem errorem poſtea multi alij, quos hic ſilentio inuoluo ſequuti ſunt, vſque ad Auguſtini tempora, quibus iam ſopitus erat. Sed ecce ab inferis excitatus Curbicus cognomento Manes, natione Perſa, qui ita hunc errorem innouauit & amplificauit, vt ſuum quodammodo fecerit. Hunc hominem eius ſectatores Manichæum, quaſi mannæ effuſorem uocarunt: in quibus Addas quidam, cognomine Adimantus, multis poſt annis Fauſtus Afer, patria Mileuitanus eundem errorem amplexus eſt, & denique quidam alij, vt Bogomile, & Albanenſes. Hi itaque hæretici hæc impia dogmata de veteri lege euomuerunt. Primum, eius auctorem fuiſſe Deum malum: Duos enim deos ponebant Manichæi, cum eſſent ita craſſi, vt intelligere non poſſent, malum nullã habere cauſſam efficientem: ac proinde nihil eſſe neceſſe vt duo ſtatuerentur dij, vnum auctorem bonorum, alterum malorum. Secundum, veterem legem ſolum pertinere ad Iudæos, non ad Chriſtianos. Tertium antiquam legem confictis narrationibus a Iudęis cõtaminatam fuiſſe. Quartum, eſſe inutilem ad noſtræ legis confirmationem, & ad bonos mores conſequendos. Quinctum, legem ueterem ſingulis fere ſententijs aduerſari nouæ; id quod priuato libro Adimantus, varias ex utraque lege colligendo ſententias, demonſtrare conatus eſt. His acceſſit hoc noſtro ſæculo nouus error Anabaptiſtarum, quibuſcum faciunt Seruetani, ſic dicti a Michaele Serueto Hiſpano, Geneuæ olim a Lutheranis uſto: qui dicunt, legem veterẽ quam nunc habet Eccleſia partim a Iudæis, partim a Chriſtianis per additionem & ſubtractionem omnino eſſe contaminatam. Sunt etiam priuati errores circa priuatos huius legis libros, de quibus non eſt noſtrum hoc loco diſſerere; ſed in libris diuinarum Inſtitutionum iam multa hac de re ſcripſimus. Solum itaque in præſentia veterem legem breuiter contra hæreticorum calumnias vniuerſe defendemus: & quidem hac diſputatione ſolum de bonitate agemus: poſtea de perfectione; tum de auctore, & de ijs quibus data fuit, & de ijs ad quos pertinet. Quod igitur ad id quod priore loco tractandum propoſui attinet, iſta ſtatuo.

B (margin, beside "quem errorem poſtea")

Eutim. in Panop. (margin, beside "cognomine Adimantus")

C (margin, beside "malum nullã habere cauſſam")

D (margin, beside "tionem & ſubtractionem")

Prima poſitio, lex vetus eſt lex bona. Eſt doctrina certa fide tenenda. Primo probatur auctoritate ſcripturæ, Lex, inquit Paulus, quidem ſancta, mandatum ſanctum, iuſtum, & bonum. Item, Lex quidem bona eſt; ſi quis ea legi-

A ea legitime vtatur. Item, quia Paulus obſeruauit legalia, & Apoſtoli etiam quædam obſeruanda ſtatuerunt. Denique Chriſtus eandem ſeruauit, & nō venit ad eam ſoluendam, ſed implendam. Secundo auctoritate conciliorū, *S.ſſ.4.* & ſpeciatim eorum, in quibus veteris teſtamenti libri tanquam diuini fuere approbati, vt nuper in Synodo Tridentina. Tertio auctoritate ſanctorū; quorum ſine neceſſitate nolo hic longum texere catalogum: hi igitur ſpeciatim legi poterunt: Irenæus libro primo, vbi diſputat contra Marcionem: Epiphanius hęreſi ſexageſimaſexta: Auguſtinus contra Fauſtum, & in duobus libris contra aduerſarios legis: Petrus Cluniacenſis epiſtola contra Petrobruſianos. Quarto confirmatur ratione, quoniam iſta lex eſt conſentanea rationi; bona igitur: ſumptum explicatur, & probatur ſimul. Primum
B eſt conſentanea rationi, quia præcipit omnes omnium virtutum actus, & prohibet omnia vitia & omnem prauam cupiditatem, vt patet ex decalogo, in quo omnia legis naturæ præcepta continentur: igitur. Deinde dicitur conſentanea rationi, quia erat accommodata ad eum finem obtinendum quem habebat propoſitum, verum nimirum finem, non humanæ vitæ ſufficientiam, non reip. ſolam tranquillitatem, ſed æternam fœlicitatem; quamuis ad eam perfecte ducere non poſſet: atqui illud dicitur bonum, quod eſt ad finem conſequendum accommodatum: bona igitur. Quincto, demon- *Gal. 1.* ſtratur eiuſdem legis bonitas ex cauſſa finali: quia in hunc finem fuit data, vt tanquam pædagogus duceret ad Chriſtum: ideo Chriſtus aiebat, Si cre- *Ioan. 5.* deretis Moſi, crederetis & mihi: fuit etiam veluti inchoatio quædam nouæ
C legis a Chriſto dandæ: vnde illi antiqui Patres ſpiritualiter baptizati ſunt, *1. Cor. 10.* & ſpiritualem eſcam manducauerunt. Poſtremo, iſta lex data fuit a bono Deo; igitur bona: cum arbor bona non poſſit malos fructus facere.

Secunda poſitio, lex vetus non fuit fictis narrationibus ab Hebræis contaminata. Hæc etiam doctrina eſt certa fide tenenda. Primum, quia ſi olim corrupta fuiſſet, huius erroris Chriſtus Hebræos redarguiſſet: quos redarguebat de traditionibus contra legem Dei introductis. Deinde, non horta- *Luc. 1.* tus fuiſſet eos vt ſcripturas ſcrutarentur; nec eas explicaſſet, nec citaſſet, id quod etiā eius diſcipuli fecerunt, afferendo auctoritates ex libris ſingulis.

Tertia poſitio, lex vetus qua nunc vtitur Eccleſia, non eſt a Iudæis, vel a *Heb. 10.* Chriſtianis deprauata, ſiue falſata, vt impij Anabaptiſtæ affirmant. Eſt etiam
D hæc doctrina certa fide tenenda. Quod non fuerit corrupta ab Hebræis patet, quia ita habent nunc exemplaria apud Hebræos, vt ante Chriſtum habebant: niſi ſtulte dicere velis, ita fuiſſe olim citata teſtimonia, vt poſtea ab Iudæis corrumpi debebant. Quod neque a Chriſtianis patet; quia omnes Patres conati ſunt antiquos libros intactos conſeruare, & a corruptelis vendicare, vt de Origene, de Hieronymo, & de alijs conſtat. Neque hanc veritatem tollit, quod vnus vel alter Hebræus vnum, vel alterum locum, Codicemve corrumpere conatus ſit.

Quarta poſitio, lex vetus non eſt legi nouæ contraria. Hæc etiam poſitio eſt fide tenenda. Primum, quia vtraq; diuino ſpiritu fuit dictata: atqui vnus & idem ſpiritus non poteſt ſibi eſſe contrarius: igitur. Quod vetus ſit

dictata

dictata ſpiritu diuino, diſertis verbis docuit Petrus apoſtolus: Quod etiam noſtra, concederet aduerſarius. Deinde, vt optime arguit Auguſtinus, ſi iſtæ leges ita inter ſe pugnarent, vt impius Adimantus eorũ non veras contrarietates colligendo, probare conatus eſt, quomodo ab vniuerſis mundi nationibus admiſſæ fuiſſent? & quidem a viris doctis, qui eas examinarũt, & tandem approbarunt? quod nullis alijs Philoſophorum ſcripturis contigit. Licet ergo ob imperfectionem humani ſermonis non multas habeat apparentes contrarietates, nullam tamen veram. Et hæc de ſecundo. Quod ad tertium attinet quaſdam aduerſariorum obiectiones afferam, & diſſoluã.

Cap. 20. Prima, dixit aliquando Deus per Ezechielem, Dedi eis legem non bonã & præcepta in quibus non uiuent: illa igitur lex non erat bona. Ad hunc locum hæ ſolent afferri reſponſiones. Primum, dicitur lex non bona, quia non dabat gratiam, qua uiuitur: ideo ſubditur & iudicia in quibus non uiuent. Deinde, aliqui dicunt, Iudæos ob ſuas iniquitates fuiſſe diſperſos, & ita tradebantur legibus nationum iniquis. Denique, alij dicunt, appellari non bonam, comparatione melioris legis, quo modo creaturæ dicuntur nõ bonæ comparatæ ad Deum. Sed ni fallor, hic locus legendus eſt cum interrogatione, & ironice, ita vt ſit ſenſus, Nequaquam verum eſt, quod populus ille putabat, ſibi datam fuiſſe legem non bonam: vnde eam nõ ſeruabat, & idololatriæ uitio peccabat, de quo Deus per prophetam ibi queritur. Et quod in his uerbis non ſignificetur Deum dediſſe Hebræis legem non bonam, expreſſe colligitur ex antecedentibus, ubi dicitur, Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis quæ faciens homo uiuet in eis. Item, & iudicia mea non cuſtodierunt, vt facerent ea; quæ cum fecerit homo, uiuet in eis. Poſtea conqueritur de legis uiolatione, & quod poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum; & ſtatim per acclamationẽ ſubijcit. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent? & pollui eos in muneribus ſuis cum offerrent omne quod aperiret vuluam, propter delicta ſua? Et infra ait, eos pollui in idolis.

Hier. *Vatab* *Greg. 28. lib. mor. c. 17.* B C

Heb. 8. Secunda, ex auctoritate Pauli dicentis, ſi illud prius teſtamentum culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur: ſi culpa non uacabat, malum igitur. Facilis eſt reſponſio, Quod nos habemus, culpa vacaſſe, græce dicitur, ἄμεμπτος ἦν, ideſt irreprehenſibile fuiſſet, non quod aliquid mali contineret, ſed quia imperfectum, ideſt, ſi perficere ſuos obſeruatores potuiſſet, non opus fuiſſet nouo. Et hæc eſt germana & communis multorum huius loci ſententia.

Cyril. *Theodor.* *D Tho.* *Cagne.* D

Rom. 4. 5. & 7. Tertia, idem Paulus ait, legem iram operari; ſubintraſſe, vt abũdaret peccatum: peccatum ſine lege eſſe mortuum, & per eã reuixiſſe; per legem peccatum operatum fuiſſe concupiſcentiam, quam Paulus neſciebat, niſi lex dixiſſet, Non concupiſces. Reſpondetur, ideo Paulus uim legis, diligenter his locis eam explicando, repreſſit, vt eum tolleret errorem, quem impugnãdum aduerſus Hebræos ſuſceperat, legem non habere vim iuſtificandi, nõ dare gratiam: illi enim legis operibus ſine Chriſti fide & gratia ſe iuſtos eſſe putabant. Sola itaque lege, ſine gratia data, factum eſt ex noſtra culpa, vt pec-

A vt peccatum concupiſcentiam in nobis operaretur, quia ſine lege, non ita cognitum erat peccatum, poſtea per legem prohibitũ. Vnde dicitur, legem peccati occaſionem dediſſe, non ex ſe, non tanquam cauſſa efficiens, ſed per occaſionem, non datam, ſed acceptam, vt Paulus ait. Primum quidem quia excuſationem per ignorantiam ſuſtulit. Deinde, quia vt præclare Horatius ſcripſit,

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Vt fecerũt noſtri primi parentes erga vetitum pomum. Poſtremo, quia onus imponebat, & ex ſe gratiam non dabat, & ita negatiue erat peccati cauſſa, quod non ſatis ad illud cauendum iuuaret, nec fomitem peccati comprimeret. Vnde, cum dicitur, vt abundaret delictum, particula, vt, non cauſſam fi-
B nalem, (neque enim in hunc finem Deus legem dedit) ſed conſequutionem deſignat; vt in hoc ſimili loco, Quid mihi & tibi vir Dei? intraſti ad me, vt interficeres filium meum. Atqui ſciebat mulier illa Prophetã non hunc in [illegible]m intraſſe domum, ſed dicere voluit ad præſentiam viri iuſti ſua peccata [illegible]ius impunita manere non potuiſſe, & ideo a Deo ſuum filium fuiſſe in[illegible]ctum. Ad hunc itaque modum hic, & alia ſimilia Pauli loca explican[illegible]nt. Denique, cum Paulus acriter in legem dixiſſet, ne quis ex ipſius v[illegible]is id inferret, quod ſtultus hęreticus intulit, ſubiecit, quid dicemus ad h[illegible] nunquid lex peccatum eſt? abſit: & expreſſe legem iuſtam & bonam fuiſ[illegible] docet. Quod ſi obijcias, peccatum ante legem non imputabatur, erat mortuum, & cum per legem reuixerit, lex inutilis & pernicioſa fuit, cũ per
C eam ſit nobis imputatum ad peccatũ, quod prius non imputabatur. Reſpondeo, licet per ignorantiam inuincibilem, aliquod peccatum non imputaretur, hoc eſt non haberetur pro peccato, ac proinde quodammodo cenſeretur mortuũ: tamen qui ſine lege peccabant, ſine lege peribant, quia committebant alia peccata. Lex ergo attulit hanc vtilitatem, vt peccata, & ſpeciatim illud quod concupiſcendo committitur, cognoſcerentur: Vnde habita maiore de peccatis notitia, facilius vitari potuere. Et vt cum Origene concludam. Non ergo, vt hæretici Deum legis accuſant, mala radix eſt lex, & mala arbor per quam peccati venit cognitio: quia non dixit, ex lege agnitio peccati, ſed per legem, vt ſcias non per ipſam ortum, ſed per ipſam agnitum eſſe peccatum. Si dixerimus, per artem medicinæ datur agnitio languoris,
D nunquidnam videbitur tibi cauſſa languoris eſſe medicina?

[illegible]rta, ſi lex illa bona fuiſſet, quæ in ea offerebantur ſacrificia, Deo pla- *Iſa. 1.*
c[illegible]t, cui tamen, vt multis teſtimonijs probari poteſt, non placebant; im- *Pſal. 39.*
m[illegible]enuebat, & per Ieremiam, dixit, ſe non præcepiſſe de victimis, & *Ier. 7.*
h[illegible]uſtis.

[illegible]um, multa teſtimonia, quę afferri poſſunt ad cõfirmationem huius [illegible]menti intelliguntur, de oblationibus iniquis, & a peccatoribus factis: neque enim impiorum dona Deus approbat: Ita intelligeres quę capite primo dicit Iſaias. Secundo, dicuntur non placuiſſe, quia aliquando tanquam vmbrę ceſſare debebant, & ita de eorum ceſſatione Prophetæ vaticinabantur, & priuatim Dauid, cum dixit, Holocauſtis non delectaberis. *Pſal. 50.*

Kk Poſtremo,

Lege Gui. Par. Poſtremo, illa ſacrificia nō fuere Deo grata, neque ab eo præcepta; quia non iam exquirebat externum cultum, quam internum: vnde aliquādo de illis cultorib. dictum eſt, Populus iſte labijs me honorat. Deus itaque qui ſpiritus eſt, volebat ſpiritu & veritate adorari; ad quem ſpiritum excitandum & indicandum præcipue inſtituta erant illa ſacrificia, ad quæ populus ille erat vehementer propenſus, ne falſis dijs ſacrificaret; Ideo aliquando dixit, Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. Fuerunt etiam ſpeciatim inſtituta ad Chriſtum, & eius legem ſignificandam. Sed peteres, quomodo hæc duo loca cohæreant, Deum inſtituiſſe ſacrificia, vt patet in Exodo; & Deum non præcepiſſe holocauſta, vt ait Ieremias? Reſpondet Caietanus, locum Ieremiæ intelligendum eſſe de præcepto dato a Deo, ore proprio, quo decalogum dedit: præceptum vero de holocauſtis dedit per Moſen. At vero Lippomanus, ait Deum non fuiſſe loquutum cum patrib. de victimis offerendis ex præcipuo deſtinato; quia ob aliam cauſſam magis prçcipuam fuere inſtituta nimirum ad deſignandam Chriſti paſſionem, & noſtram ſpiritualem mortem. Cum ergo Deus voluerit illas victimas & holocauſta eſſe futurorum vmbras, recte dicit, ſe non præcepiſſe illa, hoc eſt, non ea præcipue intendiſſe. Huc facit doctrina Hieronymi dicentis, primum datum fuiſſe a Deo decalogum: deinde Deum poſt offenſam per idololatriam iuſſiſſe magis ſibi quam dçmonibus offerri ſacrificia; quib. quaſi paruulis id fuit lege conceſſum: ac etiam quod Concilium Libertinum a Grat. citatum, his verbis idē docuit, quædam permittebantur cauſſa infirmitatis, & Sacramenti futurorum; ſicut Dominus permiſit filijs Iſrael offerre animalia ſibi in ſacrificium, quæ in Aegypto conſueuerant immolare dæmonibus: malens ea ſibi offerri, quam idolis, vt eſſent illis Sacramenta futurorum. Idem docet Paulus Burgenſis in ſuis additionib. in Matthæum. Quo loco adnotauerim, Deum dediſſe ſtatuta vel præcepta quædam populo uenienti ex Aegypto ad mare rubrum, quæ autem illa fuerint non conſtat, licet Rabbi Salomon quædam priuatim numeret.

Pſal. 47. *Cap. 20.* *Cap. 7.* A B *31. q. 1. ca. ſi qua.* C *Mat. 25. addit. 1.*

Poſtrema obiectio, nam nonnullæ aliæ infra afferentur: ſumi pōt ex contrarijs ſententijs quæ in vtraq; lege continent͛: vt illa, Oculū pro oculo, in veteri lege, & de nō reſiſtēdo malo in noua: de habēdo odio inimico, & de eodem diligēdo: de dando ad uſurā alienis, & de vſura prohibita: denique, de repudio faciēdo, & nō faciēdo. Has igit͛ & alias multas cōtrarietates obijciebāt hæretici, de quib. non eſt noſtrum hoc loco, diſſerere. Ad has autem quas attuli breuiter dixerim; De prima, Chriſtus non improbauit legem talionis, ſed mitiorem & perfectiorē inſtituit: de ſecunda, nullibi in lege ſcriptū erat, de inimici odio, ſed ex falſa cōſequētia a Iudçorum magiſtris fuit inductum. Neq; cenſendum eſt, ut quidā male adnotarunt, legem p̄cipere, aut continere verā imprecationem malorū aduerſus inimicos, ut cū dicit, Auerte mala inimicis meis, &c. quia huiuſmodi loquutiones intelligendæ ſunt per modum prædictionis futuræ pœnæ & vindictæ diuinæ in improbos: alias .n. lex non dixiſſet, ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illū: De vſura, alias diximus: de libello repudij datus fuit ad duritiā, non autē ſic ab initio.

Sixt. ſen. lib. 8. to. 1. D

An

A *An lex vetus fuerit imperfecta. Diſput. III.*

VETEREM legem eſſe imperfectam vna cum diuo Paulo omnes conueniunt ſcriptores: quod ſi quiſpiam rem ab omnibus confeſſam in dubium reuocare vellet, hunc diſputaret in modum. Primo, in hac lege dicitur, opera Dei eſſe perfecta: igitur & ipſa lex quæ fuit opus Dei perfecta erit. Secundo, leges ſunt media ad obtinendum aliquem finem: at illa lex fuit medium optimum ad conſequendum eum finem quem Deus ſibi in ea lege danda propoſuit: perfecta igitur. Deut. 32.

B Præterea, qui ex illa lege viuebant, euadebāt viri perfecti, vt Samuel, Dauid, Iſaias, Tobias, & alij: lex igitur perfecta. Tertio, legem illam non fuiſſe imperfectam colligi poteſt, ex ijs quæ de illa a Prophetis, & maxime a Dauide dicuntur: quia erat immaculata, conuertebat animas, nullum continebat errorem, paruulis ſapientiam præſtabat; in ſumma, erat veluti argentum purgatum ſeptuplum, hoc eſt, optime: cuiuſmodi non fuiſſet, ſi imperfecta dici potuiſſet. Quarto, de operibus naturæ in creatione mundi dictum eſt, & erant valde bona, id eſt, optima: at id multo magis dici debet de operibus ad hominum ſalutem pertinentibus, cuiuſmodi eſt lex: igitur. Poſtremo, ſi poteſt dici imperfecta, maxime quia non dabat gratiam: at per circūciſionem Hebræi iuſtificabantur, & qui Dei mandata ſeruabant, vt per Ezechielem C patet, viuebant: & Abraham, vt Iacobus ait, ex operibus iuſtus iudicatus eſt: igitur. In hac difficultate nullæ occurrunt citandę ſententiæ, ad cuius explicationem aliqua adnotabo. Pſal. 18. Pſal.

Primum notandum, duobus modis poteſt dici aliquid imperfectum: primo ex ſe ſuaque natura; ſecundo comparate, reſpectu alterius: primo modo formica, exempli gratia, dicetur perfecta, ſecundum ſe conſiderata; at vero collata cum homine dicetur imperfecta. Rurſus dupliciter poteſt aliquid dici perfectum, vno modo ratione vnius finis inferioris, ad quem cōſequendum eſt optime accommodatum: altero modo ratione finis ſuperioris, ad quem tandem refertur, ſed per ſe illum non poteſt attingere. Secundum notandum, alicuius legis perfectio ex pluribus capitibus perpendenda eſt: pri D mum, ex eo quod ſit accommodata perſonis, locis, &, temporibus, quibus fertur: deinde, ex fine proximo in quem data eſt: poſtea, ex eo quod damnet omnia vitia, & probet omnes virtutes: poſtremo, quod tādem hominem ad ſummam felicitatem perducat, & vt peruenire poſſit, vires præſtet: quo modo nec naturalis, nec humana, nec lex vetus diuina perfectæ dici poſſunt; cū nulla ex his gratiam dederit, qua ſola homo fit iuſtus & reconciliatur cum Deo, & vitam conſequitur æternam: ad quod explicandum, aliud ſubijcio notandum.

Tertium notandum, poſt primi hominis lapſum, quo omnis eius poſteritas priuata fuit dono gratiæ, quam habuiſſet, primo parente non peccante, omnis reconciliatio cum Deo, Chriſti recuperatoris merito facta eſt: quo-

niam Deus poſuit eum propitiatorem & mediatorem inter ſe & hominem. A
Act. 4. Ideo aliquando princeps Apoſtolorum Petrus dixit, Non eſt aliud nomen ſub cœlo, in quo oportet nos ſaluos fieri, niſi in nomine Domini noſtri Ieſu
Ioan. 1. Chriſti, & Ioannes, Gratia, & veritas per Chriſtum facta eſt: Et alio loco,
Apoc. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi; quia per Chriſti mortem data eſt omnis gratia hominibus iuſtis a mundi exordio. Sed peteret quiſpiam, quonam pacto dari potuit Chriſti gratia ijs qui eum anteceſſere, cum nondum in mundum veniſſet, nec pro hominibus perpeſſus eſſet? neque enim ſol poteſt cuipiam illuceſcere, antequam ortus ſit. Reſponderem, eos qui Chriſtum anteceſſerunt, eum per fidem vidiſse, & eius iuſtitiam & gratiam apprehendiſſe; Ideo de eo qui ante Chriſtum cum Deo reconciliabatur, dictum eſt, Iuſtus ex fide viuit: ex fide, quia per eam apprehendebat gratiam, B & bibebat de conſequente petra: qua gratia accepta, poterat legem ſeruare, ex cuius obſeruatione viuere dicebatur, non ex vi operum, quaſi propter opera daretur gratia, ſed ex vi fidei, quam conſequebantur opera. Hoc ex-
Rom. 3. 4. preſſe docuit Paulus, cum dixit, Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, & non ex operibus legis: Item, Non enim per legẽ promiſſio facta eſt Abrahæ, vt hæres fieret mundi, ſed per iuſtitiam fidei.

Prima poſitio, lex vetus eſt perfectior omni alia lege humana. Patet h[...] poſitio ex ijs quæ proxima diſputatione de eius bonitate diximus: quoni[am] multas habet perfectiones, quibus lex humana caret.

Secunda poſitio, lex vetus erat perfectior lege naturali, maxime poſt p[ec]cati tenebras. Eſt hæc poſitio certiſſima: quia, vt ait Paulus, per legem cog[ni]tum eſt peccatum, hoc eſt quædam eſſe peccata, quæ per legem naturæ [...] obſcuratam pro peccatis non habebantur. Vt omittam, quod multarum [re]rum & dogmatum cognitionem attulit, quæ viribus naturæ nullo modo at[tin]gi poterant: vt ea quæ de Deo, & de diuinis myſterijs per eam reuelata fue[re]: ac etiam ea, quæ ad religionem cultumque diuinum, & ad rectam re[i] administrationem pertinebant: quæ cum fuerint a Deo ſancita, non potuerunt non eſſe melius ſtatuta, quam quæ lege naturali iam obſcurata, vel hu-
Deut. 4. mana ordinata fuerant. Vnde legiſlator Moſes, de hac lege loquendo [d]ixit, Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant, En populus ſapiens, & intelligens, gens magna, &c. D

Tertia poſitio, lex vetus conſideratis omnibus circunſtantijs quibus debuit eſſe accommodata, non poteſt dici imperfecta, id eſt, non idonea, non apta, & non ſapientiſſime lata. Hanc doctrinam prudens negaret ne[m]o: quia cum lata ſit a ſummo & ſapientiſſimo legiſlatore Deo, non potuit, [non] ſapientiſſime, & optime ferri: Cum de eius operibus dicatur, eſſe perfecta. Quare, ſi quis perſonas, finem, & alias circunſtantias, de quibus deinceps dicetur, diligenter conſideret, congruentiſſime latam fuiſſe fatebitur. Quod ſi qu[is] [t]am aliquid minus conueniens in ea eſſe putauerit, id ſuæ adſcribat ignora[n]tiæ. Lex itaque vetus hoc pacto conſiderata, non poteſt dici, vt exiſtimo, imperfecta.

Quarta

A Quarta poſitio, ſimpliciter loquendo, illa lex fuit imperfecta. Eſt hæc doctrina certa fide tenẽda. Primum probatur expreſſa Pauli doctrina; cum ait. Nihil ad perfectum adduxit lex: Item, Reprobatio fit præcedentis mandati, propter eius infirmitatem: Item, veteris legis præcepta vocat egena & infirma elementa. Deinde, idem probatur communiſſima auctoritate omnium Patrum & doctorum, quos priuatim in re manifeſta, cur citem nihil eſt neceſſe. Poſtea idem confirmabitur numerando aliquot eius imperfectiones. Cùm Auguſtino itaque concludere licet, Per hæc quæ præcipit, bona & laudabilis eſt lex: ſed vbi ſanctus non adiuuat Spiritus, ſpirans pro cõcupiſcentia mala concupiſcentiam bonam, hoc eſt caritatem diffundens in cordibus noſtris; profectò illa lex, quamuis bona, auget prohibendo deſiderium malum. B Sicuti aquæ impetus, ſi in eam partem non ceſſet influere, vehementior fit, obijce oppoſito, cuius molem cum euicerit, maiore cumulo præcipitatus violentius per prona deuoluitur. *Heb. 7.* *De ſpir. & lit. c. 4.*

Quincta poſitio, lex vetus his de cauſſis dicitur imperfecta. Prima, quia per huius legis vim homines non aſſequebantur finem ſuum, hoc eſt, æternam vitam. Prohibebat quidem omnia peccata quibus ingreſſus in cœlum, impeditur; ſed non dabat auxilium quo peccata vitantur: non quod illi qui in ea lege viuebãt eſſent auxilio diuino deſtituti, quia re vera Deus illis preſto erat; ſed quod dabatur auxilij, id oriebatur ex virtute Chriſti, applicata per fidem.

Nec ſimiliter dabat gratiam qua homo fit regni cœleſtis capax: nam, vt C ait Paulus, ſi ex lege iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt: Item, ſi enim lex data eſſet quæ poſſet iuſtificare, vere ex lege eſſet iuſtitia: ſed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Chriſti daretur credentibus. At vero lex noua tanquam perfecta, dat auxilia omnia neceſſaria, gratiamque, & in ipſum cœlum introducit. *Gal. 2. & 3.* *Rom. 3.*

Secunda, quoniam erat vmbra & figura eorum quæ futura erant. Hoc expoſuit Paulus, cum dixit, Vmbram enim habens lex futurorum bonorũ, non ipſam imaginem, hoc eſt, veritatem rerum. Habebat itaque lex illa vmbram veri ſacrificij, & ueræ remiſſionis peccatorũ: quæ omnia vere ſunt in noua. Vel dicas, veterem legem fuiſſe vmbram gaudiorum æternæ vitæ, nouam uero imaginem. Impoſſibile itaque erat, vt ſanguine taurorũ & D hircorum tollerentur peccata. Ideo Filius Dei ingrediens in mundum per aſſumptam humanitatem dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti; corpus autem, hoc eſt, veritatem, aptaſti mihi. Tota itaque legis intentio, vt Chryſoſtomus ait, omniaque illa ſacramenta carnalia, ac figuræ omnes, Chriſtum loquuntur, Chriſtum nobis inſinuant. Enimuero, cum legis deſtinatio ſit viuificare hominem, neque id poſſit, ad eum tranſmittere ſtudet, qui poteſt. Quare, veterem legem futurorum bonorum figuram ac promiſſionem appellare licet. Tertia, quoniam quam multa præcepta moralia confuſe continebat, quæ in noua a Chriſto clarius fuere diſtincta; vt, in preceptio de non occidendo, illud, de non iraſcẽdo; in præcepto dilectionis, de inimico amando, & ſic de alijs. Quarta, lex illa, vt accommodata hominibus im- *Heb 10.* *Chryſ.* *Gre. Naz.* *Heb 10.* *Pſal. 39.* *Hom. 1. in ep. ad Th.* *Mat. 5.*

perfectis,per timorem ad ſui obſeruationem inducebat, vt patet ex pœnarũ A comminatione aduerſus tranſgreſſores;noſtra uero per amorem:timor conuenit ſeruis,amor vero filijs. Non enim inquit Paulus, accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei in quo Clamamus Abba,Pater. Poſtrema,quia ſnis obſeruatoribus proponebat bona temporalia; at uero lex noua bona promittit æterna. Concludamus igitur legem illam fuiſſe imperfectam ſecundum ſe,perfectam tamẽ reſpectu puerorum & paruulorum, quos tanquam pædagogus ad perfectionem ducebat: quibus has utilitates attulit. Prima, eos in cognitionem peccati adduxit:quæ cognitio erat via ad cognoſcendum Chriſtum, per cuius legem delentur peccata. Secunda, metu pœnarum illum populum in officio continebat, & paulatim ad perfectiorem doctrinam erudiebat. Tertia,quia rerum futurarum aliquam notitiam per vmbras dabat. Denique, B data eſt lex illa,vt gratia quæreretur,& ad Chriſtum gratiæ auctorem mitteret. Ex quibus colligere licet,veterem legem neceſſario debuiſſe eſſe imperfectam, quia alias non fuiſſet populo cui dabatur accommodata.

Rom. 8.
Deut. 4. & 7.
In tota ep. ad Gal.
Lege Aug. lib. de ſpir. & lit. c. xi. Lib. 21. contra Fau. cap. 6.

Ad primum, patet ex dictis; concedimus itaque fuiſſe perfectam, ſi cõſideretur reſpectu populi & finis,vt expoſuimus. Ad ſecundum, fuit medium optimum,ſed non ad conſequendum finem optimum; licet ergo ratione ſui finis fuerit optima, non tamen ſimpliciter, cum ad aliquid perfectius referretur. Ad tertium, fuerunt illi viri optimi per gratiam accepta a Chriſto & a lege euangelica,ad quam,vt optimi, pertinebant. Ad quartum,dicitur lex illa immaculata, & purgata, quia nullum continebat errorem,& quia omnia damnabat vitia. Ad quintum, erat etiam lex illa valde bona in ſuo genere; quo modo quælibet res in ſua ſpecie dicitur optima. Ad vltimum, non dabatur gratia in ſacramentis illius legis ex vi operum & vt loquuntur,ſcholę,ex opere operantis,ſed ex fide,qua,vt explicuimus, qui Chriſtum anteceſſere, viuere dicebantur.

De legis veteris auctore,an fuerit Deus,an Angelus aliquis,an Moſes. Diſput. IIII.

QVOD attinet ad antiquę legis auctorem,dubitari ſolet,An [illegible]rit a ſolo Deo,an ab aliquo Angelo, an vero a Moſe, ita vt i[illegible] D lege contineatur aliquid a ſolo homine ſancitum. Quod [illegible] fuerit proxime data a Deo,ex eo probares,quia in quibuſ[illegible] ſcripturæ locis dicitur expreſſe datam fuiſſe ab Angelo. Quod non data fuerit per Angelum,probare licet ex eo,quia Deus loquebatur cũ Moſe,etiam facie ad faciem. Quod non a Moſe, quia fuiſſet lex humana, non diuina. Contra vero quod lata ſit ab eo,patet, quia dicitur lex Moſis.

Exod. 33.

Quod ſpectat ad opiniones,ſupra diximus quoſdã hæreticos exiſtimaſſe fuiſſe latam a Deo malo.Quod vero attinet ad illud,An Moſes aliquid propria auctoritate mandauerit, vt illud dę libello repudij, Origenes & Baſilius partem affirmantem approbare videntur: atqui alij contrarium docet: quorum

Hom. 16. in Num. Lib. 5. cõt. Eun. c. pe.

A quorum ſane ſententia retinenda eſt. Nec me latet fuiſſe quoſdam ex ſtultiſſima Aſtrologorum turba qui dixerunt, Hebręorum legem in ſtellam Saturni reuocandam eſſe, ob has cauſſas: propter cultũ diei Saturni: ob eiuſdem ſigni varietatem & infortunia, quibus populus ille fuit ſubiectus: & propter nonnulla vitia eidem populo familiaria; vt ſunt auaritia, & durities: & denique, quia Saturnus dux eſt prophetiæ. In hac diſputatione quod difficultatem facit, ſunt quidam modi loquendi diuinæ ſcripturæ, quibus interdum Deus, interdum Angelus, interdum homo auctor deſignatur. Vt autem hæc difficultas tollatur, animaduertendum eſt, tribus modis nos loqui poſſe de lege veteri; primum quantum ad partem moralem, quæ tota repetita eſt in lege noua a Chriſto: deinde quantum ad cæremonias & iudi-
B cia: poſtremo, quantum ad reliqua omnia, vt complectitur etiam hiſtoriam: & hoc triplici modo de iſta lege loquutus eſt varijs in locis Chriſtus.

Nota rurſus, tribus modis poteſt explicari, quod aliquis fuerit antiquæ legis auctor: primum, ſi loquamur de primo & principali auctore: ſecũdo, de eo qui legem illam ſcripſit: poſtremo, de promulgatore.

Prima poſitio, legis veteris auctor non fuit aliquis malus Deus. Eſt doctrina fide tenenda contra Manichæos. Primum, quia iſte Deus non datur: repugnat enim aliquem eſſe Deum, & eſſe malum. Deinde, quia, vt probatum fuit, hęc lex eſt bona: igitur ab auctore bono. Secunda poſitio, primus & principalis legis veteris auctor fuit Deus. Hæc etiam poſitio eſt certa fide tenenda. Primum, patet ex illa voce ſæpe in eadem lege repetita. Hæc
C dicit Dominus. Sed diceres, eſſe petitionem principij: quare ſubijciam teſtimonia ex noua. Chriſtus de hac lege loquendo dixit, Irritum feciſtis mãdatum Dei propter traditiones veſtras: Paulus ſcribens ad Romanos, aiebat ſe ſegregatum fuiſſe in Euangeliũ Dei, quod antea promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de Filio ſuo. Item, Multifarie multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſime autẽ loquutus eſt nobis in Filio. Denique ne plures afferam auctoritates, hic locus eſt apertiſſimus, Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra, quia, Ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura, &c. In qua auctoritate hæc animaduertere licet. Primo, Chriſtus arguit ex auctoritate legis. Secundo, eos qui eam ſcripſerunt vocari deos. Tertio, Deum
D fuiſſe loquutum ad illos. Quarto, eam ſcripturam ſolui non poſſe. Quincto, hæc dici ab eo quem Pater ſanctificauit. Secundo hæc veritas definita eſt in multis concilijs, & maxime in Toletano primo, in aſſertione fidei, & in Triden. ſeſſ. 4. vbi dicitur, Vtriuſq; teſtamenti unum eſſe auctorẽ. Tertio, ex natura iſtius legis, quia futura prædicebat, quod eſt Dei propriũ: & quia ordinabat ad futura, nimirum ad Chriſtum; qui aliqñ dixit, Oportet impleri oĩa quę ſcripta ſunt in lege, & in pſalmis, & in prophetis de me. Atqui malus Deus non conſtituiſſet legem diſponentem ad Chriſtum verum & bonum Deum; Diabolus inquã, cuius regnum a Chriſto deſtruendum erat. Poſtremo, quia ſi nõ eſſet a Deo, uta principali auctore, nõ haberet ſcripturæ auctoritatẽ. Quare, ſicut Deus eſt qui dat gratiã, ita debuit per legẽ ad eandẽ

Marginal notes: *Mat. 15. & 12.* — *Rom. 1.* — *Heb. 1.* — *Ioan. 10.* — *Pſal. 81.* — *Luc. 2.* — *Ioan. 5.*

diſponere. Tertia poſitio, nullius partis veteris legis Deus fuit immediatus A
auctor. Hæc poſitio affertur ad demonſtrandũ diſcrimen inter nouã & uete
Heb. 1. rẽ legem: quia noua proxime a Deo data fuit: vetus vero non item. Nã, vt ait
Paulus, olim Deus loquutus eſt in Prophetis: nouiſſime uero in Filio, qui
erat verus Deus. Quarta poſitio, lex antiqua data fuit a Deo miniſterio An-
gelorum. Hanc poſitionem uniuerſe acceptam aliqui putant eſſe fide te-
Gal. 3. nendam. Primum probatur ex auctoritate ſcripturæ, ordinata, inquit Pau-
lus, eſt per Angelos in manu mediatoris, ordinata .i. adminiſtrata, per veros
Gagn. Angelos, vt Græci exponunt: in manu, ideſt, in uirtute & poteſtate Chriſti
mediatoris. Sunt tamen, qui per Angelos miniſtros intelligant, Moſen &
Aaronem. Et alio loco, ſi ſermo, qui per Angelos dictus eſt; de eadem lege
loquitur. Et ſanctus Stephanus expreſſe ait, fuiſſe Angelum, qui cum Mo- B
ſe in rubo loquutus eſt: & vbi nos habemus, Apparuit Dominus Moſi in
Lib. 2. de rubo, Auguſtinus cum Septuaginta interpretibus, legit, Angelus. Deinde,
Trin. c. 12. auctoritate ſanctorum, ita expreſſe Dionyſius Areopagita, capite quarto cę-
Li. 3. c. xi. leſtis hierachiæ, & Auguſtinus non uno in loco, ac etiam D. Thomas. Po-
ſtremo, quia lex erat pædagogus ad Deum, & diſponebat ad Chriſtum
proinde per miniſtros dari debuit. Non ſecus itaque Deus hac in par
geſſit, atque architectus, qui per ſuos miniſtros materiam præparat, ip
ro per ſe formam inducit. Placet hoc loco antequam vlterius progre
diligentius explicare illud Pauli dictum, Lex ordinata per Angelos in
nu Mediatoris: quem locum Chryſoſtomus, Auguſtinus, & Hierony
exponentes dicunt, Mediatorem per quem lex data fuit, fuiſſe Chriſtu C
mo Hieronymus per eundem Mediatorem mundum creatum ait. Hu
cum, cum his auctoritatibus affert Caluinus ad probandum Chriſt vt
Deum fuiſſe Mediatorem: quod dum docet Arianiſmi ſuſpicionem p
Vt ergo citatum locum & ſanctorum doctrinam exponamus, nota Ch ſtus
ante hominis & Angelorũ lapſum, vt Deus, non tamen ſolus ſed vn cum
Patre & Spiritu ſancto fuit hominum & Angelorum caput, non autem Me-
diator, ni etiam Patrem, & Spiritum ſanctum Mediatores errãdo facere quis
In Ench. c. 108. velit: verum nullibi legitur fuiſſe Mediatorem Angelorum, ſed Dei & ho-
minum, vt Paulus plane docet, ac etiam Auguſtinus. Quando autem pa-
tres dicunt, Chriſtum Mediatorem dediſſe legem Hebræis, vel mundum
creaſſe, intelligendi ſunt de Mediatore materialiter, non formaliter, ſic D
loquendo intelligebant perſonam illam diuinam Filij, quæ futura erat me-
diatrix, per quam creata ſunt omnia, & lex data fuit. Quod autem Paulus
Coloſ. 1. alio loco ait, Chriſtum eſſe primogenitum omnis creaturæ, intelligitur, ſe-
Prou. 8. cundum formam ſerui: vel de primogenitura, qua genitus fuit a Patre ante
omnes creaturas. Quinta poſitio, non eſt improbabile quod aliqui dicũt
partem moralem, ſeu decalogum traditam fuiſſe per Angelos, reliquas ve-
ro totius legis partes, hominũ miniſterio. Ideo illa data fuit per angelos, qa
non erat ceſſatura, vt aliæ partes quæ ad cæremonias & iudicia pertinebant.

Sed hic obiiceres, ſi lex uetus ceſſauit, quomodo auctoritates ab ea ſum-
ptæ ad aliquid probandum ualent? Reſpondeo, ea quæ pertinent ad obſer-

uationem

A uationem ceſſare potuiſſe, non autem quæ pertinent ad fidem & dogmata. Rurſus obijceres, ſi illa lex non eſt data proxime a Deo, quomodo defendi poſſunt loquutiones illæ, Dicit Dominus, ego Dominus? Reſpondet Auguſtinus, huiuſmodi loquutiones fuiſſe vſurpatas ab Angelo, perſonam Dei gerente: ſicuti ſacerdos in perſona Chriſti dicit. Hoc enim eſt corpus meũ. Angelus itaque Dei perſonam agendo uoces illas pronunciabat. Rurſus obijceres Exodi trigeſimotertio, dicitur Moſen loquutum fuiſſe cum Deo facie, ad faciem; non igitur loquebatur cum Angelo. Reſpondetur, hunc etiam locum intelligendum eſſe de loquutione facta per Angelum, qui dicitur loquutum fuiſſe facie ad faciem, ob maiorem quandam oſtenſionem, iuxta communem loquendi modum, nam paullo infra Moſes petit, vt ſibi

Lib. 2. de Trin. c. 12. & 13.

B gloriam oſtendat. Vnde non placet, quod aliqui minus probabiliter dicũt, Moſen uidiſſe eſſentiam diuinam. Hoc affirmauerim una cum Euariſto in ſua prima epiſtola decretali, circa finem, vbi ait Moſen uidiſſe Deum ſolum per ænigmata, cum Origene, libro primo periarchon: cum Gregorio Naziãzeno, libro ſecundo ſuæ theologiæ: cum Cyrillo in Ioannem: cum Chryſoſtomo in eundem: cum Hieronymo in Iſaiam: cum Gregorio libro decimo octauo moralium: cum Alcuino libro ſecũdo de Trinitate, capite decimoſexto, ubi expreſſe ait Moſen non uidiſſe Deum, ſed ſubiectam naturam; & denique cum Dionyſio Areopagita cap. quarto, de cęleſti hierarchia. Quod ſi hac in parte velles arguere D. Thomam contradictionis, quia de re propoſita agendo expreſſe dixit, Moſen non uidiſſe Dei faciem, ſiue eſſentiam: ali-

Cap. 4. Cap. 22. Lib. 1. Hom 14. Cap 6. Cap. 36. Cap. 1. myſt. Theo.

C bi vero de Moſe & Paulo uidiſſe affirmat, reſponderent aliqui, hoc loco ſolum affirmare, non uidiſſe cum data eſt lex, cum Moſes expreſſe dicat, oſtende mihi gloriam tuam. Denique peteret quiſpiam; quinam ſit digitus ille, quo lex uetus in tabulis ſcripta fuiſſe dicitur, Ad hãc dubitationem, de Spiritu ſancto loquendo, his verbis reſpondet Ambroſius, Hoc digito, ſicuti legimus tabulas lapideas Deus inſcripſit, quas Moſes accepit. Non enim carnali digito Deus harum literarum, quas legimus apices & elementa formauit, ſed Spiritu ſuo dedit legem. Ad extremum illud addiderim, ad declarationem eorum quę diximus, cum dicitur, Angelos fuiſſe miniſtros per quos lex illa data fuit, non eſt ita intelligendum, Angelis fuiſſe datam poteſtatẽ condendi leges, eo modo, quo nunc Principes leges condunt, qui Dei mini-

1. p. q. 12. ar. 11. 2. 2. q. 174. ar. 4. Lib. 3. de Spir. ſanc. cap. 3.

D ſtri dicuntur; ſic enim non eſſet lex diuina, ſed Angelica; quare huiuſce legis auctor fuit Deus, quam manifeſtauit per Angelos, & per homines tanquam per præcones: quo etiam modo manifeſtantur leges quæ a Principe ſtatuuntur. Vnde colligitur, quo ſenſu accipiendum ſit, quod dicitur, illam legem eſſe Moſis, nimirum tanquam promulgatoris: quare Deus legem fecit, quam per Angelos tradidit Moſi, qui eam promulgauit; ſicuti Apoſtoli promulgarunt legem euangelicam a Chriſto acceptam. Atque ex dictis facile ſolueres argumenta ſupra allata: ac proinde eorum ſolutionem omittimus.

An

 A

An lex vetus dari debuerit ſoli populo Hebræo. Diſput. V.

DEMONSTRATA natura auctoreque antiquæ legis; nunc de ijs quibus data fuit, agendum eſt. Quæritur ergo in hac difficultate alia eiuſdem legis circunſtantia eorum quibus data eſt: & quod non fuerit conueniens huic vni populo hanc legem dari, his argumentis, in dubium reuocatur.

Primo, neceſſitas diuinæ legis dandæ erat, communis uniuerſo hominũ generi: igitur uni tantum populo danda non fuit. Secundo, videtur id factum fuiſſe cum quadam iniuria, per perſonarum acceptationem: quod B Deus hunc unum ſingularem populum hoc beneficio affecerit, alijs relictis: quam ob cauſſam, Deum quem Chriſtiani adorant, calumniabat Iulianus Apoſtata, quod in vnum tantum mundi angulum, & in vnum populum ſua beneficia contulerit; quod ſi dicas, hunc unum populum hoc beneficio præ alijs dignum fuiſſe; contra hoc alia ratione ſic arguo.

Tertio, Iudęi non fuerunt magis idonei ad hanc gratiam a Deo accipiendam, quod non eſſent idololatræ, quoniam, & antequam eis lex daretur, & poſt legem datam, eti amſi maiore lumine eſſent illuſtrati, in idolomaniam inciderunt: nec etiam hoc beneficium aliquis ex eorum progenie meruerit; quia hoc donum, cum ad prædeſtinationis vocationem pertineat, non admittit meritũ: vt omittam quod populus ille fuit ſemper ingratus & duræ ceruicis. C

Quarto, lex vetus, vt ſæpe diximus, & aliquãdo luculenter expoſuit Iſaias, erat præparatio ad legem nouam, quam omnes gentes excipere debebant: ergo, vt hanc omnes populi facile exciperent, per eam æqualiter præparandi erant.

In hac difficultate, Iulianus Apoſtata, vt quoſdam alios miſſos faciã, ideo Deum, quem nos colimus damnabat, quod in vnum tantum populum fuerit beneficus; quẽ ſuo Ioui poſtponebat, cuius apud cæteras nationes vigebat cultus. Quam impietatem ei reſpondendo egregie reiecit Cyrillus Alexandrinus. Nos, cum nolimus a noſtro propoſito latius diuagari, quibuſdam poſitionibus quid in hac difficultate tenendum ſit, breuiter aperiemus, ſi prius vnum adnotauerimus. Cum itaque Deus Opt. Max. ab æterno, humanæ naturæ lapſu præcognito, eius ruinam per Filij ſui incarnationem reparare ſtatuiſſet, per myſterium, inquam, illud ineffabile quod omnem humanum, atque angelicum ſenſum ſuperabat; profecto: diuinam ſapientiam, quæ omnia ſuauiter diſponit, decebat, & ex parte hominis neceſſarium erat, vt aliqua ratione humanum genus ad tantum myſterium credendum, excipiendumque præpararetur: cum nihil in natura, nihil in humanis rebus, quod ſit maioris momenti, atque ponderis ſine aliqua præparatione & diſpoſitione fieri videamus. Et, ſi homines ad probandam, aut ſuadendam aliquam veritatem multa ſolent pręmittere, quibus ad id quod D

volunt

A volunt animos eorum quos docent idoneos reddant; quanto magis Deus ad tam ſublime Sacramentum cognoſcendum, per figuras, perque ſymbola homines idoneos reddere debuit? Neceſſe itaque fuit, vt per figuras & prædictiones ea maxima deſignarentur myſteria, quæ poſtea futura erant: quæ non ſolum aliquo pacto hominem rerum futurarum erudirent; ſed etiam cum facta eſſent, licet ratione comprehendi non poſſent, tanquam vera omnino exciperentur; cum non poſſit non eſſe verum, quod a Deo, cuius ſolius eſt futura prænoſcere, prædictum & præmonſtratum fuit. Quam Dei diſpoſitionem atque prouidentiã, ſatis fuit, in vno certo populo demonſtrare, vnde in alios poſtea redundaret.

Prima poſitio, conueniens, aut potius neceſſarium fuit, vt Deus ad redé-
B ptionis humanæ myſterium excipiendum per aliquam priuatam legem & prouidentiam hominem præpararet. Hæc poſitio, quam prudens negaret nemo, ſatis patet ex allato fundamento.

Secunda poſitio, hæc præparatio non fuit facienda vniuerſe in toto humano genere. Primum, quia ſatis fuit, vt ſymbola & prædictiones futuri myſterii vni darentur populo, vnde alij poſſent accipere. Quare quæ facta ſunt a Deo priuata ſua prouidentia in vno tantum populo, redundarunt in alios: & per ea alij crediderunt. Immo, neque Gentes diuinis prædictionibus fuerunt omnino deſtitutæ: cum apud eas, de Chriſti myſterijs, apertiſſime vaticinatæ fuerint Sybillæ, & nonnulli qui in lege naturæ fuerũt prophetæ. Deinde, quia non facile omnes nationes eam legem in qua erant *Niceph. li. 1. hiſt.*
C tot cęremoniæ, tot obſeruationes & pręcepta inſtituenda, excipere & ſeruare potuiſſent: ad quã ab vno populo excipiẽdam tot opus fuit miraculis. Poſtremo, quia cõſultius fuit, vt Gẽtes in lege naturæ relinquerent, in qua, vt diximus, poterat eſſe ſalus; cũ non omnes populi ob varios mores, ob maximam corruptelam, & ob ineptitudinem ad hæc diuina myſteria excipienda eſſent idonei. Vt omittam, quod ipſa natura dictante, myſteria & arcana non omnibus indifferenter ſunt communicanda. Tertia poſitio, Lex diuina præparatoria ad legem perfectam, vni certo populo *Pet. Crin.* danda fuit.

[illegible]nm hęc poſitio euidenter colligitur ex dictis: danda fuit, & non omnibus gentibus vniuerſe, vt eſt probatum: vni igitur populo. Deinde, bona
D ſumitur ratio a fine legis huius, qui fuit aduentus filij Dei in mundum; qui ex certo populo, & ex certa progenie carnem aſſumere debuit: quem populum, aliquo priuato beneficio, & prærogatiua Deus afficeret conueniens fuit: cum priuatim docendo, & ad ſua myſteria diſponendo: de quo benefi- *Deut. 4.*
cio iure optimo gloriari poterant, & ſolebant Hebræi. Poſtremo, ſumitur *Pſal. 147.*
ratio optima a conditione illius legis, qua ratione omnes allatæ poſitiones multum corroborantur: quoniam iſta lex erat aliquando ceſſatura, ac proinde vni certo populo danda fuit: alias enim difficile vniuerſus mundus ab ea reuocari potuiſſet; cum nec vnus quidem populus iam per tot annorũ ſęcula omnino reuocari potuerit: Huc facit hæc illuſtris Chryſoſtomi ſententia, qua optima redditur ratio, cur vni populo Deus legem dederit, Verum inquit,

quit, quia populus ille ſegnis erat,& incredulus,vt facile Gentium abominationibus ſeductus ſeſe ſubmitteret: vno loco ſeptus eſt, quo poſſet ſolus apud ſe pietatis legem exercere. Idem facit frequenter & maritorum hominum quiſque,quoties vxorem habet ſuſpectam: circumſcribit illam vno loco,thalamiſque includit,eunuchos adhibet,& omnem apponit cuſtodiam: in ſumma nihil non facit,curatque eorum quæ ſeruant pudicitiam:eo quod illa non habet verum amorem, ac pudicę mentis cuſtodiam, quæ caſtæ fœminæ ſolet eſſe familiaris. At qui pudicam beneq; moratam habet vxorem a nulla eā progreſſione prohibet; quippe qui certum pignus habeat vxoris affectum. Quarta poſitio,vt Deus priuato populo hanc legem diſpoſitiuam traderet, debuit illum ab alijs populis ſeiungere,idque fecit. Diuiſit itaque Deus omnem humanam multitudinem in populum a ſe electum,quem tan quā priuatum filium habuit,& priuatis beneficijs ornauit; & in eum,quem ſua ordinaria prouidentia curauit. De hac duorum populorum diuiſione luculenta mentio fit in diuinis literis,vt hoc loco,cum dicitur,Te elegit dominus Deus tuus,vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis,qui ſunt ſuper terram:& in libro Eſther,vbi Mardochæus,de Domino populi loquendo ait, & duas ſortes eſſe præcepit, vnam populi Dei, & alteram cunctarum gentium. Illi quos Deus ſibi priuatim elegit,ab Heber originem ducūt,vnde Hebræi nominantur, non ab Abraham, vt aliqui putant: Alij vero quos Deus dimiſit ingredi vias ſuas, cōmuni nomine hebraico Goim,latine Gentes nominati fuere. Heber originem habuit a Sem, per Arphaxad,& Sale, a quo genitus fuit. Is filium habuit, cui per prophetiæ donū impoſuit nomen Phaleg, eo quod eius tempore facienda eſſet terræ diuiſio ob linguarū confuſionem: aut potius ob præuiſam duorum populorum diuiſionem, quæ originem habuit ab Abraham,quem,vt Cyrillus ait, Deus tanquam præcocem ficum elegit, & a populo idolorum cultore ſeparauit,cum ei mandauit vt ex Vr Chaldæorum Meſopotamiæ vrbe diſcederet, & in terrā Chanaam proficiſceretur,quam illi populo Deus daturus erat. Huic primo electionis ſignum dedit,quo ab alijs gentibus diſcerneretur. Ab hoc iuſto viro,& credentium parente, alij orti ſunt patriarchæ, & integer ac numeroſus populus Hebræus: quem poſtea ſingulari prouidentia ex Aegypto in terram parentibus promiſſam duxit, & noua lege, nouiſque cęremonijs inſtruxit, & priuatim,ad legem nouam per myſteria diſpoſuit. Elegit itaque Deus primum vnum hominem ex ea gente, apud quam eius cultus perſeuerauerat, ex quo per propagationem vna cum ſingularibus illius familiæ fauoribus integer factus eſt populus,cui legem datam fuiſſe dicimus:an autem ob aliquam cauſſam in eo repertā, an ex mera Dei liberalitate,deinceps dicemus.

Deut. 7. | 17. & 32 | c. 10. | Act. 14. | Gen. 11. | Iſai. 41. | Act. 7.

Quincta poſitio,in hoc populo nulla proxima & pręcipua fuit cauſſa,ob quam ei legis beneficium concederetur. Primum,hoc patet expreſſa ſcripturę auctoritate,in qua dicitur,ſcito,quod non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dedit tibi terram hāc in poſſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus:ſi non terram,multo minus legem. Licet ergo Deus Chananæos,& alios, ea terra priuauerit ob eorum peccata:non tamen eam Hebræis ob eorum

Deut 9.

A rum iuſtitiam dedit. Deinde, auctoritate Auguſtini dicentis, quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare: & alio loco, Omnes quos Deus docet, miſericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet. Idem aſſerit Diuus Thomas, quem alij ſequuntur. Quare, non eſt aſſignanda huius diuinæ prouidentiæ in hunc populum ea cauſſa tanquam prima & proxima, quod non idololatrauerit, cum apud Hebrum & eius poſteros cultus veri Dei remanſerit; quia hoc ſingulare beneficiũ cum ad prædeſtinationem pertineat, non habet cauſſam in homine. Adde etiam, quod ante acceptã legem idololatriæ peccato populus ille, poſt multa perſpecta miracula, ſeſe infecit. Sexta poſitio, lex vetus data fuit Hebræis ob promiſſionem factam a Deo eorum parentibus, quod ex illis Chriſtus naſci *In Ioan.* *Lib. de præd. ſanc* *Exod. 33.* *Amoſ. 5.*

B deberet. Primum, hoc expreſſe docet ſcriptura loco ante citato, vbi ſubditur, ſed vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis, Abraham, &c. Quam promiſſionẽ his verbis expoſuit Paulus, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius: nõ dicit, ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno; & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Septima poſitio, hęc diuina promiſſio illis patribus facta, non habuit meritum ex parte illorum, ſed fuit ex mera liberalitate Dei, intellige de merito condigno. Nam incarnatio Filij Dei, nõ potuit cadere ſub alicuius meritum: quia non eſt meritum niſi ex gratia: omnis autem gratia data eſt per Filij Dei incarnationem; nam de plenitudine gratiæ Chriſti accepimus omnes, & gratiã pro gratia, id eſt, omnem gratiam: quia lex per Moſen data eſt, gratia & veritas *Gal. 3.* *Ioan. 1.*

C per Ieſum Chriſtum facta eſt. Eſt itaq; iſta ratio demonſtratiua a priori. Nec incarnatio, iam a Deo inſtituta & ordinata, quod ex iſto populo, vel ex iſta perſona fiat, cadit ſub meritum condignum: quia gratia qua homines merentur, nõ ordinatur niſi ad finem & gloriam: incarnatio autem eſt extra rationem gloriæ. Octaua poſitio, Incarnationis ordinatio & promiſſio ex tali populo, & perſona habuit meritum de congruo. Declaro, Maria Virgo de congruo ob ſuam ſingularem ſanctitatem & puritatem meruit, vt Dei Mater fieret. Tantam itaque huic beatiſſimæ fœminæ atque illis primis parentibus Deus gratiam tribuit, vt ex congruentia digni fierent, vt ex eis Chriſtus naſceretur. Decuit enim quædam maior ſanctitas eos, vnde totius ſanctitatis auctor naſci debebat. Ideo Deus illi populo dicebat, ſancti eritis, quia ego *Luc. 19.*

D ſanctus ſum. Hinc eſt quod Eccleſia de beata Virgine canit, Meruiſti portare [illegible]. Per te meruimus auctorem vitæ ſuſcipere. De Abraham, quia fe-c[illegible]ic rem, (loquitur Deus de filij oblatione) & non pepercíſti filio tuo v[illegible]to propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemẽ tuum; vbi par[illegible]ia, reddit cauſſam congruentiæ. Quare, cum diuus Thomas, & alij dicunt, promiſſionem illam, aut legis datæ beneficium non habuiſſe meritum, intelligendi ſunt de merito condigno. Nona poſitio, conueniens fuit, vt Deus ex vno populo, aliquam familiam eligeret, quam priuilegijs ornaret, vt ex ea Filius Dei carnem ſumeret. Doctrina eſt manifeſta ex dictis. Quæ autem fuerit iſta familia patet ex Chriſti genealogia apud Euangeliſtas. Decima poſitio, gentes quæ Dei veri cultum abiecerunt, indignæ fuerunt *Ioan. 22.*

runt priuatis beneficijs, quibus Deus populum Hebræum ornauit: non tamen derelictæ fuere, vt aliquando impij homines exiſtimarunt. Huc faciūt A
Act.14. hæc diſerta Pauli verba, Annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deū viuum qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: Qui præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. Et quidē non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciēs de cœlo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Per creaturas itaque & ſua beneficia communia eos docuit, & iuuit Deus.

Ad primum, non erat neceſſitas communis, ratione ſingularis beneficij: & ita ſatis erat, quod haberent legem naturæ ſcriptam in corde.

Ad ſecundum, non fit cuipiam iniuria, cum aliquid vni & non alteri ex liberalitate datur. Dat itaq; Deus, ſuppoſita vniuerſali conuocatione, cuique neceſſaria & ſufficientia media; ſed ſingularia auxilia non dat omnibus, cum id non ſit neceſſe, nec expediat. Ad tertium, patet ex dictis: Quod autem Deus elegerit populum duræ ceruicis, id fecit ad ſuam potentiam magis oſtendendam, & vt in eam gentem maiorem operam collocaret, quę minus eſſet idonea. Ad quartum, cur non omnes debuerint per legem præparari, iam ſupra docuimus: & quę facta ſunt erga vnum populum, fuerunt etiam idonea ad introducendos alios ad communem legem. B

An lex vetus Omnes homines obligauerit, an vero ſolum Hebræos.

Diſput. VI.

CVM exploratum ſit, veterem legem vni populo Hebræo datam fuiſſe, peteret modo quiſpiam, an tanta eius fuerit vis, vt etiam alias nationes ad ipſam excipiendam & ſeruandam obligauerit, vt noua obligat. Quod autem hanc vim habuerit hæ rationes probare videntur. Primo, ſi lex illa ſolos obligabat Hebræos, ita vt alij per ſolam naturæ legem potuerint ſaluari; profecto melior fuiſſet Gentium cōditio, quam Hebræorum, qui legis grauiſſimo premebantur onere, a quo nos liberatos fuiſſe pro ſingulari gratia habemus: ne igitur in hoc abſurdum incidamus, dicendum eſt, omnes obligaſſe. Secundo, lex noua obligat omnes: igitur & vetus, quia par videtur eſſe vtriuſque ratio, cum illa eſſet via ad hanc; immo, eadem ſit cū hac, quod ad ſubſtantiam attinet; quæ conſiſtit in obſeruatione legis naturalis, qua æqualiter omnes obligantur. Poſtremo, Hebræi admittebant Gentes ad ſuam legem; quod ſane non feciſſent, niſi lex illa per ſui obligationē eos ad ſe traxiſſet. In hac difficultate, cum nullæ occurrant citandæ ſententiæ, nec vllæ ſint ponenda fundamenta, ad ipſas poſitiones accedo. C D

Prima poſitio, lex vetus obligabat omnes & ſingulos Hebræos. Quoniā
Guliel. Pariſ. illis lata fuit, eamque acceptarunt, & acceptare debuerunt, vt legem a Deo latam, & veris miraculis confirmatam: quam circuncisionis ſigno profitebantur: quod ſignum ad illius legis obſeruationem ita obligabat, vt nunc ad nouam ſeruandam obligat baptiſmus. Ideo Paulus aliquando dixit,

Teſti-

A Teſtificor circumcidenti ſe,quod debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.. Secunda poſitio,legis veteris obligatio non ſe extendebat ad alios populos,& ita, qui non erant ex Hebræorum genere nati, ab illius legis vinculo erant exempti. Primum patet hæc doctrina auctoritate ſcripturæ dicentis, Notus in Iudæa Deus:Item,Annunciat verbum ſuum Iacobo,& Iudicia ſua Iſraeli: Non fecit taliter omni nationi,& iudicia ſua non manifeſtauit eis:non igitur tenebantur credere,& ſeruare,cum fides non ſit ſine auditu. Item,Quid amplius Iudæo? multum per omnem modum: primum quia credita ſunt eis eloquia Dei. Deinde,quia lex non obligat ſine promulgatione: at Gẽtibus non fuit promulgata:igitur. Vnde colligeres, verum eſſe quod ſupra docuimus, Gentes potuiſſe ſaluari per legem naturæ,licet non ſolis naturæ viribus. Quia, ſi non erant obligatæ ad hanc legem recipiendam,debuerunt habere aliquam viam ordinariam ad ſalutem conſequendam per aliquam legem: at nulla alia erat niſi lex naturæ: igitur.

Gal. 5. *Pſal. 147.* *Rom. 3.* B

Q[illegible] omnibus promulgata fuit,vt ſupra docuimus, & ſuos habuit magi[illegible] doctores, populorum rectores & ſapientes viros: nam vt ſcriptura ait, [illegible] quamque gentem Deus poſuit rectorem. Quare, cum de aliquorum [illegible]corum ſalute quæritur,vt Socratis,Platonis,Ariſtotelis,Catonis,& aliorum,dicendum eſt,eos potuiſſe ſaluari per legem naturæ,ſi eam, diuina auxiliante gratia,ſeruarunt,nec contra eius manifeſta præcepta egerunt. Quare, do[illegible]orum cultores,adulteri,fures, & qui grauiora peccata cõtra clarum naturæ lumen cõmittebant,ſalutem aſſequi non potuerunt. Poterant tamen, vt ſupra ſcripſimus, a quibuſdam peccatis per ignorantiam inuincibilem excuſari, vt a ſimplici fornicatione, polygamia & ſimilibus non tamen [illegible]tur excuſatione digni, qui ſeipſos necarunt, ne in manus inimicorum uenirent:neque enim vt aliqui putant, hic actus ad fortitudinis uirtutem referendus eſt:cum non ſit e uita diſcedendũ ſine ſummi Principis iuſſu.[illegible] Euphrates philoſophus impetrata uenia ab Adriano Imperatore,ne ei m[illegible]s eſſet ignominioſa,cicutam bibit. Verum reſpectu aliquorum hic actus ob ignorantiam probabilem excuſari potuit.

Eccleſ. 17. C

Tertia poſitio,lex uetus non excludebat Gentes,& ita qui illam profiteri volebant,ad eam admittebantur. Primum patet hæc doctrina ex ſcriptura dicente,quod ſi quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam & facere Phaſe Domini,circuncidetur prius omne maſculinum eius, &c. Deinde,quia Deus valde commendauit aduenas & peregrinos illi populo cum ipſe qu[illegible]e fuiſſet peregrinus. Poſtremo patet experientia,quia omni ætate ap[illegible] erant Proſelyti:quorum,tempore Salomonis in Iudęa centum & q[illegible]intatria millia & ſexcenta fuere inuenti. Quarta poſitio, ex aduenis [illegible]lebant inter Hebræos uiuere,nemo tenebatur ad ſuſcipiẽdam legem q[illegible] attinebat ad præcepta ultra legem naturæ data, ſed poterant ex lege [illegible] perfectius cognita uiuere, & verum Deum iuxta eandẽ legem colere [illegible]de in quibuſdam cum Hebræis communicabant, vt in ad [illegible] Dei [illegible]emplo;vt patet ex hoc ſcripturæ loco,Erant autem quidam Gentiles ex his qui aſcenderant,ut adorarent in die feſto.Quincta poſitio,

Exod. 12. D *2. Par. 2.* *Ioan. 12.*

ſitio, aduenæ qui uolebant participare cum Hebræis in uſu ſacramentorũ A
& ſacrificiorum quæ erant illius legis propria, tenebantur ad ſuſcipiendum circuncisionis ſacramentum. Patet hæc poſitio expreſſe ex loco diuinæ legis paullo ante citato, vnde aduena non admittebatur ad Phaſem, niſi prius eſſet circunciſus. Qui iam circunciſus erat, ad uniuerſam legem ſeruandã, vt ex Paulo diſcimus, erat obligatus. Quare præcepta quæ pertinebant ad particularem ſanctitatem ſolos Iudæos qui debebant eſſe magis iuſti obligabant. Sexta poſitio, licuit alijs rationibus ex præceptis a Deo datis aliquid aſſumere, & obſeruare. Vtſicuti Romani acceperunt ab Athenienſibus leges duodecim tabularum: ita ex lege Moſis potuerunt ſumere, aliqua ad ſuã remp. recte inſtituendam, & ad iudicia recte exercenda. Et quod attinet

Euſeb. lib. de præpar. ad circunciſionem, multæ nationes eam admiſere, vt Indiani, Arabes, Aegyptij, & alij: & Plato multa ex moſaica lege deſumpſit. Verum, hæc ſtatuta apud Gentes ſolum habebant uim obligandi ex poteſtate humana. Nunquam tamen licuit, aliquid ad contumeliam vel ad uſum profanum ex ea B

Zonaras tom. 1. an. lege ſumere: neque enim diuinum ius uiolare licet. Vnde, vt quid[illegible] bunt, Demetrius Phalereus Alexandrinæ bibliothecæ præpoſitus [illegible] lege ſermonem habendo dixit, Neminem Ethnicorum auſum f[illegible] illarum deſcriptionem ſuſcipere, & nõnullos temerarij conatus p[illegible] diſſe: vt de Theopompo ſcribitur, qui cum id auſus fuiſſet, errore [illegible] tra triginta dies affectus fuit, cuius amentię cauſſa cognita, Deum [illegible] monitus per ſomnium, quod cauſſa fuerit, rerum diuinarum curi[illegible] tio. Theodectes quoque poeta tragicus, cum in fabula quadam ſa[illegible] terarum mentionem feciſſet, excœcatus fuit oculorum dolore; [illegible] a C

Athe. Rom. Plaut. Gyral. cognita, & Deo exorato, viſum recepit. Ex eadem fortaſſe lege [illegible] legis naturalis traditio, ſumpta fuit conſuetudo apud quoſdam p[illegible] s, qua quincto, vel octauo die infantes luſtrare ſolebant. Septima p[illegible], Gentes non poterant accipere aliqua ſtatuta legis ueteris, & illa tan[illegible] huma na præcepta ſeruanda proponere: vt ſunt illa in quibus, licet e[illegible] de lege naturæ, Deus diſpenſauit, quam facultatem homines non habe[illegible] præcepto de una vxore habenda, de eadem non repudianda, & ſi q[illegible] nt alia, Et hæc ſunt, quæ de hac difficultate dixiſſe volui.

Ad primum, non fuit melior Gentium conditio, quia relicta [illegible] t in naturæ lumine iam obſcurato: cum eis non ſit data lex, quæ tanq[illegible] na D
lucet in tenebris: & quod erat in illa lege grauitatis, id in utilita[illegible] at dum populum illum circa diuinum cultum occupabat. Vt, ſi [illegible] in a[illegible] bus alæ pondus augent; ſed tamen ad volandum iuuant; ita illa [illegible] ge veteri præcepta ad eleuandum hominem a curis terrenis co[illegible] Quod autem nos gloriemur liberatos fuiſſe ab illa nõ eſt mirum [illegible] perfectiorem legem acceperimus. Ad ſecundum, non eſt par ra[illegible] legis, in omnibus: & cum illa ſolum diſpoſuerit ad nouam, & [illegible] ceſſare debuerit, conueniens fuit, vt non obligaret omnes, vt ſupra docuimus. Et quod attinet ad præcepta moralia, concedimus Gentes fuiſſe obligatas ad illa ſeruanda, ſed non ex ui legis diuinæ poſitiuæ. Ad tertium, patet ex

A tet ex dictis, admittebantur quidem alienigenæ ad commercium & ad veri Dei cultum, ſed non erant obligati ad legem ſuſcipiendam.

An lex vetus vllo modo ad Chriſtianos pertineat. *Diſput. VII.*

CVM lex antiqua, vt ſæpe dictum fuit, ad nouam ſuſcipiendam diſponeret: peteret hoc loco quiſpiam, an aliquo pacto pertineat ad eos qui nouam profitentur. Circa quam dubitationem duo fuerunt extremi errores; vnus Manichæorum, vt ſupra ſcripſimus, qui hanc legem inutilem nobis omnino eſſe putarunt; ita vt nec ad fidem adſtruendam, nec ad mores componendos vllus eius eſ-
B ſe debeat apud Chriſtianos vſus: alter Ebionitarum, & quorundam aliorum, qui vna cum Euāgelio legalia ſeruanda eſſe putarunt: de quorum ceſſatione poſtea planius agetur. Hic igitur breuiter iſtos duos errores confutabimus: & quia Diuus Auguſtinus hanc propoſitam difficultatem plene docteque expoſuit, ideo ex eius ſcriptis, quæ hic dicenda occurrunt, breuiter repetam. De re itaque propoſita ſic ſtatuo. *Epip. har. 30.*

Prima poſitio, lex vetus nullo modo eſt reijcienda & damnanda a Chriſtianis, ſed tanquam eis vtilis, eſt retinenda & in honore habēda. Eſt doctrina fide tenenda, quā hę confirmant rationes. Primo huc facit auctoritas omnium patrum qui vniuerſam illam legem ſuis commentarijs illuſtrarunt: quorum labores inutiliter in re inutili collocati fuiſſent, ſi nobis inutilis eſ-
C ſet. Deinde, retinenda eſt, quia non ſolum Iudæorum cauſſa data fuit, ſed ēt propter noſtram vtilitatem, & ita quodāmodo noſtra eſt, & ad nos pertinet: ſiquidem teſtamentum ad eos pertinet, qui teſtamenti conditiones exequuntur, euiuſmodi ſunt veri Iſraelitæ, & qui ſpiritu Iudæi ſunt, ac filij Abrahæ, vt omnes credentes in Chriſtum, qui eſt finis omnium promiſſionum, quæ factæ ſunt in veteri lege, quotquot enim promiſſiones Dei, inquit Paulus, in ipſo ſunt: quæ non ſolum pertinent ad eos qui filij ſunt Abrahæ ſecundum carnem, ſed etiam ad eos, qui ſunt eiuſdem filij ſecundum ſpiritum. Quid? quod cuncta illius legis myſteria noſtra cauſſa facta ſunt, vt diſertiſſimis verbis docet Paulus, dum ait, Omnia in figura cōtingebant illis: ſcripta ſunt autem propter nos, in quos fines ſęculorum deuenerunt. *2.Cor. 1.* *Rom. 15.* *1.Cor. 10.*

D Huc etiā facit, quod veteris teſtamenti vera intelligentia ad nos pertinet, cum Iudæi velamine impediti, veritatem non uideant, quod uelamen per Chriſtum ablatum fuit. Quare, cum Iudæi teſtamenti intelligentiam nō habeant, cum teſtatoris de Chriſto recipiendo uoluntatē non ſeruent, nec promiſſiones acceptent, ad nos pertinebit, & a nobis retinendum erit. Poſtea idem confirmatur nonnullas āfferendo utilitates. Primo, eſt nobis utilis ad confirmandas veritates fidei, & dogmata noſtræ religionis, in quem finem omnes Patres & concilia omnia ex antiqua lege auctoritates ſumunt. *2.Cor. 3.*

Deinde confert, ad cognoſcendum, & amplectendum, ac retinendum Chriſtum, ad quem illa lex tanquam pędagogus ducebat: ac proinde, etiam Chriſto cognito, ei gratias habere debemus, non ſecus ac diſcipulus

habere debet pedagogo, per quem ad perfectiorem doctrinam & ad magiſtrum meliorem ductus fuit. Præterea, confert ad ſpem corroborandam; quia dum videmus quæ Deus in illa lege pro illo populo fecit; & ea ſeruaſſe quæ ei promiſit, in ſpem erigimur, fore vt ea etiam nobis donentur, quæ in nouo promiſſa ſunt teſtamento. Poſtremo, ne plures vtilitates proſequar, confert ad mores componendos ob varia & ſingularia exempla quæ ibi narrantur, quibus monemur, quomodo peccata ſint cauenda, aut virtutes acquirendæ, & conſeruandæ, ob quam vnam cauſſam integri conſcripti ſunt libri, ut Iobi, Tobiæ, & aliorum. Huc facit vaticinium illud Dauidis, ſcribantur hæc in generatione altera, in populo nimirum Chriſtiano, & populus qui creabitur laudabit Dominum. Secunda poſitio, quamuis lex vetus ad Chriſtianos pertineat; tamẽ eius obligatio, & obſeruatio eos non attingit. Ratio eſt, quia iam ceſſauit, & lex & prophetæ vſque ad Ioannem. Sed, vt quæ diximus adhuc apertius demõſtrentur, Fauſti ſophiſmata afferamus & confutemus. A B

Lege Aug. cõt. Fauſt. li. 4. c. 1. & lib. 10. c. 1.

Primum, veteris teſtamenti corporalis hæreditas miſera & abi [illegible]
& longe ab hæreditate animæ & a bonis in nouo teſtamento no [illegible]
miſſis abeſt, & nobis deſpicienda proponitur: igitur, ſi hæreditas a[illegible]
pertinet, nec teſtamentum pertinebit. Huius argumenti plena ſol[illegible]
tebit ex ijs quæ poſtea dicemus, cum diſputabitur, an lex illa conu[illegible]
per bona temporalia ad ſui obſeruationem populum illum exc[illegible]
nunc breuiter dixerim, nos non recipere vetus teſtamentum ob ſ[illegible]
norum temporalium; cum nec illi qui fuerunt in illa lege hoc pc[illegible] C
bonorum genus a Deo ſperauerint. Et, vt per bona temporalia illi [illegible]
bantur ad ſpem æternorum; ſic & nos cum illorum legimus pro[illegible] nes:
& ita per promiſſam terram, cœleſtem patriam, & per longam vit[illegible] ter-
nam intelligimus beatitudinem. Secundum frustra, inquit hære[illegible] teſta
mentum recipitur ab ijs qui teſtamenti conditiones ſeruare nol[illegible] & ſer-
uare non debent; at nos non volumus circũcidi, nec animalia i[illegible] crificiũ
offerre, nec denique ab immundis cibis abſtinere: igitur. Hoc a[illegible] mento
ſolum probatur, nos non debere retinere vetus teſtamentum, v[illegible] ius præ-
cepta ſeruemus: id quod fatemur: ſed non conuincit, quin ad fid[illegible] & ſpe cõ
firmationem, morumque conformationem retinere non poſſim[illegible] ec de-
beamus. Tertium, quia hæreticus videbat vtilitatẽ veteris teſtam[illegible] pro- D
bãdum ea quæ ſunt in nouo, contẽdit hoc argumento eã tollere; [illegible] eſt-
nia veteris legis non ſint idonea ad aliquid de Chriſto proban[illegible] & ut
id probet, aſſumit illud, de propheta ſuſcitando ſimilem Moſi: c[illegible]
fuit cĩno diſſimulis. Ille fuit homo, Chriſtus Deus: ille peccator, h[illegible]
ille ex ſemine natus humano, hic ex virgine: ille ob ſuũ peccatũ [illegible] oc
ciditur, hic pro alienis peccatis volens moritꝰ: diſſimiles igitꝰ. Primũ eſto hic locus nõ eſſet vtilis, propterea reliqua omnia teſtimonia erũt inutilia? Deinde, ſimilia nõ ſunt in oĩbus ſimilia, qa eſſent idẽ, & ſimilitudo, fit ẽt in ijs q̃ ſunt diſparis naturę, vt inter oleã, & oleaſtrũ, inter triticũ, & far, inter Chriſtũ & agnũ, & inter ignẽ & Deũ. Fuerunt itaq; Moſes & Chriſtus diſſimiles,

Aug. lib. 5. c. 2.

Deut. 18

A les,& cum diſſimilitudine,in aliquibus ſimiles:vterq; homo, vterq; de mu liere,vterque legiſlator, vterque populi liberator,vterq; in mōte mortuus, & in his ſimilib. diſſimiles,vt patet.Quartum,quo argumēto conatur reijcere vtilitatem ad mores componendos;quia in lege veteri nefanda propo nuntur,& leguntur hominum alias clarorum exempla:qđ aliqui cognoue rint filias,vt Loth: aliqui ſorores,vt Abraham:ſacerdotes, nurus: Dauid,ut adulter,& Salomō vt ſcortator proponitur.Primum ex hac illius legis narratione,intelligitur hiſtorię diuinę veritas & fidelitas;cū non ſolū honeſta, ſed etiā inhoneſta facta narret. Deinde proponūtur ad noſtrā eruditionē,vt caueamus,vt explorate viuamus,nō vt ea ſequamur.Poſtea,ad ſpem excitādam,ſi in peccata ceciderimus;cum multorū pœnitētia vna cū caſu propo-
B natur,vt Dauidis,& Salomonis in ſuo Eccleſiaſte. Denique,nōnulla videntur turpiter facta,quę tamē turpia non ſunt. Quinctum ſumitur ab exēplo Apoſtolorū,qui,licet eſſent Hebræi,veteris tamē legis iugum excuſſerunt: quāto magis nos qui in libertate euangelica nati ſumus? Ineptit hic hæreticus,cū non ſit de obſeruatione diſputatio:quam vna cū Apoſtolis reijcimus:ſed tamē,cum ijſdem legē honoramus eaq; tāquā ſpirituales Iudæi & ſpiritualiter circūciſi,vtimur, & quid in antiquis mādatis nobis deſignatū ſit,obſeruamus,& ad ſpiritum accommodamus.Denique urget hæreticus ex illa Chriſti ſententia,qua dicebat,Non eſſe aſſuendum pannū nouū ueteri ueſtimento:igitur nec noua lex Hebraicæ uetuſtati:& ex illa,lex & prophetæ uſque ad Ioānem.Reſpondet Auguſtinus, pānum nouum, & ueſti-
C mentum vetus,non ſignificare duo teſtamenta,ſed duas uitas,& duas ſpes. Duas.n.ſpes ſiquis habēdas putauerit,ut & propter felicitatem terrenā, & propter regnum cœlorum Deo ſeruiat,hæc illam nō capit: cum.n.hæc aliqua tribulatione fuerit perturbata,deficiēs homo amittet ēt illam; Huc facit illud,Nemo pōt duob.dominis ſeruire.Illud vero,lex & prophetę,vſq; ad Ioānem,non eſt ita accipiēdum, ut poſt Ioannem omnia abijciēda ſint, ſed qđ quæ eo vſq; fuerūt geſta,erāt præparatoria,ad aduētum Chriſti,qnę Chriſto iā nato,non amplius prænunciarunt:cum ipſam ueritatē Ioannes, qui fuit nouiſſimus Chriſti p̄curſor,digito indicaſſet:Deniq; inferius,cum de ceſſatione agā,plane docebo,nobis vtilē eſſe, ac ēt uim obligādi habere ratione præceptorū moralium. Sed hoc loco peteres,cur Paulus legem ue-
D terē aliquādo mortis adminiſtrationē uocet:Reſpōdeo,non ideo ſic appellare,quod ab auctore mortis tradita ſit, ſed quia,ut lex timoris,ſuos tranſgreſſores,adulteros,homicidas,& alios,morte puniendos ſtatuit.

An lex uetus conuenienter data fuerit tempore Moſis. Diſp. VIII.

QVAMVIS hæc quæſtio potiſſimum ad diuinam uoluntatē reijcienda ſit:tamen,cum Deus nihil ſine ſumma ſapientia faciat, ex parte noſtra aliquam huius circunſtantiæ datæ legis congruentiam inquirere & reddere poſſumus. Et vt magis rei propoſitæ congruitas appareat,quæ in contrarium fieri poſſunt argūmenta,ea priore loco ſubijciā.

Primo, lex vetus fuit neceſſaria ad præparandũ humanũ genus ad futurã A
ſalutẽ per Chriſtũ: igitur ſtatim poſt naturæ lapſum danda fuit. Cõfirmatur,
per iſtã legẽ debebat aliquis populus, & aliqua familia priuatim ſanctificari,
& in uero cultu Dei conſeruari, vnde filius Dei originẽ duceret: igitur ſtatim
poſt lapſum, aut ſaltẽ anteq̃ mundus per idololatriã & peccata corrũperet̃,
dari debuit: non igit᷑ expectandũ fuit tp̃s quo vixit Moſes. Scdo, tunc debuit
dari lex, cũ facta eſt promiſſio Meſſiæ, cuius cauſſa dabatur: at hæc fuit facta
Gen. Abrahæ, & Dauidi, igitur altero horũ duorũ tpe danda fuit. Tertio, ante Mo
ſen erat Circuncisio, & multorũ ſacrificiorũ, & rituum vſus, vt de non come
dendo ſanguine & ſuffocato, de ducẽda vxore fratris demortui; igit᷑ lex vetus
habuit initiũ ante Moſen. Quarto, lex vetus, eſt vetus teſtm̃, hoc eſt pactum
factum a Deo cum homine: at hoc pactum initum fuit cum Abrahamo: igi- B
tur ab eius tempore lex vetus cœpit. Pro huius difficultatis explicatione, nõ
nulla fundamenta ponenda ſunt. Primum fundamentum, vt Deus in homi-
ne prædeſtinando non expectauit eius bona opera, ſiue voluntatem, quam
ſi expectaſſet pauciſſimi fortaſſe ſaluati eſſent, ſed ex tota hominum multitu
dine, quos voluit, eos ſibi elegit, cæteros tamen non deſtituit, nec r[illegible]
niſi eorum præuiſis demeritis, ita in danda lege cum præuideret fo[illegible]
nes homines in teterrimum idolomaniæ vitium inciderent, quen[illegible]
pulum elegit, in quo verus ſeruaretur cultus, ne piorũ eccleſia on[illegible]
ficeret: nec tamen alios, vt ſupra docuimus, deſeruit: & quoniam t[illegible]
ſis maxime idolomania graſſabatur, & quotidie magis magiſq; ra[illegible]
men in humano genere extinguebatur, ideo tali tempore lumen a[illegible] C
uinitus illuceſcere debuit. Nãq;, vt aliqui ſcribunt, ẽt populus He[illegible]e
Iacobęi in Aegypto in falſorũ deorum cultũ lapſi erant, ita vt in ſo[illegible] le
uitica veri Dei cultus cõſeruatus fuerit: retinuerunt in longo tpe, q[illegible] n Ae-
gypto fuerunt, (annos nimirum 450. & ita errant quidã Rabbini [illegible] longe
R Elias. minus tp̃s aſſignant) linguam, habitum, & noĩa, vt quidã Hebræus adnota-
uit. Secũdum fundamentum, in quo aliquid de idololatriæ ortu & [illegible] reſ-
Lib. 1. contra Iul. ſione adnotabo. Quidã igitur, inter quos Cyrillus Alexãdrinus; ex[illegible]
rũt nullã fuiſſe idololatriã ab Adam uſq; ad Sem filiũ Noe; cũ null[illegible]
uitio notatus legatur: unde, qđ in ſacra Geneſi legitur, Enos cœpiſſe [illegible] re
nomen Dñi, intelligendũ eſt de quodã ſolẽniore ritu; cũ ẽt Seth, A[illegible] & alij
Deũ ſacrificijs coluerint. Dũ ergo Caini ſoboles, in rebus humani[illegible] fi- D
cãdis occupabatur, Enos ex Setho natus diuinũ cultũ amplificare [illegible]bat.
hinc ab Enos filij Dei & a Caino filij hoĩum. Alij uero putant habu[illegible]
ẽt a tẽporibus Enos, in poſterioribus Caini. Illud certũ eſt, ex nefan[illegible]-
Gen. bitu poſterorũ Enos in quibus colebatur. Deus, & poſterorũ Caini, [illegible]ũ
genus ita fuiſſe corruptũ, ut diluuio euerti meruerit, & ita tota Caini poste-
ritate extincta, Dei notitia in Noe, & in eius filiis, inque eorum coniugibus
Pſal. 76. remanſit: Poſt diluuium uero, Sem qui ex conſtanti ſcriptorũ opinione eſt
Suid. Hier. ipſe Melchiſedech, Rex Salem, poſtea Hieruſalem nominata, fuit ſummus
Ioſeph. lib. Dei Sacerdos, ædificauitq; celeberrimũ tẽplũ, in quo uinũ & panẽ, Hoſti. i.
6. c. ult. obtulit. Hic itaq; multos annos Eccleſiæ rector fuit. At uero poſt linguarum
con-

A confuſionem,& gentium diſperſionem,ob hominum ſuperbiam in pęnam a Deo introductam,anno 101.poſt diluuiū,ante Noe obitum 10.& Abrahę anno 48. Nimrod Cham nepos, primus regni inſtitutor in Chaldæa ad Euphratem,qui fuit robuſtus,& venator coram Domino.i.prodigioſi roboris, docuit defectionem a Deo; vnde iterū idolomania reuixit. Cum ergo in Vr Chaldæorum Nimrod tyrannus idololatriā vrgeret,Abraham pater credentium in ea vrbe natus,annis duodecim poſt mortem Noe,a Deo vocatur,iubeturque ex patria in terram Chananæorum diſcedere,cum iam etiam Sem familia ex qua deſcendebat,idolomaniam amplecti cępiſſet, vt quidā Rabbini tradunt,& ex ſcriptura colligitur. Ita autem Abraham in terra ſibi promiſſa verſatus eſt, vt nec pedem quidem ſoli vnquam poſſederit, niſi ſepul- *Toſ. lib. 1. c. 4.* *Toſ. 24.* *R. Iohanā.* *R. Hamna.*

B chri locum pecunia emptum. Ad cultum itaq; verum conſeruandū,hic primum Deus vnam familiā circuncisionis ſigno, & quibuſdam præceptis ſibi ſeparauit. Quo loco adnotauerim,leges & cęremonias aliquot ad Dei cultū pertinentes fuiſſe in lege naturæ ante diluuium,vt oblationes, panes propoſitionis,decimas,libamenta quædā, & ſacrificia mundorū aīalium,quæ diuino ſpiritu in lege Moſis repetita ſunt. Poſt diluuiū Deus renouauit legē de coniugio contra vagas libidines, ob quas ſpeciatim mundus perierat,ad legitimam hominum propagationē:deinde legē de cęde,ad eorū conſeruationem,& legē de eſu carnium,ante intentato,excepto ſanguine. Scribūt nonnulli Hebræi,dediſſe quædā alia præcepta,quæ partim legis naturæ,partim filiorum Noe vocant: quę ſunt,Non colere idola: Benedicere Deum: ſeruare *R. Salomon.*

C ius publicum: Cauere ab inceſtu propinquorū,alioq; nefando concubitu: Non fundere humanū ſanguinem:Nō rapere: Non tollere membrū de aīali viuenti. Tertium fundamentū,duo ſunt quibus potiſſimū humana natura ſe efferre ſolet,ſcientia,atq; potentia:qđ cum antiquus eius hoſtis non ignoraret,ideo eam ad peccandū excitauit,cum primis parētibus eos ad eſum prohibiti pomi incitando dixit,Eritis ſicuti dij,ſcientes bonum & malū.Peccato contra Dei mandatum commiſſo,congruenter ignorantię & impotentiæ pęna tranſgreſſores fuere puniti,& in illis tota eorum poſteritas. Et qm̄,nō recte ille ægrotus ſanari poteſt,qui morbum non agnoſcit,ideo cōſentaneum fuit,vt homo in ſua ignorantia & imbecillitate,aliquo tpe,relinqueretur,vt infirmitate cognita,Medicum poſceret,& ſalutem per gratiā reſtitutā agno- *Gen.*

D ſceret.Lumen quidem diſtulit vſq; ad legem Moſi datam,auxilium vero vſque ad Chriſtum:nunquam tn̄ ſine ſufficienti ad ſalutē cognitione naturam humanam deſtituit,ut ſupra docuimus,nec etiā ſine auxilio,quod ex Chriſti recuperatoris merito illis dabatur. Cęterum illud omnino tenendū eſt, cum id ex diuinis oraculis non obſcure cognoſcatur, in ea progenie unde Chriſtus carnem erat ſumpturus, ſemper aliquā cognitionē ſuper naturalē fuiſſe,quæ per manus traditionem ad poſteros dimanabat.Fuit itaq; ſemper lex aliqua diuina in mundo,ſed prius in paucis per traditionē,quæ in Abraham magis cępit apparere per ſignum exterius datum vni familiæ, quę paulatim creuit in populum, cui poſtea pleniſſime, & ſolēniſſime data fuit lex: quæ non vni familiæ,ſed iuſto & integro populo dari debet.

Cœpit itaque lex primum per quorundam præceptorum notitiam, quæ A
ſeruata fuit per traditionem; ſed complementum habuit, cum tota ſimul & perfecta data ac ſolemniter promulgata fuit. Vbi nota, ea omnia quæ addita ſunt, præter legem naturæ & in ritu ſacrificiorum, & in cæremonijs diuini cultus aliquam habuiſſe myſticam futuræ redemptionis ſignificationem, Deo illius legis auctore dignam: quam vna cum lege diuinitus accepit Moſes: immo, & ſenſum omnium eorum quæ in illa ex Aegypto egreſſione gerebantur. Quod autem in omni ſæculo aliqua fuerit reuelata doctrina, vel ex eo patet, quod ſemper aliqui fuerunt prophetæ, Ante diluuium, Adam, Enoch: poſt diluuium, Noe, Sem, & Heber: immo hoc tempore etiam apud Gentes fuerunt (aliqui diuini vates) vt Iob, & eius amici, qui ad eum conſolandum profecti ſunt, vt nonnulli ſcribunt: e quorum numero a quibuſdam eximitur Balaam. B Nec tamen uerum eſt, quod quidam literis commédarunt, poſt datam legem, apud Gentes nunquam fuiſſe prophetas, cum extiterint Sybillæ, quæ diuino tactæ ſpiritu futura, & ſpeciatim multa de Chriſto prædixere. Quo loco, illud obiter adnotauerim, rerum diuinarum atque humanarum notitiam, fidei religioniſq; cognitionem a principio mũdi, per tres homines in tres ætates, conſeruari potuiſſe, cum Noe uixerit tempore Adæ, & Abraham tẽpore Noe, cuius præſentia per quinquaginta annos ei frui licuit. Quartum fundamentum, lex data per Moſen uocari ſolet teſtamentum, quæ uox uſurpatur pro uoce hebraica Berith, quæ pactũ, fœdus, conuentum, pollicitationemq; ſignificat, ut quidam adnotarũt, græce ſeptuaginta interpretes diathiki, ideſt teſtamentum, uerterunt. Quare hæc uox teſtamentum, in diuinis oraculis ſæpe, non pro diſpoſitione ultimæ uoluntatis morituri, ſed pro pacto ſumitur, & interdum pro ipſa lege Moſe tradita. Vnde aliud eſt quærere de tempore pacti facti a Deo cum homine de Filio mittẽdo, aliud de ipſa lege per Moyſen data. Pactum factũ fuit cum Abraham, ut diſertis uerbis ad Galatas ſcribendo docuit Paulus, & dixit, Fratres (ſecundum hominem dico) tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius; nõ dicit, In ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno; & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum, &c. His ita iactis fundamentis, ſequentes adſtruo poſitiones.

Geneb. in chron. · *Hier.* · *Bud.* · *Pſal. 82.* · *Luc. 1.* · *Act. 3.* · *Cap. 1.*

Prima poſitio, conuenienti ratione factum eſt, ut lex non daretur ſtatim C
poſt primorum parentum lapſum. Primum, quia per peccatum unius hominis non erat obſcuratum lumen rationis, ſed naturalia dona etiam poſt lapſum remanſerunt. Deinde, quia ſi ſtatim hoc diuinum beneficium datum fuiſſet, nondum cognita neceſſitate, gratiæ magnitudo intelligi nõ potuiſſet. Secunda poſitio, conuenienter factum eſt, ut lex non daretur tempore Abrahæ. Quoniam lex proprie datur populo; at eo tempore nondũ collectus erat populus, ex quo Chriſtus naſci debebat, cui, ut ſupra docuimus, lex danda fuit: igitur. Vnde eo tempore, cum homines a uera religione recederent, ſatis fuit ſeparare familiam, quæ quibuſdam priuatis monitis ad legem poſtea dandam præpararetur. Tertia poſitio, lex conueniẽter

data

A data fuit tempore Moſis. Primum quidem, quoniam Moſes fuit medius in-
ter Abraham, cui expreſſa facta fuit Meſſiæ promiſſio, & inter ipſum Meſ-
ſiam: ac proinde conuenienter data fuit lex eo tempore, vt totus populus ad
Chriſtum recipiendum præpararetur, præſertim cũ iam fere extincta eſſet,
vt adnotauimus, veri Dei, atque peccati cognitio, & vbique graſſaretur ido
lomania. Cum ergo iam ſufficienter humana ſapientia intelligere potuiſ-
ſet, quam eſſet imbecilla & infirma, data eſt lex per quam, vt ait Paulus, co-
gnitum eſt peccatum: data, inquam, eſt lex quę non dabat gratiam, quę ui-
res non ſuppeditabat, vt idem Paulus plane docet: & cum id de lege demon *Ad Rom.*
ſtrat, idem de circuncisione intelligendum eſt; vnde, de vtraque ita diſpu- *Galat.*
tat, quantum ad earum vim, ac ſi circunciſio pars eſſet legis; cum tamen an-
B te legem fuerit. Vnde, ſicuti ex lege non erat iuſtitia, ita neque ex circun-
ciſione; de cuius vi latius infra dicetur. Gratia ergo nouæ legi relicta fuit,
vt homines intelligerent quam parum valerent, cum nec per acceptam le-
gem iuſte viuere poſſent. Quarta poſitio, teſtamentum, hoc eſt pactum ex-
preſſum Dei cum homine de Meſſia mittẽdo habuit initium ab Abraham. *Gal.5.*
Patet expreſſe ex loco Pauli ſupra citato, & ex vocatione Abrahæ, ſignoque *Gen.12.*
circunciſionis ei dato. Egredere de terra tua, & de cognatione, &c. Quin-
cta poſitio, quod attinet ad tempus annorum mundi quo circunciſio, & lex
data fuere, Ab Adam ad Abraham fluxerunt anni fere bis mille, nimirum
1949. totidem, aut paullo plus vſque ad Chriſtum. Egreditur Abraham
anno ætatis ſuæ 70. a diluuio, anno 340. annis 12. poſt mortem Noe: in ter-
C tia mundi ætate: Ab Abraham ad legem datam fluxere anni 430. vt Paulus *Gal.3.*
ſcribit, & facile ex chronologia probari poteſt: vnde lex data fuit in quarta *Io. Lucid.*
mundi ętate, a mundi exordio 2669. die 50. poſt exitum ex Aegypto in mõ- *Exod.24.*
te Dei Oreb, ſiue Sinai. Quid autem per 40. annos & 42. manſiones popu- *Gereb.*
lus ſingulis annis & manſionibus fecerit, vide apud hiſtoricos, & ſacram
ſcripturam.

Quo loco, illud animaduerſione dignum videtur, cur profani ſcriptores
nihil meminerint de tot rebus mirabilibus, quas Deus per Moſen in Aegy-
pto, & in illa populi liberatione fecerit: cuius rei hæ aſſignantur cauſſæ.
Prima, quia qui ex externis diuina attingere voluerunt, vt Demetrius Pha-
lereus Thephraſti diſcipulus, teſtatus eſto, diuinitus impediti ſunt, ne illa
D attingerent. Secunda, quia Satanas memoriam eorum ad quos Dei ado-
ptio & gloria pertinebat, ſepelire volebat. Tertia, quia cum Gentibus non *Ioſephus.*
communicabant; vnde Iuſtinus hiſtoricus ſcriptum reliquit, eos habuiſſe *Iuſtinus.*
legem, ne eam peregrinis communicarent. Poſtrema, quia Græcorum &
Latinorum hiſtoriæ in illud ſæculum non cadunt. Etenim a tempore Mo-
ſis ad bellum Troianum pluſquam 300. anni fluxerunt: & a Troiano exci-
dio ad Cyrum, ante quem nihil certi habent hiſtorici Græci, cum in eo Iu-
dæorum hiſtoria fere deſinat, circiter 700. anni interceſſerunt. Vnde Iu-
daica hiſtoria multo ante floruit, quam Græca. Denique, vt illud etiam hic
addiderim, Moſes ante obitum tredecim Pentateuchi volumina membra-
nis exarauit, & vnum ſingulis tribubus dedit: decimũ tertium Leuitis con-

 ceſſit,

ceſſit, quod in tabernaculo incluſum, & in Salomonico templo adſeruatum A fuit: & poſt templi euerſionem in ruinis temporibus Ioſiæ inuẽtum fuiſſe legimus.

Ad primum, iam ſupra aſſignauimus rationem, ob quam non debuerit dari ſtatim poſt lapſum, & cur debuerit expectari tempus, quo cognoſceretur neceſſitas. Ad ſecundum, ſatis eſt quod tunc datum fuerit pacti ſignum, & vt eligeretur familia, ex qua inde oriretur populus, cui lex danda fuit. Ad tertium, eſto aliqui ritus fuerint in vſu ante legem datam; tamen B nondum plena & perfecta lex, ex omnium legum & præceptorum copia, quæ ad perfectum ſtatum reip. & legis præparatoriæ erant neceſſaria. Ad quartum, lex vetus, dicitur vetus teſtamentum & pactum, quia continebat veterem promiſſionem; quæ magis deſignata fuit in cæremonijs & ſacrificijs, per Moſen veterem legiſlatorem conſtitutis.

Libri duodecimi finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER TERTIVSDECIMVS,

In quo agitur de præceptis veteris legis vniuerſe.

An lex vetus multa contineat præcepta. *Diſput.* I.

A QVAE de veteri lege vniuerſe dicenda erant, his expoſitis ſequitur vt de eius præceptis agamus, & primum quidē de eorum numero & partibus fineque: tum de ſingulis ſpeciatim. Et quod ad numerum attinet: illa ſe primum offert dubitatio, an in veteri lege vnicum tantum contineretur mandatum, an uero plura, quæ quoniam facilis eſt, breuiter explicabitur. Quod autem non plura contineret præcepta, probatur, quia unicū eſt mandatum de diligendo Deo: & *Rom.* 13. de caritate, in quo continentur omnia, & Chriſtus Dominus legem & pro- *Mat.* 17. phetas ab hoc unico præcepto pendere dixit, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & hæc vos facite illis. Adde etiam, quia lex erat una,
B igitur præceptum unum: lex enim uerſatur circa præceptum, vnde, tanquā ab obiecto ſuam habet unitatem. Denique, probo fuiſſe vnum ſimpliciter quia dilectio Dei eſt ſeruare mandata, vt Chriſtus aliquando plane docuit, *Ioan.* 14. & per ſingulorum præceptorum trangreſſionem Dei violatur dilectio: ergo unicum eſt dilectionis præceptum. Contra uero, quod ſint plura patet, ex decalogo, in quo decem continebantur præcepta: & Paulus, uetus teſtamentum legem mandatorum uocat. Adde, quod præceptum, de Deo diligendo eſt diuerſum ab alijs, & ſeparatim traditur: igitur plura, & ita nō poterunt reuocari ad vnum. Poſtremo, ſi unum aliquo modo dici poſſunt, maxime ratione finis: at finis præceptorum moralium in hac lege, erat di-
C uerſus a fine cæremonialium, nam illorum finis erat Hebræorum probitas, horum Chriſti demonſtratio, ergo diuerſa.

Quod attinet ad hanc difficultatem quidam, ideo minus ueterem legem probarent, quod nimis multa contineret præcepta: quot autem fuerint nu- *Burgen.* mero, nō ſatis conſtat inter ſcriptores. Nam alij ſcribunt tot fuiſſe, quot ſunt *lib.* 1. in anno dies; alij vero ſexcenta & tredecim numerarunt. De eadem re qui- *Scrut. d.* 8. dam ita loquuntur, Moſes illis quadraginta diebus, quibus fuit in monte *cap.* 9. *Guliel.* Sinai, inſtituit leges ad religionem & remp. pertinentes 449. & amplius; *Gal.* quibus additæ ſunt deinde aliæ, vſque ad prædictum numerum 613. Quo- *Geneb.*

rum

rum affirmantia, fuerunt numero 247. quot corporis humani oſſa a Medi- A
cis numerantur: negantia vero 365. quanta eſt ſumma dierum anni: & hoc
Act.7. eſt iugum illud de quo Petrus loquendo dixit, quod nec nos, nec patres no
ſtri ferre potuimus. Si quis autem omnia legis præcepta priuatim numera-
ta uidere vellet, legat Rabbinum Moſen Aegyptium in calce ſui operis, vbi
omnia tam affirmantia, quam negantia recenſet, & ponit numerum iam aſ-
Li.3.c.36. ſignatum 613. Et alio loco, omnia in decem & quattuor partes ſecat, eorum
Archan. Burgenſ. que ordinem aſſignat, non inepte. Qui Cabbala delectantur, propterea tot
data fuiſſe affirmant, vt oſſium humani corporis numero reſponderēt; vt ſi-
cut humanum corpus oſſibus fulcitur, ita homo ſpiritualis ipſis virtutibus,
quibus illa præcepta reſpondent: & tot debuerunt eſſe virtutes, quot ſunt
oſſa, quorum miniſterio uirtutes exequimur. Quare, inquiunt, cum Deus B
mutauit nomen Abrahæ, quod continet numerum 248. ei dixit, Ambula
coram me & eſto perfectus. Negantia uero reſpondent neruis & ligaturis
quæ ſunt in humano corpore, vt quot ligaturis ligantur oſſa, totidem inte-
riores hominis uires ligarentur, ne a ſuo dimouerentur loco, & totus per-
turbaretur homo, et impediretur ſpiritus Dei: qui non ingreditur niſi in cor
pus in quo acceſſerunt oſſa ad oſſa, & unumquodq; ad iuncturam ſuam, vt
eſt apud Ezechielem; ſed iſta Cabbaliſtis relinquantur.

Pro huius dubitationis explicatione, nota primū, in præceptis poſſe duo
conſiderari, finem ad quem ordinantur (ſemper enim id quod pręcipitur, in
ordinem ad aliquid præcipitur) & res quæ præcipiuntur. Et quoniam le-
ges omnes unum habent finem ad quem omnia quæ ſtatuuntur ordinātur, C
hinc, eſt, vt ex parte finis, ad quem per uaria officia & munera tenditur, om-
nia alicuius legis præcepta, vnum dici poſſint: cum tamen penes obiecta de
quibus dantur ſint plura. Quo fit, vt alicuius legis præcepta, & vnum, &
plura dici poſſint. Notandum deinde eſt, legis diuinæ finem non conſiſte-
re in ſola hominum conſociatione & beneuolentia, ſed altius tendere, ad
1.Tim.1. conciliandam amicitiam inter Deum & hominem, Finis enim præcepti ca-
ritas: quam amicitia nemo unquam cum Deo conciliabit, niſi per gratiam
Chriſti merito acceptam, ſine qua legem ſeruare, & iuſtus eſſe nemo pote-
rat, ac proinde, quidquid erat in ueteri lege ad hominis ſalutem ordinaba-
tur, quæ in Dei dilectione, tanquam in unica cōmuni ratione conſiſtit, quę
in ſingulorum præceptorum obſeruatione cernitur, cū is qui mandata ſer- D
uat, non poſſit nō amare eū a quo mandantur; & qui ea tranſgreditur, eundē
non poſſit non ſpernere, Quo fit, vt mandatū de caritate, non tam ſit præce
ptū, q̄ præceptorum finis, & cōis quædā ratio quæ per omnia uagatur pręce-
pta, quæ de priuatis rebus dantur: a quibus non ſecus contrahitur, ac vir-
tutis ratio, ad diuerſas uirtutis ſpecies, quæ ab obiectis ſumuntur. Atq; idem
dicas de dilectione proximi, q̄ nihil aliud eſt, quam ei non nocere, ſed pro-
deſſe. Et qm̄ in dilectione proximi neceſſario includitur dilectio Dei, cum
proximum, tanq̄ Dei filium diligamus, idcirco, tandem omnium manda-
torum obſeruatio ad Dei dilectionem reuocatur: in qua etiam ſui dilectio
neceſſario cōtinetur, cum nemo poſſit melius & magis ſe amare, quam qui
Deum

A Deum diligit,cum in hoc amore ſita ſit hominis beatitudo, ad quam eſt factus. Ideo autem ſui amor aſſignatur tanquam ratio & norma amandi proximum,quod tunc neceſſario recte diligetur proximus, cum eius cauſſa id volemus,quod noſtra uolumus:atqui,cum nemo ſeipſum non amet,& ſibi non bene velit,neceſſario etiam proximo bene uolet.

Prima poſitio,legis præcepta ratione finis erant unum, quo dilectio Dei continetur. Doctrina eſt certa, & patet ex argumentis priore loco factis. Quod ſi dicas, duæ ſunt dilectiones, vna Dei, altera proximi; igitur duo fines diuerſi:iam diximus,neminem poſſe recte diligere proximum, niſi huius dilectionis ratio ſit Dei amor. Quod ſi obijcas,Paulum dicenté,in vno *Rom.13.* dilectionis proximi mandato omnia inſtaurari,& ideo omnia mandata ad
B proximi dilectionem reuocari.Reſpondeo, in præcepto de diligendo proximo,quod nullo modo poteſt eſſe finis omnium præceptorũ legis,nec ipſius hominis,dicuntur omnia inſtaurari,ſiue conſummari, aut etiam ſummatim contineri, his enim modis hic locus legitur, ratione præceptorum *Orig.* *Ambr.* quæ dantur in ordinem ad proximum. Secunda poſitio,legis præcepta ra[illegible]m de quibus fuere data,vnde ſpeciem & diſtinctionem ſumunt, [illegible]lura. Patet ex argumentis ſecundo loco allatis, & ex ipſa lege,in q[illegible]ar præcepta ſpecie diſtincta, tum affirmantia, tum negantia, quæ co[illegible]o continentur,quo ſupra in ſecunda opinione expoſuimus.

Tertia poſitio,nullo modo hæc lex damnanda eſt, quod multa contineret præcepta. Primum, quia ſi multitudinem præceptorum tum ad reli-
C gionem,tum ad rempub. pertinentium ſpectare volumus, longe pluribus præceptis alij populi erant onerati,vt Aegyptij,Romani,& alij propter innumeros fere deos quos colebant,propter innumeros ſacrificandi ritus,& propter innumeras ſuperſtitiones & vana auguria:ſunt enim qui ſcribant, Aegyptios ſexcenta, & ſexagintaſex genera ſacrificiorum habuiſſe; vt hic om[illegible],ingentem legum multitudinem ad rempub.& adminiſtrationem ciuilem pertinentem. Deinde,quia multæ fuerunt cauſſæ ob quas Deus, *lib. de leg.* Iudæ[illegible]ra præcepta dare debuit.Primum,quia hic populus non ſolum *Lege Gul.* quoad præſentem reip. ſtatum inſtituendus erat,ſed etiam quo ad res futuras. Deinde, cum eſſet rudis, de ſingulis rebus monendus fuit: pluribus enim præceptionibus rudes inſtitui ſolent: nam ſapienti pauca. Poſtea,
D quia uarijs præceptis, reuocandus fuit a varijs Idololatrarum ritibus, ſuperſti[illegible]bus,augurijs,& a falſo falſorum deorũ cultu,ad quem erat valde pr[illegible]ſus,eoque in Aegypto,per multos annos infectus. Quã cauſſam q[illegible]ter obſeruabit, vt varijs in locis docte ſcripſit Gulielmus Pari[illegible]tarum legum germanam & natiuam rationem reddet. Atque h[illegible]de hac difficultate dixiſſe volui: de qua in ſequentibus adhuc multa ana dicentur.

Argumenta in contrarium allata,vt accipienda ſint,patet ex dictis;& eas probant poſitiones,quas attulimus. An autem,quod in illis attingitur,dilectionis præceptum fuerit,ab alijs diſtinctum,inferius docebitur. Nunc, quoniam omnes ſcriptores ueteris legis præcepta ad tria genera in mora-

lia cæ-

lia, cæremonialia, & iudicialia reuocare ſolent, de hoc numero priuatim A
diſputabimus.

An in veteri lege tradi debuerint vlla præcepta moralia.
Diſput. *II.*

CVM ergo tanta ſit præceptorum veteris legis multitudo, ut de eis certa doctrina tradi poſſet, neceſſario ad quædam genera reuocanda fuere, atque a ſacris ſcriptoribus reuocata ſunt. Eſt itaque communis omnium doctrina, eam quam diximus mandatorum antiquæ legis multitudinem ad tria reuocari genera; in quorum vno moralia, in altero cæremonialia, in tertio iudicialia B continentur. In primo genere ea poni dicuntur; quæ hominem ſeorſim ab alijs conſideratum perficiunt: in ſecundo, ea quæ eundem in ordinem ad Deum per religionis virtutem dirigunt: in tertio, quæ recte inſtituunt in ordinem ad alios, in humana ſocietate.

Et quamuis de omnibus ſimul vna integra fieri diſputatio poſſet: tamen facilitatis gratia de ſingulis ſeorſim diſſeremus; cum nulla diſputatio uideri debeat faſtidioſa, quæ de ijs eſt ſuſcepta rebus quæ ad hominem inſtituendum, & ad diuina eloquia elucidanda pertinent. A moralibus igitur auſpicando, ea in hac lege non debuiſſe poni, his rationibus aliquis perſuaderet.

Primo, quæ ſunt in corde ſcripta, fruſtra in tabulis lapideis ſcribuntur: C atqui moralia præcepta ſunt humanis mentibus inſerta, vt Paulus docet: igitur. Secundo, quoniam aliquis diceret, ideo ponenda fuiſſe, quia rationis lumen erat obſcuratum: at hoc non videtur eſſe verum; quia omnia præcepta moralia quę in hac lege continentur, apud ſapientes homines & alienigenas ſcripta & tradita repeiiuntur, & priuatim apud eos, qui de moribus ſcripſere: quod etiam ſancti Patres aliquando docuerunt. Vt omittam, quod doctrina morum quadam magis abſoluta ratione in Philoſophorũ ſcriptis tradita fuiſſe uidetur. Tertio, morum doctrina extra legem poſita iuuat, prodeſt: at uero in lege poſita potius obeſt, cum Paulus apertiſſime dicat, literam occidere: igitur.

Rom. 2.

Pythag.
Cyril.

Poſtremo, lex per Moyſen data, dicitur lex diuina; igitur ſolum dari de- D buit de rebus diuinis & ſupranaturalibus. Pro huius difficultatis explicatione, pono hæc fundamenta.

Primum, cum Deus Opt. Max. ſit omni ex parte bonus ac infinite perfectus, non potuit, dum hominem creauit, eum non perfectum condere: idq; vel ex eo intelligi poteſt, quod quaſi quodam diuino conſilio formatus fuit. Nam, cum cæteras creaturas ſolum dicendo produxiſſet, cum ad hominis formationem ventum eſt, tres diuinæ Perſonæ, quarum communia ſunt extra opera, hominem facturæ dixerunt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum. Ad imaginem, vt

Franco. Abbas li. 1 de grat.

A nem, vt nonnulli Patres exponunt, ratione naturæ; ad ſimilitudinem, ratione morum & virtutum. Quare, hominis perfectio atque abſolutio in eo poſita erit; ut per mores ſit ſimilis Deo. Et quoniam hanc ſimilitudinem *Plato in* peccando amiſit: hinc eſt vt vniuerſum reparationis humanę opus in hunc *Minoe.* finem tendat, ut homo amiſſam ſimilitudinem recuperet, & pie honeſteq; *Boet. de* uiuendo, quantum fieri poteſt, ſuo creatori reddatur ſimilis. Hinc eſt quod *conſ.* diuina oracula ſæpe nos ad hanc ſimilitudinem conſequendam hortantur. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Eſtote miſericordes, ſicut Pater *Leu. 19.* veſter miſericors eſt: Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœle- *Mat. 5.* ſtis perfectus eſt. Hanc veritatem, non ſolum diuinæ literæ nos docent, ſed etiam profani ſcriptores tradunt: qui fortaſſe tanquam fures a noſtris B ſumpſere, cum dixerunt, Hominis finem eſſe fieri ſimilem Deo, & ſequi *Epiſt. Cic.* Deum: & poſt hanc vitam nos futuros deos, aut dijs ſimiles. Atque ex hoc *Tuſ. 1.* intelligere licet, quanta ſit moralis diſciplinæ neceſſitas, cum ſine hac integra & perfecta doctrina, ſimilis Deo fieri poſſit nemo.

Secundum fundamentum, quamuis doctrina morum, & ſpeciatim ea, q[illegible] calogo diuinitus ſcripta continetur, vel in uno aliquo profano ſcrip[illegible] vel in multis ſimul reperiri poſſit, ac etiam reperiatur: tamẽ quia, p[illegible] Hebræus cui data fuit lex de qua diſputamus, ideo diuinitus erud[illegible]uit, quia diu in illis Aegyptiacis tenebris vixerat, & multis errori-bus im[illegible]tus erat: errabat enim gens illa ex Cham progenie oriũda mirum in mo[illegible]m in morum doctrina, quæ ad tantam cæcitatem venerat, vt etiam C veſperilliones, ſcarabeos, & bufones pro diis adoraret. O egregiam Aegyptiorum ſapientiam: in quos illa a Sapiente prolata cadit ſnĩa, Infelices autem ſunt & inter mortuos ſpes illorum eſt: qui appellauerunt Deos, opera *Sap. 13.* manu[illegible] hominum, aurum & argentum, Item & illud, Exiſtimauerunt *Sap. 2.* luſum e[illegible]e vitam noſtram, & conuerſationem vitæ ad lucra compoſitam, & oportere vndecunque acquirere. At quid dicemus de ſapientia Attica, quæ etiam ipſa uitia pro numinibus coluit? vt iure optimo M. Tullius Atheniẽ- *Lib. 2. de* ſes damnauerit, quod Contumeliæ & Imprudentię fanum ædificauerint: *leg.* virtutes enim non uitia conſecrare decet: cuius rei etiam Theophraſtus, re- *Plin lib. 2.* ferente Zenobio meminit. Romani quoque vitia colebant, dum illa placata *Turneb. in* uoluere: vnde Febris, & Malæ fortunæ fana, & Cupidinis, & Voluptatis, & *li. 1. de leg.* D Libertinæ Veneris uocabula cõſecrata ſunt uitioſarum rerum, quæ Ciceso rep[illegible]ianda iudicauit. Quod autem in Ethnicorum ſcriptis omnia deca[illegible]æcepta reperiãtur, ex multis ſcriptoribus cognoſcere licet, ſed unũ c[illegible] cum qui inſtar omnium erit, is eſt liber quintus Stromatum Alexãd[illegible]Clemẽtis, in fine, & liber ſextus in principio, vbi vir eruditiſſimis mulia e[illegible] antiquis ſcriptoribus collegit teſtimonia, ad veri Dei cognitionẽ, & ad mores pertinentia, qui locus eſt omnino legendus, ſed late utroque loco demonſtrat, Græcos fures fuiſſe, & a noſtris accepiſſe. Et vt aliquid hic adſcribam, quod attinet ad ſubiectam materiam de præceptis moralibus, *Menand.* hæc ex Menandro citat Clemens. *comic.*

Nanque probus, frugique oportet vir ſiet:

Nec virgines vitiet, adulter ne ſiet: A
Nec quid furetur is, cædem nec perpetret:
Nec acum quidem implicatam cupias Pamphile:
Nanque aſpicit propinquus qui eſt tibi Deus.

Idem,

------Neque acum cariſſime
Deſideres unquam alienam: nam Deo
Facta haud iniqua, ſed quæ iuſta ſunt placent.

Idem,

Iuſtus Deo autem aſſidue ſacrifica
Non veſtibus nitidis, ſed corde ſplendidus. B

Et Cicero in ſuis legibus quod attinet ad diuinum cultum, ita ſtatuit, Ad diuos adeunto caſte: pietatem adhibento, opes amouento. Qui ſecus faxit, Deus ipſe uindex erit. Caſte, animo nimirum & corpore: ſed magis corporis, quam animi munditiam illi obſeruabant: pietatem, hoc eſt religionem probitatemque, ideo autem opes, hoc eſt ſumptus remouendas eſſe ſtatuit, vt etiam pauperibus ad Deum placandum pateret uia, ne pauperes a ſacrificiis reiicerentur, ne vlli eſſet vitio quoquomodo Deum colere. Tanta in ſacrificando priſcis frugalitas fuit, vt etiam rebus minimis libarent; vt Romulus qui lacte ſemper, non uino libauit. Multa denique in ſuis carminibus coaceruauit Pythagoras, ac etiam Phocylides in ſuo poemate admonitorio, quæ ſunt omnino lectione digna, cum omnia fere quæ ad hominem recte in morali uita inſtituendum pertinent, proſequatur, ac etiam auctor Catonianus in ſuo opuſculo. Cæterum, in omni humana diſciplina facile aliquos notares errores, quos doctrina diuinitus data reiecit. Quod autẽ diximus Ciceronem in ſuis legibus, illa præcepta dediſſe, ex ſententia eorum loquuti ſumus, qui exiſtimant, eas leges, quas Cicero poſuit, non eſſe leges duodecim tabularum, ſed ipſius Tullij, qui imitando Platonem eas leges ſciuit: quas tamen verbis antiquitatem redolentibus conflauit; vnde fortaſſe aliqui exiſtimarunt, eſſe eas, quæ in duodecim tabulis exaratæ antiquitus erant: ſed credibile eſt, aliquid ex illis ſumpſiſſe.

Turneb. in li. 2. de leg. Cic. Pyth. Phocil. C

Prima poſitio, conueniens, aut potius neceſſe fuit, vt in lege diuina moralia traderentur pręcepta. Primum quia huius legis finis eſt conciliare amicitiam inter hominem & Deum, quæ ſine morum probitate eſſe nullo modo poteſt: cum per mores homo fiat ſimpliciter bonus, & ſimilis Deo, ac dignus qui ab eo ametur: igitur. Deinde, quia populus ille, pręterquam quod rudis erat, iam multis erroribs in morali uita ab Aegyptiis fuerat corruptus quare per legis naturalis doctrinam recte inſtituendus fuit. Poſtea, quia cum deberet eſſe ab aliis nationibus ſeiunctus, a Deo erudiendus fuit; ne quæ eſſent ad uitæ rationes recte inſtituendas neceſſaria, ab aliorũ populorum ſcholis petere cogeretur. Poſtremo, quia, re vera, apud omnes populos morum doctrina aliqua parte, vel bona parte, iam corrupta, aut corrumpenda erat. Secunda poſitio, Deus non ſolum debuit dare legem moralem D

pertinentem

A pertinentem ad concluſiones quæ ex lege naturæ colliguntur, ſed etiam de ipſis principiis,quia,licet iſta ſint clariora,& magis naturæ infixa:tamen in his etiam ob humanæ naturæ cæcitatem erratum eſt : vt patet circa homicidinm,& circa furtum,cum inuenti ſint populi qui hoſtias humanas diis ſacrificauerint,& furta approbauerint, vt ſupra dixi. Tertia poſitio , etſi magno Dei beneficio populus Hebræus affectus fuerit ob doctrinam morum in tabulis acceptam,non proinde gloriari omnino debuit. Quoniam,quod attinet ad moralia præcepta,cum hæc ſint in corde a natura inſculpta,non tā in tabulis,aut in uoce conſiſtunt , quam in ipſa ratione, inſitoque lumine. Hinc eſt quod Paulus Iudæorum faſtum de accepta lege comprimendo dixit,Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ ſunt legis facere, & Rom. 2.
B oſtendere opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Lege Pariſienſem hanc doctrinam ſubtiliter lateque explicantem. Quarta poſitio,Deus optima ratione, ſua infinita ſapientia digna, morum doctrinam in ſua lege tradidit, per ſententias,effata,& per quædam ſumma capita,non more pędagogorū,qui ſigillatim omnia proſequuntur,vt alibi diximus : ſed hac de re plura infe-ri[illegible] de decalogo agetur.

A[illegible]nentis in contrarium allatis ex dictis facile reſponderes , præſertim a[illegible] primum & ſecundum.De tertio,ideo dicitur occidere, quia non dabat grat[illegible]am,non iuſtificabat;dabat tamen lumen & ad gratiam diſponebat, ac proinde iuuabat. De poſtremo,ideo tradita ſunt præcepta, tum moralia, tum iudicialia , & vniuerſe quædam quæ naturaliter cognoſcuntur & hu-
C mana ſunt,vt daretur lex perfecta,& vt diuinitus tradita ſunt,ita diuina vocari poſſunt.

An in veteri lege debuerint dari præcepta quædam cæremonialia. *Diſput.* III.

PRAECEPTA cæremonialia ea dicuntur quæ dantur de actibus externis pertinentibus ad religionem cultumque diuinū. Et quod huiuſmodi præcepta dari non debuerint, vel ſi dantur non eſſe a moralibus diſtinguenda, ſic probo. Primo, Deus ſpiritus eſt, igitur ſpiritu colendus eſt ; ac proinde de externo cul- Ioan. 3.
D tu nihil præcipiendum fuit. Quod ſi dicas,externo ſacrificiorum cultu defi[illegible]oda fuiſſe futura myſteria , id cum multo melius verbis , quam rebus [illegible]poſſit,cum uerba,ex Auguſtino,ſint ad ſignificandum aptiora ; nō fuit [illegible]ſe vt deſignarentur rebus. Secundo, ſi cæremonialia præcepta ſunt a [illegible]libus diſtincta,igitur non informant hominem in moribus,nec hominem bonum efficiunt,quod eſt morum proprium;vt ſupra diximus:ac proinde non conferunt ad legis finem conſequendum , qui eſt hominem Deo carum amicumque reddere. Quod ſi ad mores pertinent, vt re uera pertinent, quia religio eſt virtus quædam moralis, a moralibus diſtinguenda non erunt.

Poſtremo,facit hoc loco difficultatem,quædam Diui Thomæ doctrina, qua

qua aſſerit, leges humanas conſtituere aliquid de diuino cultu in ordinem A ad bonum commune; quibus verbis damnare videtur omnes humanas leges, quæ de religione aliquid ſanciunt:cum cultus Dei, qui eſt maius bonum, non ſit referendus ad humanum commodum, quod eſt minus bonũ.

In hac diſputatione, cum nolim in præſentia aduerſus hæreticos qui externum Dei cultum damnant, diſſerere, nullæ occurrunt citandæ ſententię: nonnulla tamen ponam fundamenta, ad difficultates propoſitas explicandas neceſſaria.

Primum fundamentum, cum homo quidquid habet boni in animo, in corpore, & in rebus externis a Deo acceperit; ideo grati animi cauſſa, & in

D.Th.2.2. q.86.et 87 ſignum ſeruitutis omnium bonorum genere Deum, colere, & tanquam dominum agnoſcere debet; non ſolum animo, & corpore, ſed etiam externis B bonis, quæ Gentes, Fortunæ vocant: non quod his Deus egeat; cum ideo ſit Deus, quia bonorum noſtrorum non eget, nec etiam noſtris animi actibus quicquam Deo accedat; ſed vt per rerum oblationem actuſque externos, nos omnia ab eo accepiſſe profiteamur, & omnia eius eſſe confiteamur: vnde Dei honor ac reuerentia elucet. Atque ex his apparet exterioris cultus

Marſ. Fic. de quo cæremonialia præcepta dantur, ratio atque neceſſitas. Eſt autem hæc de externo cultu numinis alicuius notio ita humanis mẽtibus infixa, vt nulla vnquam fuerit tam barbara, atque impia natio, quæ aliqua diuinitate cognita, eam externis cæremonijs ſibi colendã non ſtatuerit; ita vt hac in parte potius nimia ſuperſtitione, quam parua religione a quibuſdam populis peccatum fuerit. Eſt itaque virtus quædam quæ in alicuius diuinæ men-

Lib.1. de Inu. tis cultu cæremonijſque verſatur, quam Latini Religionem vocarũt, de qua infra, cum de cæremonialibus præceptis priuatim agetur, nonnihil dicam. Cæremonialia itaque præcepta ea dicuntur, quæ de cæremonijs dãtur: quæ a moralibus eo differunt, quod hæc, vel pertinent ad principia legis naturæ, vel ex illis tanquam quædam cõcluſiones colliguntur; illa uero per modum determinationis. Docet quidem natura diuinum numen eſſe colendum, noſque ad religionem propenſos facit; ſed colendi modum, vel Deus ipſe, vel humana ratio & lex definire debuit: quod talibus oblationibus, talibus ſacrificijs, tali tempore, Deum colere debeamus. Huiuſmodi ritum, cur Deus per ſe populo Hebræo definire voluerit, in ipſis poſitionibus docebo: cur autem in Eccleſia Chriſtus idem non fecerit, alibi diximus. Ex D quibus intelligeres, moralia pręcepta non differe eo modo, quo vna ſpecies ab alia ſpecie differt, ſed ut genus differt ab eo, a quo determinatur. Ad genus morum pertinet diuinus cultus, qui cæremonialibus præceptis determinatur. Secundum fundamentum, duobus modis diuinus cultus ad bonum commune ciuitatis, quod lex humana habet propoſitum referri poteſt: primo, vt bonum humanum tanquam ſupremum præcipue ſpectetur; etſi id fieret, magna eſſet peruerſitas; quia quod eſt melius, & ſuperius ordinaretur ad id quod eſt inferius & minus bonum: altero modo, ſi per diuinum cultum ea curemus obtinere quæ ad reip. commoditatem felicemque ſtatum pertinent; vt inde multo melius Deus coli poſſit: qua ratione etiam

vera

A uera religio ſacrificia & preces facit, vt bona obtineat temporalia, quod ſa *Opus. de* ne licet: Vt autem id adhuc apertius explicetur, animaduerte, artem politi- *prac. eccle.* cam, ſiue legem humanam ſubiectam eſſe diuinæ legi, ac proinde legis hu- *par. 1.* manæ finem ad legis diuinæ finem, ſiue ad artem diuinam, quæ omnia moderatur referẽdum eſſe, ab ipſo nimirum artifice, qui ab alio ſuperiore mouetur ac gubernatur, ſicuti faber murarius ab architecto. Licet ergo ars aliqua priuata pro ſuo proximo fine ſuum opus habeat, vt ars ædificãdi, domũ: tamen vt ab alio ſuperiore artifice mouetur ad altiorẽ finem tanquam ad commune bonũ, ſuũ opus referre debet: quo fit, vt reip. pax & amicitia, a reip. moderatore, qui pẽdet a Deo, eiq; ſubiectus eſt, ad finẽ ſupremo Rectori propoſitũ, q̃ eſt eius, gloria (vniuerſa.n. propter ſe fecit Altiſſimus) re B uocari debeãt. Lex itaq; humana hominũ amicitiã ad diuinã dirigit, prout diuinæ legi ſubſtat. Rurſus animaduertẽdum eſt, Dei amicitiã, ſiue gratuitã ſiue naturalem poſſe conſiderari, vel ex parte Dei amati, vel ex parte hominis amantis: ſi primo conſideretur modo, non poteſt ordinari ad commune bonum humanũ, quia vteremur fruẽdis, quod non licet, vt Auguſt. docet: ſi ſecundo, maxime; quia homo eſt pars ciuitatis, pars autem eſt propter totũ, & ita ſe, & ſua referre debet in totum. Tertium fundamentum, mens humana eſt veluti Dei ſponſa, quæ cum eo ſecundum oẽs ſuas potentias debet eſſe coniuncta, eum cognoſcendo, amando & timendo, ſeq; ei ſubijciendo. Quare, cũ veritatem cognitam per ſe amat, aut in cognoſcẽdo errat, & amorem reuerẽtiamq; a Deo remouet, & in creaturas cõfert, tunc turpiſſime for C nicatur, & ſuo ſponſo iniuriam facit, idq; maxime per teterrimũ idololatriæ vitium, in quo per omnes fere mundi ætates humana natura fuit immerſa; ita ut ẽt in clara Euangelij luce & poſt aliquot ſæcula vix tandem ex hominum animis auferri, & a cordibus ferro extirpari, ac ẽt igne aboleri potuerit: immo adhuc eius reliquiæ in vanis obſeruationibus vigent. In quod vi *Lib. de leg.* tium humana mens ob ſuam corruptelam, vt docte Gulielmus probat, eſt a natura propenſa, ſi ea naturalia dici poſſunt, quæ ut plurimum, & in plu- *Ariſ. 2. Ph.* ribus ſunt: quare, ut citatus auctor ait, Vniuerſalitas, perpetuitas, & remotionis difficultas ſatis aperte declarant, hoc uitiũ ex naturæ corruptione manaſſe, idq; iuſtiſſima Dei punitione, cum eum qui voluit fieri ſicut Deus, ita Deus puniuerit, vt vero ignorato Deo, res ſibi longe inferiores pro Deo co- D luerit. Cum ergo Deus, tanquam ſponſus, ſummo amore incenſus hanc *Pſal. 44.* ſuam ſponſam amaret, vt eam a fornicationis & adulterij vitio, hoc eſt, a falſo falſorum Deorum cultu reuocaret, ei ad ſe verum Deum colendum leges & præcepta dare debuit, eo præſertim tempore, cum ubique terrarum ſe proſtituerat. De hoc ſcelere non vno in loco conqueritur Deus, vt cum *Cap. 2.* per Oſeam ait, Indicate matrem veſtram, quia non ipſa uxor mea, & ego nõ uir eius. Et alio loco, cum eam a fornicatione reuocare uellet, ait, Sponſabo te mihi in ſempiternum: ſpõſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & miſericordia, & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. Ideo, cum eam a fornicatione reuocare uoluit, dixit. Non adorabis ea (idola nimirum) ne- *Frãc. Abb.* que coles : Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes. Zelus autem

eſt vehemens amor ſponſi in ſponſam, quo alium ad eam accedere non pa- **A**
titur, nec aliquid ſuſpectum habere cum illa; non colloquia, non motus, nec aliud quippiam, quod adulterij dare occaſionem poſſit; vt non modo adulterium, ſed & adulterij ſpeciem uitet. Ideo aliquando populo Hebręo, quem ab iſto ſcelere reuocare voluit, dixit, Deſtrues aras eorum, & cõfrin- *Deut. 13*
ges ſtatuas eorum. Hinc eſt, cur tam multa præcepta cæremonialia in veteri lege dederit, quibus ab omni idololatriæ ritu Hebræos inter idololatras natos & educatos reuocaret, & ad verum cultum traduceret. Atque hæc ſunt, quæ adnotare volui: nunc ad poſitiones accedo.

Prima poſitio, cæremoniarum ritus in diuino cultu nullo modo eſt damnandus. Hæc doctrina eſt certa fide tenenda, quam nolo hoc loco late aduerſus hæreticorum ſtultitiam multis auctoritatibus & rationibus confirmare. **B** Sufficiat itaque in re certiſſima communis omnium populorũ in omni ætate, immo etiam ipſorum hęreticorũ, qui cęremonijs quibuſdã vtũtur, conſenſus, & vſus; cũ vſq; a mũdi principio apud nationes omnes per religioné adhibitæ fuerint in aliquo numine colendo cæremoniæ. Vnde iure optimo M. Tul. Perſarum Magos, hoc eſt philoſophos & ſacerdotes, quorũ auctor fuit Zoroaſtres, ſibi non ſequẽdos eſſe ſtatuit, quib. auctorib. Xerxes inflammaſſe Græciæ templa dicitur, quod parietib. includerẽt Deos, [illegible] omnia deberent eſſe patẽtia ac libera: quorũque hic mũdus omnis té[illegible] eſſet & domus. Melius Græci, inquit, & noſtri, qui ut augerent pieta[illegible] deos, eaſdem illos colere vrbes quas nos incolere voluerunt. Affert[illegible] opinio religionem utilem ciuitatibus: ſiquidem & illud bene dictu[illegible] Pythag. doctiſſimo viro, Tum maxime & pietatem & religionem ve[illegible] animis, cum rebus diuinis operam damus: quã tamen ſententiam P[illegible] approbauit: uerum nõ fuit omnino improbãda; ſed de his alias. Sec[illegible] ſitio, maxima cũ ſapientia Deus in ueteri lege præcepta cæremoni[illegible] uoluit, eaque dedit. Primũ patet hæc poſitio ex primo & ſecũdo fu[illegible] to: quoniã cum homo natus ſit ad religioné, debet Deum colere, n[illegible] actibus internis, ſed etiam actibus rebuſque externis; non ſolũ i[illegible] ad commune bonũ, vt facit lex humana, ſed ẽt in ordiné ad diuinã [illegible] qđ eſt legis diuinę propriũ: igitur in lege diuina dari debuerũt pręce[illegible] remonialia, quę hac in parte recte hominẽ inſtituerẽt. Deinde, qu[illegible] re maximo indigebat auxilio populus ille, qui diu inter nefarios idolola- **D**
tras uerſatus, & oĩno ad idolomaniã propẽſus erat: idq; vel ex eo patet, qđ ẽt poſt tot ſingularia Dei beneficia, & facta miracula, ſibi idola fabricauit, & nõ multo tpe in uero cultu pſeuerauit, cũ ex duodecim tribub. decẽ a vero Deo defecerint. Vnde potiſſima rõ pceptorũ cęremonialium illius legis ex hoc capite ſumit, vt illũ poplũ a ſtulta Gẽtiũ ſupſtitione reuocaret. Deniq; in illa lege pmonſtrãda erãt futura Meſſiæ myſteria, qđ optime factũ fuit p res ſenſibiles ad externũ cultũ ptinẽtes, vt poſtea planius dicetur. Tertia poſitio, leges ad diuinũ cultũ ptinẽtes nõ ſunt principaliter referẽdæ ad cõmune bonũ ſtatũve reip. quietũ, ſed potius reip. quies ad diuinũ cultũ religionemq; . Doctr. eſt manifeſtiſſima, in qua tñ interdũ peccatũ eſt, ac ẽt peccat,

non

Lib. 2. de leg.
Torneb.
Lib. de ſuper.
lib. de defect. orac.

A non ſine regnorũ detrimento & euerſione. Hoc loco ſi quis vellet, multa liceret recenſere Gentiũ errata circa religionem. Primũ quod falſos coluerint Deos; deinde quod vaniſſime obſeruauerint auguria per ſuorum deorũ cultum: poſtea, quod inhoneſtiſſimis vterentur cęremonijs, vt in ſacris Panos, Martis, & aliorum dęmonum: pręterea, quia ideo multos deos coluere, quod eos ſibi proſperitatem humanam tribuere putabant: & tandem, quoniã religionem ad reip. felicem ſtatum potiſſimum referebant. Feneſt. Pompon.

Ad primum, optimam aſſignauimus rationem, cum Deus etiam exteriore cultu honorandus ſit: de qua re plura infra, cum de cæremonijs ſpeciatim agetur. Ad ſecundum, ſunt quidem diſtincta, eo modo quo diximus: negatur tamen quod non informent hominem in ijs quæ ad virtutem religionis

B pertinent: cum ex legiſlatoris determinatione cæremonialium vſus, ad virtutis actus pertineat: quo fit, vt hominem bonum efficere poſſint. Quod autem ſubiungitur, ergo nõ eſſent a moralibus diſtinguenda, conſequutio iſta negatur, ob euidentem cauſſam rationemque diſtinctionis. Ad vltimum, iam plane explicuimus, quonam pacto illa diui Thomę ſententia accipienda ſit.

An in veteri lege debuerint dari præcepta quædam iudicialia. Diſp. IV.

QVOD Deus in veteri lege tradenda nihil de iudicialibus præceptis ſtatuere debuerit, hunc in modum probares. Primo, iudicialia pręcepta pertinent omnino ad ſtatum reip. humanum & ciuilem: ergo nulla in lege diuinitus data, quæ ad ſpirituale & C altiorem ſtatum refertur, de iudicijs danda fuere præcepta. Secundo Auguſtinus diuidendo antiquæ legis præcepta dixit, alia fuiſſe vitæ agendæ, cuiuſmodi ſunt moralia, alia vitæ ſignificandæ, vt ſunt cæremonialia; iudicialia igitur excludenda erunt, vel certe ita non facient vnum genus diſtinctum. Poſtremo, præcepta iudicialia, ſunt pręcepta iuſtitiæ, quæ eſt virtus moralis: igitur in moralibus reponẽda erunt. Ad hanc difficultatem explicandam, cum præcepta iudicialia priuatim dentur ijs qui remp. adminiſtrant, non erit inutile paucis reip. Hebræorum formam parteſque exponere: quod ſane ad intelligentiam diuinarum ſcripturarum non parũ cõferet. In epiſ. ad Galat.

Populus itaq; ille cui Deus iudiciales leges ſiue præcepta dedit, primum vocatus fuit, Hebræus, ab Heber, vt ſupra ſcripſimus, Sale filio Arphaxad

D nepote: qui Tigrim tranſiuit, & in Chaldæam cum filijs, & nepotibus ſeceſſit: vnde aliqui ab hoc tranſitu Hebræos hoc nomen accepiſſe putant, quod vltra flumen tranſierint: Nam Heber, lingua hebraica, vltra ſignificat: quibus fauet hic diuinæ ſcripturæ locus, Sem pater fuit omnium filiorum Heber. i. omnium qui vltra flumen iuerunt. Huius tamen populi initium ſumitur ab Abraham, cui facta fuere promiſſa a Deo de futura ſalute. Et quia Deus priuatim dilexit Iacob, eiq; nouum nomẽ, Iſrael, impoſuit, & promiſſa reintegrauit, qui nonnullos filios genuit, ex quibus iſte populus incrementa maxima habuit, ideo Iſrael, & Iſraelita eſt nominatus. Et quoniã Iacobus moriturus duos Ioſephi filios Manaſſem, & Effraim adoptauit, & ſuis filijs adiunxit, ſolemniq; benedictione affecit, hinc eſt, vt poſtea pro princi- D. Hier. Sigon. Gen. 10.

pũm numero diuiſus fuerit in partes,quas tribus vocarunt: quæ nunc duo- A
Toſt.Tom. decim, nunc tredecim numeratur. Hunc populũ valde in Aegypto auctum
5.in Mat. a grauiſſimo Aegyptiacæ ſeruitutis iugo Deus per Moſen liberauit, ac legibus donauit,& in terram promiſſam,tandem per Ioſue introduxit,quam in duodecim partes iuxta duodecim tribus eis diſtribuit: nam vna,nimirũ Leuitica quæ ad Dei cultum erat deſtinata, ab hac ſortitione ſummota eſt, cui
Nu.1.17 primitiæ,decimæ,oblationeſq; fuerunt adſcriptæ:vnde Leuitæ propriã tribum non confecerunt, ſed illi adſcribebantur, in cuius finibus habitabant. Etcũ fœminæ non poſſent nubere niſi ijs qui erant de ſua tribu,ne hæreditas vnius trãſiret ad aliam,ideo Maria virgo cum hæres eſſet,Ioſepho ex eadem tribu Iuda, nupſit: ac propterea Euangeliſtæ dum maiores Ioſephi narrant,
Iud.19. idem eſt,ac ſi Mariæ progenitores narrarent. Ab hac lege Leuitę exẽpti erãt, B qui cum omni tribu ius coniugij habuere. Quare Eliſabeth, quæ erat de filiabus Aaron.i.ex tribu Leuitica potuit eſſe cognata beatę Virginis,quę erat ex alia tribu.Porro,Salomone ex humanis exẽpto,facta eſt tribuum di[illegible] nam duæ Iuda, & Beniamin, quæ iunctæ erant, Roboan Salomon[illegible] quutæ, & vno nomine nuncupatæ ſunt, Iudæorumque regnum c[illegible] runt:aliæ vero decem ad Hieroboam filium Nabath ex tribu Effra[illegible] tulerunt,vnde regnum Effraimitarũ,ſiue Iſrael condiderunt:quo [illegible]
Ier.7. Effraim,decem tribus interdum deſignetur,& Effraim & Iuda pro[illegible]
Oſe. populo Hebræo ſumantur.Iudæi in religione permanſerunt:Effra[illegible] uino cultu,ad ſimulachra per Hieroboam, ne dum quotannis acc[illegible] tẽplum,a ſe deficerent, traducti fuere,qui ob hoc perpetratum ſc[illegible] ptiuitatẽ ab Aſſyrijs ducti ſunt, & in eorũ vacuam regionem alij [illegible] qui a ciuitate & a regione Samariæ,in qua habitabant nomen ſun[illegible] cũ hi paſſim a Leonibus deuorarentur,qđ verũ Deũ nõ colerẽt,M[illegible]
4.Reg.17. ſuſceperunt,quã tñ vna cũ cultu deorũ permiſcuerunt.Iudæi quo[illegible] peccata a Nabuchdonoſore Babyloniorũ rege ſubacti, regno pe[illegible]
Oſe 1. caruere. Poſtea vero, Cyro Perſarum rege permittente,in patria[illegible] & templum vrbemque inſtaurarunt,Iſraelitis in Aſſyria reman[illegible] maritani vero, cum in mõte Garizim templum Hieroſolymitar[illegible] dificaſſent,ſacerdotemque creaſſent,ſe veros Dei cultores,& æq[illegible] eſſe aiebant,tanquam veros Effraimitas: vnde inter eos ſæpe exc[illegible] diæ.Cæterũ,dum Iudæi ab Antiocho Epiphane Syriæ rege affligę[illegible] maritę perterriti ſe Sydonios eſſe finxerũt,& ſuũ tẽplũ Ioui Creie[illegible] caturos profeſſi ſunt. Sed cũ poſtea hi duo populi rurſus florere[illegible] inter ſe decertabant; tandem Samaritæ ab Ioanne Hyrcano debell[illegible] ſubiecti fuere: qui omnes ad extremum in Romanorũ poteſtatẽ [illegible]

Atq; ex his colligere licet,quæ fuerit forma reip.Iſraelitarũ,& quæ iudiciorum rõ,qñ aũt de forma reip.quæritur,nihil aliud inueſtigatur,niſi apud
Deut. 12. quẽ eſſet ſumma rei cõſtituta.Hæc igitur ptãs primum fuit apud optimates, iuxta formã Ariſtocratiæ, ſub Moſe Ioſue,& Iudicibus:q̃ poſtea,nõ ſtatuẽte, ſed pmittẽte Deo trãſiuit in regnũ.Verũ eo ẽt tpe vnus erat,ĩ quo pcipue erat ptãs,quẽ Deus priuatim eligebat,eiq; ſuas vices,quaſi ſuo pregi cõmittebat.

A prin-

A A principio itaque Moſes, adſcitis ſenioribus in auxilium, vna cum illis po
pulum gubernabat: cuius cura, quod ad religionem attinebat, ſummo Pon-
tifici, Sacerdotibus, & Leuitis erat commiſſa: quod vero attinebat ad profa-
na, alij pacis, alij belli curam habuerunt. Ea autem quæ faciebant, non ex
voluntatis arbitrio, ſed ex legis præſcripto agebant. Hi optimates, ſeniores,
& iudices ſunt vocati, præſertim Ioſue mortuo. Hanc ariſtocratiam exce-
pit Regnum, quo nomine ea deſignatur gubernandi forma, qua ex vnius
arbitrio imperantis pendet adminiſtratio. Cum ergo populus a Samuele
iudice Regem petiuiſſet, is a Deo reſponſo accepto, eis Regem creauit: cum 1. Reg.
prius legem diuinam & ipſum Deum pro Rege haberent, non hominem.
Vnde recte ab Ariſtotele pronunciatū fuit, Qui legem vult imperare, Deum
B vult imperare: qui regem, id eſt, hominem, belluam. Et quia Deus præui- Deut 17.
dit fore vt populus ille regem ſibi dari vellet, ideo de eo eligendo in ſua le- Ioſ. lib. 4.
ge nonnihil diſpoſuit. Primum itaque hic populus fuit ſub Iudicibus, de- antiq.
inde ſub regibus, ſub quibus in captiuitatem ductus fuit. Poſt reuerſionem
a captiuitate, Pontifices ſacerdotum & iudicum partes expleuere, donec, po
pulo ab Antiocho oppreſſo, Leuitica Aſſamonæorum familia ſurrexit, quæ
primum ſub titulo Principis rem Hebraicam adminiſtrauit: qui fuerunt nu
mero quatuor. Iterum ſurrexit regnum, & ſequuti ſunt quinque reges.
Poſtquam autem in Romanorum imperium populus Hebræus venit, pri-
mum habuit Antipatrem Aſcalonitam Procuratorem: Poſtea tres reges, aut
potius tyrannos proſelytos Aſcalonitas, Antigonum, Herodem magnum, &
C Archelaum, ſub quo Chriſtus natus eſt. Iterum, ſub Romanis conſtitutus,
habuit ſex Procuratores, ſub quorū quincto, qui fuit Pilatus, Chriſtus pa-
titur. Rurſus vnum habuit regem Herodem Agrippam a Gaio Imp. factū.
Tandem cum alios ſeptem Romanos habuiſſet Procuratores, a Tito Veſpa-
ſiano omnino fuit euerſus; ita vt nunquam ad aliquod regimē redierit, ſed
ſemper ſub miſera diuerſarum nationum ſeruitute fuerit, quod legis Chri- Pſal. 2.
ſti iugum ſubire noluerit: & ita peſtis illa in omnes mundi partes ex vno lo
co dimanauit: quod malum quidam poeta his carminibus deplorauit: Rutilius.

Atque vtinam nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet,
Pompei bellis, imperioque Titi.
Latius exciſe peſtis contagia ſerpunt,
D *Victoreſque ſuos natio victa premit.*

Et vt ad remp. reuertamur, illa fuit quodammodo in tres partes diſtributa:
quarum prima vniuerſum populum, omneſque tribus complexa eſt, quæ
ſedem habuit eo in loco, quem Deus ſibi ad cultum elegit: primum in Silo, Ioſ. 21. 22.
poſtea in Hieruſalem. Secunda ſingulas tribus continebat, quæ præfectum 4. Reg. 21.
vnum habuit, qui Princeps tribus dicebatur: item alios, qui familiarū Prin-
cipes nominabantur: qui tamen omnes ſummo Principi parebant. Tertia,
quæ vnamquamque ciuitatem complexa eſt, quælibet namq; ciuitas ſuum
habuit Senatum, qui de rebus ad ipſam pertinentibus decerneret, cauſſaſq;
priuatas & capitales cognoſceret. In hac rep. quidam erant ciues, qui conſi-
liorum, iudiciorum, munerumque erant participes, vt fuerunt omnes indi-

Mm 3 genæ

genæ ab Iſraele deriuari: quidam vero peregrini & aduenæ, qui Proſelyti A
Exod. 12. nominabantur; qui ex Gentibus nati, relicto deorum cultu, ad hebraiſmum
Leu. 17. acceſſere: in quibus faciendis magnam curam ponebant Iudæi, vt ex Euan-
Mat 23. gelio diſcimus. Atque hæc breuiter de ſtatu reip. Hebræorum, cui Deus
2. Par. 30. leges iudiciarias dedit, de quibus poſtea priuatim agetur.

Prima poſitio, neceſſarium fuit in lege diuina dari quędam præcepta iudicialia. Primum, quia ad legem diuinam pertinet ordinare homines inter ſe, & ad Deum, quorum vtrunque facit lex naturæ in communi: quæ, vt docet diuinum numen eſſe colendum, modum autem non præſcribit, ita etiam ſuadet, vt quod nobis volumus, aut nolumus, alijs velimus, aut nolimus: quod legis naturæ decretũ, egebat determinatione, per præcepta iudicialia. Vt igitur ĩ cultu diuino, ita in iuſtitiæ adminiſtratione rudis populus B diuinitus docendus fuit. Deinde, q̃m lex illa erat lex timoris, ac proinde per præcepta iudicialia, quibus pœna errãtibus imponitur, populus ille in officio continendus fuit. Ex quibus colligere licet, differentiam quandam inter tria iam explicata præceptorum genera, quod moralia ſint de lege [n]
turæ, reliqua uero eorundem determinationes quædam: cęremonialia [d]
terminant ius naturę in ordinem ad Deum, iudicialia in ordinem ad pro[x]
mum. Rurſus, moralia ideo ſunt præcepta, quia bona, prohibita uero, q[uia]
mala: at uero cætera ideo ſunt bona, uel mala quia prohibita. Quare lex [di]
uina ad legem naturalem addidit determinationes ad duo pręceptorum [ge]
nera pertinentes: ſicuti lex humana addit determinationes quaſdam cir[ca le]
gem diuinam. Quo fit, ut cęremonialia & iudicialia non ſint de lege na[t...]
Secunda poſitio, quod attinet ad cæremonialia & iudicialia præcepta [...]
tus, & noua inter ſe differunt: quia in illa, iſta præcepta fuerunt determ[inata]
a Deo, in hąc uero a lege humana, tum eccleſiaſtica, tum ciuili. Cur a[utem]
hanc determinationem Chriſtus Eccleſiæ, & humanæ poteſtati reliq[uerit,]
ſupra diximus, & alibi dicetur. Tertia poſitio, in rep. Hebræorum fuit [...]
ma gubernandi ratio. Nam ex omnibus formis quæ approbantur, meli[ores]
ſunt Ariſtocratia, & Regnum: quibus formis, ut diximus, populus ille [gu]
bernatus fuit. Poſſet etiam dici fuiſſe formam miſtam, quam aliqui o[mni]
bus præferunt, quia omnes poterant aſſumi ad magiſtratum.

Ad primum, Deus non ſolum in rebus ſpiritualibus, ſed etiam in ſta[tu ci]
uili illum populum inſtituendum ſuſcepit, ut eum omnino ab alijs n[atio]
nibus ſegregaret: & ideo ei præcepta tradidit iudicialia: quibus inter[...]
deſignata ſunt futura myſteria. Ad ſecundum, in illa bimembri Aug[uſti]
ni diuiſione, cõtinentur etiam iudicialia, nimirum in primo membro; [ſunt]
enim iudicialia vitæ agendæ præcepta: cur autem faciant vnum genu[s di]
ſtinctum, ſupra docuimus. Ad tertium, iudicialia præcepta pertinent quidem ad iuſtitiæ adminiſtrationem: ſed tamen, cum eorum determinatio ex arbitrio pendeat diuino, vel humano, ideo non recenſentur in moralibus.

An

A

An omnia veteris legis præcepta ad tria genera reuocentur. Diſput. V.

Vm maxima eſſet præceptorum multitudo in antiqua lege, doctrinæ cauſſa, ad quædam capita, vt diximus, reuocanda fuere: ſed quoniam id nonnihil habet dubitationis, ideo hanc difficultatem diſcutiendam propoſui. Quod autẽ non omnia ſub illis contineantur, ſic probo. Primo, in veteri lege erant præcepta de fide, ſpe, & caritate, quæ non reducuntur ad vnum ex dictis capitibus, cum ſint de rebus ſupernaturalibus; igitur. Secundo, in illa lege continentur præcepta omnium virtutum: at iſta tria capita non continent virtutes omnes; nam præceptum de continentia, & de temperantia, non pertinet ad cæremonias, vel iudicia; neque ad mores, quia moralia continentur in Decalogo cuius præcepta omnia ad iuſtitiam referuntur, vt poſtea dicetur: igitur. Tertio, in veteri lege, non ſolum fit mentio de iſtis tribus generibus, ſed etiam de mandatis, de teſtimonijs, & iuſtificationibus: plura igitur diſtinguenda fuere.

B

Circa hanc difficultatem, quidam videntur omnia reuocare ad quattuor capita, ad Mandata, præcepta, iuſtificationes & iudicia: quorum duo priora, dicunt pertinere ad Deum, poſteriora ad proximum, quæ hunc in modum exponunt. Mandata, græce entolæ, ſunt verba quibus Deus aliquid fieri iuſſit, aut prohibuit, quod præcipue ipſum attingeret. Præcepta, græce proſtagmata, quibus qua ratione aliquid fieret ordinauit. Iuſtificationes, græce dikæomata, ea fuerunt iuſſa, quibus docebatur quomodo innocentes abſoluendi, & nocentes puniendi eſſent. Itaque hac voce non deſignatur nunc iuſtificatio illa qua quis ex impio fit iuſtus, ſed iudicialis iuſtaque ſententia: vnde in diuinis literis, dikæo, latine, iuſtifico, idem eſt, quod innocentem, iuſtumque pronuncio: quare, non iuſtificare impium, eſt eum non abſoluere. Iudicia porro fuerunt iuſſa, quibus Deus oſtendit quomodo condemnationis ſententiam ferre, & quos ſontes & iniuſtos habere, ac pronũciare oportet: etenim krinin, ideſt iudicare pro condemnare vſurpatur. Teſtimonia, vero, de quibus non raro fit mentio, fuere verba quibus Deus teſtatus eſt, ſe eos qui iam dicta cuſtodiuiſſent, varijs huius vitæ bonis affecturum. Atqui Gulielmus ſeptem legis partes hoc modo numerauit. Teſtimonia, quæ ſunt veritatis, & ideo credẽda: Mandata, quę ſunt honeſtatis, & ideo adimplenda: Iudicia, æquitatis, & ideo eis parendum eſt: Exempla, & hæc imitanda: Promiſſiones præmiorum, & hæc ſperanda: Cõminationes ſuppliciorum, & hæ timendæ: Cæremoniæ honorificentiæque, & hæ venerandæ. Sed ex his, quattuor, ait non eſſe de ſubſtantia legis proprie, Teſtimonia, exempla, cõminationes, & promiſſiones: non enim proprie poteſt dici lex, id quo nihil imperatur, aut prohibetur. Quo fit, vt tres legis partes agnoſcat, Mandata, ſiue præcepta, cęremonias, & iudicia: & hæc eſt communis Theologorum doctrina, quam ſequentibus poſitionibus explicabo.

Sig. lib. 1. de rep. c. 4.

C

Pſal 7. Exod. 23. Deut. 25.

Gen. 15. Io. 4. Ier. 9.

D

4. Reg. 17.

Prima poſitio, conuenienter omnes antiquæ legis conſtitutiones ad tria A
reuocantur genera, ad mores, ad cæremonias, & ad iudicia. Primum, quia
cum ſit priuata mentio in ſcriptura de lege data, hæc tria fere numerantur;
Deut. 6. vt cum dicitur, hæc ſunt præcepta (qua uoce per Antonomaſiam morũ mã-
Cap. 34. data deſignantur) cæremoniæ, atque iudicia. Et alio loco, Decem verba
(id eſt moralia decalogi præcepta) ſcripſi in duabus tabulis lapideis, & mi
hi iniunxit illo tempore vt docerem uos cæremonias & iudicia quæ facere
debeatis. Deinde, quia per hæc tria mandatorum genera, vt diximus, ho-
mo redditur perfectus erga ſe per moralia, erga Deum per cęremonialia, &
erga proximum per iudicialia: ergo quidquid præcipitur ad unum ex his
tribus generibus reuocabitur. Præterea, quia omnia alia quæ in lege con-
tinentur, nihil ordinant, ſed potius adhibentur tanquam incitamenta & ra- B
tiones ad ſeruanda ea quę ordinata ſunt: at lex intrinſece dicit rationem prę
cepti, quæ ratio in his ſolum reperitur: igitur. Adde poſtremo communem
Rom. 7. Theologorum ſententiam, quam ex his Pauli uerbis confirmares, lex q
dem ſancta, & mandatum ſanctum, iuſtum & bonum: ſanctum ratione
ceptorum cæremonialium, ſanctum enim dicitur id quod eſt Deo dicat
iuſtum ratione iudicialium: & bonum ratione moralium, in quibus c
ſiſtit honeſtas.

Secunda poſitio, reliqua omnia de quibus fit mentio in diuina lege,
aliquod aliud genus indicare uidentur, vt ſunt, mandata, teſtimonia, &
D. Tho. ſtificationes, ad iſta tria reuocari poſſunt. Nam, quæ in lege ſcripta hal
tur, alia pertinent ad præcepta, vt illa quæ ſunt de agendis: alia ad præc
rum impletionem: ad quam excitatur homo, vel auctoritate præcipie
ſiue legislatoris; vel vtilitate impletionis legis, vt ſunt pręmia & pœnæ
Deut. 5. et præcipientis auctoritatem indicant, vocantur teſtimonia, vt ſunt iſta, l
4. nus Deus tuus unus eſt; Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius pręter
Pſal. 73. Quia dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus æmulator. Tu
bilis es, & quis reſiſtet tibi? Quæ præmia & pœnas continent, dicunt
ſtificationes, prout Deus iuſte punit & præmiat; & quæ promittit ſerua
ta illud, Vt iuſtificeris, ideſt, vt te inſtum exhibeas, in ſermonibus tuis
eſt, in iis quæ promiſiſti & uincas, hoc eſt iuſtus reperiaris; cum hon
de tuis promiſſis iudicium facere velint. Poſſunt etiam quæ ſunt huiu
neris dici teſtimonia, vt ſunt proteſtationes diuinæ iuſtitiæ: & omnia p
pta iuſtificationes, vt ſunt exequutiones legalis iuſtitiæ. Huius generis
Iſa. 1. hæc loca, ſi audiueritis uocem domini Dei tui, faciet te celſiorem cunct
tibus: Si audiueritis, bona terræ comedetis: quod ſi non audire uolueri
cem domini, Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mandata eius, & cær
nias, quas ego præcipi tibi hodie, uenient ſuper te omnes maledictiones
iſtæ & apprehendent te, Maledictus, &c. Rurſus agenda ſunt ſub præcepto
ratione debiti: debitum autem vel eſt ſecundum regulam rationis, quæ vel
dictat aliqua neceſſario facienda, vel omittenda, & hæc proprie dicuntur
præcepta: vel non neceſſario, ſed vt melius ſit, hæc dicuntur mandata, quæ
in noſtra lege conſilia vocantur. Poſſunt etiam dici præcepta ea quæ Deus

per ſe

A per ſe præcipit, & mandata quæ per alios mandat. Vel debitum eſt ex determinatione legis, & quæ ſic ordinantur, in rebus humanis ſunt iudicialia, in diuinis cæremonialia.

Tertia poſitio, ſi proprie loqui velimus, tria ſunt tantum præceptorum genera. Hæc doctrina patet ex iis quæ paullo ante diximus. Quia præceptum proprie dicitur quod habet rationem debiti, quod in tres eſt diſtributũ partes, in Deum, in proximum, & in noſipſos: prima pars continet præcepta cæremonialia, ſecunda iudicialia, tertia moralia.

Ad primum, præcepta illa reuocantur ad moralia, quia illis informamur ad mores; & quamuis diuinitus dentur, tamen ratio naturalis, dictat, vt Deo B credamus, ſpem in eum habeamus, eundemque amemus, licet ſine ſupernaturali dono iſta exequi non poſſimus. Ad ſecundum, continentiæ & temperantiæ præcepta pertinent ad mores, & ad ea quæ ſunt in decalogo reuocari poſſunt. Ad tertium, iam docui, qua ratione omnia illa quæ in hoc argumen[illegible]merantur; ad tria genera reuocentur.

A[illegible]enienter lex vetus per bonorum temporalium promiſſionem, & malorum comminationem ad ſui obſeruationem excitaret. Diſp. VI.

C PROPOSITAM diſputationem, nonnihil difficultatis habere, hæc quæ ſubijciam plane indicant argumenta. Prima, quia lex diuina et ſpiritualis debet homines a terrenis auocare per bonorum diuinorum & ſpiritualium promiſſioné: igitur incongrue ſuis cultoribus bona temporalia promittit. Secundo, inter alia illius populi uitia, erat rerum terrenarum cupiditas & auaritia, quippe qui magis Aegypti cępas, quam manna guſtabat; ergo, vt ab hac pernicioſa appetitione reuocaretur, lex ei data non debuit temporalia bona p[illegible]tere. Confirmatur, lex illa docebat ſuos cultores amare Deum, cui [illegible], vt aliquãdo ſcripſit Auguſtinus, nihil magis repugnat, quam rerum c[illegible]carum cupiditas; quam caritatis venenũ appellat. Huc facit, quod ſapienter ſcriptum reliquit Iſocrates, Diuitias improbitatis potius, quã pro b[illegible] eſſe miniſtras. Tertio, lex diuina in præmiando debet excellere hu- D [illegible]quia, cum ad maiora et ampliora opera obliget, maioribus præmiis [illegible]ores debet afficere; non igitur terrena & momẽtanea bona debuit p[illegible]re: quæ cum uiri prudentes facile ſpernant, ab illis excitari minime p[illegible]nt. Quarto uiri optimi in illa lege his bonis ſæpe carebant, vt de Tobia [illegible] de aliis conſtat: vt omittam, quod hoc bonorum genus, vt ſacra docent eloquia, pariter impiis cum iuſtis eſt cõmune, cõuenienter igitur pro iuſtis promittitur. Circa hanc difficultatem, fuit quorundam impietas, de quibus meminit Gulielmus Pariſienſis, qui dixerunt legem Hebræorũ eſſe legem fortunæ, quia uiſa eſt ſequi fortunam idest, proſperitatem temporalem, nec aliud erat eis expreſſe in lege promiſſum, quã proſperitas temporalis, nec magis eis comminatum, quam fortuna contraria, hoc eſt calamitas tem-

Lib. 33. q. 9. 16.

Orat. ad Demon.

Lib. de leg. cap. 10.

tas temporalis. Contra hunc errorem, cum iam de huius legis auctore ſcripſerim, nihil eſt cur hoc loco latius diſputem. Vt autem allatis argumentis ſatisfaciam, vnum vel alterum ponam fundamentum. A

Primum fundamentum, vt in noua lege eius cultoribus bona promittũtur æterna, & pœnæ denunciantur perpetuę, ita etiam eadem propoſita erãt, illis qui fuerunt ſub lege ueteri: quorum profecto habuerũt notitiã: vnde, vt nos per mandatorũ obſeruationẽ uitã ſperamus æternã, ita ẽt qui in lege veteri fuerunt: quamuis ante Chriſti aduentum ad eam non peruenerint.

Et, ut in veteri teſtamento, pie viuentibus dabantur bona temporalia; ita & in nouo Deus ſuos cultores non deſerit, ſed illis, vt amantiſſimus pater prouidet, vt diſerte Chriſtus in monte ſuos diſcipulos inſtituendo docuit: qui etſi ſuæ legis tranſgreſſoribus nullas temporales pœnas expreſſe comminatus eſt; tamen, his etiam ſuos afficit. Vt ergo in veteri lege expreſſe bona temporalia promittebantur, & tacite æterna: ita in noua expreſſe æterna, & conſequenter quaſi corollaria bona temporalia promittuntur: atque idem de temporalibus & ęternis pœnis dicas. Ex quibus intelligeres quinam ſit huius quæſtionis ſtatus, & quid in dubitationem veniat; cur ſcilicet Hebræis temporalia bona, & mala fuerint propoſita, vt ad legis obſeruationem excitarentur. B

Mat. 6.

Secundum fundamentum, ſi homines in ordinem ad appetitionem bonorum huius vitæ conſiderentur, tres eorum poſſumus conſtituere ordines: in quorum primo illi collocãtur, qui ad haſce res momentaneas, quæ, vt viri ſancti loquuntur, ſunt veluti ſtercora, oculos non conuertunt; qui poſt aurum non abeunt, nec ſperant in pecuniæ theſauris, in quorum numero fuerunt multi qui in lege naturæ & veteri uixerunt, ut Abrahamus Iobus, Tobias, & alij. Et regius Vates, cum aliquando hominis in hac uita fęlicitatem in bonis fortunæ poſitam elegantiſſime deſcripſiſſet, tandem ꝑ acclamationem concluſit, Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, Beatus populus cuius dominus Deus eius. Secundus aliorum, qui omnem curam ad res caducas conquirendas, & coaceruandas adiecerunt, & tanquam terreni ſolum terrena quærunt. qui vndecunque, & quomodocunque ſibi lucrari licere arbitrantur: quorum ſane cupiditas eſt caritatis venenum: cum nulla poſſit in eo eſſe caritas, qui ſibi ſoli eſt carus, & omnia in ſuam vtilitatem conuertit; & tanquam hirudo aliorum ſanguine paſcitur. Tertius aliorum, qui quaſi medio loco poſiti, vt ſunt homines imperfecti, harum rerum ſufficientiam ad bene honeſteque viuendum conferre putant, & hanc quaſi viam ad bona æterna acquirenda ſibi commodam eſſe arbitrantur: quos ad ſpiritualia bona per corporalia allicere, profecto congruum eſt. Non ſecus ac alliciuntur pueri ad potionem amaram, in qua ſalus eſt poſita, ebibendam, per alicuius rei dulcis appoſitionem. Vnde, vt perfectorum eſt caduca bona deſpicere, vt perfectionem conſequantur; ita imperfectorum illis vti, vt in diuino cultu & amore facilius perſeuerent. Atq; hæc adnotaſſe ſufficiat. C D

Sot. li. 1. q. ar. 3

Pſa. 143.

Prima poſitio, in veteri lege erat fides & promiſſio de æterna uita, propter

A pter quam ad bene agendum excitari poterant. Doctrina eſt certiſſima, & contrarium aſſerere eſſet error.

Primum, quia hæc notitia fuit in lege naturæ, vt patet ex Iobo, qui dicebat ſcire ſe reſurrecturum in nouiſſimo die;& ſe ſuis oculis ſuum redemptorem viſurum:igitur & in veteri, in qua erat maior notitiam eorum, quæ ad ſalutem pertinebant. Deinde, ab antiquis patribus propoſita ac tractata fuit illa abſtruſa quæſtio de improborum in hac uita florenti ſtatu, & de bonorum calamitatibus, quam non alia ratione explicarunt, niſi ob ſpem aliorum bonorum, quæ poſt huius uitæ curſum pios manent. Poſtea, antiqui Patres habuerunt notitiam de immortalitate animæ, & de reſurrectione mortuorum, ſciebant enim Deum, non eſſe Deum mortuorum:igitur & B alterius uitæ, ac proinde aliorum bonorum, & malorum:& non eſt credendum, eos ignoraſſe, id quod etiam Ethnici cognouere. Huc facit illud Pauli de antiquis patribus loquentis, Expectabāt enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. *Cap. 19.*

[illegible] longe illas ſaluiātes, dicebant ſe aduenas eſſe ſuper terram. Huc et[illegible] net illud regij Vatis, Vnam petij a Domino, & hanc requiram, [illegible]m, &c. Ad hæc, illi expectabant Chriſtum, in quo erant bene[illegible]nnes gentes benedictionibus in cœleſtibus, vt ait Paulus:igitur. De[illegible]e in re certiſſima confirmanda pluribus immorer, illi habebant fide[illegible]quam eſt acceſſus ad Deum, per quam hæc duo principia cognoſcunt[illegible]um eſſe, & remuneratorem eſſe, æterna ſcilicet & ſpirituali re- C muneratione, quam Deus præparauit diligentibus ſe:igitur. Hanc ueritatē, cum non cognouerint, aut prę oculis non habuerint impij, ideo de eis hūc in modum loquitur Sapiens, Nec ſperauerunt mercedem iuſtitiæ, nec iudicarunt honorem animarum ſanctarum: Deus enim inexterminabilem fecit hom[illegible]em:in quo teſtimonio expreſſe animæ immortalitas & æternum præmium demonſtratur. *Cap. 2.*

Sec[illegible]a poſitio, nullo modo eſt dicendum, eos patres & bonos uiros qui [illegible]t in ueteri lege ſolum motos fuiſſe ſpe terreni boni conſequendi ad le[illegible]n obſeruādam, licet hoc eis ut præmium proponeretur. Primum quidem, quoniam, ut eſt probatum, norunt dari maiora bona, & grauiora ſupplicia. Deinde, quia, cum ex illis multi eſſent uiri perfecti, parui facie- D ban[illegible]ſce caducas, & non timore ſeruili, ſed filiali Deo ſeruiebant. Ter[illegible] populus Hebræus ad legis obſeruationem ſpe bonorum, & ti[illegible]orum temporalium excitabatur, idque conuenienter factum a Deo f[illegible] Quod hac ratione excitaretur, patet expreſſis diuinæ ſcripturæ teſtimon[illegible]s, in quibus, legem illam ſeruantibus, talia bona promittuntur, & terra illaque lacte & melle fluebat:de qua illud ſpeciatim dicitur, Cuſtodi mandata mea, ut bene ſit tibi & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus daturus eſt tibi:huc etiam pertinet ampliſſimus ille locus ubi de benedictionibus & maledictionibus temporalibus agitur. Quod autem conuenienter id factum fuerit, hæ redduntur rationes. *Iſa. 1.* *Deut. 4.* *Leui. 26*

Primum

Primum,quoniam,ut ſupra de legum ferendarum ratione agentes diximus,ea debet eſſe legiſlatoris prudentia, ut quam fert legem, eam ijs congruentem faciat,quibus datur: at cum populus ille eſſet imperfectus,&,ut A
Gal.3. ait Paulus,ueluti puer ſub pędagogo, eo bonorum genere fuit alliciẽdus, eaque ratione,qua paruuli alliciuntur, bonis nimirum & malis temporalibus,quæ ut præſentia cernuntur; non æternis quę ſub aſpectum non cadunt. Quod autem populus ille tanquam imperfectus potius bonis terrenis, quam cœleſtibus permoueretur,ex eo patet; quod magis deſideraret cæpis expleriã terrenis,quã manna ex cęlo delapſo.Cõuenienter itaq; illis tãquam paruulis, paruulorum bona fuere promiſſa.Deinde, lex illa, ut imperfecta,& ducebat ac diſponebat ad perfectam: igitur conueniens fuit,ut per bona imperfecta ſuos cultores ad ſe alliceret.Poſtea,ideo hoc factũ eſt, B
ut ex rerum temporalium experiẽtia,populus ille, & alij, quorum ille fuit typus,intelligere facile poſſent,Deum eſſe fidelem promiſſorum obſeruatorem, & ut bona terrena ſuis cultoribus promiſſa tribuit, ita & cœleſtia quorum illa ſunt figura,donabit. Hinc eſt,quod permittit populum illum pergere ac manere in Aegypto,& ſub graui ſeruitute opprimi,ut eum inde ſua omnipotentia maximiſque miraculis educendo,& in terram eius maioribus promiſſam introducendo, facile intelligeret, & certiſſime teneret, eum ab huiuſmundi captiuitate ad æterna bona ſempiterno æuo perfruenda traducturum. Denique,quia per hæc bona temporalia deſignabantur bona ſpiritualia in hac & in alia uita futura. Quarta poſitio,ſpiritualia bona quę obſeruatoribus antiquę legis erant promiſſa non dabantur illis propter illius obſeruationem, ſed ex ſpiritu fidei, & amoris in Chriſtum. Patet hęc poſitio,quę eſt certa fide tenenda,ex iis quę ſupra diſputata ſunt, & infra dicentur de ui Moſaicę legis,ex cuius operibus homines illi non fiabant iuſti,ſed per fidem in Chriſtum,vt multis in locis Paulus docet.Atque C
Rom.3.4. Gal.3. ex his colligere licet diſcrimina quędam inter antiquũ & nouũ teſtamentum,& quoad bona in præmium,& quoad mala in pęnã.Ibi terra fluens lacte & melle promittitur:hic regnum cœlorum, ea nimirum bona, quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit, nec vlla vnquam mẽs humana cogitauit:ibi benedictiones corporis,benedictus eris in ciuitate,benedictus eris in agro: hic vero benedictiones animi,beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt; ibi D
Iſa.1. præuaricatoribus dictum eſt,quod ſi nolueritis,gladius deuorabit vos: hic vero,ibunt in ſupplicium æternum: ibi denique nocentes tẽporalibus ſuppliciis ſtatim afficiebantur,hic vero de temporalibus ſuppliciis non fit mẽtio,vt grauius æternis & maioribus tranſgreſſores puniantur. Quo fit, ut nos multo magis quam illi & bonorum ſpe excitari,cum multo maiora bona nobis promittantur,& multo magis extimeſcere debeamus,cum grauiora immineant ſupplicia. Hinc eſt,quod D.Paulus Chriſtianos maiore per-
Phil.3. fectione præditos, & ad hæreditatem admiſſos ad bene agendum bonorum æternorũ ſpe his verbis ſuo exemplo commonebat,quæ quidem retro ſunt obliuiſcens,ad ea quæ priora ſunt extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor,

A ſequor, ad brauium ſupernæ uocationis in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus, & quæ apud ipſum ſequuntur.

Ad primum, congruum fuit, vt imperfectus populus per bona imperfecta & quæ ſub ſenſum cadunt; ad legis obſeruationem excitaretur, & vt per bona corporalia ad ſpiritualium notitiã traduceretur; qua ratione paruuli ad honeſte uiuendum, per ciborum promiſſionem prouocari ſolent. Adde etiam, quod huiuſmodi bona, non erant principaliter a legislatore intenta, nec illi qui perfectius illam legem ſeruabant, hæc præcipue ſpectabant. Ad ſecundum, ideo ille populus hoc bonorum genere capiẽdus erat, quia hoc maxime cupiebat: cui tamen fuit pręſcriptus modus, ne abuteretur: non ſecus ac Medicus, cum aliquid ęgroto ad eius guſtum concedit, vt eum magis ſibi obedientem reddat. Vnde patet ad confirmationem, quia inordinatus B appetitus iſtorum bonorum, qui caritati aduerſatur, prohibitus fuit. Ad tertium, patet ex dictis, ſicut etiam ad quartum.

Libri decimitertij finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER XIIII.

In quo de præceptis moralibus antiquæ legis, & decalogo agitur.

An omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.
Diſput. I.

IAM explicata vniuerſæ præceptorum antiquę legis do- A
ctrina, ſequitur vt de ſingulis priuatim agamus:& quia
præcepta moralia priorem locum obtinent, ideo de eis
prius diſputabimus; eum ſequendo ordinem,quem ſer
uauit Diuus Thomas. Quod autem non omnia mora-
lia præcepta ad legem naturæ pertineant, his rationibus
demonſtro. Primo,præcepta cæremonialia & iudicia-
lia ſunt conſentanea legi naturali, & ab ea deriuant, quæ tamen a morali-
bus diſtinguuntur: igitur vel moralia non pertinent ad legem naturæ, vel
ab alijs non ſunt diuerſa. Secundo, dantur quædam præcepta in veteri le- B
ge ad mores pertinentia,quæ ex naturæ dictamine non colliguntur; vt non
eſſe aſſumendum nomen Dei in vanum,non eſſe appetendam rem alienā,
non eſſe faciendas imagines & idola,& huius generis alia:igitur. Tertio,
lex diuina perfectior eſſe debet,quam lex humana, quæ multa naturali le-
gi addidit: igitur & diuina eidem plura addere debuit: quare, in ea plura
erunt præcepta, quam quæ ad naturalem legem reuocari poſſint. Quarto,
ea præcepta dicuntur moralia, quæ ſua natura, non ex aliqua humana, aut
diuina conſtitutione ad honeſte viuēdum,ſunt neceſſaria,vt ſunt fidei, ſpei,
& caritatis:at iſta non pertinent ad legem naturæ: igitur nō omnia moralia D
ad eam reuocari poſſunt. Poſtremo,arguo contra quandam doctrinam di-
ui Thomæ dicentis,eſſe quædam præcepta moralia, quæ non cognoſcūtur
ſine aliquo lumine diuino:at iſta non poſſunt reduci in naturæ lumen,cum
alio egeant lumine:igitur. Adde, quod idem auctor iſta collocat in tertio
gradu præceptorum naturalium, quorum tres conſtituit ordines, vt ſtatim
adnotabo; & tamen in decalogo ponuntur in primo ordine:male igitur in
poſtremo collocat. Cum hic nullæ citandæ occurrant ſententiæ, ad fun-
damenta accedo.

Primum,Diuus Thomas explicaturus hanc difficultatem,tres facit ordi-

nes

A nes præceptorũ moralium quę eſſe dicuntur de lege naturę; iuxta tres modos, quibus ex principijs naturaliter hoc eſt ſine vllo diſcurſu cognitis, triũ ordinum concluſiones colliguntur. In primo ordine ea continentur, quę tanquam concluſiones ex primis principijs facili conſequutione ab omnibus colliguntur; vt Parentes eſſe amandos, non eſſe occidendum, non eſſe adulterandum, & horum ſimilia: quæ facile ex his primis principijs ducũtur. Quod, tibi vis fieri, alteri feceris, quod tibi nõ vis, ne feceris alteri. Sed illud de parentibus honorandis, poteſt etiam colligi ex hoc alio principio; Benefactori gratia reddenda eſt. In ſecundo illa, quæ non niſi per aliquod ſtudium atque cogitationem doctrinamque ſapientium cognoſcuntur, cũ ſint a primis principijs aliquantum remota; vt, affinibus honorem quen-
B dam eſſe exhibendum, fidem hoſti eſſe ſeruandam, bonorum priuatã poſſeſſionem eſſe admittendam, pręſtare iniuriam pati, quam facere, & ſimilia. In tertio quædam alia adhuc magis a naturali lumine remota, ad quorum cognitionem, aliquo ſupernaturali lumine eſt opus, quamuis ad legem naturæ pertineant, cui ſunt omnino conformia: In quo ordine ponuntur præcepta primæ tabulæ, de non colendis idolis, de non aſſumendo nomine Dei in vanum. Ex quibus intelligi licet Diuum Thomam excludere prima principia a gradibus præceptorum moralium, cum illa non faciant quendam ...dum, ſed ſint aliorum fons & origo. Rurſus intelligi poteſt, illa quę ſunt ſecunda tabula, pertinere ad primum præceptorum ordinem, ſiue gradũ: ...æ in prima ad tertium: quæ vero ſunt extra decalogum poſita, vt ſunt illa
C ...æ non pertinent ad iuſtitiam, ad ſecundum. Denique ex dictis colliges, in pręceptis moralibus duplicem poſſe attendi ordinem, vnum cognitionis, vnde tres oriuntur iam explicati gradus: alterum dignitatis & perfectionis, qui in decalogi ſcriptione ſeruatus fuit: vbi ea prius ponuntur, quæ pertinent ad Deum, poſtea quæ ad hominem. Atque hæc dicta ſint ad explicationem doctrinę Diui Thomę.

At alij aliter de hac re ſtatuunt. Dicunt enim dupliciter aliquid eſſe de lege naturæ, prout aliquid duobus modis dicitur eſſe naturaliter notum. *Scot.* *Gab. 3. ſ. d. 37. q. 1. ar. 1. not. 2* Primo, dicitur aliquid naturaliter notum, & de lege naturæ, vel ex termino...m ſola notione, vt ſunt prima principia practica, vel ex certa conſequentia, vt ſunt concluſiones ex illis primo deductæ & hæc ſtrictiſſime dicuntur
D eſſe de lege naturæ. Secundo dicuntur alia naturaliter cognita, vel de lege naturæ, quia, licet non ſint neceſſaria, nec ex terminis euidentia, nec ex talibus neceſſario & ſimpliciter conſequantur, ſunt tamen iſtis valde conſona; vt ex hoc principio, cum pace in ciuitate uiuẽdum eſt, non neceſſario ſequitur rerum priuata poſſeſſio, ſed ſuppoſita hominum diuerſitate, & infirmitate, conſonum eſt, vt bona proprios dominos habeant. Hac poſita diſtinctione, dicunt tria. *Gab. loc. cit. ar. 2.* Primum, non omnia præcepta decalogi eſſe de lege naturæ ſtricte ſumpta, quia non omnia ſunt principia practica ex terminis nota, aut concluſiones ex illis neceſſaria conſequentia illatæ. Secundum, duo præcepta negantia primæ tabulæ, eſſe de lege naturæ, accipiendo legem naturæ proprie. Nam ſuppoſito quod Deus ſit naturaliter cognitus, euidẽter

colligitur, eum ſolum eſſe colendum, eique reuerentiam eſſe exhibendam, non igitur idola colenda, aut Dei nomen in uanum ſumendum, cum diuino numini ſumme colendo, ſumma debeatur reuerentia. Tertium, ſecundæ tabulę præcepta, tam affirmantia, quam negantia, ſunt de lege naturę large accepta, quia non ſunt principia practica, neq; concluſiones ex illis neceſſario deriuatæ. Siquidem circumſcripta lege, parentis oſor, & hominis occiſor, fur, & alij aliorum pręceptorum huius ordinis tranſgreſſores, poſſunt ad finem vltimum conuerti, ut diſputat Gabriel, non ſunt igitur ſimpliciter neceſſaria. Secundum fundamentum, in quo explicandum eſt, quænam proprie dicantur præcepta moralia. Præcepta moralia, vt colligere licet ex iis quæ ſupraſcripſimus, ea dicuntur, quæ ſua vi atque natura, omni alia lege poſitiua remota, ad bonos mores pertinent, & ſeruāda ſunt. Quorum rectitudo perpenditur per rationem naturalem quaſi per regulam; eſt enim inſita nobis a natura ratio, noſtrarum actionum norma, vt illæ dicantur honeſtæ quæ cum ratione conſentiunt, illæ turpes, quæ cum eadem pugnant. Cum ergo hoc præceptorum genus, omni alia lege ſemota, ex naturali lumine ſeruandum ſit, ad legem dicitur pertinere naturalem. Ex quibus facile intelligeres, cur decalogi præcepta nos Chriſtianos obligent, licet ſimus a lege Moſaica liberi: quia, cum omnia ſint de lege naturæ quę eſt eadem apud omnes, & omni tempore, ſicuti, & natura, ad quam ſuis gratiis ditandam, non ad immutandam Chriſtus venit: ideo naturæ legem relinquit integram, Gentium inanibus ritibus extinctis, et figuris veteris legis ad veritatem translatis. Quare, nihil eſt in antiquo teſtamento, quod nos vllam in partem obliget, niſi in nouo inſtauratum fuerit, vt multi nolunt.

A B C

Prima poſitio, longe commodior & congruentior eſt illa præceptorum diſtinctio ex modo cognitionis ſumpta, a D. Tho. excogitata, quā illa quæ ab aliis affertur. Primum, quia ſanctus Doctor ſeparat notitiam principiorum, tanquam fontem a riuulis, quæ non facit diſtinctum gradum cognitionis præceptorum moralium; ſicuti, vt recte ait Sotus, nec in arbore conſanguinitatis ſtirps, ſiue prima cognationis radix. Deinde, quia, re vera, illi tres gradus cognitionis in diſciplina morum animaduerti poſſunt. Et quamuis de tertio, dubitari queat, quia etiam quæ in tertio gradu numerantur, naturæ lumine cognoſcuntur: tamen certiſſimum eſt, eſſe quædam ad legem naturæ pertinentia, & cognitu neceſſaria, cum ſine illis honeſte viuere non poſſimus, quæ ea certitudine & euidentia ob rationis obſcuritatem vitiis contractam, ſolis naturæ uiribus, plene cognoſci nō poſſunt, vt iſta, de non adorandis idolis, de non habendo odio inimico, & horum ſimilia. In hac tamen D. Thomæ doctrina, dubitare liceret, ſi quis de ſingulis præceptis moralibus uellet inquirere, in quo ponenda ſint ordine. Secunda poſitio, duo priora primæ tabulę præcepta non uidentur eſſe reponenda inter ea, qua prima & facili conſequentia ex naturæ principiis cognoſcuntur. Patet, hæc poſitio, quia illa non ſine aliquo ſtudio & doctrina humano generi innoteſcunt, alias enim minus in illis fuiſſet erratū, quam erratum eſt, cum præſertim illa non uerſentur circa humanam concupi-

D

cupi-

A cupiſcentiam. Tertia poſitio,ſecundæ tabulæ præcepta ſunt de lege natu-
ræ proprie & ſtricte ſumpta. Patet hæc poſitio ex ijs quæ ſupra de lege natu
ræ diſputata ſunt:& adhuc multo manifeſtior fiet ex ijs quæ de diſpenſatio-
ne præceptorũ decalogi poſtea diſputabuntur. Quarta poſitio,omnia legis
veteris moralia præcepta,ſiue ſint in decalogo,ſiue extra, ad legem naturæ
pertinẽt.Patet hæc poſitio ex definitione moralis præcepti ſupra allata:quo
niam moralia præcepta dicuntur quæ ad mores pertinent:mores autẽ nun-
cupantur humani actus in ordinem ad rationem lumẽq; naturale, ex cuius
principijs practicis varia oriuntur iudicia,quib. ſua natura,hominũ liberi
actus,qui mores dicuntur,ordinantur:igitur.

Ad primum patet ex dictis:concedimus itaq; cæremonialia & iudicialia
B diſtingui a moralibus,modo ſupra explicato, & eſſe conſentanea rectæ ra-
tioni:ex qua cum non deſcendant per rectam lineam & per diſcurſum, ſed
potius per determinationem;ideo non reducuntur ad moralia, nec in re-
cta ponuntur linea,ſed ad latus potius.

Ad ſecundum,negatur illa non colligi ex rationis dictamine,cũ certum,
ſit cognita fuiſſe ab illis qui non fuerunt diuino lumine illuſtrati: & ſane
qui aliquo adhibito ſtudio idololatriæ vanitatẽ non cognoſcit,is pro vano
haberi poteſt:cũ vnus ſolus Deus ſit colendus;cuius ſcientia qui carẽt,vani
a Sapiente uocantur: quamuis hac in parte Deum priuato ſuo auxilio ho-
minibus adeſſe,credendũ ſit.Ad tertium,lex diuina ad naturalẽ adiecit cæ-
remoniales & iudiciales leges,& naturalẽ,aliqua parte cõtaminatã inſtau-
C rauit.Ad quartum,ſupra docuimus quomodo fides,ſpes,et caritas ad legem
pertineãt naturalem:quæ lex in aliquibus eget diuino lumine: vnde præce
pta moralia ad bonos mores neceſſaria,non excludũt, id quod maiore lu-
mine eget,ſed ſolum legem poſitiuam. Ad poſtremum, patet ex ijs quæ in
primo poſuimus fundamento.

An in veteri lege præcipiantur omnium virtutum moralium actus.
Diſput. II.

VT ſupra de lege humana agentes, in dubium reuocauimus, an
de omnium virtutũ actib. præcepta daret; idẽ nunc de diuina
quæritur:ut per huius dubitationis explicationẽ,eius ampli-
D tudo ac perfectio magis pateſiat. Et quod nõ oẽs virtutes præ-
cipiat,hunc in modum probares. Primo,lex vetus fuit imper
fecta:igitr non dabat præcepta de omnib. virtutibus:alias.n.perfecta fuiſſet.
Secũdo Chriſtus in Euãgel.addidit quædam moralia ꝑcepta de nouo,ut ex *Mat.5.*
eius ſermone in mõte habito colligere licet:nõ fuerunt igitur omnia in an-
tiqua lege ſtatuta: ideo ſuis diſcipulis aiebat, Niſi abundauerit iuſtitia ve-
ſtra pluſquã Scribarum & Phariſæorũ.Tertio,lex ponitur in commune ali-
cuius communitatis bonum,ut ſupra de lege uniuerſe agẽdo,diximus:at ad
hoc bonum obtinendum & cõſeruandum,ſola iuſtitiæ præcepta conferũt:
igitur de ſola iuſtitiæ uirtute ꝑcipiendũ fuit: & hinc eſt qđ in decalogo,in
quo oĩa alia continentur,ſolius iuſtitiæ mandata tradũtur.Denique,diuina

lex a ſuis cultoribus potiſſime obedientiam requirit, iuxta illud, Magis obedientiam volo, quam ſacrificium: obedientia autem in vna iuſtitiæ virtute fundata eſt, per quam ſuperiorum iuſſis paremus: igitur hanc vnam virtutem habet propoſitam, ſicuti & lex humana; vnde non erit ea amplior, atq; copioſior. Huc facit, quod præceptum, includit rationem debiti, & ita omnia præcepta vnam reſpicient iuſtitiam, per quam debita ſoluimus. Et hinc eſt, quod legis obſeruatio, & lex ipſa dicitur iuſtificatio, ideſt, iuſtitiæ conſeruatio, & factio. A

In hac diſputatione duo a nobis explicanda ſunt: alterum quomodo lex diuina in tradendis de omnibus virtutibus præceptis ab humana differat: alterum an, & quomodo omnium virtutum præcepta contineat: ac proinde duo ſubijciam fundamenta. B

Primum fundamẽtum, pro certo omnino haberi debet, idque ſupra demonſtrauimus, humanas leges in publicam humanæ ſocietatis vtilitatem fuiſſe factas: ut merito aliquando dixerit Cicero, A maioribus noſtris nulla alia de cauſſa leges ſunt inuentæ, niſi ut ſuos ciues incolumes ſeruarent. Et Chryſoſt. declarãs illa Pauli uerba, Habentes autem eũdem ſpiritũ, Illæ ait, potiſſimũ leges hominem ſimilem Deo reddũt, quatenus Deo ſimilem hominem fieri licet, quæ ad publicã vtilitatem faciũt. Et Archita, Ad ciuilẽ cõmunionẽ conducet, ſi lex non monarchica fuerit, nec ad priuatã quorundam, ſed ad communem vtilitatẽ inſtituta, & ex æquo ad oẽs pertinens. Et hinc eſt, vt Ariſt. docet, qđ variæ gubernãdi formæ, varias ſibi leges conſtituũt, quia diuerſa ratione ſibi cõmune bonum proponũt, & in illud p leges tendũt. Et quoniam humanum ciuitatis bonum in trãquillitate paceq; potiſſime conſiſtit, quam vnũ iniuſtitiæ vitium euertit, & una iuſtitia cõſeruat hinc eſt, quod oẽs humanæ leges de hac virtute p̄cipue p̄cepta tradunt, & ſi quæ alia ſtatuũt, huc ea referũt, vt iuſtitia conſeruetur, & p eam pacis bono frui liceat. Quare, ſiquid de fortitudinis, de temperãtię deq; aliarũ virtutum actib. lex humana ſtatuit, hũc in finẽ proxime refert. Sed de hoc fundamẽto ſatis, cum hac de re plura late ſupra ſcripſerim. Secũdum fundamẽtum, duo ſunt virtutũ moraliũ genera: vnũ quo homo bene afficit᷑ ad ſeipſum, vt per virtutẽ temperãtiæ, fortitudinis, & continẽtiæ; alterũ, quo bene afficitur erga alios, quib. cũ per actus exteriores cõmunicat, vt p actus iuſtitię & obediẽtiæ. Eſt aũt iuſtitia ex qua debiti ratio naſcit᷑, duplex: una q̃ fundata eſt in obediẽtia, q̃ dr̃ iuſtitia communis & legalis, p quã ſubditus ſuis moderatoribus eorũ iuſſa faciẽdo, debitũ obediendo pſoluit. Hęc obediẽtia q̃ ad legalẽ iuſtitiã ptinet, nõ eſt finis humanę legis, ſed eſt virtus q̃ inferiores Principi ſubiectos reddit: vnde finis legis eſt, p obediẽtiam facere ciues bonos, ut ſupra docuimus. Altera, q̃ dicitur iuſtitia ſpecialis & proprie, p quam conſeruatur ratio debiti vnius hominis ad aliũ, in rebus externis, dando, aut reddendo cuiq; ſuum ſecũdum ęqualitatẽ, geometricam, uel arithmeticam, vt alio loco expoſuimus. Huius itaque iuſtitiæ officium, eſt æqualitatem in rebus conſtituere: quam æqualitatem cum iuſtitia legalis attingere non poſſit, præſertim ſi loquamur de obedientia creaturæ erga creatorem;

Margin notes: 1.Reg. — Lib. de lege & iuſt. — Lib.3.Pol. — lib. 5. eth. c.1.

Section markers in the right margin: C (at "conſtituũt … p leges"), D (at "Eſt aũt iuſtitia … fundata eſt in").

ideo

A ideo non dicitur proprie iuſtitia, non quod non habeat veram & plenam rationem debiti, quam ſane habet, ſed quia debitum ſoluendo ad ęqualitatem peruenire non poteſt. ex quibus etiam colligeres, quod licet homo per virtutes morales inferiores rationis partes ſubiectas habeat, in qua ſubiectione humana conſiſtit perfectio: tamen, cum per eam nō ordinetur ad alium, ſed ad ſeipſum, non meretur iuſtitiæ nomen, ſed metaphorice iuſtitia nuncupatur, prout appetitus, & ratio, quaſi ſint duo inter ſe diuerſa, conſiderantur. *Ariſtot. 5. Eth.* Cōcludamus igitur, iuſtitiam proprie eſſe eam quæ in rebus externis æqualitatem inter duos ſeruat, quam præcipue humanæ leges reſpiciunt. Ideó *Contra Ariſt.* Demoſthenes illud eleganter pronūciauit, Res duæ ſunt ob quas omnes feruntur leges; tum, vt ne quiſpiam iniuſti aliquid agat; tum vt iis qui ius vio-

B larunt punitis, alij meliores reddātur. Atque ex iis quæ adnotata ſunt, quaſdam colligere poſitiones licet, quibus propoſitæ difficultati ſatisfiet.

1 Prima poſitio, lex humana in ſuis præceptis vnam potiſſimū iuſtitiæ virtutem ſpectat, & quæ de aliis ſtatuit, ad iuſtitiam boni communis cōſeruandi cauſſa refert. Hanc poſitionem ſupra demonſtrauimus, & ſatis ex primo innoteſcit fundamento: quam ideo hoc loco ponimus, vt quoddam humanæ & diuinæ legis diſcrimen intelligatur.

2 Secunda poſitio, lex diuina æque præcipit omnium virtutum actus. Primum, probatur ex iis quæ ſupra de fine diuinæ legis diximus, qui eſt hominem ad imaginem Dei reformare: atqui hoc fit non ſolum per actus iuſtitiæ quibus recte afficitur erga alios, & cū aliis pacifice viuit, ſed etiam per alias

C quibus bene afficitur in ſeipſo, & omnes ſui partes conſentientes & in vnū conſpirantes habet: igitur omnium virtutum actus præcipere debet, omniū inquam uirtutum non modo moralium, ſed etiam intellectualium, vt homo & ratione & appetitu ſit omnino rectus, & totus teres atque rotundus: omnium, inquam, tum naturalium, vt ſunt illæ quattuor, quas Cicero totius honeſtatis quaſi fontes facit, quas noſtri Cardinales vocant, tum ſupernaturalium, vt ſunt illæ tres, quæ Theologicæ nominantur. *Lib. 1. off.* Deinde, finis legis diuinæ eſt bene ordinare hominem erga Deum, vt poſſit habere & conſeruare amicitiam perpetuam cum Deo, in hac & in alia uita: ſed hoc fieri nō poteſt niſi per omnium virtutum actus, quibus homo omnem in partem erga ſe, & erga Deum recte diſponitur: igitur. Per intellectuales. n. recte diriguntur

D rationis actus in ſeipſis: per morales vero actus tum interni, tum externi erga ſe & alios. Ad hanc doctrinam confirmandam facit illud ſapientis de lege diuina loquentis dictum, ſobrietatem enim & prudentiam docet, & iuſtitiam & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus. *Sap. 8.*

Tertia poſitio, diuina lex non pręcipit eadem ratione omnes omniū virtutum actus. Namque quędam ſeruanda ſtatuit ſub reatu grauis culpæ, & pœnę, vt ſunt illa quorum tranſgreſſione Dei honor, aut proximi utilitas notabiliter, ſua natura, læditur: quę, qui non ſeruat, Dei amicitiam violat: & in ſumma quæ habent neceſſarium ordinem ad rationem, quædam uero per modum conſilij, quæ ad perfectionem pertinent, ut ſunt quædam miſericordiæ præcepta extra caſum neceſſitatis, de gratificando inimico, ut cum præ-

cipitur de relinquendis racemis in vinea, & ſpicis in campis: de paſcendo A
Pro.25. inimico, ſi exuriat, & de primitijs dandis pauperibus. Atque ex dictis duas colligere licet differentias inter legem humanam & diuinam, quod illa ſpectat hominum coniunctionem inter ſe, hæc vero inter Deum & hominem: illa reſpicit rationem debiti ex vinculo iuſtitiæ, hæc vero etiam ratione debiti obedientiæ, iuxta ea quæ in fundamétis adnotauimus: ex quibus etiam argumenta diſſolueres.

Ad primum, dicitur lex vetus imperfecta, non ex hac parte, ſed aliunde, vt ſupra ſcripſimus. Ad ſecundum, quæ Chriſtus in illa ſua concione docuit, erant etiam in lege antiqua poſita, ſed quia fuerant male intellecta, & obſeruata, ideo ea expoſuit, & innouauit. Erat enim in illa lege inimici odiũ
Leu. 9. prohibitum, atque etiam inordinatus concupiſcendi actus. Vult ergo Chri- B
Deut. 28. ſtus noſtram iuſtitiam magis abundare, quia vult omnia, data præcepta, aut demonſtrata conſilia melius ob conceſſam gratiam ſeruari. Ad tertium, iam diximus, diuinam legem aliter bonum commune ſpectare, quam humana; ſpectet, vt vult omnes homines ſimiles Deo fieri, & omni ex parte beatos; ad quod omnium virtutum requiruntur actus. Ad quartum, ſoluitur ex dictis; quia ad Deum & ad eius præcepta habemus debitum iuſtitiæ legalis, quæ eſt a ſpeciali iuſtitia diuerſa, quam humana lex ſpectat. Vnde præcepti, & juſtificationis voces ſumuntur large, vt ſignificant quodcunque debitum, quod non modo eſt ad alios, ſed etiam ad Deum, & ad ſeipſum, ideſt, ad voluntatem & rationem, vt explicuimus.

C

An omnia moralia veteris legis præcepta contineantur in decalogo, & ad illum reuocentur. *Diſputat.* *III.*

SI ab humanarũ legum ſtudioſis in decretis ab hominibus ſtatutis explicandis tantum curæ diligentiæque ponitur, quantum ex multitudine magnitudineque commentariorum intelligi licet, quanto maius profecto ſtudium ab homine vera pietate imbuto collocari debebit in explicãda diuinarum legum ſumma, quæ in decalogo continetur? quem non humana induſtria exarauit, ſed Deus ſuis digitis nobis ſcriptum dedit, in cuius obſeruatione noſtra D
eſt ſita ſalus atque felicitas, cum ſcriptum ſit, ſi uis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Implorato itaque auxilio eius, qui decalogi auctor fuit, ad eius explicationem aggrediamur.

De hac parte, totiuſque legis cœleſtis ſumma, duobus modis diſputari poteſt: primo generatim explicando rationem, formam, conuenientiam, ordinem, numerumque, & uim horum præceptorum: altero ſingulorum doctrinam plene declarando, quomodo ſeruari poſſint, & quomodo contra ea peccetur docendo.

Nider. Card. Atac. Atque in præſentia de decalogo priore ratione acturi ſumus: altera alterius eſt loci & inſtituti, in qua multi elaborarunt. Quod autem ad ea præcepta

A præcepta quæ in decalogo continentur, nō reuocentur reliqua omnia, neq; in illis contineantur, ſic demonſtratur.

Primo, in ueteri lege, ut proxima diſputatione docui, ſunt pręcepta omnium naturalium ac ſupernaturalium uirtutum, ut fidei, ſpei, & caritatis: at iſta nec continentur, ut patet, nec reuocantur ad decalogum, cum in eo ſolū poſita ſint pręcepta uirtutum quæ naturaliter cognoſcuntur: igitur. Secūdo, omnia pręcepta omnium legum reuocantur ad pręceptum dilectionis, & in eo continentur, finis.n. legis dilectio: ergo non id decalogum. Tertio, pręcepta decalogi ſunt pręcepta iuſtitię erga Deum & proximum, ut ſupra diximus, & infra planius dicetur: igitur non continent aliarum uirturum ſpecie diſtinctarum pręcepta. Et, cum inter illa ſit unum pręceptum cœremoniale,
B de die feſto ſanctificando, moralia præcepta ad decalogum reuocari; dici nō poterit; cum cœremonialia potius pendeant a moralibus, quæ ſunt de lege naturæ, quam contra. Poſtremo, dubitaret aliquis, cur Deus tam breuem legem dederit, cum in decalogo a Deo exarato, non contineātur omnia præcepta quæ ad hominem perficiendum ſunt neceſſaria: & cur quæ in decalogo continentur, dicantur decem uerba, cum ſint multo plura, & cūr in lapidibus, cum deberent potius imprimi in corde? & cur in duabus, & non in una, aut pluribus tabulis. Atq; hæc ſunt, quæ in pręſentia dubitationem faciunt, ad quorum explicationem aliqua fundamenta ponam.

Primum fundamentum, in quō breuiter perſtringā modum quo lex decalogi a Deo data fuit. Cum itaq; populus ex Aegypto in deſertum ad mon-
C tem Sinai perueniſſet, deſcendit Deus ſiūe Angelus ſub Dei perſona ſupra
montē in igne: q̄ mons totus fumabat, quaſi fornax, & ita erat terribilis, præ-
ſertim ſonitu buccinæ paulatim creſcente. Vocauitq; Deus Moſen ad uerti- *Exo. 12.*
cē, cui dixit, ut præciperet populo, ne ad montē accederet, ad uidendū Deū,
ne periret, id quod Moſes fecit. Poſtea Deus ſua uoce cœpit promulgare de-
calogi legem dicendo, Ego ſum dominus Deus tuus, &c. Cum Deus multa *Exo. 20.*
alia Moſē docuiſſet, dedit ei duas tabulas teſtimonij lapideas digito ſuo ſcri
ptas. Interim, cum populus Moſen moram in monte facientē expectaret, ſibi *Deut. 9.*
conflauit uitulum; Moſes hac impietate cognita acceptas tabulas confregit, *Exo. 32.*
Deiq; iram aduerſus populum placare cōtendit: qua placata, rurſus Deus ei *Exo. 34.*
pręcepit, ut ſibi duas tabulas inſtar priorum pręcideret, in quibus iterū ſcri *Deuter. 9.*
D pſit decē uerba quæ Deus loquutus fuerat in monte: quas ſcriptas poſuit in *10.*
arca, q̄ iuxta Dei p̄ceptū fecerat. Deus itaq; primo hanc decalogi legē ad populū ꝓmulgauit: poſtea eā ī duabus tabulis ſuo digito ſcriptis tradidit, quas iterū innouatas, ī arca aſſeruari iuſſit. Data itaq; fuit hęc lex ꝓxime a Deo, ſiue ab Angelo Dei pſonā gerēte Moſi, quocū Deus loquebať, cū magno populi terrore, ob quē ſtetit a lōge: ac ꝓinde Moſi dixit, Loquere tu nobis, & audiemus, nō loquať nobis Dn̄s, ne forte moriamur. Cui r̄ndit Moſes, Nolite timere, ut.n. ꝓbaret uos uenit Deus, & ut terror illius eſſet ī uobis, ne peccetis. Decē āt uerba, ſiue p̄cepta et leges a Deo traditę hę ſunt. Prima, nō hēbis Deos alienos corā me, nō facies tibi ſculptile, ut adores illud. Scda, nō aſſumes nomē Dei tui ī uanū. Tertia, memēto ut diē ſabbathi ſāctifices. Quarta, honora

patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi. Quinta, non occides. Sexta, non mœchaberis. A
Septima, non furtum facies. Octaua, non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Nona, non concupiſces vxorem proximi tui. Decima, non domum, non agrum, & vniuerſa quæ illius ſunt. Et quoniam Deus multa alia præcepta moralia præter iſta quę per ſe ad populum promulgauit, & ſcripta tradidit, tum per Moſen, tum per alios prophetas eum populum docuit, quæritur an illa ad hæc reuocentur.

Secundum fundamentum, ea quæ homini ad honeſte & pie viuendum ſunt neceſſaria, ſunt in triplici differentia: alia ſunt per ſe notiſſima vel lumine naturali, vt pacem eſſe amandam, vel eodem lumine, accedente etiam fidei luce; vt, Deum eſſe, eundemque amare & colere oportere, & hæc vt per ſe nota tanquam principia ſupponi debuere. Alia ſunt, quæ non poſſunt B
cognoſci niſi per doctrinam & maiori diſquiſitione, quæ ſunt veluti concluſiones ex primis principijs remotius collectæ; vt inimico eſſe gratificandum. Alia quæ medio modo ſe habent, quæ facile a quouis lumine naturali per diſcurſum intelliguntur: quę cum ſint media ſupponunt principia, & continent remotiores concluſiones. Cum ergo Deus aliqua præcepta per ſe daturus eſſet, tanquam ſapientiſſimus legiſlator pauca tradidit: in quibus tamen omnia complexus eſt, & de ea virtute ſpeciatim iura dedit, quæ maxime ad ſocietatem cum ſe, & cum hominibus conſeruandam, confert; vt eſt iuſtitia, quæ debiti rationem continet, quã præcepti nomen deſignat. Cum itaque finis legis ſit dilectio Dei & proximi, mutua inquam animorũ C
cum caritate coniunctio, Deus in præceptorum traditione ea hominem docuit, quæ continent modum, quo tum ipſe, tum homo ſit ab homine diligendus: cum dilectio in ipſa mandatorum obſeruatione, neceſſario includatur, & is dicatur diligere, qui eius quem ſe diligere profitetur, præcepta ſeruat.
Ex. 20. Quamuis ergo omnium virtutũ præcepta in lege diuina tradenda fuerint, & tradita ſint: tamen conueniens fuit, vt Deus, ad amorem ſuum erga illum populum declarandum, ea tantum doceret, quæ ad legis finem conſequendum proxime eſſent accommodata; vt ſunt illa quæ priuatim modum diligendi Deum & proximum docent: alia poſtea, quæ ad iſtorum declarationem pertinent, per ſuos miniſtros manifeſtaturus.

Prima poſitio, præcepta illa quæ Deus per ſe promulgauit, & ſcripta dedit, uariis modis appellari ſolent. Aliquando dicuntur, lex ſimpliciter, vt D
eo in loco, vbi Chriſtus dixit, Hinc pendent lex, & prophetæ: vbi nomine legis per Antonomaſiam eam intelligit, quæ proxime a Deo data fuit, & totius veteris teſtamenti ſummam continet; nomine prophetæ, quidquid per prophetas ad illius legis explicationem Deus reuelauit. Dicuntur, decem ſermones, & decem uerba, hebraice; Deuarim, nomine a ſingulari Dauar, latine ſermo, & verbũ, quæ vox varie uſurpari ſolet in diuinis literis, vt alibi late docebo, hoc autem loco ſignificat pronunciatum, breuem ſermonem, ſententiam nimirum paucis verbis expreſſam; qua loquendi forma, duodecim fidei articuli dici poſſent, duodecim verba. Græci voce compoſita, Decalogum

A calogum appellarunt, id eſt, decem ſermones, ſiue orationes, regulasve qui bus Deus populum illum per ſe inſtituit. Secunda poſitio, conuenienter Deus docturus illum populum per ſupernaturalem legem aliquam eis par tem ſuo nomine tradidit & promulgauit. Primo, vt magis amorem ſuum ergo populum illum oſtenderet, dum ſe proximum eius magiſtrum ac legislatorem demonſtrauit. Deinde, vt maiorem auctoritatem ſuis mandatis daret, & magis ad obſeruantiam totius reliquæ legis, quæ in his paucis præceptis continetur, eundem commoueret. Poſtremo, vt in aliis mandatis per ſuos miniſtros tradendis, vt ſunt cæremonialia, & iudicialia, & quæ ad iſtorum explicationem pertinent, ſe tanquam primum auctorem oſtenderet. Quo fit, vt quæ in decalogo, poſita ſunt, priuata quadam ratione lex Dei,
B dici poſſint, quæ extra ſunt, lex Moſis: ſicuti præceptum de dilectione in lege noua, dicitur præceptum Domini, quod in hoc vno omnia ſit complexus, & hoc vnum præcipue docuerit. Tertia poſitio, conuenienter Deus in lege quam ipſe per ſe daturus erat, complexus eſt allatam doctrinam de illis decem mandatis ſupra numeratis. Primum, quia in his ea continentur quæ præcipue a legislatore tradenda ſunt: illa uidelicet, quæ ad reip. pacem cultumque diuinum, pertinent; cuiuſmodi ſunt iſta decem mandata. Deinde, principia moralis doctrinæ non fuerunt exponenda, ſed ſupponenda, ea uero doctrina quæ per conclusiones remotas ex lumine naturæ colligi poterat, non fuit danda a legislatore, ſed relinquenda ſuis expoſitoribus, quia pluribus uerbis & præceptis egebat, nec eam facile uniuerſus po
C pulus capere potuiſſet. Reſtabat igitur, vt ſi quæ Deus, præcepturus erat, ea præciperet, quæ ex primis principiis facile colliguntur, & ab omnibus intelliguntur, & quæ vniuerſe ad populi & reip. conſtitutionem proxime faciunt, vt ſunt iſtæ decem leges. Poſtremo, quia iſta erant perpetuo manſura, nunquam mutanda, ſicuti cæremonialia & iudicialia. Quarta poſitio, reliqua omnia præcepta moralia continentur in decalogi mandatis. Nam quæ pertinent ad prima principia continentur in his, tanquam principia & maximę propoſitiones in pręmiſſis, reliqua uero omnia, tanquam cōcluſiones in principiis, vt logici norunt, vt in illo, non furaberis, non eſſe retinendum alienum inuito domino, res inuentas eſſe reſtituendas; in illo, de honorandis parentibus, pręceptum de honorandis principibus, & ſic de
D aliis, vt infra latius dicetur. Quincta poſitio, conuenienter Deus pauca pręcepta per ſe promulgauit, ac propoſuit, verbumque, vt ita dicam, fecit abbreuiatum. Primum, quia hoc infinitam Dei maieſtatem atque ſapientiā decebat, vt breuiter quędam communia axiomata, quibus reliqua continerentur, populum doceret; nam qui docet, non attingit res ſingulas, ſed ſumma capita proponit, reliqua explicatoribus & magiſtris enucleanda relinquit. Vnde in legibus breuitas & paucitas laudantur: quæ tamen claritatē non tollant, quam iſta mirifice conſeruant: in quibus tradendis, vbi opus fuit, addita eſt aliqua declaratio. Sapientis itaque eſt paucis multa complecti, Non ſecus ac ſi Imperator legem ciuilem ferendo ita pronunciaſſet, honeſte uiuito; Neminem lædito: Ius ſuum cuique tribuito. Deinde quia po-

pulo rudi pauca documenta & perſpicua danda fuere, quæ facile memoriꝫ A
traderet, et tradita retineret. Poſtremo, quoniam, cum non decuerit, vt Deus
omnia quę ad populum illum plene inſtituendum faciebant, per ſe doce-
ret & in tabulis exararet: opus fuit, vt breuem ſummã, quę poteſtate omnia
continet, traderet. Sed peteret hoc loco quiſpiam, cur latius explicantur &
traduntur cęremonialia, ac iudicialia, quam moralia, pręcepta? Primum,
quia hęc Deus per ſe dedit, alia uero per miniſtros. Deinde, quia moralia
pertinebant ad vniuerſum populum, cætera ad priuatos miniſtros, vt ad ſa-
cerdotes, & iudices, qui ad rem ſacram & publicam recte adminiſtrandam
ſigillatim inſtituendi fuere. Poſtremo, ex parte ipſarum rerum, quia mo-
ralia præcepta pertinent ad legem naturæ, quorum expoſitio cõuenienter
doctoribus relicta fuit, cum ingenio humano corũ diſcuſſio fieri poſſit: reli B
quorũ non item; ideo priuatim enucleãda fuere; præſertim cæremonialia
quæ ad docendum, & ſignificandum proponebantur. Sexta poſitio, conuę
nienter Deus cum maximo illo apparatu timorem incutiente Decalogum
per ſe promulgadit. Primum, ad deſignandam Legiſlatoris maieſtatem au-
ctoritatem, potentiamque. Hinc eſt quod Principes & Reges, cum aliquid
ſolemniter & publice ex regia poteſtate facturi ſunt, cum quadam pompa,
veſtibus regalibus, regali ſceptro, & corona, ornati, ſuorumque copia ſtipa
ti, ac buccinarum ſono ſuam maieſtatem auctoritatemque declarant: Ita
Deus legem ſuam promulgaturus miniſterio creaturarum, quæ ſunt veluti
eius miniſtri, per ignem, per fumum, per clangorem, quę diximus demon-
ſtrauit. Huc facit pulcherrima illa & poetica deſcriptio Dei ad auxiliãdum C
Pſal. 17. venientis, qua aliquando regius vſus eſt Propheta. Deinde, quoniam hac
ratione maximus illi populo incuſſus eſt timor: ea autem quæ cum timo-
re excipiuntur præcepta, melius auſcultantur, memoriꝫ mandantur, ac etiã
Exod. 20. ſeruantur; Ideo ſcriptura ait, Vt terror illius eſſet in vobis, & non pecca-
retis. Septima poſitio, conuenienter lex illa in duabus tabulis ſcripta, & in
arca conſeruata fuit. Scripta quidem, quia ſcriptio perfectionem perpe-
tuitatemque aliquam legi affert, & ne memoria efflueret. In tabulis lapi-
deis, ad demonſtrandam illius populi duritiem: de quo populo Deus dice-
Deut. 9. bat, Cerno, quod populus iſte duræ ceruicis ſit: In duabus tabulis, quia duo
rum ordinum erant præſcripta; ad duas leges diuinas, & duos populos de-
ſignandos: ideo primum fuerunt fractæ, & iterum innouatæ, vt deſignare- D
tur veterem legem aliquando ceſſaturam; & nouam in eius locum ventu-
ram. Ideo in arca fœderis conſeruatæ, quia per legis obſeruationem, ſer-
uatur fœdus cum Deo initum; cuius perpetua per arcam habebatur memo
ria. Tabulæ autem illę, vt quidam volunt, erant ex ſapphiro: ſed de hac re,
cum nihil exploratum habeam, nihil aſſeuero.

Ad primum, præcepta fidei & ſpei, vt præambula ſupponuntur, & præ-
ceptum caritatis, vt omnium præceptorum finis, adijcitur. Ad ſecundum,
concedimus omnia reuocari ad præceptum dilectionis, vt ad finem; cuius
explicatio in decalogo continetur. Ad tertium, ſupra diximus, cur in de-
calogo priuatim iuſtitiæ pręcepta poni debuerint, ad quę omnia alia quæ
extra

A extra poſita ſunt reuocantur, prout aliquam debiti rationem continent. Illud de Sabbathi ſanctificatione uniuerſe ſumptum eſt morale, cum debiti rationem includat, licet ratione certi diei, ſit cæremoniale. Ad quartum, ex allatis patet poſitionibus.

De præceptorum decalogi diſtinctione. Diſput. IV.

DEMONSTRATA in decalogi tradenda conuenientia, eiuſq; continentia, & amplitudine: ſequitur vt de eorum quæ continet diſtinctione diſputemus. Et cum certiſſimum ſit decẽ fuiſſe tradita præcepta, & in duabus tabulis diſtincta, illud dubitari

B ſolet, quæ, & quot in vtriſque continerentur: de qua re varie ſentiunt ſcriptores: quorum ſententias vna cum earum fundamentis breuiter attingam, & poſtea quid tenendum hac in parte ſit, variis poſitionibus docebo. Prima itaque ſententia fuit Hebræorum, & priuatim Ioſephi, in libro tertio antiquitatum, qui in vtraque tabula quina pręcepta ſcripta fuiſſe exiſtimauit, tria illa ad Deum pertinẽtia, & illud de parentibus honorandis, quod Deus ſit Pater, vnde omnis paternitas nominatur. Qui rurſus, ex illis quæ ponuntur in prima tabula, hæc tanquam diſtincta ponit, ego ſum dominus Deus tuus, & non facies tibi ſculptile: illa vero duo de concupiſcentia in altera tabula poſita, in vnum contrahit. Quod ad æqualem partitionem attinet, huic ſententię ea ratio fauet, quia conſentaneum eſſe videtur, cum duæ eſſent tabulę, vt æqualem etiam præceptorum numerum continerent. Et quod in ſecunda eſſent quinque, & concupiſcentiæ prohibitio vnum faciat præceptum, colligi poteſt ex doctrina Pauli, qui iſta quinque in vno præcepto de diligẽdo proximo, ea numerando, contineri, ſiue inſtaurari dixit. Secunda ſententia quorundam Patrum, quæ a priore occaſionem ſumpſit, qui in prima tabula poſuerunt quatuor, in ſecunda ſex: Ita Origenes, Hieronymus, Heſychius, in caput ſextũ Leuitici, in illa verba, Ego ſum dominus Deus tuus, & Ambroſius, q accepit ab Origene, vt & alia fere omnia quæ ſcripſit in Paulum. Origenes primæ tabulæ quatuor præcepta ita diſtinguit. 1. Ego ſum dominus Deus tuus, nõ habebis Deos alienos. 2. Non facies tibi ſculptile. 3. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. 4. Memento vt

D diem ſabbathi ſanctifices. At vero Heſychius hunc in modum diſtribuit & enumerat. 1. Ego ſum dominus Deus tuus. 2. Non habebis Deos alienos coram me, & hucuſque conuenit cum Hieronymo, qui iſta duo diſtinguit. 3. Non facies tibi ſculptile. 4. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Illud autem de ſabbathi ſanctificatione, putat non eſſe præceptum morale, cum in noua lege in alium diem ſit commutatum, & eſſe accipiendum in ſenſu ſpirituali, vt nullum huius mundi opus faciamus. Duo vero poſtrema ſecũdæ tabulæ, vna cum prima ſententia in vnum citati auctores coniungunt. Quod autem illa priora diſtinguenda ſint, hæc ſuadet ratio: quia illud, Ego dominus Deus tuus ſum, affirmat: illud vero, Non habebis, &c. negat: at negantia & affirmantia præcepta diſtinguuntur: igitur. Adde etiam, quod primum perti-

Cap. 6. Philo.

Rom.

In Oſe. c. 10.

In epiſt. ad Epheſ. c. 5.

pertinere videtur ad præceptum fidei, de credendo in Deum: alterum ad latriam, de eodem adorando. Tertia ſententia communior eſt diui Auguſtini aliter enumerantis, & diſtinguentis. In prima tabula ponit tria; quæ pertinẽt ad Deum, Non habebis Deos alienos, non facies tibi ſculptile: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum: Memento, vt diẽ ſabbathi ſanctifices: In ſecunda ſeptem, quæ pertinent ad proximum: ita ut illa duo de non concupiſcendo ſint diſtincta, cum illæ duæ concupiſcentiæ obiecta habeant diuerſa. Atque hæc ſunt circa difficultatem propoſitam ſcriptorum placita; quorum diuerſitas nata eſt ex eo, quia primum præceptum, quippe quod maiore egebat explicatione, tribus membris pronunciatum fuit, Ego ſum dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me: non facies tibi ſculptile: ac etiam diſtinctio illa de duplici concupiſcentia, cum illa duo vna communi appellatione, de non concupiſcendo nominari poſſint. Nos de re propoſita ita ſtatuimus. B

In Exod. 26. & lib. de decem cord. c. 9.

Prima poſitio in vtraque tabula erãt aliqua ſcripta præcepta: doctrina eſt communis, quam ea confirmat ratio, quia fruſtra fuiſſet adhibita tabula illa in qua nihil eſſet ſcriptum. Secunda poſitio, legis a Deo datæ præcepta, ita ſunt diſtinguenda, vt ſint numero decem. Eſt communis ſententia, & ipſamet ſcriptura hunc numerum agnoſcit, cum ea decem uerba nominat: de cuius numeri congruentia poſtea agetur. Tertia poſitio, illa verba, Ego ſum dominus Deus tuus, uel continent fidei de uno Deo credendo præceptum, uel ſunt prooemij loco poſita. Conueniens enim fuit, ut antequam ſua præcepta ſummus legislator daret, ſuam commendaret perſonam, ſeque ipſum populo patefaceret, quem ad præceptorũ auſcultationem & receptionem in illa promulgatione excitaret, ac præpararet. Quo etiam pacto Chriſtus formulæ quam nobis de orando Deo tradidit, artificioſiſſimum præmiſit exordiolum, Pater noſter, qui es in cœlis: vt in libro in hanc orationem edito plane docuimus. Deus itaque ſuam legem promulgaturus his verbis exorſus eſt. Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Quæ verba quantam ſapientiam contineant, quantamq; vim habeant, poſtea docebo. C

Exo. 31. & 34. Deut. 4. & 10.

Hoc præmiſſo exordio, ſequitur primi præcepti de Dei adoratione propoſitio; quod ideo accuratius fuit expoſitum, quia eſt totius religionis fundamentum; & quia in eo præcipue peccabatur, priuateque ignorabatur, Non adorabis deos alienos coram me: non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo deſuper, neque in terra deorſum, neque eorum quæ ſunt in aquis ſub terra: nõ adorabis ea, neque coles: atque his uerbis negatiuis hoc affirmatiuum datur & explicatur præceptum, Vnũ Deũ adora, quomodo nobis ab eccleſia proponitur: negantia enim præcepta, affirmantia continent; vt illud, de non furando, mandatum de reſtituendo. Poſtea huic grauiſſimo & omnium maximo præcepto, alia ſubijcitur legis pars, quæ pœnas & præmium continet, quam, Sanctionem, appellant, Ego ſum dominus Deus tuus fortis, Zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderũt me, & faciens miſericor- D

A ſericordiam in millia his qui diligunt me,& cuſtodiunt præcepta mea. Poſtea ſubditur ſecundum, Non aſſumes nomen domini Dei tui in vanum: cui etiam ſubijcitur punitionis comminatio. Neque enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fruſtra. Poſtea additur tertium, Memento vt diem Sabbathi ſanctifices; cui ſubijcitur explicatio,& ratio, cur is dies ſanctificandus ſit. Poſtea ſubijciuntur præcepta erga proximum,& primum erga parentes, cui adijcitur præmium: reliqua vero ſimplici negatione explicantur.

Quarta poſitio, præceptum de ſabbathi ſanctificatione eſt morale, & nullo modo a decalogo reijciendum, vt Heſychius voluit. Primum, pro noſtra ſententia facit communis aliorum ſcriptorum conſenſus. Deinde, quia B cum omnia alia quæ in decalogo continentur, ſenſum faciant grammaticũ, quem literalem vocant; id etiam quod de Sabbathi ſanctificatione dicitur, eodem ſenſu accipiendum erit. Confirmatur, quia ibi naturalia explicantur præcepta; in quibus illud de aliquo die ad diuinum cultum ſtatuendo, ponendum fuit. Quare, cum omnes nationes ſuis dijs aliquem diem dicaſſent, idem Deus, populum illum de vero cultu inſtruẽdo,& præceptum naturale determinando, facere debuit. Verum etſi hoc præceptum ſecundum ſubſtantiam ſit naturale, vt ex vſu apud omnes populos cognoſci licet; habet tamen aliquid iuris poſitiui, ut intelligi poteſt ex uerbis quibus fuit expreſſum. Denique, non ſatis commoda eſt illa ſpiritualis explicatio, quam Heſychius commentatus eſt. Quincta poſitio, illæ duæ particulæ, Non ha- C bebis deos alienos,& Non facies tibi ſculptile, vnum faciunt præceptum, de vno Deo colendo. Nam, cum nemo poſſit duobus dominis ſeruire, neceſſario excluditur plurium & alienorum Deorum adoratio. Et quod dicitur de non faciendo idolo,& imagine, non eſt ſimpliciter accipiẽdum, cum in arca duo eſſent exculpti Seraphim. Vnde perperam hæretici argumentantur ex hoc loco ad tollendum imaginum cultum, putantes, illis verbis, Non facies tibi ſculptile, contineri præceptum diſtinctum. Quoniam inde ſequeretur eſſe vndecim præcepta, quod eſt expreſſe contra ſcripturã. Quod ſi dicas, hoc præceptum diſtingui,& illud de re, & vxore aliena non concupiſcenda eſſe vnum, vt Hieronymus, Procopius,& Rupertus docet, ac proinde remanere decem, hoc, affirmari non poteſt; quia, ſi illud de non D faciendo ſculptile diſtinguatur, diſtinguendum etiam erit illud, de non adorando, cum ſculptile fieri poſſit,& non adorari: vnde adhuc augeretur numerus. Quare, non fabricatio, ſed adoratio ſculptilis ſpeciatim prohibetur. Concludamus igitur, illud non eſſe præceptum diſtinctum a primo, vt Clemens Alexandrinus, Auguſtinus, & communis opinio docet. Vt hic omittam quod ſculptile, non deſignat imaginem, ſed id, quod ut adoretur fabricari ab idololatris conſueuit.

Vnde non placet quod Catharinus adnotauit, hoc loco prohiberi imagines ſimpliciter, ſed hoc præceptum fuiſſe temporale. Sexta poſitio, conuenienter duo ultima præcepta de duplici concupiſcentia diſtinguuntur. Nã, cum peccatum de male concupiſcendo, quod fere erat ignoratũ, ut ex Paulo di-

lo,diſcimus, priuatim prohibendum fuiſſet; iure optimo duæ prohibentur concupiſcentiæ partes,ad quas humana natura eſt valde inclinata:quarum vna ad luxuriam, altera ad auaritiam pertinet; quæ ex duobus ſpecie diſtinctis obiectis,ſpecie diſtinguuntur. Octaua poſitio, ſatis conuenienter ab Auguſtino decalogi præcepta ſecantur, ita vt in prima tabula tria, in altera ſeptem ponantur. Primum, quia conuenienter ſeparantur præcepta quæ ad Deum pertinent,ab illis quæ referuntur ad proximum. Deinde, quia cum omnia reuocentur ad caritatem Dei & proximi, conuenienter in duas partes, modo dicto, fuere diſtributa. Adde etiam, quod illis tribus primis in prima tabula poſitis, ad Deum pertinentibus, tres diuinæ deſignantur perſonæ, Pater qui eſt aliarum perſonarum fons in primo, in ſecundo Filius,qui Verbum Dei nominatur: in tertio Spiritus ſanctus, a quo omnis oritur ſanctificatio. Quæ pro aliorum ſententia faciunt, argumenta, ea ſic ſolueres. A B

Ad illud,quod æqualem præceptorum numerum utraque tabula debuerit continere;dicimus maiorem rationem haberi debuiſſe de eorum dignitate,& de diſtinctione ſecundum duos gradus iam dictos,quam de numeri paritate. Ad illud,quod priora verba debeat facere diſtincta præcepta,quia alia affirmant,alia negant,dicimus, verba illa, ego ſum, &c. non pertinere ad præcepta,ſed ad præambulum,vel ad articulum fidei,ut alij volunt, qui præceptis præponitur. Illæ vero tres ſententiæ negatiuæ, vt iam diximus, & Eccleſiæ conſuetudo docet, vnum faciunt præceptum affirmatiuum, de vno Deo adorando,quod ad cultum latriæ pertinet. Quæ fuerit hac in parte D. Tho. ſententia,late exponit Sotus. Ad illud,de unico præcepto concupiſcentiæ, iam diximus,cur potius in duo ſit ſecandum:licet Paulus ſub vna communi appellatione,breuitatis cauſſa,vtrunque complexus fuerit. C

An denarius præceptorum numerus ſit conuenienter aſſignatus.
Diſput. V.

PROXIMA diſputatione,uniuerſe loquendo diximus, legis a Deo datæ præcepta fuiſſe numero decem; nunc hujus numeri ratio ac ſufficientia aſſignanda eſt. In hac diſputatione hæ rationes dubitationem faciunt. Primo, radix peccatorum omniũ eſt amor ſui inordinatus, igitur Deus debuit dare aliquod præceptum,quo hunc amorem ordinaret; ſicuti dedit præcepta ad ſuum & proximi amorem pertinentia:vnde peccatorum aliud dicitur eſſe in Deum aliud in proximum,aliud in ſeipſum. Secundo, videntur eſſe manca & nimis curta illa tria præcepta de die feſto,de noĩe Dei fruſtra non aſſumendo, & de honorando patre & matre, cũ pluribus modis & diebus Deus colendus ſit, & diuerſis modis eius homini ignominia irrogetur,& plures perſonas tanquam parentes honorare debeamus, præſertim omnes eos qui noſtri curam habent. Tertio,contra numerum facit, quod prohibuit aliquarum rerum concupiſcentiam,quę tamen vna cum rebus ipſis cenſetur prohibita, D

A hibita, cum actus externi ortum habeant ab internis, a corde nimirum, & ſi fuit neceſſe concupiſcentiam in aliquibus prohibere; igitur & in omnibus cum omnium rerum turpium concupiſcentia ſit mala: &, ſi fręna iniecit cō cupiſcenti appetitui, cur non etiam iraſcenti, cuius magna eſt vis? Quarto, vt præceptis ſecundæ tabulæ explicatum fuit illud principium naturale, quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, ita explicari debuit hoc aliud, quod tibi uis fieri, alteri feceris.

In hac difficultate, quamuis nō eadem de re propoſita ab omnibus reddatur ratio; tamen nullas adſcribere volo ſententias, rem itaque paucis perſtringam. Antequam autem ad poſitiones accedo, illud adnotauerim, de quo ſupra etiam facta eſt mentio, decalogi præcepta debuiſſe priuatim ea B continere, quæ expreſſam debiti rationem habent, & hominē recte ad Deū & ad hominem ordinant: ſicut humanæ leges quæ ciuem erga principem & ſuos ciues recte diſponunt, tunc enim optime quiſque in rep. verſatur cū ſe optime ad ſuum principem, ſuoſque ciues habet. Quo fit, vt tota legum doctrina his duobus capitibus cōtineri potiſſimè debeat: quibus præceptū caritatis erga ſuperiorem, & amoris erga ęquales explicatur, cū ex his duobus fontibus, omnis dimanet pręceptio & cultus, tum diuinus, tum ciuilis. Rurſus illud adnotauerim, ex duobus legis naturę principiis, quod tibi uis fieri, alteri feceris, Et quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, hoc ſecundū magis explicādum fuiſſe, quam primum, tum quia in eo facilius peccatur: tum quia expreſſiorem debiti rationem, quam in his pręceptis tradēdis at- C tendendam eſſe diximus, habet: adde etiam quod eſt aliquanto notius & vt ſupra docuimus, notiora tradēda fuere, cum quę obſcura & implicata ſunt, legum expoſitoribus relinquenda eſſent. Quare, non fuit conueniens, vt Deus expreſſius illa tria pręcepta de quibus in argumento ſecundo mentionem fecimus, explicaret, ne nimis longam obſcuramque commmunem recte uiuendi formam, ac ſummam traderet.

Prima poſitio, conuenienter numero denario Deus ſua præcepta dedit. Primo poſſet probari hæc poſitio ex perfectione numeri denarij, eſt enim numerus perfectiſſimus, tum quia omnes cōtinet unitates; tum etiam, quia eſt principium decadum omnium. conuenienter itaque a legiſlatore perfecto, perfecto numero perfecta comprehenſa fuit doctrina. Deinde, cum D decalogus ſit Dei opus, non potuit non eſſe perfectus, cum, vt ſcriptura ait, & ratio ſuadet, eius perfecta ſint opera. Poſtea, optima ſumitur ratio ex parte finis, qui eſt hominem bonum efficere, vel perfecte ad Deum & ad hominem ordinare. Principi Deo quidquid homo poteſt, debet, quia Deus eſt eius cauſſa efficiens ratione potentiæ & maieſtatis, ob quam ei debet honorem, vnde primum oritur præceptum. Rurſus, eſt eiuſdem cauſſa exemplaris, quia homo factus eſt ad Dei ſimilitudinem, vnde ei debet reuerentiam, non abutendo eius nomine ad falſum affirmandum, & ita ſecundum extat pręceptum. Denique eſt eiuſdem cauſſa finalis ratione bonitatis, per quam nobis omnia bona largitur, ſumus enim oues paſcuę eius & ipſe fecit nos, non ipſi nos: ac proinde ei gratias agere debemus, eum certis diebus colendo,

Gabr. Not. 3. d. 37. colendo,& laudando, vnde manat tertium. Vel dicas ſubditum ſuo principi tria debere, fidelitatem, reuerentiam, famulatum. Fidelitas erga Deum in eo conſiſtit, vt principatus ad alium non deferatur,& de hoc, primũ datur præceptum, vnum cole Deum, non habebis Deos alienos. Reuerentia requirit, vt nihil iniurioſum in eum committatur, de quo ſecundum traditur mandatum, de nomine non vane aſſumendo. Famulatus autem debetur domino ratione beneficiorum, quæ ab eo in ſubditos proficiſcuntur: quare Pſal. 103. cum Deus pluuat ſuper iuſtos & iniuſtos,& impleat omne animal benedictione, hoc eſt, muneribus, ideo tertium datur præceptũ, de die feſto in Dei honorem celebrando. Conuenienter igitur, & ſufficienter primæ tabulæ præcepta ordinant hominem erga ſuum principem Deum. Vel cum Auguſtino dicamus. Primo præcepto iubemur reuereri primi principij vnitatem, ſecundo eius veritatem; tertio eius bonitatem, in qua ſanctificamur, et quieſcimus, quaſi in fine. Circa hæc tria præcepta nota, in eis ordinari tres hominis actus, Opus, dum prohibetur ſculptilis factio: verbum, dum prohibetur vana nominis Dei vſurpatio: & cogitationẽ, dũ cultus diei feſti iniungitur, qui præcipue in animo conſiſtit. Quod ad rationem numeri mandatorum ſecundæ tabulæ attinet, hæc communiter reddi ſolet. Ratio debiti hominis ad hominem, vel eſt priuata erga quoddam perſonarum genus; vt ſunt illi quos homo, vt genitores, ſecundum Deum, ſui auctores habet; & ita in ſecunda tabula quarto loco, ponitur mandatum de honorandis parentibus; quibus tantum filius debet, vt eis, ſicuti nec Deo, ſatisfacere nullo modo queat. Vel eſt communis & generalis ad omnem humanam ſocietatem,& ſubditos ſub eodem principe Deo; vt nemini noceat, vel opere, vel verbo, vel corde & cogitatione. Opere poteſt quis nocere alteri, in eius perſona; vnde naſcitur quintum præceptum, de non occidendo, ſub quo intelligitur prohibitum omne corporale nocumentum: Vel in perſona ei coniuncta, quantum ad bonum prolis; vnde ſextum præceptum, de nõ mœchando: vel in bonis externis & fortunæ; vnde ſeptimum oritur mandatum, de non faciendo furto. Ore nocetur, proximo ſpeciatim per falſum teſtimonium, vnde læditur fama: & id, octauo prohibetur mandato.

(Margin notes: D. Tho. Gabr. — Ariſt. in ethic.) A B C

Denique, nocetur corde, vel per concupiſcentiam eorum quæ ad luxuriam pertinent; hinc nonum, de non concupiſcenda uxore: vel per concupiſcentiam auaritiæ, vnde decimum, de non appetenda re aliena. Sunt enim hæ duæ concupiſcentiæ quaſi duo fontes, vnde omnis ſcaturit in proximũ iniuria,& nocumentum: quos fontes qui ardore diuini amoris exiccaret, is optime ad humanam ſocietatem eſſet affectus, noceretque nemini. Atque ex his patet ratio denarij numeri ex fine deſumpta. Secunda poſitio, aliorum bonorum, aut malorum operum varietas his ijſdem præceptis cenſetur incluſa; ita ut poteſtate, in his omnia damnentur vitia, & omnia præcipiantur bona. Hanc poſitionem infra plane explicabo, cum de alijs præceptis quæ extra decalogum habentur, agam: nunc breuiter dixerim, in primo prohiberi omnem idololatriam, & idololatriæ ſpeciem: in ſecundo omne blaſphemiæ genus: in tertio, omnis Dei colendi ratio continetur: in quarto D

omnis

A omnis honor & reuerentia in omnes qui aliqua nos paternitatis, aut affinitatis ratione attingunt: in quinto, omnes modi quibus perſonę noceri poteſt: in ſexto, omnes fornicationis & luxurię formę: in ſeptimo omnia nocumentorum genera, & fraudes: in octauo omnia peccata quibus ore proximus lędi poteſt: in duobus reliquis radices multorum malorum reſecantur. Tertia poſitio, nihil fuit neceſſe, vt in decalogo continerentur pręcepta de uirtutibus, quibus homo erga ſeipſum dirigitur. Primũ, quia quod attinet ad amorem, ſatis, aut potius pluſquam ſatis quiſque ſe amat, & ſe nimium amando erga alios male afficitur; vnde hac in parte per pręcepta iuſtitię dirigendus fuit. Deinde, quia quod attinet ad alias virtutes, doctrina iſta, cum non diſponat in ordinem ad multitudinem, hominum ſtudio, &
B magiſtris morum relinquenda, & per alios tradenda fuit: cũ ſit a primis naturę luminibus aliquanto remotior.

Ad primum, patet ex proxime allata poſitione. Ad ſecundum, patet ex ijs quę in explicatione ſecũdę poſitionis attulimus, & ſupra adnotauimus: neque enim fuit neceſſe, vt a ſummo legiſlatore proxime omnia explicarentur, & exponerentur, ſed ſolum vt omnia generatim dictarentur. Ad tertium, non ſemel diximus, cur concupiſcentiæ peccatũ, præſertim circa duo priuata rerum genera prohibendum fuerit. Adde, quod in aliorum operum concupiſcentia, vt in homicidio, in falſo teſtimonio, non ſolet homo ita delectari, vt in concupiſcentia rerum ad luxuriam & ad auaritiam pertinentium, merito igitur, carnis & oculorum prohibetur concupiſcentia,
C quia, vt ait Ioannes, omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Appetitus iraſcibilis ideo nullo aliquo præcepto fuit cohibitus, quia quæ in eo ſunt perturbationes ex concupiſcibili naſcuntur, cum ea de cauſſa aliquis iraſcatur in alium; quia rei concupitæ conſequutionem impedit. Quare cupiente parte compreſſa etiam ea quæ iraſcitur frœnata cenſetur. Ad quartum ido non fuit explicatum illud principium, quia difficiliorem continebat expoſitionem, quę diuinæ legis doctoribus & expoſitoribus relinquenda fuit. 1. Ioan. 2.

An decalogi præcepta ſint conuenienti ordine tradita. *Diſp.* *VI.*

D SVFFICIENTIA, atque conuenientia pręceptorum diuinæ legis expoſita, ſequitur vt de eorũdem ordine aliquid dicamus; vt videatur, an ſit verum illud, quod aliquando ſcriptum reliquid Paulus, Quæ ſunt, a Deo ordinata ſunt: & quod de hac lege id affirmari non poſſit, hæ rationes demonſtrare videtur. Rom. 13.
Primo, is qui ordinate docet, a notioribus nobis incipit; cum hæc ſit nobis innata via, vt ab ijs quę ſunt nobis magis nota auſpicemur: at præcepta quę in ſecunda tabula continentur, ſunt nobis notiora, vt ex iam dictis patet: igitur ab his auſpicandum fuit: Adde, quod per amorem proximi cuius præcepta in ſecunda tabula traduntur, ad amorem Dei, de quo in prima tabula præcipitur, traducimur: & ideo Ioannes de dilectione loquendo dixit, Qui fratrem Ariſtot. 1. phyſ. t. 1. 1. Ioan. 3.

fratrem ſuum quem videt, non diligit, Deum quem non videt, quomodo di- A
Pſal.33. liget? Secundo, hæc eſt via & ratio accedendi ad Deum, vt prius vitetur malum, & poſtea fiat bonum, iuxta illud, Diuerte a malo, & fac bonum, & pars prima virtutis, eſt vitium fugere, ſicuti Sapientiæ, ſtultitia caruiſſe: igitur in tradendis præceptis, negantia affirmantibus præponenda fuerunt; id quod factum non eſt. Tertio, generalia præcedunt ſpecialia: igitur præcepta quæ nos ordinant erga omnes homines, debuere præcedere illud, quod nos inſtituit circa priuatas perſonas, ideſt circa parentes. Poſtremo, concupiſcentia eſt radix omnium malorum, & ex corde prauo omnia profluunt mala, quæ poſtea actu perficiuntur: igitur præcepta concupiſcentiæ debuerunt præcedere præcepta de opere & ore. Quia in re verſamur facili, nihil eſt cur aliquid adnotemus; ideo ad poſitiones accedamus. B

Prima poſitio, hæc dubiatio de ordine præceptorum diuinæ legis, nullo modo eſt negligenda, & quaſi friuola omittenda. Prima ratio ſumitur, ex parte Dei, qui cum ſit ſapientiſſimus, non debuit, immo non potuit ſuam doctrinam ſine ſummo ordine tradere: Et, ſi Iuriſperiti tantopere in ordine & connexione earum legum, quæ interdum temere congeſtæ atque cōſarcinatæ ſunt, inquirenda deſudant; cur idem in præceptis a Deo datis faciendum non erit? vt ibi ſummus inueniatur ordo, & conſequentia, vbi, prima fronte, nulla eſſe videtur. Altera ex parte noſtri, quia præceptorum ordine perſpecto, quo etiam ordine a nobis ſeruanda ſint; intelligitur: nam cum caritas debeat eſſe ordinata, ea quoque præcepta quibus caritas explicatur, ordinate tradita, ordinate ſeruanda erunt. Secunda poſitio, præcepta C
quæ nos ordinant ad Deum, conuenienter præcedunt ea quæ nos ordinant ad proximum. Primum, quia Deus eſt finis omnium noſtrarum actionum: a fine autem, veluti a quodam principio, omnes humanę regulantur actiones, quæ ſunt circa media: ne igitur aberraremus a fine; prius circa finem inſtituendi fuimus. Deinde, quia decalogi præcepta explicant caritatem in Deum & proximum; at ratio diligendi proximum ſumitur a dilectione diuina: igitur eius præcepta prius explicanda fuere. Huc etiam facit quod homo eſt magis propenſus ad Deum amandum, quam ſeipſum. Poſtea, præceptum includit rationem debiti: at nullum eſt notius, & maius debitum, quam illud, quod cum Deo habemus: hoc igitur priore loco fuit explicandum. Ad hæc, Deus eſt ueluti Princeps humanæ reip. atqui prius aliquis in- D
ſtituendus eſt erga Principem, quam erga ſuos ciues: igitur. Poſtremo, hanc doctrinam confirmares auctoritate prophanorum ſcriptorum, qui dum homines ad honeſte pieque viuendum inſtituebant, eis de Deo colendo primum præceptum dabant. Ita præter alios Iſocrates, in paranætica ad Demonicum, cum ait, Deos itaque time, parentes autem honora: amicos autem venerare: legibus vero obtempera. Tertia poſitio, tria præcepta quæ nos ordinant erga Deum, conuenienti ordine tradita fuere. Nam ex tribus actibus quos ſupra diximus ſubditum erga ſuum principem exhibere debere, priorem locum occupat fidelitas, de qua primum datum eſt præceptum de alienis dijs non colendis. Secundum reuerentia & honor, de quo traditur

ſecundum,

A ſecundum, de diuino nomine in honore habendo, & non uane vſurpando: tertium famulatus & obſequium, de quo tertium. Quare, cum nullum ſit grauius peccatum in ſeruo, quam fidelitate deſpecta ad ſui domini inimicum deficere, & magis peccet, qui ignominioſe ſuum principem tractat, quam qui ei famulatum non præſtat; optimo ordine iſta tria dantur præcepta, ad remouenda tria iam ſuo ordine numerata, & magis minuſque grauia peccata. Quarta poſitio, ex præceptis quæ nos ordinant erga proximos iure optimo priore loco ponitur illud affirmans de honorandis parentibus. Primum, quia poſt Deum, ſecundum locum parentes tenent; cum ſint auctores & perfectores noſtri; & quaſi dij, & nos ſubditi, & quaſi quædam eorum partes. Deinde, quia ratio debiti in præceptis explicanda, hic B maxime elucet: quod debitum tantum eſt, vt nunquam perſolui queat. Ex quo intelligeres, quantum ſit ſcelus ſuis parentib. honorem multis & maximis de cauſſis debitum non exhibere: quod cum antiqui legiſlatores optime intelligerent, grauiſſimis ſupplicijs parricidium puniendum ſtatuerũt; vt in Roſciana docet M. Tullius. Quincta poſitio, in præceptis negatiuis qui bus ordinamur erga alios homines, congruus ſeruatus eſt ordo. Primum, ſumitur ratio a grauitate operis: quia grauius eſt nocere facto, quam ſermone & corde: & magis peccat qui ſermone, quam qui corde peccat. Deinde, ex parte bonorum in quibus opere nocetur proximo. Maius enim nocumentum eſt, priuare vita: poſt hoc, lædere in perſona coniuncta, & in certitudine ſuę prolis: poſtea in bonis externis. Vnde in quincto prohibetur ho C micidium, in ſexto adulterium, in ſeptimo furtum, in octauo falſum teſtimonium: in nono alieni tori concupiſcentia, & in decimo aliarum rerum inordinata appetitio. Sexta poſitio, in hac diuina lege omnes licet animaduertere ordines. Dignitatis, quia digniora priore loco ponuntur, ut patet: doctrinæ, quia, prius quæ notiora ſunt, quam quæ minus nota traduntur: naturæ, quia prius in eodem ordine ſita ſunt affirmantia, quam negantia: intentionis, quia prius quę ordinant circa finem, quam quæ circa media: & exequutionis, in præceptis ad Deum pertinentibus, quia prius docemur relinquere, malum, tum facere bonum.

Ad primam, recta docendi ratio requirebat vt a magis neceſſarijs & dignioribus, & ab illis unde alia pendent, ſumeretur initium, in quibus tradendis ſeruatus eſt ordo doctrinæ. Et cum amor Dei ſit ratio amandi pro- D ximum, quem amamus, propter Deum, ideo præcepta de diligendo Deo prius explicanda fuere. Ad ſecundum, primum, ordo de quo in hoc argumento quæritur, ſeruatus fuit in præceptis primæ tabulæ: in ſecunda vero, ideo priore loco ponitur affirmatiuum, quia eſt magis debitum, & connexionem habet cum illis, quæ in prima tabula continentur. Ad tertium, illud debuit præcedere, quod maiorem debiti habebat rationem, quam in præceptorum traditione attendendam eſſe diximus. Ad quartum, ideo priore loco poſita ſunt præcepta prohibentia actus malos, quam quæ prohibent concupiſcentiam, quia illa ſunt manifeſtiora, ac etiam aliquo pacto, ex adiunctis, grauiora, grauiuſque offendunt.

 A

An decalogus conuenienti forma traditus fuerit. *Diſput.* *V I I.*

INTER alia quæ ab ijs qui de humanis legibus agunt, examinari ſolent, eſt earum forma: quæ primum in eo conſiſtit, ut ſupra docuimus, vt lex habeat initium aliquod, quaſi proœmiũ: deinde vt cõtineat ipſa præcepta: poſtremo vt addatur ſanctio, hoc eſt pœnæ præmijve promiſſio. In præceptis vero tradendis ea obſeruatur forma, vt dentur per affirmationem, vel negationem, & quod aliquam habeãt annexam conſtitutionis rationem. Atque ex his, quæ in hac parte rationes dubitationem faciũt, facile intelligentur. Quod igitur non conuenienti forma traditus ſit decalogus, his argumentis demonſtro. B

Primo, quia ex cõmuni ſententia nullum videtur adhiberi proœmium: nemo enim quod viderim, tale quid in hac lege obſeruauit: Secũdo, cur ſingulis præceptis affirmantibus, non ſubiectum fuit ſuum contrariũ negans, & negantibus affirmans? in quo melior quædam apparuiſſet forma. Tertio, cum legum anima ſit ratio, cur nõ omnibus adiecta fuit, ſed ſolum primo, ac tertio? Quarto, cur pœna & præmium non adiecta ſunt omnibus, & in fine cum propter pœnas homines a prohibitis rebus abſtineant, & ob præmium iuſta faciant? Quincto, cur in ſolo tertio præcepto tradendo, mentio facta eſt de memoria præcepti habenda, cum tamen omnia ſint, perpetua memoria retinenda? quod Deus ſæpe in ſua lege repetendũ curauit. Sexto, cur ſi primum præceptum eſt negans & tertium affirmans, eccleſia illud explicat per affirmationem, dicendo, Vnum cole Deum: & tertium per negationem dum dierum feſtorum celebrationem per prohibitionem exponit? C

Ad huius difficultatis explanationem illud primo adnotauerim, multo latius patere illud præceptum quod per negationem exprimitur, quã quod per affirmationem: vnde dici ſolet, negatiuum obligare pro ſemper, ideſt, in omni caſu, & ad ſemper, ideſt, omni tempore, ideo cum dicitur, Non occides, neminem, nullo tempore debeo occidere: at uero affirmatiuum, obligat pro ſemper, ſed non ad ſemper, ideſt, non omni tẽpore, ſed cum, exempli cauſſa, honorandi parentes offertur occaſio, & cauſſa. Et cum in negatiuo contineatur prohibitio mali, quæ manifeſtam cõſtitutionis, rationẽ habet, hinc eſt, vt non ſit neceſſe cur eius reddatur ratio. At vero in præcepto affirmatiuo ratio aſſignãda eſt: quia ſi loquamur, de præceptis iuſtitiæ ac debiti rationẽ habentib. cum non ſit ita notũ, cur aliquid alicui debeamus, ideo aliqua addenda eſt ratio. Rurſus notandum eſt, in eo affirmationem differre a negatione, quod omnis affirmatio negationẽ continet, nam, ſi dicas aliqd eſſe nigrum, ſequitur neceſſario non eſſe album: at vero non omnis negatio affirmationem: ut cũ inter duo contraria aliquid eſt interiectũ: vnde non ſequitur, non eſt album, igitur nigrũ: ſimiliter, non ex eo quod communi legis naturæ notione prohibemur, nemini nocere, ſequitur, vt omnib. debeamus prodeſſe, ni aliqua vrgeat neceſſitas. Ex quib. colligitur, cur negantib. præceptis tabulæ ſecundæ nullum ſit additum affirmans: quia, cũ ſit ignotũ D

ac

A ac ualde a principijs primis remotum cui & quando debeamus prodeſſe, ideo magiſtrorum inſtitutioni & determinationi relinquendum fuit.

. Et quia omnino exploratum erat Deo & parentibus nos aliquid debere, propterea de diuino cultu, & de honorandis parentibus affirmantia data ſunt præcepta.

Prima poſitio, decalogi legem conuenienti forma traditam fuiſſe omnino dicendum eſt. Quoniam, vt diuina tradunt eloquia, Deus omnia fecit in menſura numero, & pondere, quę ſine conuenienti forma eſſe non poſſunt: cum ergo decalogus ſit Dei opus, congruentem formam habere neceſſe eſt. Huc facit illud de hac lege pronunciatum, Hæc eſt.n. ſapientia veſtra & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant, En po-
B pulus ſapiens & intelligens, gens magna: at ſi hæc lex non fuiſſet debita forma tradita, non poſſet dici ſapientia, nec populus ſapiens: cum ſapientis ſit ordinate omnia diſponere. Secunda poſitio, hæc lex cõuenienter tradita fuit quoad omnes partes, quas lex habere debet. Habet.n. exordiũ, vt ſupra diximus, quod poſtea explicabimus: habet pręcepta ipſa, ac etiam ſanctionẽ.i. pęnæ, & pręmij appoſitionẽ, vbi neceſſe fuit. Tertia poſitio, nihil fuit neceſſe, vt cuiq; præcepto negatiuo, vel affirmatiuo ſuũ adijceretur oppoſitũ. Quoniam, vt adnotauimus, affirmatio negationem continet, & negatio non neceſſario infert affirmationem, ac proinde ſapientum doctrinæ relinquendũ fuit. Quarta poſitio, conuenienter primum præceptum explicatum fuit per negationem, quamuis contineat affirmationem. Quia per hanc formam re-
C mouendus fuit populus ille ab idololatria, ad quam erat valde propenſus: & falſo cultu remoto, neceſſario verus infertur, cum notiſſimum ſit Deũ eſſe colendum. Quincta poſitio, conuenienter ſecundum pręceptum traditur per negationem, nulla ſubiecta affirmatione. Quia notiſſimum eſt, Dei nomen non eſſe fruſtra & vane ſumendum: at vero quando vſurpandum ſit, vt fit in iuramento licito, eſt valde dubium, ac proinde determinatio ſapientium doctrinæ relinquenda fuit. Sexta poſitio, conuenienter tertium & quartum præceptum per affirmationem traduntur. Quia in his datur doctrina de colendis & honorandis noſtris auctoribus, quod debitum vt manifeſtum, per affirmationem explicari debuit: quæ quoniam negationem continet, nihil opus fuit adijcere præcepta negantia. Septima poſitio, conuenienter
D duobus tantum præceptis, & non alijs addita eſt præceptionis ratio, primo & tertio. Quia præcepta moralia, quæ ponuntur in decalogo, vt notiſſima, manifeſtam habent rationem: cæterum, cum illa duo habeant aliquid ſpeciale, ideo in eis aliqua ſubijcienda fuit ratio. Nam primum, non docet ſimpliciter Deum eſſe colendum, ſed etiam omnem falſum cultum, & idolomaniam exterminat, & ad verum cultum vero Deo exhibendum traducit, ideo additur ratio, ſiue præmunitio, Ego ſum dominus Deus tuus. Tertium vero, quia habet aliquid cæremoniale, cum in eo Dei cultus ad certũ diem ſit contractus, idcirco aliqua ratione muniendum fuit: qua recolitur memoria primæ cauſſæ colendi Dei, quæ eſt ipſa creatio, & huius præcepti finis deſignatur, quies in Deo, & ideo in tali die ab omni opere quieſcendum eſt; quia

Sap 11.
D. Tho. 1. par.
Deut.
Gen.

 in

in eo Deus quieuit. Octaua poſitio, conuenienter tribus tantum præceptis A
ſubiecta eſt ſanctio.i.pœnæ prœmijve determinatio; primo ſecundo,& tertio.Primo addita eſt pœna,& prœmium,cum dictum fuit,Deum eſſe fortẽ.i. potentem,& Zelotem.i.vehementer amantem,& miſericordem:Viſitãs iniquitatem,& faciens miſericordiam.Quibus verbis & pœnam cõminatur legislator,& prӕmium promittit, quia hoc primum prӕceptum tãquam aliorum fundamentum, illis duabus rebus muniendum fuit, quibus homines commoueri ſolent,detrimento,& emolumento:ideo ſe valde iuſtum oſtendit Deus,cum ait ſe punire iniquitates vſq; in quartam generationẽ,& maxime miſericordem,cum dicit, ſe facere miſericordiam in millia:ſuperexultat enim miſericordia iudiciũ,hoc eſt magis a Deo exercetur,& magis demon-

Cap. 2. ſtratur,qua de re quodammodo vna cum iuſtitia contẽdendo,gloriatur miſericordia, vt eſt apud Iacobum. Secundo, quia populus ille, vt ad idololatriam,ita ad periuria erat ualde propenſus,ideo comminatur ſe non habiturum inſontem, hoc eſt impunem,eum qui contra fecerit. Tertio,quia ex parentũ dilectione nihil emolumenti nobis accedere uidebatur, proinde non ſatis fuit in memoriam generationis beneficium reuocare, ſed prӕmiũ lõgӕ uitӕ ſuper promiſſa terra adijcitur, prӕmium illi populo carnali ſatis accommodatum,& æternæ uitӕ ſymbolum.Nona poſitio,conuenienter tertiũ præceptum traditum fuit ſub hac forma,Memento,ut diem ſabbathi ſanctifices. B

Gulielm. Par. lib. de leg. Quoniam legiſlator reuocabat in mentem ſingulare beneficium creationis,cuius ueritatis articulus, noſtræ ſalutis eſt fundamentum: uel, ut ait Sotus, ideo adhibita eſt iſta forma,quia hoc prӕceptum habet aliquid cœremoniale,quod non ita eſt nobis inſitum,& memoriæ infixum, ut id quod ad mores pertinet. C

Et quoniam quæ in contrarium allatæ fuerunt rationes facile ex dictis ſoluuntur, ideo earum priuatam ſolutionem omittimus, & ad alia tranſitum facimus.

An in præceptis decalogi per vllam potentiam, etiam diuinam, poſſit fieri diſpenſatio. Diſput. VIII.

HÆC diſputatio,quæ grauiſſima eſt,eo ſpectat,ut iuis diuinæ legis in decalogo traditӕ, quæ eadem eſt cum naturali,explicetur. Quo loco meminiſſe oportet, quid per diſpenſare intelligendum ſit. Diſpenſare itaque deſignat per facultatem & auctoritatem, legis ratione manente inuariata, & in eodem ſenſu, aliquem ab eiuſdem legis obligatione ſoluere. Nam, ſi legis ratio uarietur, uel eius ſenſus mutetur, uel lex ceſſat, uel fit interpretatio, per æquitatem. Quod in prӕceptis decalogi, ſaltem per diuinam potentiam fieri poſſit diſpenſatio,ſic probo. D

Gen. Primo, ex facto & exemplis: diſpenſauit Deus cum Abrahamo, ut poſſet
Iud. 16. filium occidere:cum Sanſone,ut ſe una cum aliis perimeret: ac ẽt cum Elea-
1. Mac. 6. zaro,cũ Hebrӕis in furto,q̃ iuſſu Dei acceperũt vaſa ab Aegyptiis,q̃ nõ reſtituerunt:

A tuerunt: cum Oſea in fornicatione, qui Deo imperáte, fornicariam cogno- *Cap. 1.*
uit, & filios fornicationis habuit: & Machabęi ſine peccato pugnarũt in Sab *1. Mac. 2.*
batho, cum tamen ex lege decalogi, tali die ab omni opere ceſſandum eſſet.
Secundo, a pari, quilibet legiſlator humanus poteſt diſpenſare in lege a ſe
facta: igitur & ſummus legiſlator in omni ſua lege naturali & diuina, cum
ſit earum conditor. Tertio, ex Ariſtotele, quæ ſunt de lege naturæ variari
poſſunt: igitur ſunt diſpenſationis capacia: nam ſi quid obſtaret, eſſet eorum
firmitudo, & ſtabilitas. Quarto, ſi in his præceptis non poſſet eſſe diſpenſa- *Scot.*
tio, ſequeretur Deum velle aliquid neceſſario ad extra, quia non poſſet, gra
tia exempli, velle contrarium huic pręcepto, Non occides: igitur neceſſario
vult, ne fiat occiſio: atqui conſequens eſt abſurdum; cum Deus ſolum ſeip-
B ſum neceſſario velit: igitur antecedens falſum. Quinctò, quod non impli- *Ocamus.*
cat contradictionem, Deus ſua omnipotentia poteſt efficere: atqui diſpenſa
re in his præceptis non implicat: igitur. Sexto de lege naturæ eſt, ne quis
cognoſcat ſororem: & tamen filij Adæ ſuas cognouere ſorores matrimo-
nio legitimo; & Sara fuit Abrahæ ſoror, vt ex ſcriptura diſcimus: ergo. Po- *Gen.*
ſtremo, Pontifex diſpenſat in voto & in iuramento, quæ obligant ex lege
naturali, & in gradibus prohibitis in lege diuina: igitur multo magis Deus
hoc poterit, qui Pontifici talem auctoritatem dedit.

Prima ſententia aliquorum Iuriſper. vt alibi diximus, qui exiſtimarunt
Pontificem diſpenſare poſſe in lege naturali & diuina; nixi argumento po
ſteriore loco facto. Secunda Gulielmi Ocami, qui vniuerſe ait, nihil eſſe *2. S. d. 19.*
C adeo malum & iniquum in quo Deus diſpenſare non poſſit, ita vt ex diſpé-
ſatione fiat laudabile, etiam ipſum Dei odium: nullum enim verbum, hoc
eſt, res nulla, impoſſibile eſt apud Deum, & cum ideo aliquid ſit peccatum,
quia eſt lege prohibitum: lege ergo ſublata, quam Deus poteſt auferre, nul-
lum erit peccatum. Quare, ſecundum iſtam ſententiam, non ſolum Deus
poteſt in aliquo præcepto diſpenſare, ſed etiam contrarium præcipere. Ter-
tia ſuperiori contraria, eorum qui tenent, nullum præceptum decalogi eſ-
ſe diſpenſabile per quamcunque potentiam: loquuntur autem de præceptis
decalogi; quia quædam alia quę ſunt extra decalogum, licet pertineant ad
legem naturę, diſpenſationem admittunt. Ita diuus Thomas in prima ſecun-
dæ, & ibi dominus Caietanus, Sotus, & alij Thomiſtæ, ac etiam Altiſiodo-
D renſis, Richardus, & nonnulli alij. Quarta, Scoti, quem ſequitur Gabriel, *Lib. 3. tit.*
qui dicunt, duo ſolum præcepta eſſe indiſpenſabilia, primum & ſecundum *7. q. 5.*
primæ tabulę, reliqua omnia diſpenſationis per Dei potentiam eſſe capacia. *3. ſent. d.*
Inquiunt enim aliquid eſſe de lege naturæ dupliciter: vno modo, tanquam *37. q. u.*
principium practicum, vel vt concluſionem neceſſario inde cõſequentem;
& in iſtis nulla poteſt eſſe diſpenſatio, in quo ordine ſunt duo prima pręce-
pta: altero modo, neque vt principium, neque vt neceſſariam concluſioné,
& quæ ſunt huius ordinis, vt ſunt reliqua omnia decalogi præcepta, ſunt di
ſpenſabilia; quia non habent neceſſariam connexionem ad conſequutioné
vltimi finis. Idē ſentit Petrus Tarantaſia, diuus Bonauentùra, & Marſilius.
Eſt itaque hæc opinio, veluti media, inter ſecundam & tertiam.

1.5.d.47. Quincta, quæ etiam media via incedit, Durandi, aſſerentis in quarto de A
honorandis parentibus, & in quincto, de non occidendo poſſe fieri diſpenſationem diuina auctoritate, in alijs non item. Sexta, aliorum qui dicunt Deum poſſe diſpenſare in præceptis decalogi hoc modo, auferendo rationem culpæ in ordinem ad ſe; non tamen auferendo malitiam in ordinem ad rationem humanam: quæ ſententia ſic explicatur. Duplex eſt malitia in actu humano: vna quæ eſt contra rationem: altera quæ eſt contra voluntatem Dei. Peccatum non habet ex priore malitia quod dicat culpam contra Deum, ſicut nec peccatum naturæ, vel artis, non cenſentur habere rationem culpæ, licet ſit contra naturæ præſcriptum, & contra artem; ſed ex eo, quod eſt contra diuinam voluntatem. Eſt aūt diuina voluntas duplex; vna qua vult aliquid, vt parentes honorari: altera, qua vult nos id velle, vt nos B
velle honorem parentibus exhibere: peccatum non cōmittitur contra priorem voluntatem, ſed contra poſteriorem; cum aliquis poſſit nolle quod Deus vult, ni ſciat Deum ipſum id velle. Tunc dicunt, quamuis Deus velit non eſſe occidendum; tamen, ſua potentia abſoluta, poteſt non obligare nos ad id volendum; ſicuti multa vult, ad quæ nos nō obligat, vt ſunt ea quę conſilij rationem habent. Hoc itaque modo Deus poſſet diſpenſare in decalogo, ſi nollet nos obligare ad volendum id, quod ipſe præcipit; & quia ſecus faciendo, non fieret contra voluntatem diuinam, ideo non committeretur peccatum. Vt quid in hac difficultate tenendum ſit doceamus, notandum eſt, naturalia præcepta illa proprie & principaliter dici, quæ ſine vllo, aut certe facillimo diſcurſu cognoſcuntur, & apud omnes populos & homines eadem ſunt; tum quoad notitiam, tum quoad rectitudinem. Nam, C
quæ maiore inquiſitione a legiſlatore conſtituuntur, dicuntur humana, & non ſunt eadem apud omnes. Quod ſi lumine ſupernaturali innoteſcant, dicuntur diuina poſitiua. Poteſt autem aliquod præceptum negatiuum tribus modis dici naturale. Primo, quod ſit de re intrinſece mala, ita ut ſemper & apud omnes ſit mala, nec per vllam, circunſtantiarum mutationem poſſit fieri bona; vt odium Dei, & mendacium; & hæc præcipue vim legis habent; & ſunt communiſſima iuris naturæ principia. Secundo, quod ſit de re mala ſemper & apud oēs, excepta extrema neceſſitate, vt eſt rei alienæ vſurpatio inuito domino; matrimonij contractio cum propria ſorore; quæ duo ſemper apud omnes qui recta vtuntur ratione, remota neceſſitate, pro D
naturali lege habita fuere. Tertio, quod ſit de re mala ſolitarie & abſolute conſiderata; quæ mutatis circunſtantiis honeſtari queat; ut eſt hominis occiſio. Nam homicidium nude conſideratum apud omnes male ſonat; ſub qua ratione prohibetur in decalogo; tamen ſi circunſtantiæ accedant, ut ſi fiat ob commune bonum, non male ſonat; ſimiliter, ſi addatur iniuriæ propulſatio cum moderata tutela. Huc referres iuramentum; quod nude ſumptum male ſonat; cum ſit quoddam incredulitatis, & humanarum fraudū
Mat.5. indicium, ſub qua ratione fuit a Domino prohibitum; & tamen ſuis circunſtantijs veſtitum, ſit licitum. His ita adnotatis, quid tenendum videatur, quibuſdam poſitionibus aperiemus; & quidem primo de Pontificis poteſtate

A ſtatę cum in argumentis de ea facta ſit mētio, circa ius naturale & diuinum, de qua etiam re ſupra nonnihil diximus.

Prima poſitio, nulla poteſtas humana, ęt pontificia in iure naturali & diuino ſimpliciter, diſpenſare poteſt. Eſt cōtra Iuriſtas, qui aliter exiſtimāt, aut aliter loquuntur, ac debent. Primum probatur ex cōmuni ſententia Theologorum, & nonnullorum Legiſtarum. *Tur.crem. lib. 2. ſum. cap. 107.* Deinde hac ratione, quia diſpenſatio eſt q̄dam legis abrogatio, ſed non eſt humanę poteſtatis legem naturalem, vel diuinam ſimpliciter, ideſt, omni ex parte, abrogare, igitur nec partem aliquam: minor propoſitio eſt manifeſta, quia Inferior poteſtas propria auctoritate non poteſt auferre legem ſuperiorem, vt eſt diuina & naturalis. Dixi, diuinam ſimpliciter, quia aliquid eſt de iure diuino duobus modis: B primo, cum res aliqua ex ſola Dei voluntate dependet, vt quod baptiſmus fiat in aqua, quod ſit neceſſaria materia & forma: Secundo, cum intercedit humana uoluntas, vt accidit in uoto, & iuramento, quæ vbi facta ſunt, obligant ex iure diuino, ſed Deus non obligat ad uouendum, vel iurandum. In priore genere nulla poteſt fieri a Pontifice diſpenſatio, & ita non poſſet facere, vt baptiſmus fieret in uino, vel lacte, in poſteriori uero maxime, qua parte ibi intercedit hominis voluntas, quæ eſt ſub poteſtate humana: homo. q. ſibi iſtam legem ſtatuit. Quare in hoc genere potius dr̃ diſpenſari, quā declarari, vt exiſtimauit Bonau. quia uotum cōtinet ius miſtum. Vñ pontifex in matrimonio nō immutat aliquid, quod pertineat ad materiam & formā, ſed qua parte eſt contractus quidam naturalis, ſub qua ratione facit illud ratum, aut irritum. C Nec propterea quod poteſtas humana non poteſt diſpenſare in iure naturali & diuino, ſequitur vt illud declarare non poſſit, determinando, ampliando, & reſtringendo, qua declaratione oſtenditur, quod in hoc, vel illo caſu non obliget, id quod ſic probatur. Primo, iſta iura ſunt vniuerſalia: at ius vniuerſale eget declaratione, alias enim ſæpe contineret maximā iniuſtitiam; igitur in terris debet eſſe poteſtas declarandi huiuſmodi iura. Deinde, probatur ex facto, quia in iure diuino dictum eſt, In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, & tamen in l. hac conſultis. C. de teſtamentis, determinatur, vt in teſtamento ſeptem adhibeantur teſtes, & ita declaratur ius illud procedere in neceſſitate. Similiter, quod in neceſſitate liceat inuadentem occidere, eſt declaratio quædam præcepti de non occidendo. D In lege, tum ciuili, tum eccleſiaſtica præſcriptio transfert dominiū, qua lege declaratur illud, de non accipiendo alieno. Denique Papa declarare poteſt, an in ſacramento confirmationis ſit neceſſarium balſamū, quod non dum eſt declaratum. Poſtremo, adde ſententiam communem Canoniſtarum, cap. Cum tanto, de conſt. & cap. Vt animarum, eodem tit. libro ſexto. *Panor. Io. Andr. Felin.* Quo loco, nota, ſolum penes Pontificem eſſe poteſtatem declarandi ius diuinum, vel naturale, an ſit pecatum, nec ne, vt patet, ex cap. cum nouit, de iudiciis. Nota etiam Pontificem, ſiue eccleſiam poſſe errare in facto, non autem in moribus; hoc eſt determinando aliquid eſſe, vel non eſſe peccatū ita vt non ita ſit, vt Pontifex declarat: exemplum facti eſſet in irritatione matrimonij, in quo poteſt errare. Secunda poſitio, in primis naturæ principiis

& præceptis notiſſimis, nulla potentia, fieri poteſt diſpenſatio, vt in his, Iuſtum non eſſe faciendum, Malitiam non eſſe fugiendam, & in ſimilibus. A
Quoniã, in ea nõ poteſt cadere diſpenſatio, à quibus malitia auferri non poteſt; at ab iſtis non poteſt auferri, igitur. Conſequutio eſt manifeſta, quia diſpenſare, eſt quod antea erat illicitum, licitum, vel non illicitum facere; maior propoſitio eſt clara, minor probatur, quia tam de intrinſeca ratione iniuſti eſt, quod ſit malum, quam de ratione hominis quod ſit animal rationis particeps: ergo vt non poteſt eſſe homo rationis expers, ita neque iniuſtum quin ſit malum. Confirmatur a ſimili de primis notitiis ſpeculatiuis quæ nullo modo poſſunt fieri falſæ, ita nec primæ notitiæ practicę poſſunt fieri malæ. Tertia poſitio, in duobus præceptis tabulæ nullo modo fieri poteſt diſpenſatio, vnde conſequenter reiicienda eſt penitus opinio Occami; B
quæ damnata eſt in quodam articulo Pariſienſi, vbi refellitur doctrina eorum, qui dicunt, per odium Dei quempiam poſſe mereri, quæ determinatio non poteſt intelligi de potentia Dei ordinaria, cum de hac nulla ſit dubitatio, ſed de abſoluta. Primum probatur allata poſitio ex communiſſima ſcriptorum ſnia, iſto excepto Occamo. Deinde, quod implicat contradictionẽ per nullam potentiam fieri poteſt, id quod aduerſarius concedit: ſed implicat contradictionem, eſſe odium Dei, & eſſe ſecundum voluntatem Dei: igitur. Minor propoſitio ſic demonſtratur, detur homo qui odio habeat Deũ idque ex præcepto & uoluntate diuina, tunc ita urgeo, iſte habet Deũ odio propter ipſum Deum, quia facit quod Deus vult, ergo amat Deum, ſed implicat amarę, & odiſſe, igitur. Idem dicas de non honorando Deo. Poſtremo ab actibus his præceptis contrariis non poteſt auferri malitia: igitur nõ C
ſunt diſpenſationis capaces: antecedens patet, quia actus auertens ab vltimo fine, eſt intrinſece malus: ſed irreuerentia in Deum, quæ eſt contra illa præcepta, auertit per ſe ab vltimo fine, mala igitur intrinſece.

Quarta poſitio, in octauo præcepto decalogi, per nullam potentiam diſpenſari poteſt. Quoniam mendacium eſt intrinſece malum, cum opponatur veritati quæ eſt intrinſece bona, igitur non eſt diſpenſationis capax; atque idem diceres de quibuſdam peccatis nefandis. Quincta poſitio, in aliquibus præceptis ſecundæ tabulæ poteſt aliquo pacto per potẽtiam Dei fieri diſpenſatio. Quoniam Deus poteſt auferre id quod in illis facit rationem mali; igitur & diſpenſare aliquo modo. Nam furtum ideo eſt peccatũ, D
quia quod rapitur, eſt alienum: ſed cum Deus ſit rerum omnium dominus, poteſt dare vni id, quod eſt alterius: igitur. Similiter, cum ſit dominus vitæ, poteſt tradere aliquem innocentem, in necem: ſicuti ego poſſem ouẽ occidere, quam mihi dominus dediſſet. Huc pertinet exemplum de Abrahamo, quocum Deus diſpenſauit in nece filij, quem non propria auctoritate, ſed diuino imperio ſacrificare uoluit. Similiter fornicatio eſt peccatum quia intercedit alterius iniuria: ſed Deus ius vnius poteſt transferre in aliũ; & duos etiam ſine eorum conſenſu coniungere, igitur. Item honorare parentes eſt quoddam debitum, quod Deus, ſua cauſſa, poteſt auferre. Quo loco bene adnotauit Sotus, ſi Deus eſſet ſolum legislator, & non Dominus, nullo

Aug. li. de mend.

Lib. 2. q. 3. ar. 6.

A nullo modo diſpenſare poſſet in præceptis decalogi cum ratio ob quam di ſpenſare poteſt, ea ſit, quia Dominus eſt. Sexta poſitio, ſi proprie de diſpenſatione loquamur, probabile eſt in præceptis decalogi diſpenſari nō poſſe. Ita Caietanus, Sotus, Medina, & quidam alij, nec fortaſſe id eſt contra Scotum, Gabrielem, & alios, qui forſitan ſolum nomine ad hac ſententiā differunt. Primum quia diſpenſatio proprie eſt, quando ſtantibus iiſdem circunſtantiis quod non erat licitum, fit licitum; at in præceptis decalogi id fieri non poteſt, neque enim quis poteſt licite quempiam occidere, cum nō ſit eius vitæ dominus, niſi fiat dominus, nec rem occupare alienam, niſi ei donetur, quoniam huiuſmodi actus, cum his circunſtantiis, intrinſece includunt malitiam, igitur, ni aliquid accedat, ſemper erunt contra rationem.

B Vbi nota, quamuis ratio honeſti & boni uniuerſe conſiderari poſſit, tamen in uſu ſemper reperitur in actionibus priuatis, vt, in non occidendo, in nō furando, & ſic de aliis, quo fit vt ſicuti iniuſtum, vniuerſe loquendo, vt ſupra diximus, eſt indiſpenſabile, alias enim iniuſtum fieret iuſtum, & malū, bonum, ita etiā & iniuſtum particulare, in quo iniuſti ratio intrinſece repe ritur. Quare, cum præcepta decalogi contineant rationem iuſti, tum in or dinem ad Deum, tum ad proximum, proprie loquendo, erunt indiſpenſabilia. Neque enim in hoc genere præceptorum iubemur reddere debitum quodcunque, ſed illud quod ipſa recta ratio dictat: affirmantia præcipiunt, quod per ſe eſt rectum, & negantiam prohibent quod per ſe eſt iniuſtum, in quo maxime diſtinguuntur a præceptis legis humanæ: igitur

C ex ſe non ſunt diſpenſabilia. Cæterum, ſi tanta poſſet fieri compenſatio pro tota malitia alicuius actus, per alia bona maiora, diſpenſatio non eſſet omnino impoſſibilis, vt, ſi quæ mulier eſſet cum aliquo ſterilis, & ſi cum alio coniungeretur, inde maximum totius reipub. vel regni colligeretur bonum; volente Deo, in hoc diſpenſari poſſet: ſimiliter in furto & homicidio: idē dicas de uſura, & de matrimonio in primo gradu laterali: quo fit, vt iſta non ſint intrinſece mala, ſed habent deformitatem talem, quæ auferri poteſt. Verum poſt Chriſtum, quod factum eſt de iure diuino, diſpenſationem non admittit per poteſtatem humanam. Neque ante Chriſtum reſp. ſiue poteſtas humana in hoc genere diſpenſabat, ſed potius interpretabatur. In ſumma, licet Deus in aliquibus diſpenſare valeat, non tamen in omni caſu;

D neque omnino legem naturæ abrogare ob implicationem, cum multa præcepta intrinſecam penitus habeant recti, iuſti, iniuſtique rationem.

Antequā vlterius progredior, placet hoc loco breuiter docere, quid ſentiendum ſit de diſpenſatione in polygamia, qua olim viri alias probati vſi ſunt, vt Abraham, Dauid, & alij, de qua re diuinarum & humanarum legum expoſitores diligenter inquirere ſolent; nos ita breuiter ſtatuimus. Primum dictum, Deus diſpenſare potuit, ac diſpenſauit in polygamia viri cum pluribus uxoribus. Communis eſt doctrina; & confirmatur ex facto: Quia viri a diuinis literis probati pluribus vſi ſunt uxorib. vt diximus: & Labā duas filias Iacobo obtulit, & hę rurſus eidem duas alias uxores: Sara Abrahamū ad aliam uxorem ducēdam induxit: quæ facta non dānantur: & tamē dam- Gen. 31.

nari

nari debuiſſent, ni ex diſpenſatione diuina licuiſſet. Adde etiam, quod hæc A
polygamia non pugnat cum finibus matrimonij, ſicuti polygamia vnius fœminæ, cum pluribus viris: in qua nec a Deo, vt quibuſdam placet, fieri poteſt diſpenſatio; cum pugnet cum primis rationis principijs. Vnde, ſi una eſſet mulier in mundo, cuius maritus eſſet ſterilis, potius in matrimonij vinculo, quam in tali polygamia diſpenſari deberet. Secũdum dictum, ad hanc diſpenſationem non fuit neceſſaria aliqua exterior loquutio, aut lex, cum eo tempore nulla fuerit lex ſcripta; ſed ſatis fuit interior Dei inſpiratio facta viris probis, ad quorum imitationem alijs idem facere licuit. Eſt enim vir iuſtus, vt Ariſtoteles docuit, recta morum norma. Vnde, vt Adamo innotuit monogamia, ita poſt mundi euerſionem, cum hominum vita fuerit contracta, manifeſtata fuit polygamia, ad humanum genus propagandum. B

Aug. li. 22 cõt. Fauſt. c. 47. Tertium dictum, probabile eſt, hanc diſpenſationem habuiſſe uim etiam apud Gentes. Quia eadem cauſſa diſpenſationis in illis reperiebatur, generis nimirum propagatio. Vnde, non ſolum in poſteris Abraham & Iacob, ſed etiam Eſau fuit in vſu, atque etiam nunc eſt. Quartum dictum, iſta diſpenſatio fortaſſe ceſſauit ante Chriſtũ, cum nec apud Hebræos, nec apud Romanos polygamia iam eſſet in vſu, niſi forte apud pauciſſimos: atqui per legem a Chriſto latam omnino apud omnes ceſſauit. Quare Chriſtus nos ad primam inſtitutionem diuinam reuocauit. Ex quibus colligeres poteſtatem humanam olim non potuiſſe, & nunc multo minus poſſe diſpenſare in polygamia, cum monogamia ſit de iure naturali, & diuino. Quod autem de facto Gregorij Tertij obijci ſolet, non obſtat; quia ſolum declarauit non fuiſſet verum coniugium ob perpetuum impedimentum. Diſpenſatum eſt etiam a Deo in matrimonio contracto inter infideles, ſi alter coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit cohabitare ſine iniuria Creatoris. Quia qui conuerſus eſt a matrimonio ſolutus, rurſus contrahere poteſt. Huius diſpenſationis doctrina habetur ex traditione Eccleſiæ, atque etiam ex Paulo colligitur. Itaque iſtos, non eccleſia, ſed Deus, qui legem fecit, ſeparat. Sed iam ad inſtitutum redeamus. C

Cõc. Trid. Seſſ. 24. can 2. Mat. 19 De diuor. Cap. Quarto, & Gaudem. 1. Cor. 7.

Septima poſitio, non videtur vera illa opinio, quæ aſſerit Deum poſſe diſpenſare in ordinem ad ſuam voluntatem, & non in ordinem ad rationem, hoc eſt, vt aliquid non ſit contra Deum, quamuis ſit contra rationem. Primo, quia ratio naturalis eſt lex Dei, vt Cicero docuit, cũ dixit, Eſt enim lex nihil aliud, niſi recta, & a numine diuino tracta ratio: imperans honeſta, prohibens contraria. Deinde, ratio diuina damnat id, quod damnat ratio humana: ergo impoſſibile eſt, vt aliquid non ſit contra rationem diuinam, ſi eſt contra humanam. Poſtremo, Deus non poteſt non præcipere: id, quod eſt ſecundum rationem: ergo nec velle, vt illud non fiat: quare, non poteſt ad aliquid me obligare, & nolle, vt illud nolim. Atque ex his patet reſolutio ad quæſtionem, an Deus poſſit præcipere peccatum, ſub quo titulo ſolet tractari id, quod nos hoc loco examinauimus: & communis eſt ſententia, manente malitia in actu, Deum non poſſe illum præcipere, aut in eo diſpenſare; cum actus eſt huiuſmodi, vt ab eo malitia auferri non queat. D

Philip. 11.

Ad

A A primum, de primo exemplo, primum, cum omnes homines ob peccatum originale ſint rei mortis, Deus poteſt iſtam ſentẽtiam per aliquem exequutioni mãdare: & tunc Deus, ſe gereret tanquam ſummum iudicẽ. Deinde, Deus in hoc facto ſe geſſit, non vt legiſlator, ſed vt Dominus uitæ: ſicuti ſi quis eſſet dominus ſuæ uitæ, poſſet ſe occidere. Abraham autem, ideo debuit obedire, quia neſciebat voluntatem Dei, & in dubio tenemur obedire ſuperiori: atque idem dicas de duobus alijs exemplis: in quibus caſibus non fuit proprie diſpenſatio, ſed poteſtatis ſupremæ uſus. Quod ad Sanſonem attinet, is tanquam uir fortis potuit uitam ponere, ut communes hoſtes interimeret: idem de Eleazaro dicas. De ſecundo, primo. Deus poteſt transferre dominia, ſicuti poteſtas humana; ut patet in præ-

B ſcriptione. Deinde, ut colligimus ex ſcriptura, non fuit furtum; quia Aegyptij debebant Hebræis ob operas ab eis acceptas, & alia ratione quod ſuum erat recuperare non poterant; in quo facto Deus non tanquam dominum, ſed tanquam iudicem ſe geſſit. De tertio, primo ſunt qui dicant, illam non fuiſſe meretricem, ſed idololatram: alij concedunt fuiſſe meretricem, quam Deus etiam ſine conſenſu potuit cum propheta coniungere, tãquam Dominus. Deinde, cenſendum eſt interceſſiſſe conſenſum; quod autem dicitur, de filijs fornicationis, ita explicatur, filios quos illa ex fornicatione habuit, habeas pro filijs, eos tibi in filios adopta. Quo facto deſignata fuit ſpiritualis fornicatio gentis Hebrææ per idololatriam, quam gentem ueluti in ſponſam Dei ſibi deſponſaret; & vt illa meretrix erat indigna tanto uiro, *Hier.*

C ita populus ille indignus Deo. De ultimo, non fuit diſpenſatio, ſed declaratio per æquitatem; cum non ſit ſeruandus dies feſtus cum tanto periculo. Ad ſecundum, negatur paritas, quia in lege humana tota bonitas actus oritur ex uolũtate legislatoris; qua remota, actus remanet indifferẽs; at in actu legis naturalis bonitas eſt intrinſeca. Qui defenderent opinionem ſextam, dicerent, Deum diſpenſare, quoad colpam erga ſe. Vbi nota, hanc difficultatem pendere ex alia, an rerum quidditates pendeãt ex ſola uoluntate Dei libera; an vero ex uoluntate neceſſaria, ex qua pendere cenſentur. Ad tertiũ, Ariſtoteles intelligitur, quoad applicationes particulares & modos ſingulares iuſtitiæ; vt patet in redditione depoſiti, & in factis quibus adhibetur æquitas, non de iure naturæ quod in ſe rationem iuſtitię neceſſario in-

D cludit. Ad quartum, primum hoc argumentum in ipſum Scotum retorqueri poteſt, quantũ ad principia naturalia, & ad duo prima primæ tabulæ præcepta quę Deus neceſſario uellet. Deinde, nihil Deus uult neceſſario extra ſe quantum ad exiſtentiam: at quantum ad quidditatem & terminorum connexionem maxime, ut quod homo ſit animal rationale: Vnde, licet uoluntas diuina non ſit determinata ad hoc, vt velit hominem aliquid uelle, ſed ut ſi id uelit, ipſum bene uelle uelit; & ita Deus neceſſario vult, non eſſe occidendum. Ad quinctum, dicimus implicare contradictionem, ſicuti hominem non eſſe animal rationale. Illud, Non eſt impoſſibile apud Deum omne uerbum, intelligitur de promiſſione ab ipſo Deo facta, & de eo quod non implicat. Ad ſextum, de filijs Adæ, qui cognouerunt ſorores, præce- *Caiet.*

ptum

ptum de non cognoſcenda ſorore, deque honore ei habendo, non eſt pręceptum primarium legis naturæ, ideo in eo potuit fieri diſpenſatio, vel potius declaratio interna inſpiratione, ob neceſſitatem propagationis. Vel dicas nulla fuiſſe opus diſpēſatione, cum tale coniugium ſit prohibitum, extrema neceſſitate excepta. De Abrahamo, quidam exiſtimarunt non fuiſſe ſororem ſed fratris filiam, quam more hebraico, ſororem appellauit. At vero alij contra ſentiunt, ob hanc cauſſamq; ſemel & iterum eā ſororem uocat, & tamen ad euadendum periculum ſatis fuiſſet appellare frātuelem, & in codice hebraico habetur, vere ſoror mea eſt; & expreſſe Abraham dixit, Filia patris mei, & quia fortaſſe ſolum erat ſoror paterna, non vterina, ideo non erat prohibitum matrimonium, cum de honoranda ſorore præceptū, non ſit intrinſece malum. Immo, ſi mundus redigeretur ad vnum parentem & unam filiam, coniugium inter eos non eſſet indiſpenſabile. Quod ex ſententia aliquorum dixi, Saram fuiſſe germanam ſororem Abrahami, minus placet. Itaque omnino dicimus fuiſſe eius conſanguineam, neptem ex patre. Primo, quia ita ſentiunt Hieronymus, & Auguſtinus, & ante ipſos, idem docuit Ioſephus. Et confirmatur ex ipſa ſcriptura, quæ Ieſcham, hoc eſt Saram (erat enim binominis, vt Hieronymus adnotauit) filiā Aran vocat, qui erat frater Abraham. Item, Sara uocatur nurus Thare, quam potius filiam vocare debuiſſet, ſi ſoror Abrahami fuiſſet; cum filia ſit nuru coniunctior. Secundo, quia cum tale coniugium ſit prohibitum lege naturæ, in quo non eſt diſpenſandum ſine neceſſitate, non eſt credibile uirum iuſtum contraxiſſe cum ſorore. Et, ſi tunc tale matrimonium fuiſſet licitū ſaltem ex more illarum gentium, nihil profuiſſet Abrahamo dicere, ſoror mea eſt, quod ad coniugium tegendum dixit: & ita ſororis nomine audito, creditum eſt reuera non eſſe vxorem. Appellauit autem ſororem iuxta ſcripturæ morem, quia conſanguinea eius erat: ſicuti etiam Loth dicitur Abrahami frater, cum tamen eſſet filius Aran fratris Abrahami. Itaque tacendo veritatem ambiguitate vocis Regem eluſit, quod licet, cum quis nō interrogatur iuridice. Quod dicatur, vere ſoror, vere dicitur, quia erat uere conſanguinea. Quod dixit, Filia patris mei, & non filia matris meæ, intelligitur de vero Patre Abrahami, qui erat auus & pater improprius Saræ. Illud de matre, intelligitur de matre propria Saræ; quia Aran non erat frater uterinus Abrahami. Ad vltimum, iam dixi, quomodo Pontifex diſpenſet in uoto & iuramento. Quod attinet ad illos gradus prohibitos in veteri lege, illi non pertinent primo ad legem naturæ, & cum lex illa ceſſauerit, nō ſunt amplius de lege diuina, nec matrimonium ratum eſt ullo iure indiſpenſabile, ſed ſolum conſummatum, ideo diſſolui poteſt.

Ioſeph. Aug. Caiet. Sot.

Lib. contr. Eliud. Lib. 6. de ciu. c. 12. Lib. 1. ant cap. 14.

A B C D

An modus uirtutis cadat ſub præceptum. *Diſput.* IX.

HAEC diſputatio pertinet ad explicandū modum quo id quod pręcipitur ſeruandum eſt: Quod conſequenter demonſtrandum occurrit, præceptorum firmitudine expoſita. Et vt plane intelligatur id, quod quæritur, notandum eſt, ex Ariſtotele tres eſſe virtutis modos. Primum,

A mus, vt actus ſtudioſus fiat ex ſcientia:ſecundus, vt fiat ex electione, nō vi, non ex paſſione,ſed ex intentione & propter finem; tertius,vt prompte,delectabiliter,atque immobiliter:vel breuius,vt actus fiat ex ſcientia,ex intentione,& firmiter:Quæ tres conditiones, vnum integrum faciunt actus moralis modum. Quando itaque lex præcipit,amandos eſſe parentes,vel eſſe ieiunandum,dubitatur,an ſcienter,& ex voluntate, atque firmiter, ſeu cum delectatione & promptitudine id faciendum ſit. Rurſus nota, tres eſſe modos quibus aliquis virtutis actus exerceri poteſt:primo ex amoris diuini affectu : ſecundo ex habitu virtutis, quo quis prompte & delectabiliter agit: poſtremo ex omnibus circunſtantiis, ex quibus actus habet vt ſit omnino perfectus. Hoc loco de ſecundo & tertio modo quæritur. Quod virtutis
B modus cadat ſub præceptum,ſic probo.

Primo auctoritate Auguſtini dicentis,eum qui ex timore facit præceptū, *Cap. Qui*
aliter, quam debet,non ſeruare legem: igitur qui faciet actum non ea inten *ex. De reg.*
tione & fine,quem legiſlator intendit,non ſeruabit legem.Secundo,lex hu *iur.*
mana præcipit operationem bonam,ſaltem humano modo:ergo non poterit vnquam ſeruari niſi per actum bonum: cuius bonitas pendet a modo, & maxime a circunſtantiis. Tertio,in diuinis literis illi laudatur,qui cum delectatione & hilaritate ſeruiunt Domino;ideo dicitur,ſeruite Domino in lętitia: Hilarem datorē diligit Deus: præcipitur etiam, vt iuſte quæ iuſta ſunt exequamur; quæ omnia neceſſario requirunt habitum uirtutis,& alias con
ditiones paullo ante dictas,quæ habitum ſupponunt:igitur.Poſtremo,nihil *Lib. 3. poli.*
C magis ad legis obſeruationem pertinet,quam ut ſeruetur legiſlatoris intentio ac finis, qui,ut etiam Ariſtoteles docuit,eſt facere ciues bonos:igitur,ſine iſto modo lex ſeruari non poterit.

In hac difficultate prima opinio fuit Adriani, qui exiſtimauit neminem *q. 5. de cōſ.*
poſſe ſatisfacere alicui præcepto per operationem malam. Secūda diui Tho *dub. 4.*
mæ,Soti,& aliorum,eſtque communis opinio ſuperiori cōtraria,per actum malum legi ſatisfieri poſſe. Pro explicatione, hæc ſubijcio fundamenta.

Primum, hæc difficultas intelligi poteſt, tum de lege humana,tum diuina, & de utraque ſecundum illas tres uirtutis conſiderationes dictas; circa quas non eodem prorſus modo hæ duę leges uerſantur.Nam,circa primam
eodem pacto ſe habent, circa alios non item : de qua re diuus Thomas, in *Caiet.*
D cuius doctrina explicanda non ſatis ſeſe aliqui Thomiſtæ explicant; tria do *Sot.*
cet.Primum,primus uirtutis modus,hoc eſt,ut opus præceptum fiat ex ſcientia,ab utraque lege requiritur,ita ut non poſſit dici,eum uere legem implere, qui ignoranter agit. Secundum,modus electionis & intentionis non cadit ſub legem humanam, ſed ſub diuinam: quia lex humana actus interiores coercere, non poteſt; & ita nec præcipere. Tertium, poſtremus modus,vt quis prompte & delectabiliter agat,ſub neutram cadit:quia iſte modus ſupponit habitum, ad quem habendum nulla lex obligat, ſed ad actum tantum. Ex quibus inferres,varijs modis legem ſeruari poſſe vt planius hanc diui Thomæ doctrinam exponendo, in alijs docebo fundamentis.Secundum fundamentum, quod attinet ad ſcientiam,quam utraque lex

requirit,

requirit, notandum eſt, ſcientiam eſſe duplicem; vnam ipſius actus ut quis A
ſciat quid ſit quod facit: alteram legis, ſiue præcepti, ut ſciat legem, ex qua aliquid agit: & utraque omnino eſt neceſſaria ad hoc ut aliquis dicatur legem adimplere. Exempli gratia, ſi quis factus ebrius die dominico audiret ſacrum, & neſciret quid faceret, nō adimpleret præceptum: unde, ſi ad ſe rediret, & tempus ſupereſſet, audire deberet. Item, ſi Pontifex præciperet, ut omnes hac hedomade ieiunarent, & aliquis cum hanc legem audiuit, iā uno die ex diuotione ieiunaſſet, iſte ad iterum ieiunandum teneretur. Idē dicas de indulgentia quæ requireret confeſſionem, ſi quis iam eſſet confeſſus. Quo loco diſtinguendum eſt de ſcientia: nam alia eſt habitualis, cum quis legem nouit, ſed actu non habet eius notitiam: alia actualis, cum actu legis, ſiue præcepti meminit. Vt ecce, aliquis audiuit ſacrum die domini- B
co, ſed non recordatur diei dominici; ſed audiuit ex conſuetudine: ſi poſtea recordetur diei dominici, nō tenetur iterum audire: quia legem ſciebat, licet non meminerit. Et hoc adnotandum fuit circa primum modum: nunc de ſecundo. Tertium fundamentum, ille dicitur agere ex electione, qui ex libertate agit, non ex metu, non ex animi paſſione: ille vero ex intentione, qui facit actum propter finem legis, vel virtutis. Quod ad hunc modum attinet, lex humana & diuina conueniunt, quando per vtranque præcipitur actus exterior, quia tunc neutra obligat ad electionem vel intentionem; ſi loquamur de obſeruantia imperfecta; vt ſi quis ex odio, vel vanagloria reſtitueret; is adimpleret præceptum, tum diuinum, tum humanum. Differūt autem hæ duæ leges, circa actum interiorem, quia diuina eum præcipit, hu C
mana non item. Quo fit, vt qui ſine electione, vel intentione non facit quod lex diuina iubet, licet non faciat contra iſtam legem particularem, qua præcipitur exterior actus, facit tamen contra aliam per quam actus interiores ordinat: quod in humana lege non accidit, cum de interiori actu, non præcipiat. Et ſic eſt accipiendus diuus Thomas: Qui tamen non negat, legem humanam poſſe obligare ad actum interiorem, vt eſt modus actus exterioris. Ideo in capite, Dolentes, de celebratione miſſarum, præcipitur, vt attente horæ canonicæ recitentur, vbi modus iſte cadit ſub præceptum; cum præcipiatur, vt facit ad actum exteriorem, non abſolute. Similiter, cum conceditur indulgentia in qua præcipitur, vt aliquid fiat, ſub hac vel illa intentione, quo caſu intentio illa eſt ſub præcepto. Atque ex his colligeres, duos D
eſſe modos quibus lex ſeruari poteſt: vnum imperfectum, quando ſic impletur, vt quis non tranſgrediatur mandatum, cum id ſecundum ſubſtantiam fit, quod lex iubet: alterum perfectum, cum obſeruatio eſt iuxta intentionē legis; vt ſi quis audiret ſacrum cum deuotione & amore; vbi etiam diſtingueres de duplici perfectione, altera morali ex omnibus circunſtantijs, altera ſupernaturali, vt ſi fieret ex caritate & propter Deum. Quod ſi iuſſum ſimpliciter fieret ſine circunſtantijs, actus diceretur bonus ex obiecto, cum a lege non præcipiatur niſi id, quod eſt ex ſe bonum, nō autem ſimpliciter, vt eſt ſecundum omnem conſiderationem bonum.

Prima poſitio, poteſtas humana non poteſt præcipere actum pure interiorem,

A riorem, neque ad illum obligare. Hoc affirmauerim cum communi ſententia, contra Adrianum. Quoniam humana poteſtas, vt alibi dixi, non poteſt præcipere actum, quem non poteſt punire, & illa non poteſt punire, quæ non poteſt cognoſcere, vt ſunt actus pure interni. Adde auctoritatem ciuilium & eccleſiaſticarum legum, quibus hoc ſancitur, vt videre eſt apud Gratianum, can. Cogitationis, & cogitatio, diſtinc. prima, de pœn. & ex Can. Conſuluiſti, 2. quæſt. 5. vbi Stephanus Papa ait, Occulta vero & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Item alius, De manifeſtis quidem loquimur; ſecretorum autẽ & cognitor Deus & iudex eſt. Vndecolligitur, hæreticum pure mentalem non eſſe excommunicatum, vt ſupra docuimus. *Quodli. 8.* *Diſt. 32. Can. Erubeſcant.*

B Secunda poſitio, Eccleſia poteſt præcipere actum interiorem in ordinem ad exteriorem & ad illum obligare. Patet ex communi ſententia, & ex capite, Dolentes, ſupra citato; & in Clementina, Multorum, de hæreticis, excommunicantur Inquiſitores, qui ex odio, uel amore inquirunt; Et in præcepto de peccatis ſingulis annis confitendis includitur actus interior recogitandi. Poteſt itaque Eccleſia præcipere actus interiores, ut ſunt exteriorum principia, uel circunſtantiæ.

Tertia poſitio, ad obſeruantiam cuiuſcunque legis neceſſario requiritur facti & legis ſcientia, intelligenda eſt hæc doctrina iuxta ſecundum fundamentum, quæ probatur ex communi ſententia, quam hæc ratio confirmat: quia nemo obſeruat legem, qui non facit ſecundum legem, at qui factum
C vel legem ignorat, non dicitur agere ex lege, niſi ex accidenti & caſu, igitur, & hanc doctrinam his verbis expoſuit D. Thomas, quia per accidens operatur, vt patet in exemplis ſupra allatis. Quarta poſitio, quando lege humana, vel diuina præcipitur ſolum actus exterior, neutra obligat ad actum interiorem, id eſt, ad electionem, vel intentionem, & ita ſine his poteſt lex ſeruari, ſed obſeruatio erit imperfecta. Quare, ſi quis non ſponte reſtitueret, ſolueret decimas, baptizaretur, & in ſumma ſi ſubſtantiam actus ſeruaret, legis præceptum adimpleret. Patet hæc doctrina expreſſe ex allatis caſibus in præcepto de reſtituendo, de baptiſmo ſuſcipiendo, de ſacro audiendo, ſi quis ex uana gloria audiret, aut eleemoſynam daret: alias enim ſi non ſatisfaceret præcepto, quia deeſt libertas, vel intentio, ſemper peccaret mor
D taliter, & tranſgrederetur legem. Sed peteres, quomodo igitur accipiendus eſt D. Thomas, qui ait hunc modum cadere ſub legem diuinam? Reſpondeo ſanctũ doctorem uniuerſe loqui de præcepto diuino, quia lex diuina, ni in actu externo quem præcipit, requirat hunc modum, tamen alio præcepto requirit, vt oĩa cum bona intentione fiãt, vt quod uitetur ſuperbia, uana gloria, odium, & id genus alia, quibus actus exterior redditur malus, at nos loquimur de aliquo præcepto in particulari. Quincta poſitio, ad obſeruationẽ humani præcepti, nõ eſt neceſſe vt quis agat ex electione & intẽtione, ſuppoſita iñ ſcĩa, quã neceſſariã eſſe diximus. Ratio huius poſitionis eſt manifeſta, quia electio & intentio ſunt præter legẽ humanã. Cæterũ ſi lex humana præciperet de interno, vt pertinet ad externum, obligaret etiam ad

interio-

interiorem, vt patet ex dictis. Sexta poſitio, lex ſeruari poteſt per actum malum ex circunſtantijs, non autem per actum malum ex obiecto. Quia ad legem ſeruandam oportet ut fiat quod lex præcipit, id autem ſemper erit bonum ex obiecto: & quia actus ex aliqua circunſtantia a lege non requiſita vitiari poteſt actus, abſolute loquendo, malus erit. Sed obiiceres, qui ſeruat legem, ſatisfacit legi & benefacit; igitur illud opus erit bonum & faciet hominem bonum. Reſpondeo, eſſe bonum, ſi referatur ad legis regulam, non autem ſi referatur ad aliam legem, qua damnatur id quod eſt mali in illo opere, vt in eleemoſyna vanagloria. Septima poſitio, nemo tenetur ſeruare legem ex habitu, ſiue lex ſit humana, ſiue diuina. Eſt communis doctrina, quam ea confirmat ratio, quod leges non dantur de habitibus, ſed de actibus, per quos acquiruntur habitus, & homines fiunt boni, & hic eſt finis legis, finis autem non cadit ſub præceptum, ſed ea quæ ſunt ad finem. Octaua poſitio, vt obſeruatio legis ſit ſecundum intentionem legislatoris debet eſſe bona ex omnibus circunſtantiis, & vt ſit grata Deo, debet procedere ex ſpiritu amoris. A B

Ad primum, Auguſtinus intelligendus eſt de obſeruatione quantum ad modum, nō aūt quantum ad ſubſtantiam actus, quia lege iubetur. Ad ſecundum, lex humana præcipit actum bonum ratione obiecti, cui ſatisfieri poteſt, ſi efficiatur opus ex eadem ratione bonum, & ita non requiritur bonitas ex parte circunſtantiarum. Vnde eleemoſyna data ex vanagloria eſt cōformis legi datæ de eleemoſyna faciēda, licet diſſentiat a lege de ſui ſummiſſione. Ad tertium, ideo laudantur qui delectabiliter agunt, quia lex diuina præcipit lætitiam quæ ex dilectione manat, requiritque vt ex electione & libere operemur, in quo agendi genere eſt aliqua delectatio, at hilaritas quæ oritur ex habitu, eſt alterius ordinis, quæ omnem triſtitiā *pellit*, ſed hæc non eſt in præcepto. At uero lex humana, cum non ſe extendat ad actus interiores, non requirit, vt ſeruetur cū hilaritate ſine triſtitia. Ad quartum, præceptum non datur de fine, & de eo quod primo intenditur, ſed de eo, quo venitur ad finem, nimirum de actibus, & ita intētio illa prima non cadit ſub præceptum. C

An modus caritatis cadat ſub præceptum. *Diſp.* X.

D

CVM in actibus per quos diuina ſeruantur mandata duplicem animaduertere poſſimus modum, vnum moralem & humanū de quo diximus, alterum diuinum, vt id quod facimus ex caritate & amore diuino faciamus, de hoc ſecundo nunc quærimus. Quod autem præcepta cum hoc modo ſeruanda ſint, his rationibus ſuadetur.

Primo, omnia præcepta continentur ſub uno præcepto dilectionis, cum ſint huius præcepti expoſitiones quædam; igitur illo ſublato, aut non ſeruato, omnia uiolantur: antecedens eſt manifeſtum ex his diuinæ ſcripturæ locis, Plenitudo legis dilectio: qui non diligit, manet in morte: & Paulus aiebat nul-

1. Cor. 13.

bat nul-

A bat nullum opus ſibi prodeſſe ſine caritate. Secundo, via ad ingrediendũ in vitam æternam, eſt mandatorum obſeruatio, quæ ſine caritate non ſufficit; cum ſine gratia, quæ neceſſario eſt cum caritate coniuncta, ſeruari non poſſint: ergo. Tertio, quando aliquis ſeruat diuina mandata, vel refert ſuas operationes in Deũ, vt eſt vltimus finis, vel non: ſi non refert, tranſgreditur mandatum de habendo Deo pro vltimo fine: ſi refert, diligit igitur Deum ſuper omnia, & ita ſeruabit ex caritate. Quarto, is non obſeruat præceptum, qui ſe non conformat cum intentione legiſlatoris: atqui Deus in ſuorum mandatorum obſeruatione propoſitam habet dilectionem: igitur. Quinctо, homines tenentur facere omnia in Dei gloriam, iuxta illud Pauli, Omnia in gloriam Dei facite: igitur debent quidquid agunt ex caritate agere, cuius eſt *Matt. 22.*
B omnia propter Deum velle. Sexto, ſi quis poteſt ſeruare præcepta ſine caritate: igitur & ſine gratia, quod eſt Pelagianum. Septimo, diuus Thomas ait, eum qui honorat parentes non ex caritate, ſeruare quidem præceptum de honorandis parentibus, ſed eſſe pręuaricatorem præcepti de diligendo Deo ſuper omnia: igitur tenetur ſeruare ex dilectione. Quoniam hæc argumenta varias attingunt difficultates, de quibus varię ſunt ſententię, ideo antequam eas citem, aliqua adnotabo, ex quibus quid auctores ſentiant, & quid hoc loco quæratur perſpicuum fiet.

Nota igitur, caritatis actum duobus modis cõſiderari poſſe: primo, vt eſt actus quidam particularis amandi Deum, de quo quæri ſolet, an habeat particulare obiectum, & an de eo detur particulare præceptũ: altero, vt eſt mo-
C dus quidam vniuerſalis qui vagatur per omnes actus, dum propter Deum fiunt; ſicuti obedientia, ſiue iuſtitia legalis per omnes actus quibus ſeruatur lex. Rurſus de caritate primo modo ſumpta, ſi de ea priuatum datur præceptum, dubitari ſolet, quando, & in quibus caſibus ſimus obligati ad diligendum Deum; de quo varie ſentiunt doctores. Similiter, ſi loquamur de caritate ſecũdo modo ſumpta, poteſt dubitari, an homo teneatur ſeruare præcepta ex caritate. i. ex habitu caritatis: & dato quod ſit in caritate, an ſit obligatus ad referendũ actum, quo ſeruat mandatum, actualiter in Deũ, vt vere dicatur ſeruare præceptum. Rurſus dubitari ſolet, an ſine habitu caritatis poſſit adimpleri præceptum de dilectione Dei: & deniq; an omnia legis præcepta poſſint ſine gratia ſeruari. Quarum dubitationum, aliæ pertinent ad tracta-
D tionẽ de gratia, aliæ ad diſputationẽ de caritate, ſiue de contritione. Hoc aũt loco illud præcipue quæritur, an præcepta ſint ſeruanda ex caritate, vt dicit modum: de qua re hæ ſunt auctorum ſnīæ. Prima cuius meminit diuus Bonauentura, in 3. ſent. diſt. 37. quæ fuit Dionyſij Ciſtercienſis in librũ 2. ſent. diſt. 17. q. vltima, qui exiſtimauit pręcepta decalogi obligare ad modum, ita vt qui ex caritate non ſeruat, non impleat pręceptum, ac proinde peccare: qđ intelligit in eo caſu, in quo ſeruare tenetur. Secunda, cuius meminit idem Bonauentura, quæ affirmat, ſolum eos qui ſunt habitu caritatis præditi eſſe obligatos ad mandata ex caritate ſeruãda. Explico, pōt aliquis eſſe in caritate conſtitutus, & tamen non agere ex caritate, vt ſi quid faceret propter honeſtũ, vel bonitatẽ quadam naturæ: tunc dicitur, eum qui habet caritatem eſſe *Art. 1. q. 2.*

obligatum ad ſeruanda præcepta ex ca ritate;alias non ſeruaret,vt ſi quis ex A pietate,vel miſericordia naturali daret eleemoſynam, qui peccaret mortaliter. Tertia,communis,præcepta decalogi non obligare ad modum caritatis,& poſſe impleri ſine caritate,etiam ab eo qui eſt in peccato mortali: per quam obſeruationem adimplet præceptum,& nõ peccat: cæterum hęc obſeruatio non erit meritoria. Ita diuus Thomas in prima ſecundæ, Bonau.loco citato: Durandus, in librum 2.ſent.diſt.29.q.4. Scotus,Gabriel,& alij. Et quoniam de caritate ſiue de diligendo Deo datur priuatum pręceptũ,quod ſuis locis,& temporibus obligat,quæri poteſt,an etiam hoc præceptum ſeruandum ſit ex modo caritatis.Quid autem de rebus propoſitis tenendum ſit, quibuſdam poſitionibus docebo:

Prima poſitio,de caritate poteſt dari & datur diſtinctum præceptum.Doctrina eſt certa,quia actus diligendi eſt actus quidam ab alijs diſtinctus:ergo de eo poteſt eſſe ſingulare præceptum,de diligendo Deo & proximo. Secunda poſitio,præceptum caritatis eſt finis omnium pręceptorum decalogi, & totius legis. Primum patet auctoritate ſcripturæ dicentis,ex hoc vno,pendere legem & Prophetas, quemadmodum quæ ſunt ad finem, & ab ipſo pendent fine:& finem præceptorũ eſſe caritatem.Deinde patet ex eo,qđ hoc præceptum non connumeratur,nec datur vna cum præceptis decalogi, ſed illis ſubijcitur,vt indicetur finis,in quem tradita ſunt præcepta. Tertia poſitio,ſub decalogi præcepta non cadit modus caritatis,hoc eſt, ſeruari poſſunt,etiamſi non ex caritate ſeruentur.Primum probatur argumento communi a fine ſumpto,qui non cadit ſub præceptum:at finis præceptorum de C calogi eſt caritas,vt eſt demonſtratum:igitur.Deinde,ſumitur argumentum a ſimili;vt ſe habet præceptum negatiuum prohibendo actum; ita affirmatiuum præcipiendo illum:atqui negatiuum nõn obligat admodum caritatis,vt etiam aduerſarius concederet:igitur nec affirmatiuum; ſiquidem,par eſt præceptorum ratio:quia nõ alium actum, nec aliter prohibet præceptũ negans,niſi quem ponit,& eo modo quo ponit affirmans . Minor propoſitio eſt manifeſta;quia alias,is qui ſeruat negatiuum, quod ſemper obligat, ſemper peccaret mortaliter,ſi uiueret in peccato mortali. Pręterea ſequeretur,eum qui tranſgrederetur præceptum decalogi,ſemper duo committere peccata;vnum contra modum.i.contra caritatem, alterum contra præceptũ non ſeruatum:nam per aduerſarium,qui non honorat parentes ex caritate, D peccat contra caritatem;& contra præceptum de illis honorandis: duo igitur peccata committit;quia non ſeruat modum,nec ſubſtantiam. Ad hæc,ſi omnia quę nobis Deus præcipit,ideo præcipit,vt nos trahat ad ſui dilectionem,& ut omnia ſeruemus ex caritate , omnia quæ facimus etiam conſilia, & quæ alias indifferentia ſunt, deberemus ex caritate facere; quaſi ſeruantes illud, Omnia in caritate facite : igitur qui non haberet caritatem , in omnibus ſuis actibus peccaret ; quod tanquam hæreticum contra Lutherum , in Concilio Tridentino damnatum eſt. Denique, vt Sotus ait, nullum Sacramentum ſuſcipi poſſet, niſi ab exiſtenti in gratia , quod tamen de baptiſmo & pœnitentia falſum eſt : cum adhæc ſuſcipienda ſatis ſit attritio,

A tritio, cum qua poteſt eſſe peccatum. Quarta poſitio, qui eſt in caritate, non eſt obligatus ſeruare mandata ex caritate. Primum, nemo obligatur ad impoſſibile, ſed impoſſibile eſt homini cognoſcere an ſit in caritate, vt eſt determinatum in Concilio Tridentino: igitur nemo tenetur agere ex caritate. Deinde, qui eſt in caritate nõ habet plura præcepta, quam habet is, qui eſt in peccato, ſed per aduerſarium, qui eſt in peccato nõ eſt obligatus agere ex caritate: quare, nec is qui eſt caritate præditus. Quod ſi dicas, eum qui habet aliquã formam, ſiue donum, debere ex illo agere, & ita qui habet caritatem debere ex ea agere; id ſi verum eſſet, ſequeretur iſtum debere facere omnia ex caritate, & ſi non faceret, peccaret mortaliter, & ita omnia peccata quæ alias fuiſſent venialia, huic fierent mortalia, quia cùm peccat venialiter, non B facit ex caritate. Quinta poſitio, præceptum de diligendo Deo non obligat ad hoc, vt ſeruetur ex habitu. Patet ex ijs quæ ſupra diximus: quia præcepta non dantur niſi de actibus. Sexta poſitio, præceptum dilectionis obligat ad hoc, vt fiat propter finem ſupernaturalem, id eſt propter Deum, intellige de actu interno, & de perfecta obſeruatione totius mandati, & ita præceptum caritatis includit modum caritatis. Primum, patet ex ipſa forma præcepti, in qua præcipitur modus dilectionis: dicitur enim. Diliges Dominum ex toto *Mat.* 22. corde, ex tota anima, &c. vbi & actus ſubſtãtia & modus exprimitur. Deinde, qui explet hoc præceptum, amicus Dei efficitur: at nemo poteſt effici Dei amicus ſine eius dilectione, igitur. Confirmatur, qui ſeruat hoc mandatum, *Ioan.* 14. diligit Deum, & qui Deum diligit, ab eodem diligitur; qui neminem diligit C niſi eum qui eſt in gratia conſtitutus, & eleuatus ſuper omnia: igitur nemo adimplet hoc præceptum ſine dilectione ſuper omnia. Denique, amor commenſuratur rei amatæ: ſed Deus eſt quoddam bonum infinitum: igitur dilectio ei commenſurata erit ſupra omnia. Et hoc pacto eſt intelligendus diuus Thomas: qui dum concordat duas ſententias quas citat, ait modum caritatis eſſe ſub præcepto caritatis. Septima poſitio, pręceptum caritatis, quantum ad aliquem actum exteriorem, ſeruari poteſt, etiamſi non adſit modus caritatis, amoris nimirum ſupernaturalis, & finis a legiſlatore intentus. Ita Sotus, & Medina, quos alij ſequuntur. Vnde poteſt aliquis ſeruare præceptum de diligendo Deo, exercendo aliquem actum exteriorem, qui pertinet ad materiam huius præcepti, vt ſi quis redargueret quempiam blaſphemantẽ Deũ, D & id non faceret propter Deum: at quãdo inſtat obligatio de dilectione interiori, iſta ſine gratia eſſe non poteſt. Diligenter itaque in hac tota materia, in qua agitur de modo ſeruando, animaduertendũ eſt, aliqua præcepta quãtum ad non peccandum, & ad ſubſtantiam actus ſeruari poſſe, etiamſi actus aliqua circunſtantia ſit vitiatus, quia eſſe poteſt, vt illa circunſtantia, ſiue modus non ſit in præcepto, vt patet ſpeciatim in præceptis decalogi, quæ dãtur de actu, non de modo. Cæterũ, ad impletionem perfectam, & ad conſequendum finem quem legiſlator intendit, ſalutem nimirum, opus eſt obſeruare ex caritate, & propter Deum. Octaua poſitio, ad hoc vt ſeruetur præceptum dilectionis ex modo, non eſt neceſſe vt actus actualiter referatur in Deum, ſed ſatis eſt ſi virtualiter ſit relatus, quod fit propter aliquem actum præce-

dentem: quare qui mane offert omnes ſuas actiones Deo, licet poſtea cum agit, non recordetur Dei, propter Deum agere cenſetur, vt nonnulli docent. Vnde neque ad actum moraliter bonum conſtituendum neceſſe eſt, ut ordinetur in Deum amore quodam communi & naturali, vt eſt omnium rerum auctor, vt aliqui voluerunt; ſed ſat eſt ut ſit opus bonum ex ſe, & ut nulla circunſtantia deprauetur: quia tunc, ſua natura, refertur in honeſtum, & in Deum naturæ auctorem, ad cuiuſmodi actus producendos ſat eſt commune Dei auxilium: at vero vniuerſa lex, ſine ſpeciali Dei ope & gratia ſeruari non poteſt. Sed de his accuratius & latius in materia de gratia. A

Gregor. Arim.

Nona poſitio, præceptum caritatis poteſt impleri ſine gratia, & ſine caritate antecedenti, non tamen ſine gratia concomitante. Explico, quando homo producit actum dilectionis Dei ſuper omnia, tunc Deus dat gratiam, & infundit caritatem, ſed non eſt neceſſarium, vt caritas, & gratia præcedant actum ad eum eliciendum: poteſt enim per auxilium ſpeciale eleuari humana uoluntas ad talem actum eliciendum. Hanc doctrinam ſtatuimus contra Marſilium in ſecundum librum ſent. quæſt. decima octaua, articulo ſecundo, & contra Almaynum in ſuis moralibus, qui tenent, hominem poſſe diligere Deum ſuper omnia, & non habere gratiam vel caritatem concomitantem. Sed Almaynus dicit id fieri poſſe ſolo auxilio generali, Marſilius vero ſpeciali, & nota, quod loquuntur de facto, putantque hominem cum iſto actu poſſe damnari, cum nondũ gratiam ſit adeptus: at uero contrarium eſt omnino tenendum. Quoniam non contingit aliquem diligere Deum ſuper omnia, & quod ſimul non habeat gratiam & caritatem: cum diſertiſſimis verbis Chriſtus dicat, Eum diligi a Patre, & in eo manere, qui ipſum diligit. Quod ſi petas, an iſte actus poſſit dari ſine habitu, reſpondeo per auxilium extraordinarium ſiue ſpecialiſſimum dari poſſe, cum auxilium diuinũ id ſupplere poſſit, quod habitus præſtat. Habet enim habitus duo, quod inhæreat tanquam forma, & quod producat actum, at Deus ſupplere poteſt cauſſam efficientem, igitur: & ſicut per auxilium poteſt eleuare mentem alicuius ad actum beatificum, id eſt, ad ſe videndum, poterit etiam eleuare ad ſe amandum. B C

Tract. 2. c 12.

Ioan. 14.

Vltima poſitio, caritatis præceptum in his caſibus ad ſui obſeruationem obligare uidetur. Primum, quando quis debet exercere actum, quem ſine peccato exercere non poteſt, niſi ſit in gratia cõſtitutus; ut ſi ſacerdos eſſet in peccato mortali, & aliquod ſacramentũ adminiſtrare deberet, tunc per contritionem debet ſe ad Deum conuertere. Deinde, quando inſtaret probabile periculum mortis, tunc qui eſſet in peccato deberet ſe ad Deum conuertere; vt ſi quis ingreſſurus eſſet turbatum mare, aut mulier eſſet prope partum periculoſum. atque hæc ſunt duo certa de hoc præcepto ſeruando tempora, de quo alibi ſubtilius agitur. D

Ad primum, hoc argumentum, & auctoritates illę procedunt de plena ac perfecta obſeruatione, & decalogi mandata continentur ſub dilectione, quia qui diligit, omnia perfecte ſeruat, ſingula tamen non obligant ad modum caritatis.

Ad ſe-

A Ad ſecundum, cum dicitur, mandatorum obſeruationem eſſe viam ad ſalutem, nomine mandati, intelligitur etiam pręceptum caritatis: at difficultas eſt de pręceptis ſingularibus. Rurſus, inquit ſcriptura, ſi uis, conditionaliter, quod ſi vis ingredi, ſerues etiam ex caritate, ſed abſolute loquendo, poſſunt ſeruari ſine iſto modo. Ad tertium, patet ex dictis, quia nõ tenetur referre in Deum vt eſt finis ſupernaturalis amoris, & ſi nullo modo referat, adhuc ſeruat præcepti ſubſtantiam, & poteſt ſolum referre in honeſtum, ad quod non eſt opus ſupernaturali gratia. Ad quartum, non tenetur homo cõformare ſe intentioni legiſlatoris, ſed ſolum facere quod præcipit. Tunc autem debet ſequi eius intentionem, quando vult plene perfecteq; legem ſeruare, & ita integra obſeruantia id requirit. Ad quinctum, illis verbis continetur admo-
B nitio ad perfectam & ſalutiferam obſeruationem. Quod ſi ſit præceptum, erit affirmatiuum, non ſemper, ſed ſuo tempore, obligabit: & iſta obligatio pertinebit ad particulare præceptum caritatis. Ad ſextum, non dicimus ſeruari poſſe omnia ſine gratia & caritate, hoc enim eſſet Pelagianum. Ad vltimum, Thomiſtæ intelligunt diuum Thomam, quãdo occurreret ſimul pręceptum de honorandis parentibus, & de diligendo Deo ſuper omnia, ſed tamen non ſemper concurrunt iſta duo præcepta: vel intellige alio modo, vt ſupra expoſuimus, quia facit contra alium mandatum de diligendo, quo præcipitur modus.

De præceptis moralibus extra decalogum exiſtentibus, an conuenienter ab eo di-
C *ſtinguantur, & an ad eum reuocentur.* *Diſput.* *I I.*

CVM omnino exploratum ſit, in diuina lege multa contineri pręcepta, quæ naturali dictamine cognoſcuntur, de ijs hoc loco vniuerſe agendum eſt. De quibus duo in dubium reuocantur, an conuenienter ab illis quę ſunt in decalogo diſtinguantur, & an ad illa reuocentur. Quæ hoc loco argumenta dubitationem faciunt, hæc ſunt.

Primo, quæ ſunt eiuſdem ordinis, non ſunt diſtinguenda & ſeparanda: at omnia moralia præcepta ſunt eiuſdem ordinis: igitur non fuerunt ſeparanda, ſed in una eadem lege, & parte tradenda. Quod ſi dicas, clara fuiſſe diſtin-
D guenda ab obſcuris & minus notis, hoc nõ uidetur fuiſſe ſeruatum, quia in ſecũdo pręcepto prohibetur periurium: at notius eſt blaſphemiam eſſe peccatum, quam periurium, in quod etiam minus frequenter inciditur, igitur: ſimiliter, magis eſt contra iuſtitiam atque notius peccatum rapinæ, quam furti: igitur hoc potius in decalogo ponendum fuiſſet.

Secundo, lex data eſt homini a Deo in defectum luminis naturæ iam obſcurati: igitur ea per ſe docere debuit, quæ maiore indigebant lumine: quare, uel omnia tradenda fuere in decalogo, uel iſta potius poni debuere.

Tertio, in decalogo non dantur niſi præcepta moralia ad iuſtitiam pertinentia: igitur, præcepta de alijs uirtutibus ad iſta reuocari non poſſunt: atque idem diceres de iudicialibus, & cæremonialibus, cum tamen

talis lex a Deo dari debuiſſet, in qua, vel omnia eſſent expreſſa, aut poteſtate contenta. Quarto, poſſet quis petere, quid vtilitatis habeat hæc diſputatio: quia, cum hoc loco explicetur decalogus, nihil de alijs præceptis, quæ Deus per ſuos miniſtros traditurus erat, dicendum videbatur. A

Ad huius difficultatis explicationem, reuocanda eſt in memoriam diſtinctio illa præceptorum, in moralia, cæremonialia, & iudicialia; quorum primum genus in eo differt ab aliis, quod ea continet, quæ ſua vi atque natura bona aut mala ſunt, non quia prohibita: alia vero genera, ea, quæ cum alias ſint indifferentia, ex ſola conſtitutione fiunt bona, vel mala. Rurſus animaduertenda eſt illa præceptorum moralium diſtinctio, quod alia ſint veluti prima principia, quæ vnico aſpectu, ſine vllo prorſus diſcurſu ex ſola terminorum notitia apprehenduntur: alia quę ex dictis principiis facili cōſequentia a quouis ingenio colliguntur & intelliguntur: quædam poſtremo quę maiore egent indagatione ac ſtudio; vt quod depoſitus gladius nō ſit reddendus furioſo, & cano capiti aſſurgendum. Atque hæc pręceptorum diſtinctio a diuo Thomá allata, aliquo pacto eſt diuerſa ab illa, quæ ſupra poſita fuit, cum quærebatur, an omnia præcepta moralia pertineant ad legē naturæ: Nam illa ſumpta fuit ex ordine & modo cognitionis noſtræ; hæc vero magis ex natura & ordine eorum quæ cognoſcuntur. Rurſus, meminiſſe oportet, cur Deus daturus aliquam legem per ſe, pauca præcepta dare debuerit, & cur ea ſolū quæ rationē debiti & iuſtitiæ ad alium continent. B

Prima poſitio, in lege diuinitus data tradi debuerunt omnium virtutum præcepta. Patet hæc poſitio ex ijs quæ ſupra diſputata ſunt: alias enim non potuiſſet hominē eo perducere, quo intendebat; quare non ſatis fuere pręcepta decalogi. Secunda poſitio, conuenienter in lege diuina diſtinguuntur præcepta cæremonialia, & iudicialia a præceptis decalogi. Quoniam eorum ratio, vt dicebamus, eſt omnino diuerſa, cum pendeant a ſola legislatoris voluntate & determinatione, neque ſint moralium præceptorum concluſiones, ſed determinationes quædam. Tertia poſitio, conuenienter a pręceptis decalogi ſeparata ſunt prima principia, & concluſiones ſiue præcepta moralia, quæ maiore indigebant lumine & inquiſitione, quæ extra decalogum Deus per ſuos miniſtros docuit. Quod attinet ad principia eſt res manifeſta; quia nulla prorſus egent præceptione, nec vlla poſſunt obliuione, aut ignorantia deleri. Quod vero ſpectat ad alia, patet ex dictis; quia ſummo legiſlatori ſatis fuit ſumma capita tradere, in quibus poteſtate reliqua continerentur, quæ poſtea per alios explicatius tradi debuerāt: ac proinde a decalogo ſeparanda fuere. Quarta poſitio, non omnia præcepta morum, quæ in lege traduntur, reuocantur ad decalogum. Patet, quia in decalogo non continetur ſumma virtutum omnium: igitur nec quæ ex illis deducuntur. Quinta poſitio, moralia præcepta extra decalogum poſita, quæ habent aliquam debiti rationem ad alios, reuocantur ad decalogum, atque in eo poteſtate continentur. Probabitur hæc poſitio percurrendo ſingula præcepta, & demonſtrando quæ ad illa reuocētur. Ad primum, in quo idolorum cultus damnatur, reuocantur præcepta quæ prohibent omnem C D

idolo-

A idolomaniam,ſuperſtitionem, magiam, atque diuinationem; item præce- *Deut.18.*
pta fidei & ſpei,cum infidelitas,hæreſis,& deſperatio ſint contra hoc primũ
præceptum; ni velis ea ſupponere, quaſi ad principia & præambula perti-
nentia;item, præcepta ſacramentorum. Ad ſecundum, in quo periurium *Deut.18.*
cauetur,reuocatur prohibitio blaſphemię, & omnium execrationum, fal-
ſęque doctrinę. Ad tertium,in quo Sabbathi ſanctificatio iubetur,reuocã-
tur omnia quę ad cęremoniarum inſtitiam & ad cultum exteriorem perti-
nent. Ad quartum,ſub honore parentum, continetur honor, & reueren-
tia omnium maiorum ſpiritualium & temporalium, & excellentium uiro-
rum,& eorum, qui noſtri aliquam curam ſuſcipiunt. Ad quinctum, quę *Leu.19.*
prohibent quodcunque damnum,læſionem,iniuriam,atque odium in pro
B ximum. Ad ſextum, omne genus luxuriæ, ſimplex fornicatio, nefandum *Deut.14.*
vitium, & beſtialitas. Ad ſeptimum, omnes furti ſpecies & nocendi modi *Leu.18.*
in bonis externis; vſura, fraus, aliorum bonorum retentio, & vſurpatio; *Deut.25.*
huc pertinent illa, Non habebis in ſacculo duo pondera; Statera & ſtatera
odioſa Deo. Ad octauum,vbi prohibetur falſum teſtimonium,ea quæ men *Exo.23.*
dacia,& falſa iudicia prohibent; & omnes detractionis ſpecies. Denique *Leu.19.*
ad alia duo poſteriora omnis inhoneſta cupido.

Sed peteret hoc loco aliquis, an peccata quæ capitalia nominantur ali-
quo pacto damnentur in decalogo,cui ex Gerſone hunc in modum reſpõ-
derem. Primum,omnia damnari in primo præcepto, quia nullum eſt gra
ue peccatum,quo Dei gloria,de qua ſtatuitur primum præceptum, nõ of-
C fendatur. Verum priuatim, ſuperbia prohibetur in primo, initium enim *Eccl.10.*
omnis ſuperbiæ eſt apoſtatare a Deo. Inuidia damnatur in quarto,ſi a par-
te totum intelligatur,qui enim inuidia uacat,ſuum cuiq; honorem tribuit:
Ita in quincto,cum omnis proximi læſio ex ira oriri ſoleat: Luxuria quan-
tum ad actum exteriorem & interiorem in ſexto & nono:ac etiam in iiſdem
Gula,ex qua luxuria proficiſci ſolet:aut certe in primo:cum homini gulo- *Phil.3.*
ſo venter ſit Deus: Auaritia,in præcepto de non furando, & non concupi-
ſcendis bonis alienis:Acedia denique in tertio,vbi iubemur dies feſtos ce-
lebrare, cum hoc vitium in bonis operibus exercendis potiſſimum reperia
tur. Sexta poſitio,vt præcepta moralia quę ſunt extra decalogũ,ad decalo-
gum,tanquam concluſiones ad præmiſſas reuocantur, ita quæ in decalogo
D continentur,ad illa duo principia de dilectione Dei, & proximi, ac etiã ad
illa,quod tibi non uis,alteri ne feceris:& quod tibi uis alteri feceris,ex qui
bus principiis omnes humanæ diuinæque leges pendent. Septima poſitio,
hæc doctrina de reductione aliorum præceptorum ad ſumma decalogi ca
pita,eſt ualde vtilis. Primum, quia,ſicuti ad res naturales facilius cogno-
ſcendas utile fuit reuocare omnes naturas ad decem categorias, & ad recte
loquendum & orationem congruam faciendam omnes voces ad octo ora-
tionis partes,ita expediens fuit,ad varia diuinæ legis præcepta melius tenẽ
da ea in certa capita colligere. Deinde hoc eſt vtile Confeſſariis, qui cum
facilitate & breuitate abſolute alicuius conſcientiam examinare volũt. De
niq; Cõcionatoribus,et ſcriptoribus,qui decalogũ fuſe explanarẽ vellent.

Ad primum, licet omnia præcepta quæ ſua natura rationis rectitudinem includunt, ſint in ordine moralium, tamen, diſtinguenda fuerunt, vt aſſignaretur ratio, cur aliqua in decalogo poſita ſint, & non alia. De diſtinctione inter clara & obſcura, et quod quędam clariora ſint omiſſa; ideo aliqui hoc factum putant, quod iſta quę ſunt clariora, minus occurrunt, & in eis rarius peccatur vt, rarius per rapinā, q̄ per furtum; ſed hęc ratio non habet locū in præcepto de adulterio, quia ſæpius occurrit fornicatio ſimplex, quam adulterium, ideo dici poſſet, habitam fuiſſe rationem maioris iniuſtitiæ, cum in decalogo huius uirtutis præcipua habeatur ratio. Ad ſecundum, concedimus datam eſſe in defectum luminis naturalis, ſed tamē, vt ſupra docuimus ea in legum diuinarum catalogo ponenda fuere, quæ patentem haberent iuſtitiæ rationem; ex quibus alia quæ egebant maiore expoſitione & particulari applicatione colliguntur. Ad tertium, concedo præcepta aliarum virtutum non contineri in decalogo, quia non habent manifeſtam iniuriæ rationem, vt præcepta de temperantia, de fortitudine, & alia, & ideo relicta ſunt aliis edocenda, vt parentibus, & aliorū moderatoribus: quæ tamē in diuinis literis reperiuntur: vnde nō eſt neceſſe vt iſta ad decalogum plane reuocentur, ex quo patet, cur nec cæremonialia, nec iudicialia ſint reuocāda. Ad quartum, patet ex ultima poſitione. A B

Caiet.
Med.

An obſeruatio præceptorum moralium antiquę legis vim iuſtificandi haberet. *Diſput.* XII.

C

DIVINAE legis, præceptis vniuerſe expoſitis, illud explicandum reſtat, quę nam eſſet eorum vis; an tanta, vt hominem iuſtum facerent, hoc eſt, ex peccatore Dei amicum. Et quod hanc vim habuerint, hæc argumenta ſuadent. Primo, hanc vim habebat obſeruatio præceptorum in lege naturæ: igitur multo magis in lege diuina: antecedens patet ex Paulo, qui loquendo de Gentibus, aiebat facere opera legis, & factores iuſtificari: igitur, ex operibus illius legis. Idē affirmat Iacobus de Abrahamo, quem ait iuſtificatum fuiſſe ex operibus. Secundo, lex humana vim habet faciendi homines iuſtos, & hic eſt finis eius, vt Ariſtoteles docet, quem finem ſibi non proponeret, niſi poſſet attingere; & ideo omnium virtutum cumulum legalis iuſtitia nominatur: quare multo magis lex diuina hoc poterit, cum maiorem habeat vim. Tertio, id probare licet expreſſis eiuſdem legis teſtimonijs, cuſtodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis, vita nimirum ſpirituali: & cum populus Hebræus aliquando de hac lege conquereretur, quaſi vitā non præſtaret, Dei cauſſam agendo falſam querelam reiecit Ezechiel cum dixit, Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis, quæ faciens homo uiuet in eis. Item, & iudicia mea non cuſtodierunt, ut facerent ea: quæ cum homo fecerit, uiuet in eis. Quarto, accepta iuſtitia per fidem, atque homine in gratia conſtituto, opera cuiuſcunque legis vim habebit merendi & magis iuſtificandi: ergo aliqua ſaltem ratione operibus legis attribuenda eſt iuſtitia. D

Iac. 2.
Leui. 18.

Quomodo

A Quomodo igitur eſt verum id quod Paulus ait, Litera occidit, i. lex vetus; ſi qui eam ſeruant uita viuunt? In hac diſputatione, ſi multa repetere uellem ex ijs quæ pertinent ad tractationem de iuſtificatione extra propoſitam materiã longe vagarer: ut igitur intra terminos conſiſtam, ea ſolum attingam, quæ ad difficultates propoſitas ſoluendas ſunt neceſſaria.

Sit igitur primum fundamentum in quo quid per iuſtificationem intelligere debeamus explicabitur. Iuſtificatio, quod uerbum proprium eſt diuinæ paginæ, ſicuti & iuſtifico, aliquando idem valet, quod, iuſtum, ſeu innocentem declaro; vt cum dicitur. Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque: Item, Iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis, i. pronuntiata eſt iuſta: Item, Ille uolens iuſtificare ſeipſum, hoc eſt ſe iuſtum B declarare. Aliquando iuſtificare idem valet, quod ex impio iuſtum & piũ facere; quo modo intelligitur illud, credenti in eum qui iuſtificat impium, hoc eſt, qui ex iniquo iuſtum bonumque facit: ita vt iuſtificatio, ſit quaſi iuſtitiæ factio, ſicuti calefactio eſt frigidi in calidum tranſmutatio. Aliquando iuſtificare eſt in iuſtitia & bonitate iam adepta proficere, & a minore ad maiorem iuſtitiam accedere; vt hoc in loco, non verearis vſque ad mortem iuſtificari, ideſt, creſcere in iuſtitia & pietate: & hoc alio, qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. In prima ſignificatione iuſtificare eſt exercere iuſtitiam: in alijs vero eſt per bonitatis acquiſitionem iuſtum bonum, rectumque facere: ut is dicatur iuſtus qui ad regulam præceptorum Dei, diuinæque voluntatis, aut ad rationem ipſam legemque humanam viuit, ſuaſque viuen-C di rationes metitur, non ſecus ac artificis opus ad artis regulam. Atque duæ poſteriores ſignificationes maxime ad noſtrum inſtitutum faciunt. De moralibus itaque antiquæ legis præceptis ſiue operibus quæritur, an ſecundo, uel tertio modo iuſtificarent. His adderes aliam acceptionem eiuſdem uerbi, vt iuſtificare deſignet ad iuſtitiam diſponere & pręparare, ac etiam iuſtitiam ſignificare & præmonſtrare. Iuſtificare igitur, vel eſt iuſtum declarare, vel bonum rectumque facere: vel iuſtitiam augere: vel ad eam præparare, eandemque ſignificare.

Secundum fundamentum, iuſtitia, ſumpta pro bonitate & forma qua homo fit bonus, duplex eſt: altera diuina, quam Deus in nobis concurrente libero arbitrio per donorum ſpiritualium infuſionem efficit, per quam ho-D mo in eſſe quodam ſupernaturali & diuino conſtituitur, fitque amicus Dei, vt qui iam eſt adæquatus & commenſuratus ad uoluntatem diuinam; per quam denique vnus ſpiritus cum Deo efficitur: quo fit, vt nulla creata mens per naturæ uires poſſit eam attingere: Altera humana, quæ conſiſtit in quadam humana perfectione, quam uirtutes naturaliter acquiſitæ nobis tribuunt: ad quam homo peruenit per obſeruantiam imperfectam tamen naturalis, humanæque legis. Prima a Paulo uocatur iuſtitia fidei, cum a fide tanquam a fundamento pendeat, Impoſſibile nanque eſt, ſine fide placere Deo: ſecunda iuſtitia factorum. i. operum moraliter bonorum: illa dicitur iuſtitia apud Deum, hæc apud hominẽ. Hæc rurſus duplex, altera generalis quæ conſiſtit in ipſa legum & pręceptorum obſeruatione, & in rectitudine

dine omnium morum iuxta naturæ uires: altera ſpecialis, quæ poſita eſt in **A**
habitu, ſiue vſu ſpecialis virtutis iuſtitiæ, a qua aliquis dicitur iuſtus iudex. Atque hoc loco dubitatio eſt, de iuſtitia primo modo ſumpta, & ita quæritur, an per obſeruationem præceptorum moralium antiquæ legis homo fieret iuſtus apud Deum, & adepta iuſtitia augeretur, ita ut obſeruationi illius legis tribui poſſit iuſtificatio, quæ nihil aliud eſt, quam iuſtitiæ ſupernaturalis acquiſitio, vel in eadem augmentatio: vel cum Concilio Tridentino, Eſt tranſlatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adæ in ſtatum gratiæ & adoptionem filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. Qua deſcriptione definitur prima iuſtificatio quæ fit per baptiſmum: unde ſi vniuerſe eam definire velles, diceres, Eſſe tranſlationem a ſtatu peccati in ſtatum gratiæ per Chriſtum. Vbi ex Bonauentura nota, quattuor modis aliquid dicitur iuſtificare; uel efficienter, vt **B**
Deus: uel formaliter, vt gratia, uel affectu, ſic fides operans per dilectionem uel exercitij vſu, & hoc modo mandata, quibus exercetur iuſtitia, iuſtificare dicuntur.

Tertium fundamentum, ad iuſtificationem ſiue ſtatum iuſtitiæ ſupernaturalis acquirendum tria ſunt neceſſaria; primum fides, quia, vt ait Paulus,
Heb. 11. Accedentem ad Deum, oportet credere quia eſt, per quam Chriſti meritum
Rom. 1. apprehendimus: deinde ſpes, iuxta illud, ſpe ſalui facti ſumus; neque enim poteſt ſalutem conſequi, qui ſpem non habeat in eum qui ſaluat & iuſtificat: poſtremo, motus caritatis & dilectionis Dei ſuper omnia: translati enim
Ioan. ſumus de morte ad vitam, quia diligimus, & qui non diligit, manet in mor- **C**
te. Hæc autem iuſtitia de qua quærimus, dicitur contineri in operibus legis, tum moralibus, tum iudiciarijs, tum cæremonialibus, ſed diuerſa ratione. Nam moralium & iudicialium præceptorum obſeruatio ſua natura humanam & naturalem iuſtitiam continent: cæremonialium vero vſus non item. Neque enim libaminum oblatio, & hoſtiarum immolatio, & corporales lotiones ex obiecto, vel ex re ipſa aliquam habent rectitudinem ſiue iuſtitiam, bonitatemve moralem; ſed quam habuere, ex diuina inſtitutione habuere; & ita ex deuotione & obedientia iuſtificare dicebantur, vt planius poſtea dicetur.

Prima poſitio, antiquę legis præcepta iuſtificabant ſignificando & diſponendo ad gratiam recipiendam per Chriſtum. Verum hæc iuſtificatio dici- **D**
tur de illis præceptis per quandam analogiam & extrinſece, ſicuti ſanum de medicina, & vrina, quæ eſt ſanitatis ſignum. Omnia enim illis in figura con
1. Contra. 10. tingebant, & tota illa lex fuit pędagogus ad Chriſtum: ideo Auguſtinus ali-
Cōtra Fau quando dixit, vitam illius populi propheticam fuiſſe, & Chriſti figuratiuā: cæterum hoc loco non eſt difficultas de hac iuſtificationis forma. Secunda poſitio, omnia veteris legis præcepta iuſtificabāt, ſi iuſtificatio ſumatur pro præuia diſpoſitione ad gratiam: hoc eſt dum populus ille exercebat opera legis, ſi erat in peccato conſtitutus, bene & honeſte agendo, vna cum ſpeciali Dei auxilio diſponebatur ad iuſtitiam ſupernaturalem recipiēdam. Doctrina eſt manifeſta, quia nemo uenit ad iuſtitiā perfectā, niſi fecerit quod

in ſe

A in ſe eſt,& legem ſeruauerit:& ideo Deus ab illis hanc iuſtitiam requirebat cum eis dicebat,conuertimini ad me. His itaque operibus diſponebant ut tum ad iuſtitiam naturalem, tum ad ſupernaturalem, quam tamen non ex vi operum,ſed ex gratia conſequebantur,vt ſtatim dicam. Atque in hoc iuſtificationis genere non eſt diſcrimen inter noſtra & antiquorum hominũ moralia bona;quibus,vt nos ad iuſtitiam diſponimur,ita & illi. Tertia poſitio,præceptorum veteris legis obſeruatio vim habebat efficiendi iuſtitiam naturalem & iuſtificandi apud homines. Doctrina eſt manifeſta, de qua intelligitur illud Pauli de Abrahami iuſtitia loquentis, ſi ex operibus legis iuſtificatus eſt,hoc eſt, ſi recte uiuendo legem ſeruauit & iuſtitiam quandã humanam adeptus eſt,habet gloriã,apud homines nimirum,ſed non apud
B Deum. Et hanc iuſtitiam omnes homines in quacunque lege aſſequi poſſunt:quæ tamen non efficit amicos Dei. Quarta poſitio, moralia & iudicialia præcepta aliter producebant,ſeu continebant humanam iuſtitiam, quã cæremonialia. Patet ex dictis in ultimo fundamento:nã illa ſunt de obiecto iuſto ex ſe,hęc vero non item,ſed ex ſola ordinatione diuina:neq; enim taurorum mactatio, ullam in ſe iuſtitiam continet. Quincta poſitio, nulla præcepta antiquæ legis habebant vim attingendi,& producendi,merendive ex condigno ſupernaturalem iuſtitiam. Hanc veritatem in epiſtola ad Romanos,et ad Galatas ex profeſſo probauit Paulus,aduerſus eos,qui legis operibus ſe iuſtificari putabant & hoc eſt quod hoc loco ſpeciatim quærebatur; quæ veritas locum habet in obſeruatione cuiuſcunque legis etiam
C nouæ; in qua, nemo per opera moralia poteſt gratiam naturæ viribus attingere,& de condigno mereri. Hanc doctrinam confirmat auctoritas Pauli paullo ante citata; qua dixit, Abrahamum non fuiſſe iuſtum coram Deo ex operibus legis,& hæc alia, Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro *Rom.8.* coram illo:immo,abſolute dicere potuit,ex operibus non iuſtificabitur omnis caro,ideſt hominum nemo. Sed quia aduerſus Hebræos,qui in data lege acquieſcebant,priuatim differebat,ideo dixit, legis. Eandem doctrinam varijs in locis docuit Auguſtinus:de qua plura alibi. Sexta poſitio, omnia ueteris legis præcepta iuſtificabant,ſi iuſtificatio ſumatur pro maiore iuſtitiæ acquiſitione. Poſtquam ergo aliquis ex Chriſti fide & ex Dei auxilio factus erat iuſtus,legem ſeruando, in iuſtitia per bona opera facta in gratia

Li. de ſpir. & litera cap.8.

D progreſſum faciebat. Huc pertinet auctoritas illa Iacobi dicentis, videtis *Iac.2.* quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Quo etiam modo aliqui exponunt illud Pauli, Factores legis iuſtificabuntur, ſuppoſita nimirum fide & auxilio diuino. Quid de ſacramentis antiquæ legis dicendum ſit,an iuſtitiam efficerent, infra docebo. Atque ex dictis intelligi licet,non eſſe diſcrimen quantum ad uim conferendi & augendi gratiam per præceptorum moralium obſeruationem in noua & antiqua lege: vt enim olim opera non iuſtificabant, ſed ſolum acceptam iuſtitiam augebant,ita & nunc, & vt in illa lege uim habebant ad diſponendum, ita & in noſtra habent.

Ad primum, negatur antecedens: loca autem illa intelligenda ſunt, de iuſtificatione diſpoſitiua, vel de augmento iuſtitiæ. A

Ad ſecundum, iuſtitia humana eſt longe inferior iuſtitia diuina: vnde non eſt par ratio, neq; vllus uniuerſam legẽ ſeruabit, ſolis naturæ uiribus.

Ad tertium, loca illa intelligenda ſunt, de diſponente, & conſequente iuſtitia.

Ad quartum, hoc probat ſextam poſitionem.

Libri decimiquarti finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER XV.

In quo de natura & ratione, atq; vi præceptorum cæremonialium veteris legis agitur.

Quæ ſit cæremonialium præceptorum natura. Diſp. I.

A SI M.Tullius vir non modo ſingulari eloquentia,ſed etiã ſapientia non vulgari inſtructus, de deorum natura diſputationem aggreſſurus,ab exclamatione ſibi auſpicandum eſſe putauit,vt omnes adeſſent,cognoſcerent, animaduerterent,quid de religione, pietate, ſanctitate, cæremonijs,fide,iureiurando,quid de templis,delubris,ſacrificijſque ſolemnibus, exiſtimandum eſſet; quanto magis nobis qui veras veri Dei cæremonias, ab ipſo vero Deo, non ab hominibus conſtitutas explicaturi ſumus,exclamandum eſſet, atque obteſtãdum,vt omnes ſummi & æterni numinis cultores,quæ de diuinis cæremo- B nijs ſcribemus libenti animo legere velint; vt earum ſumma atque ſapientiſſima ratione cognita, & Deum laudibus celebrent,& in pietate, ad quam augendam hæc tractatio maxime confert,proficiant. Nos autem toto animi ſtudio,Dei ope implorata,ad tantam rem explicandam aggrediamur. *Lib. 1. de nat. deorũ.*

Et quamuis de antiquæ legis cæremonijs integrum fieri volumen poſſet; tamen,nos pro noſtro inſtituto,multa in pauca conferendo, breuitatem ſequemur. Explicaturo igitur cæremonialia legis antiquæ præcepta illa ſe ſe primo difficultas offert, qua inueſtigatur, quæ nam ſit cæremonialium præceptorum ratio. Quod autem non ſit in eo ſita, vt ad diuinum cultum C pertineant; ſic demonſtro.

Primo,multa ſunt in lege quæ ad cæremonias pertinent; & tamen diuinum cultum non attingunt; vt abſtinentia a quibuſdam cibis,& veſtimentis,quæ obſeruationes ſunt extra cultum diuinum:igitur. Secundo,omnibus actibus virtutum omnium colitur Deus,vt actu fidei,ſpei,caritatis, miſericordiæ,& aliarum:atqui nemo prudens diceret,hos actus contineri nomine cæremoniæ: ergo ratio cæremoniæ non eſt in eo ſita, vt ad diuinum cultum pertineat. Tertio,cæremoniæ,a Græcis vocantur iuſtificationes; & ab Hebræis,quadam voce, quæ latine idem valet, quod lex, ſiue mandatũ: ergo eorum ratio non conſiſtet in hoc,quod pertineant ad cultum diuinũ; *Leuit. 11. 15. & 19.*

ſed potius ad iuſtitiam,cum præcepti ratio iuſtitiam contineat, idque græco nomine expreſſe deſignetur. A

Ad hanc difficultatem explicandam, ſequentia pono fundamenta. Primum,in quo de nomine cæremoniæ, cum ab eo poſtremum ſumptũ ſit argumentum,aliquid dicam. Quod itaque in codice hebræo, Chukim dicitur,Græci ubique dikæomata,hoc eſt,iuſtificationes nertunt, quia cæremoniæ erant ritus ad homines purgandos; Latinus vero interpres fere ſemper,cæremonias conuertit. Vox autem hebraica,non tam externam actionem,quam legẽ ipſam & ſtatutum,quo actio illa præcipitur deſignat, quo fit,vt iudaicæ cæremoniæ,legis nomine,in noua lege deſignari ſoleant. At vox latina qua ſane exterior deſignatur cultus, variam habet, iuxta varios ſcriptores,originem. Nam aliqui eam ducunt a Cerere, quam tanquã frugum Deam ſtulta hac in parte coluit antiquitas,atque ſic dictam eſſe putant quaſi Geres a frugibus gerẽdis,quas cultus gratia, diis offerre ſolebãt: Alij, in quibus Liuius, & Valerius Maximus a Cęre oppido ductam putãt,quod ibi Romanorum ſacra ſeruata ſint,eo tempore,quo Galli Romam diripuerunt: Alij,& fortaſſe rectius,a carendo,ducunt,vt cæremonia,ſit quaſi, carimonia,ita Auguſtinus,Gellius,& Macrobius Saturnalium libro ſecundo, cuius notationis ea aſſignatur ratio, quia multæ cæremoniæ in abſtinendo & carendo poſitæ ſunt,vt in abſtinentia ciborum, & multarum rerum vſu. Reiicienda itaque eſt notatio illa,a cereis & alia,quæ a verbo græco, chere,quod ſaluere ſignificat,ducitur. Sed quidquid de etymo ſit, illud tenendum eſt,hac dictione deſignari omne id, quod ad externum diuini numinis cultum pertinet. Secundum fundamentum, in quo res ipſa exponenda eſt.Cæremonia igitur,eſt actus externus religionis,qui non aliunde laudem habet,niſi quia fit ad Dei honorem. Religio vt Tullius ait,eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ,quam diuinam uocant,curam cæremoniamque affert: Item,Religionem ait,eam, quæ in metu & cæremonia deorum ſit, appellant:Item,Religio,id eſt,metus deorum: Item, Religio deorum, pio cultu continetur: his enim modis citatus auctor, hanc uirtutem deſcripſit. Hinc religioſi dicti,qui omnia quę ad cultum diuinum pertinent,diligenter tractarent,& tanquam relegerent. Huius præſtantiſſimæ virtutis, ſicut & aliarum omnium tres ſunt actus. Primus internus a uoluntate elicitus qui eſt,diuinæ naturæ debitum honorem atque cultum dare velle. Secundus externus interno reſpondens, qui eſt omnis externa actio erga diuinam naturam,quæ non aliunde eſt bona,niſi quia erga Deum exhibetur, vt frugum oblatio,ſacrificium,genuflexio, & ſimilia. Tertius, qui ab hac virtute non producitur,ſed imperatur,ac proinde,imperatus uocatur;vt ſunt ieiunia,eleemoſynę,& alij,qui ab aliis uirtutibus proxime producuntur, ſed quia ad Dei cultum referuntur,Religioni ut imperanti tribuuntur. De hoc tertio genere intelligitur illud,Religionem eſſe uiſitare pupillos, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo,ac etiam id quod Auguſt. dixit, Deum fide,ſpe,& caritate coli. Ex his tribus actibus,primus nullo modo eſt cæremonia,nec etiam tertius, niſi prout a religione imperatur, ſecundus igitur proprie

Marginal notes: *Mat. 11.* *Gal. 5.* *Cic. de natu. deorũ.* *Lib. 5.* *Lib. 1. c. 1.* *Lib. 2. retr. cap. 37.* *Lib. 4. c. 9.* *Iac. 1.* *In Ench. cap. 3.*

Margin letters: B, C, D

A proprie & ſimpliciter cæremonia dicitur. Quo fit, vt ratio cæremonialis pręcepti in eo ſit proprie ſita, vt dicat ordinationem actus externi ad diuinum cultum proxime pertinentis. Tertium fundamentum, in quo quaſdam cęremoniæ diuiſiones breuiter perſtringam. Prima ſumitur a cauſſa efficente, hoc eſt, ab inſtitutore, vnde tria oriuntur cæremoniarum genera. Nam, aliæ ſunt, quæ aliquo modo poſſunt dici a natura, cum eas quodammodo ipſa natura doceat, ſintque apud omnes nationes communes, ut iungere & attollere palmas, genua flectere, aliquid religionis cauſſa exoſculari, et oculos in cœlum tollere, pectuſque percutere. Aliæ, quæ diuinitus inſtitutæ ſunt, vt fere omnes quæ in ueteri erant lege, quas Deus per Moſem ordinauit, de quibus nos ſpeciatim acturi ſumus. Aliæ a poteſtate humana, cuiuſmodi nōnullæ fuerūt olim in populo Hebræo, & multæ in religione

B Chriſtiana, quas ſtultiſſime damnant Hæretici. Secunda a cauſſa materiali, ſiue ab obiecto, ex quo capite hæ oriuntur ſpecies. Nam aliæ uerſantur circa perſonas, vt aſperſio ſanguinis, & cineris, atque exorciſmi, aliæ circa locum, vt templi conſecratio, aliæ circa tempora, vt dies feſti, & vigiliæ, & tēpora ad ſacrificandum definita; aliæ circa modum, denique aliæ circa res ipſas, ut benedictiones aquæ, & ueſtium. Tertia ex parte formæ, ex qua cauſſa hæ naſcuntur ſpecies, aliæ proxime ſunt ipſe diuinus cultus, ut oblatio, litatio, oratio, laus, & adoratio, aliæ diſponunt ad cultum, vt ieiunium, abſtinentia ab actu carnali, & uitæ ratio aſperior; aliæ inſtrumēta diuini cultus, vt templa, aræ & ſacra vaſa, ac veſtes. Quarta ex cauſſa finali, ſiue ab ef-

C fectu, vnde, aliæ inſtitutæ ſunt ad ſanctificandū, vt ſacramenta, aliæ ad quoſdam alios effectus ſpirituales, vt ad fugandos dæmones, & ad eorum vim comprimendam, vt exorciſmi, aqua luſtralis, & quæ in veteri lege quandā corporalem immunditiam auferebant: quædam ad ornatum & ad ſignificationem, vt lumina, veſtes, & ſimiles. Poſtrema, ex accidentibus ſumpta: vnde aliæ vniuerſales, quæ uniuerſe in omni piorum cœtu obſeruātur: aliæ particulares, quæ in aliquo priuato loco ſunt in vſu: aliæ perpetuæ, aliæ tēporales: & denique, aliæ in præcepto, aliæ liberæ. Quædam aliæ diuiſiones ſuis afferentur locis.

Prima poſitio, actus interior colendi Deum, non pertinet ad rationē cæremoniæ, & præceptum, quod de eo datur, non eſt cæremoniale. Primum,

D quia hic actus, eſt actus virtutis, & ſua ſponte bonus: igitur non ſapit rationem cæremoniæ, quæ aliunde habet vt bona & laudabilis ſit. Deinde quia, nomine cæremoniæ deſignatur aliquis actus exterior: igitur, cæremonia nō complectitur actum interiorem. Secunda poſitio, actus externi proxime ab alijs virtutibus producti, ſunt a religione diuerſi, licet ab ea imperentur; tamen non continentur proprie ſub nomine cæremoniæ, niſi prout a religione iubentur, & in Dei honorem fiunt. Ratio eſt manifeſtiſſima, quia hi actus, ſua vi atque natura ſunt honeſti, & ad genus morale pertinent: excludendi igitur ab ordine actuum cæremonialium, qui non ſunt huiuſmodi. Tertia poſitio, illi actus externi proprie ad cæremoniam pertinent, & de illis dantur pręcepta cęremonialia, qui proxime ad diuinum cultum referun-

feruntur. Primum patet hæc poſitio ex ijs quæ ſupra diſputauimus, & in ſecundo fundamento adnotauimus, ac etiam ex hac diuinę ſcripturę ſententia, Oſtendaſque populo cęremonias & ritum colendi. Deinde, quia hoc genus actuum ex eo ſolo bonitatem, ac laudem meretur, quod erga Deum exhibetur, non ſua natura: igitur cęremoniale pręceptum, quod ab aliis ſecernitur, ex hoc ſuam naturam ſumet, quod ſit de ijs, quæ pertinent ad diuinum cultum. Quarta poſitio, cæremonię ſunt pars cultus diuini. Primum, quia ipſa naturalis ratio hominem docet, ut cum animo & corpore cõſtet, & animo & corpore Deum debeat adorare. Ideo diuus Cyprianus aiebat, Cogitemus nos ſub conſpectum Dei ſtare: placendum eſt diuinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis. Deinde, omnes virtutes, non modo in actu interno conſiſtunt, ſed etiam in externis: igitur idem de religione dicendum erit. Etſi oratio vocalis pertinet ad Dei cultum, cur non etiã adoratio corporalis? vt enim illa eſt ſignum internæ orationis, ita hæc mentalis adorationis. Ad hæc, Deus, vt ſumme bonus ac perfectus, ſummo modo eſt colendus: atqui magis colitur animo & corpore, quam animo tantum: igitur. Ideo perfectus ille Dei cultor de ſe loquendo aiebat, caro mea & cor meum exultauerunt in Deum viuum. Denique, Deus externis actibus vere offenditur: igitur externo quoque cultu vere adoratur. Ex quibus colligeres, cæremoniarum uſum, ſiue illæ ſint a Deo inſtitutæ, ſiue ab eius miniſtris cum ratione introductæ, ſine ſcelere prętermitti non poſſe. Hoc corollarium patet ex ijs quę alias diximus de legibus ab eccleſia ſancitis, an obligent ad culpam, ſi de ijs loquamur cęremonijs, quę humana poteſtatę ſunt introductę. Huc facit, quod ſub grauibus pœnis ferri ſolent leges ad cęremonias pertinentes: ob quarum obſeruationem, & tranſgreſſionem maximę ortę ſunt in Eccleſia diſſenſiones, ut de cęremoniis legalibus, de die paſchatis, de baptiſmi ritu, de delectu ciborum, & alijs multis; ob quarum neglectum multi inter hęreticos connumerati fuere. Falſum eſt igitur cæremoniarum obſeruationem eſſe indifferentem ac liberam, quo errore introducto, nullus eſſet in Eccleſia ordo, concordia nulla, id quod etiam Caluinum mouit. Sed de his alibi copioſius.

Exo. 18. — Act. 15. — Epiphan. hære. 70. — Euſ. lib. 6. hiſt. c. 3.

Ad primum, quæ in hoc argumento numerantur, & alia generis eiuſdẽ, pertinebãt ad diuinum cultum, vt præparatoria; & ideo in cæremonijs reponuntur. Vnde & ipſimet hæretici, qui cæremonias impugnant, velint, nolint, cæremonijs nonnullis vtuntur, ex eorum agendis, atque uſu plane conſtat. Ad ſecundum, patet ex dictis. Ad tertium, ideo dicuntur iuſtificationes, quod vim aliquam haberent ad iuſtificandum aliquo modo, ut poſtea dicetur.

A — B — C — D

An cæremonialia in veteri lege habuerint rationem figuræ. Diſp. II.

HAc diſputatione alia inueſtigatur cæremonialium præceptorum forma; ita ut non ſolum per eorum uſum Deus coleretur, ſed etiã aliquid aliud, tanquam quibuſdam ſignis, demonſtraretur. Quæ difficultas eo ſpectat, ut per eius explicationem intelligatur, an ex illis uarios

A rios ſenſus & varia documenta colligere poſſimus; vt ex ijs quæ dicemus, omnino planum fiet. Quod autem figuræ rationem habere non debuerint, ſic probo. primo, leges debent eſſe claræ atque perſpicuæ, ita ut earum ſententia ſit omnibus manifeſta: at illa præcepta quæ aliquid deſignant occultum non ſunt huiuſmodi; male igitur ſub iſta forma traduntur. Secundo, myſteriorum reuelatio fieri debet per verba, aut figuras, & ſymbola quæ non pertineant ad cultum diuinum, qui nudis & ſimplicibus præceptis, de rebus faciendis explicandus fuit: igitur cæremoniarum vſus nihil deſignabit. Vt omittam, quod doctrina per ſymbola tradita ad abiectam poetarum conſuetudinem accedere videtur; qui per res fictas quod volunt explicare ſolent; id quod diuinam ſapientiam minime decet. Tertio, B cæremoniæ ſunt veluti teſtificationes interioris cultus ad quem augendum & conſeruandum, ſua natura, ſunt inſtitutæ; ergo quod aliquid ſignificent futurum, aut præteritum eſt omnino extra eorum naturam. Vt his argumentis reſpondere poſſimus, hæc ſtatuo fundamenta.

Primum fundamentum, illud hominum mentibus eſt a natura ingeneratum (quod omnium populorum per omnia ſæcula conſuetudine, ſi quis vellet, late demonſtrari poſſet) vt ea quæ aliquam ſacratiorem & diuiniorem intelligentiam habent, non omnibus manifeſtentur, & maxime quæ ad religionem & diuinum cultum pertinent. Hinc apud nationes omnes in religionis cultu ſymbola & arcana quædam, a quorum intelligentia, atque notitia, vt per res ſenſibiles & materiales imperita & rudis multitudo C repellitur, ita ij, ad quos eorum cognitio peruenire debet, ad eam facilius traducuntur: cum res a ſenſibus remotas, per ea quæ ſub ſenſum cadunt, homo ſuapte natura facilius percipiat; vt multis in locis, præter alios Areopagita Dionyſius ſcripſit, & nos alibi planius expoſuimus. Hinc etiam apud eruditiores & meliores philoſophos enata ſymbolica docendi ratio: quæ non ſolum duas allatas vtilitates affert, ſed etiam maximam oblectationem, cum in eius rei peruenitur notitiam, quæ ſub velaminibus continetur, vt libro de Interiore homine, ſub principium, demonſtrauimus.

Pet.Crin.

Lib.de Inter.hom.

Secundum fundamentum, cæremoniarum ratio, etiamſi quis eas cæremonias ſpectet, quas humana inſtituit prudentia, nunquam fere eſt ita ſimplex, vt ſolum interiorem animi cultum deſignet; ſed etiam aliquid ante D actum, & præteritum, ac etiam quantum per humanam prouidentiam fieri poteſt, aliquid futurum indicet; id quod ſi quis vellet latiſſime multis exemplis, (myſticam ſacrificiorum ac cæremoniarum Gentium intelligentiam explicando) demonſtrare poſſet: ſed ne profana cum ſacris permiſceamus, nos in præſentia hac de re nihil.

Illud itaque ex eo quod adnotaui intelligi volo, cæremoniarum rationem, etiamſi de diuinis non fiat ſermo, non eſſe omnino ſimplicem, ſed ſuapte natura aliquid myſterij & arcani ſemper continere, atque ſigni ſymbolique rationem habere: in qua ratione non modo religionis doctrina, ſed omnis apud Gentes Theologia poſita erat; vt ex mythologiarum ſcriptoribus cognoſcere licet.

Fulgen.
Nat.Com.
Gyral.
Pier.
Orue.

Tertium fundamentum,internus diuinæ naturæ cultus,in cognitione & A
amore conſiſtit,quibus duobus actibus homo cum Deo per adorationẽ con
iũgitur:& quoniam hæc cõiunctio variis modis fieri poteſt,hinc eſt,vt exte
riores hominis actus ad diuinum cultum diuerſis modis applicentur. Nam
in futura vita,quia humana mens clare diuinam inſpiciet naturam,ideo ibi
exterior cultus omnem excludet figuram, & ſolum in diuina laude ex co-
gnitione affectuque nata, conſiſtet. At vero in hac vita, cum mentis acies in
diuinam naturam clare intendi non queat,ſed opus eſt,ut per res ſenſibiles
in aliquam eius notitiam veniat,ideo aliquibus figuris erudiendi ſumus:di-
Heb. 7. uerſo tamen modo pro ſtatu humanæ cognitionis diuerſo, Etenim, in anti-
qua lege, nec ueritas adhuc erat manifeſtata, nec via perueniendi ad eã in-
dicata,Chriſtus nimirum,qui eſt via,veritas,& vita.Quo fit,vt in ea exterior B
cultus non ſolum debuerit eſſe figura veritatis futuræ in patria, ſed ẽt Chri-
ſti, per quem ſolum habemus acceſſum ad Deum in cœleſti patria manife-
ſtandum. In ſtatu nouæ legis, via iam manifeſtata, non eſt neceſſe vt noſter
cultus aliquid in hac uita futurum omnino deſignet, ſed id quod præceſſit
in memoriam reuocet, & veritatem futuræ uitæ aliquo pacto demonſtret.
Heb. 10. Hoc facit illud Pauli, Vmbram habens lex futurorum bonorum,non ipſam
imaginem rerum:quaſi vmbra,quę minus eſt,ad antiquam pertineat legem,
imago vera, quæ eſt magis expreſſa, & melius rem aliquam demonſtrat, ad
nouam.Atque hæc fere diuus Thomas.

Prima poſitio, ad rationem cæremoniæ externive cultus, pertinere uide-
tur, ut aliquid ſignificet. Hanc ueritatem demonſtrat id,quod in primo do- C
cuimus fundamento:quoniam,re uera,in omni religione exterior cęremo-
nia deſignat aliquid, ſaltem quod ad mores & animi affectionem pertineat.
Secunda poſitio,quidquid ſit de cæremoniis uniuerſe conſideratis,cæremo
niæ antiquæ legis erant figuratiuæ Chriſti,& nouæ legis,ac etiam æternę ui
tæ. Doctrina eſt certiſſima,quam expreſſa diui Pauli ſententia paullo ante ci
tata confirmat: habebat itaque lex illa umbram futurorum bonorum; atq;
hæc alia, Omnia in figura contingebãt illis. Adde etiam rationem ſumptam
ex tertio fundamento:quia qui fuerunt in ueteri lege,debebant apprehẽde-
re ueritatem futuram,id quod per cæremonias diuini cultus fieri conueniẽs
erat.Et quoniam hæc poſitio certa eſt ex iis quæ ſæpe ſupra docuimus,nihil
eſt neceſſe,ut pluribus comprobetur.Tertia poſitio,aliquot ueteris legis cæ D
remoniæ erãt ſigna rememoratiua,demonſtratiua,atq; prognoſtica,hoc eſt,
reuocabant in mentem præterita, oſtendebant præſentia,& præmonſtrabãt
futura; eiuſmodi fuit cæremonia de die ſabbathi colendo, quæ creationis
beneficium in memoriam reuocabat,animi quietem,quã habere debet,qui
dies feſtos celebrat,deſignabat,& tranquillitatem in æterna uita futurã,prę-
monſtrabat. Quarta poſitio,etiam in noua lege cæremoniarum uſus eſt figu
ratiuus, & aliquando triplicem figuræ rationem habet, ut nunc de antiquo
dicebamus cultu. Hinc eſt,ut de noſtris ſacramentis dici ſoleat,eſſe ſigna re-
memoratiua,demonſtratiua,& prognoſtica.Cęterum in eo noſter cultus ab
antiquo differt, quod nõ deſignat ueritatem futuram in hac uita, ſed in alia,
neque

A neque Chriſtũ uenturum, ſed præteritum. Quincta poſitio, cæremoniarum
uſus eſt maxime utilis. Hæc poſitio ideo a nobis allata eſt, ut plures præter
jam dictas patefiant cæremoniarum utilitates, quæ ſunt fere iſtæ. Prima,
ut cęremoniæ oriuntur ex interna deuotione, ita etiam illam conſeruãt, nu-
triunt, & augent, ut Auguſtinus docet, & quiſq; in ſe experitur; dum aut can *Epiſt. 119. c. 11.*
tus, ſymphoniamque congruenter adhibitam audit, aut ædem ſacram orna- *Li. 9. conf. c. 6. & 7.*
tam cernit: contra uero accidit, cum ſine ullis cęremoniis aliquid fieri uide-
mus, aut cultu minus idoneo & parum nitido. Secunda, cæremoniæ nõ mo- *Aug lib. 1. de peccat. remiſſ. cap. 34.*
do animi ſtudium, ſed etiam intelligentiam iuuant, præſertim rudib, qui-
bus ſæpe melius aliquod perſuadetur dogma per cæremonias, quam per ra
tiones ipſas, ut ſi quis per circunciſionis uſum originalis peccati maculam
B perſuadere uellet. Tertia iuuant memoriam, quo modo obſeruatio diei ſab-
bathi creationis beneficium in memoriam reuocat, ut in ipſa huius præce-
pti forma dicitur. Quarta, conferunt ad exercitium fidei: cæremoniis enim
diuinis nos Dei cultores eſſe profitemur, quod mirum in modum diabolo
diſplicet, ac proinde eas per ſuos miniſtros tollere conatur. Quincta, religio
nem conſeruant, efficiunt enim cæremoniæ ne religio uileſcat, & contẽna-
tur: quarum uſu ſæpe Gentes ad noſtram fidem ſuſcipiendam commoueban
tur. Sunt itaq; diuina arcana & ſacramenta ſine cęremoniis, quaſi nuda; qui-
bus tanquam ueſtibus ornantur, & quandam quaſi maieſtatem acquirunt;
quam ſpectantium oculis ſubijciunt. Sunt, inquã, ueluti ſal carnibus, & cor *Li. 11. contra Fauſt. c. 11.*
tex medullæ. Veriſſime itaque Auguſtinus ſcriptum reliquit, nullã religio-
C nem, ſiue ueram, ſiue falſam ſine cæremoniis poſſe conſiſtere. Vnde apud *Plat. dial. de regno.*
ueteres, Theologum eſſe, nihil aliud erat, quam ſcire quibus cæremoniis di
uinum coleretur numen: Hinc apud eos myſtica & ſymbolica Theologia. Et
Moſes, cum cauſſarum cognitionem aliis commiſiſſet, ipſe cęremonias & ri-
tum colendi Deum populum docebat. Denique, cæremoniæ eam afferunt
utilitatẽ, ut ueros Dei cultores ab aliis diſcernant: hac ratione olim Hebræi
a Gentibus, & nunc Chriſtiani ab infidelibus diſcernuntur. Vnde Eleaza- *Mach. lib. 2. c. 6.*
rus maluit mortem pati, quam ſuillam carnem edere, ne edẽdo religionem *Lib. de corona militum.*
deſeruiſſe uideretur. Idem quidam Chriſtianus miles fecit, auctore Tertul-
liano, qui potius mori uoluit, quam cum cæteris militibus laurea coronari,
quod apud Chriſtianos cæremonia eſſet, id non facere.

D Ad primum, cæremoniarum doctrina non pertinet ad omnes, ſed ad eos
qui ſacra tractant, qui cum ſoleant eſſe eruditiores, facilius per ſymbola res
diuinas percipiunt, & perceptas, ſi quid rudibus declarãdum eſt, melius de-
clarant. Ideo Chriſtus, ut optimus inſtitutor, parabolis docere ſolebat.

Ad ſecundum patet ex dictis: quia hæc eſt natura cæremoniarum, ut ha-
beant aliquid arcani & reconditi. Ad illud de ratione docendi poetarũ, do-
cere per ſymbola & figuras res diuinas, & ueras, non dedecet ſapientiam di-
uinam: immo poetæ niſi aliunde eſſent ridiculi & vani, ex hoc loco neſcio
quid diuini habere uiderentur. Ad tertium patet ex dictis.

De cæremoniarum antiquæ legis multitudine, ac diuiſione. *Diſp.* III. A

EXPLICATA cęremoniarum natura, ſequitur vt de earũ numero & multitudine agamus: & quia omnis multitudo, doctrinæ cauſſa, ad quædam genera reuocari ſolet, ideo eadem diſputatione de earum diuiſione in certa genera, ſiue ſpecies agemus. Quod autem tanta cæremoniarum multitudine populus ille onerari non debuerit, his argumentis probo.

Quinct. Primo, imbecillus & infirmus adhuc puer, non eſt multis præceptis obruendus, ſed paulatim inſtituendus, ne rerum cumulo perterritus, diſciplinam fugiat: at populus ille erat, tanquam paruulus ſub pędagogo: igitur tot B *Act.15.* cęremonijs onerandus non fuit, eo nimirum onere, de quo Petrus dixit, antiquos patres ferre non potuiſſe. Secundo, quoniam omnes boni legiſlatores legum multitudinem ac varietatem damnant, vnde, vt Iſocrates refert, *In Areop.* Athenienſes exiſtimabant legum multitudinem ſignũ eſſe mali ſtatus reip. & decere magiſtratum, nõ porticus legibus implere, ſed efficere vt ciues animis inſitum iuſtitiæ ſtudium habeant. *Stob.ſer.de rep.* Vnde Archeſilaus aiebat, Quemadmodum vbi pharmaca multa, multique medici ſunt, ibidem & morbi abundant: ſic etiam vbi plurimæ leges fuerint, ibi & iniuſtitia viget maxime.

De diuiſione, illa cæremoniarum multitudo ad hæc capita reuocari ſolet: ad ſacramenta, ad ſacrificia, ad ſacra, & ad obſeruantias, contra quam diuiſionem ſic argueres. Primo, nomine obſeruantiæ, deſignantur omnes cæremoniæ: igitur obſeruantiæ non faciunt vnum cęremoniarum genus. Secundo, omnia vetera ſacrificia continebant aliquam rem ſacram, & aliquam habebant conſecrationem: igitur eadem erant ſacramenta, ſacrificia, & ſacra. C Tertio, dantur quędam alia quæ ad iſta reuocari non poſſunt, vt dona, oblationes, ſolemnitates, & perſonæ ſacræ, ut Pontifices, Sacerdotes, Leuitæ, & aliæ: igitur inſufficiens eſt illa enumeratio. Quoniam hic nihil occurrit notandum, ad poſitiones venio.

Prima poſitio, conuenienter in veteri lege data ſunt a Deo de variis cęremonijs uaria præcepta. Primum probatur hæc poſitio cõmuni ratione, quia cum iſta præcepta data ſint a diuina ſapientia, eorum multitudo non poteſt *Cap.11.* non eſſe conueniens. Huc pertinet hæc quę apud Iobum legitur ſententia, D Vt oſtenderem tibi ſecreta ſapientię, quod multiplex ſit lex eius. Deinde, quia, ut bene ait diuus Thomas, lex datur populo in quo alij ſunt proni ad malum, alij uero ad bonum, ſiue ex natura, ſiue ex conſuetudine, ſiue ex gratia, & ratione omnium conueniens fuit, ut huiuſmodi pręcepta multiplicarentur: ratione malorum quidem, quia, ut ex ſcriptura diſcimus, populus ille propenſus erat ad idololatriam, & ad uarios, falſorum deorum ritus, ideo diuerſis ritibus ab illis reuocandus, & cęremoniarum uarietate in uero cultu retinendus fuit.

Ratione uero bonorum, cęremoniarũ multitudo ideo utilis & cõueniens fuit, vt per varios ritus eorum mens varie in Deum transferretur, & varie de

rebus

A rebus diuinis erudiretur, & vt magis aſſidue in religione verſaretur. Poſtremo, antiquæ legis cæremoniæ præfigurabant Chriſtum, & ea quæ in noua lege erant futura: igitur opus fuit multis ritibus ad iſta omnia ſignificanda. Secunda poſitio, ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantiæ, communi nomine cæremoniæ appellantur. De ſacrificijs, Offerte vitulum de arméto, holo- *Num. 15.*
locauſtum in odorem ſuauiſſimo Domino, & ſacrificium eius ac liba, vt cæremoniæ eius poſtulant. De ſacramentis, Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum *Leu. 7.*
eius in cæremoniis. De ſacris, Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij *Exod. 18.*
in cæremonijs Leuitarum. De obſeruantijs, Si auerſi fueritis non ſequentes *3. Reg. 9.*
me, neq; obſeruantes cæremonias, quas poſui vobis. Tertia poſitio, conuenienter omnes antiquæ legis cæremoniæ diuidūtur in quattuor ſpecies, ſiue
B genera, iam enumerata. Huius doctrinę hæc aſſignatur ratio. Cultus diuinus cuius cauſſa inſtitutæ ſunt cæremoniæ, præcipue verſatur in ſacrificijs, quæ in Dei reuerentiam offeruntur: ad ſacrificandum neceſſaria ſunt inſtruméta quędam; & hæc, ſacra vocantur, vt ſunt templa, vaſa, altaria, & veſtes: neceſſarij ſunt cultores, in quibus duo ſpectātur, vnum eorum conſecratio & deſtinatio ad cultum diuinum, & hoc fit per ſacramenta, quæ Deo hominem dicant, miniſtros ſacrant, ſanctificantq; populum: alterum eſt eorum ſingularis conſuetudo, & vſus, per quam ab alijs qui Deū non colunt, diſtinguuntur, & hæc nomine obſeruantiæ ſignificantur, vt veſtium, ciborumque vſus, & ſimilia. Quarta poſitio, ex omnibus antiquæ legis ritibus præcipuum locum ſacrificia ſibi vendicarunt. Nam cæteri ritus huc referri videntur, vt ri-
C te Deo ſacrificetur, atque offeratur. Et quoniam deinceps agendum eſt de varijs oblationum generibus, placet hoc loco, varias oblationū ſpecies breuiter numerare. Præcipuus itaq; antiquæ legis ritus fuit oblatio. Oblationum autem duo fuerunt genera, vnum ſacrificij, hoſtiæ, & victimæ: alterū, Doni *Leu. 1.*
& Muneris nomine nuncupatum. Vtrunque tribus de cauſſis oblatum fuit, *Hebr. 8 & 5.*
vt ex ipſa ſcriptura intelligimus, honorandi Dei, ſalutis & pacis ab eo impetrandę, & peccati expiandi ac delendi cauſſa. Sacrificium dicitur, cum ſacer- *Philo.*
dos non modo rem offert, ſed etiā eam ſacram Deo facit, vt cum victima mactatur, ſanguis funditur, & thus, adoletur. Vnde res ſacra fiebat vel per ſanguinem, vt in offerendis victimis, vel per ignem, cum libamina in clibano, aut ſartagine, aut craticula coquebantur, ſed ad victimas etiam adhibebatur
D ignis. Sacrificiorum ſex erant genera, holocauſtum, libamina, pacifica, ſacrificium pro peccatis, ſacrificium pro delictis, & ſacrificium conſecrationis. Quorum priora a priuatis, & a populo oblata ſunt, vltimum fuit proprium ſacerdotum, ad eos conſecrandos. Holocauſtū, erat ſacrificium in quo honorandi & propitiandi Dei gratia, tota hoſtia cremabatur, & diuino igne cōſe- *Leu 9.*
crabatur, vnde & nomé accepit, holocauſtum, quaſi totū cōbuſtū, & holocarpoma, id eſt, totus fructus Deo dicatus. Modus huius ſacrificij explicatur in Leuitico, capite primo, & ſexto, & a Philone. Ignis vero quo cremaba- *Auguſt in Pſal 65.*
tur, erat ille qui cęlitus Aaronis ſacrificia corripuit: quo perpetuo ſacer- *Leu. 7.*
dotes vſque ab Babylonicum excidium hoſtias incenderunt. *Philo in vi*
Libamentum, fuit fartum ex ſimila, id eſt, ex farina mundiſſima ſine *ta Moſ.*

fermento,oleo,thureque confectum,in clibano,aut ſartagine, aut craticula A
coctum,aut frumentum igni toſtum: cuius pars incẽdebatur,pars ſacerdo-
Cap.2. tibus dabatur:eius offerendi ratio explicatur in Leuitico. Pacifica, hoſtiæ,
Nu.15. victimæve pacificę,& ſalutares hoſtię,græce εἰρηνικὰ, θύσια, εἰρηνικὴ σωτήριον.
Orig. Quidam ſcribunt fuiſſe duplex ſacrificium ſalutare:vnum voti, quo pro pa
ce,aut ſalute orabatur:alterum laudis,pro gratia impetrata. In quo adeps in
odorem ſuauitatis Deo cremabatur: pectuſculum & armus ſacerdoti daba-
Cap.3. & 7. tur: reliquæ carnes a priuatis vtebantur; cuius offerendi ratio in Leuitico
Philo lib. explicatur. Sacrificium pro peccatis vel ſacerdotum, quo offerebatur vitu-
de ſacrif. lus eo modo, de quo Leuitici quarto ſcribitur, uel populi, ut principis, &
priuati homines qui per ignorantiam peccauerant; vt Leuitici ſexto expo-
nitur: Vbi etiam de ſacrificio pro peccatis ex ſilentio veritatis, immũditijs, B
errore,iureiurando, & ſacrorum abuſu contractis ſcribitur, & de ſacrificio
Cap. 6. & pro delictis. Per peccatum Auguſtinus præteritionem mali, per delictum
7. deſertionem boni intelligit:Philo vero,per peccatum erratum ex ignoran-
Lege. Leu. 9. & Ioſephum. tia,per delictum,culpam voluntate contractam. De quibus omnibus ſacri-
ficijs uarijs in locis fit mentio in ſcriptura. Et quoniam Iudæi cruentis ſa-
Ioſ. 8. 22. crificijs adeo ſtudebant, vt ea ſola curarẽt, & opera caritatis erga proximũ,
& pietatis erga Deum omitterent,ideo Deus,eos corrigendo, ab eis ſacrifi-
cium Iuſtitiæ & Laudis,ſiue confeſſionis,quæ non proprie ſacrificia dicun-
Prou 1. tur,ſæpe requirebat; ideſt, ut miſericordes in proximum, & in Deum pij
Pſal.39. eſſent: & hæc magis quam victimas ſibi placere ſępe declarauit. Confeſſio-
Oſe.14. nes,ſunt Laudes quibus in ſacrificijs Dei bonitatem & miſericordiam extol C
Lib.1.c.23 16. lebant,additis uarijs inſtrumentorum ſonis, de quibus in libris Paralipo-
Lib.2.c.5. menon ſcribitur. Fit etiam mentio, de Magnificentia, quæ eſt idem quod
& 29. magnificatio,ideſt excellens & magnifica quędam laudatio,& aliquid am-
Eſd.11. plius,quam confeſſio,& laus, ὁμολόγησις,& αἴνεσις: vñ illud,Magnificat,ani
Greg. ma mea Dominum. De ſacrificio conſecrationis τελειώσεως, quo ſacerdotes
Cap. 6. conſecrabantur & inungebantur,quod erat unum ex dictis,ſcribitur in Le-
uitico.Sacrificium mundationis referebatur ad labem puerperæ,leproſi,ui-
ri ſeminiflui,& mulieris menſtruatæ, de quo in Leuitico uariis in locis ſcri
Cap.12.13 bitur. Sacrificium expiationis, ſiue propitiationis. Fuit autem unus dies
feſtus expiationis,ſolemnis,decimus nimirum Septembris,de quo in Leui
tico,capite 16.Fuit etiam oblatio incenſi,quę erat quotidiana in altare thy- D
Cap.40. miamatis:de qua in Exodo,aliiſque in locis diuinæ ſcripturæ, habetur ſer-
3.Reg.9. mo,& apud Philonem libro de ſacrificantibus.

Atque hæc de ſacrificijs; nunc de Donis ſacris, quæ, uel ex lege, uel ex
Nu. 29. uoto,uel ex ſola uoluntate offerebantur. Ex lege offerebantur primitię,de-
Deut.12. cimæ, & pecunia ſacra. Primitiæ dicuntur, quæ ex animalibus, homini-
Cap.22. bus, & ex terrę ſemine primo naſcuntur: de quibus in Exodo præcipitur:
Nu. 5. 18. quæ ex lege,uel uoto oblatæ in uſum ſacerdotum cedebant:ſed primogeni
Exo. 22. ta hominum & animalium immundorũ precio redimebantur, aliorum nõ
Leu. 27. item:erat autem dies feſtus,in quo meſſis primitię ex lege offerebantur. De-
In Ezech. cimę omnium frugum quę ſingulis annis e terra,& e pecudibus eliciebantur,

A tur,pars decima, quę Deo offerebatur:deinde ad uſum ſacerdotum traduce
batur. Diuus Hieronymus quattuor genera decimarum adnotauit: unum
quod populus dabat Leuitis; alterum, quod ex ſuis decimis Leuitę dabant *Num.* 18.
ſacerdotibus:tertium,quod quiſque e ſuis horreis ſeparabat, quod comede
ret proficiſcens ad Templum in eius ueſtibulo; & Sacerdotes,ac Leuitas ad *Deut.* 12.
conuiuium inuitabat; ſunt tamen, qui hanc partem eandem faciant cũ pri- 14.
ma; ita ut ex prima liceret aliquid ſumere,& una cum Leuitis epulari:quar *Deut.* 14.
tum,quod tertio quoque anno recondebatur ad pauperes ſuſtentandos. At 26.
uero poſt reditum ex Babylonia,primitię & decimę ad Gazophylacium de-
ferri cęptę ſunt. Phariſęi hac in parte ita exacte legem ſibi ſeruandam pu- *Luc.* 11.
tarunt,ut etiam minutorum olerum decimam darent.

B Sacra uero pecunia,quę Siclus eſt dicta,quam in precium pro animabus
ſuis dabant Domino in uſum tabernaculi cedebat,ſic Deo pręcipiente; quã *Exo.* 30.
per multos annos,conſtructo templo, ſacerdotes exegerunt,poſtea exigere
deſierunt;ſed cum templum ſarciendum eſſet,Ioſias Rex iterum ſolui iuſſit. 4. *Reg* 12.
Omnes itaque templum ingrediẽtes pecuniam conferebant in arcam, quę 2. *Para* 24
gręco uocabulo Gazophylacium,Syriaco,Corbona dicebatur. Vbi adno- *Ioſephus.*
tandum eſt,Gazophylacium non ſolum fuiſſe arcam in quam pecunia inij-
ciebatur,ſed etiam locum amplum in quo primitiæ & decimæ reponeban-
tur, ut ex diuinis literis colligimus. Gazophylaceo erat cuſtos prępoſitus, 4. *Reg.* 12.
quem ſeptuaginta ταμίαν τοῦ ἱεροῦ, i. Quæſtorem templi, noſter interpres, 2. *Mach.*
Prępoſitum,Ioſephus Gazophylacem uocat.

C Sequuntur oblationes uotiuæ & uoluntariæ, ſiue ſacrificiorum, ſiue do- *Lib.* 18.
norum,de quibus Leuitici ſeptimo,& alibi. Voti concipiendi forma legi- *Cap.* 23.
tur in libro Iudicum,& in primo,& ſecundo regum. Erat etiam lex de uo- *Deut.* 23.
tis faciendis & perſoluendis,qua alio modo vir,alio mulier,alio,puella te- *Cap.* 10.
nebatur. Numerorum capite trigeſimo. Vouebatur autem,aut anima,aut *Cap.* 6.
res:anima precio redimebatur,ſicuti & domus: animal uero non item, ſed
Deo conſecratum manebat.Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderata eſt:
ſiclus autem uiginti obulos habuit.

Denique,vt placandi Dei gratia erant ſacrificia,aut oblationes, ſic oran- *Leu.ult.*
di cauſſa ieiunabant,flebant,ſaccum induebant,cinere ſe conſpergebãt, hu *Iud.* 12.
mique proſtrabant,publice,aut priuate,aut ex lege,aut ex uoluntate. Legi- *Eſd.* 1.
D timum et ordinarium ieiunium die decima ſeptembris peractum eſt,in die
expiationis;erat etiam extra ordinarium ieiunium publicum,quod a ſupe- 2. *Par.* 20.
riore indicebatur. De priuato ieiunio mentio habetur Numer. 30.2. Reg. *Ier.* 36.
12. & aliis in locis. Vnde Phariſæi qui ſe cæteris religione præſtare videri *Eſd.* 1.
uolebant,bis in ſabbatho ieiunabant. Sed cum Deus caritatem ieiunio po- *Iudith.* 4.
tiorem haberet,& cordis afflictionem, quam corporis,ideo interdum ieiu-
nia & corporales pœnas,ſe non uelle per ſuos prophetas dicebat.Quæ ho- *Iſa.* 58.
rum rituum fuerint rationes,poſtea dicetur. *Ioel.*

Ad primum,patet ex probatione primæ poſitionis. Ad ſecundum,alias
diximus,cur in illa lege priuatim pluribus opus fuerit præceptis, & ſolum
eam legum multitudinem ſapientes damnant, quæ eſt inutilis. Quod at-

tinet ad argumenta contra diuiſionem, de primo, nomine obſeruantiæ interdum uniuerſe, interdum priuatim utimur, pro certo cæremoniarum genere; vt hoc in loco. De ſecundo, non omnia habebant vim conſecrandi, hoc eſt addicendi ad cultum diuinum, vt patet ex dictis, licet aliquid ſacri continerent. De vltimo, dona reuocantur ad ſacrificia, ſolennitates, & ſacra, vt etiam perſonæ. A

An cæremonialium præceptorum vlla poſſit reddi ratio, & quos ſenſus haberent. Diſp. IV.

INTER alia quæ in antiqua lege extraneos parumq; pios lectores offendere ſolebant, illud potiſſimum fuit, quod multarum cæremoniarum ruditatem uiderent, & rationes cur conſtitutæ fuiſſent, ignorarent. Hinc factum eſt, vt ſancti patres & viri vera pietate ornati multum operæ hac in parte poſuerint, vt omnium quæ circa cæramonias ſtatuta fuere, aliquam rationem inueſtigarent; id quod plene & plane ſine Euangelij lumine facere nemo poteſt: ac proinde hac in parte Hebræi rudiores fuere, quamuis eorum decus Philo, non parum præſtiterit, ac etiam Rabbi Moſes: e noſtris autem, vt antiquiores omittam, vnus D. Thomas, quæ ab alijs dicta fuere colligendo, diſtincteque tradendo, optime ſeſe geſſit. Vnde ſunt qui narrent, Burgenſem hac ſancti doctoris doctrina perlecta; & Moſaicę legis congruentia ac veritate percepta, ad noſtræ legis veritatem, hebraiſmo reiecto, acceſſiſſe. Verum, vt exiſtimo; huius doctrinæ cognitio non modo Hæbreo homini poteſt eſſe vtilis, ſed etiam quiuis Chriſtianus multum delectationis & emolumenti ex ea caperet, ſi tanq̃ ſpiritualis Iudæus, propter ſe veteres cæremonias ſtatutas fuiſſe intelligeret, eaſque ſpiritualiter ſeruaret. Quamuis ergo D. Thomas hanc partem luculenter tractauerit; tamen ne iſta in noſtro opere deſideretur, non pigebit, quæ ille late dixit, in pauca conferre. Antequã autem ad cauſſas aſſignãdas deuenio, an ulla cauſſa & ratio reddi poſſit, exponendum eſt, & quod non poſſit, ſic probo. B C

Primo, illa præcepta rationem habent, quæ ex ratione tanquam concluſiones colliguntur, atqui cæremoniæ, non ex ratione, ſed ex uolũtate & determinatione rationis pendent: igitur. Ideo quædam Gloſſa dixit, veteres cæremonias ceſſiſſe nouis, quod nouæ ratione conſtent, illæ ergo non item. Secundo, probo non habuiſſe rationem quam uocant literalem, quia omnia ibi in figura contingebant, & propter nos: igitur ſolum myſticam habere poterunt. Vnde circumciſio, quæ aliquam cauſſam literalem habuiſſe videtur, data fuit in ſignum fœderis, ſic etiam phaſe. Tertio, vt loquutio metaphorica ſolum ſenſum habet ſpiritualem, ita cæremonię illæ, quæ erãt ad ſignificandum inſtitutæ, quarum nulla poterit aſſignari cauſſa niſi ſpiritualis. Poſtremo, ſi pręcepta illa aliquam literalem haberent intelligentiam, eam nunc haberent Hebręi, cum in illa lege nati ſint, eamque ſemper ſeruauerint, quam tamen non habent: igitur ſolum ſpiritualem habuerũt. D

Ad Epheſ. 2.

Gen. 17.

Exod. 17.

Hanc

A Hanc difficultatem duobus articulis tractat D. Thomas, quam etiam ſubtiliter, more ſuo, examinauit Gulielmus in libro de legibus, ex quorum doctrina, nos ſequentes collegimus poſitiones. Cap 15. & 16.

Prima poſitio, cęremonialium præceptorũ quæ a Deo in veteri lege data ſunt, cauſſæ, ſiue rationes aſſignari poſſunt. Doctrina eſt certiſſi. a, quoniam cum lex illa fuerit opus Dei, non potuit ſine ſumma ratione tradi. Adde etiam, quod ea quæ ordinata ſunt, hoc eſt conuenienter in aliquem bonum finẽ deſtinata, rationabilem cauſſam habere neceſſe eſt: atqui iſta pręcepta ordinata ſunt, cum ſint a Deo, cuius omnia opera ſummo ordine cõſtant: cauſſas igitur rationabiles habebunt. Cum itaque non temere, non caſu ſint data, ſed propter aliquem finem, qui optima eſt eorum quæ ad ipſum referuntur ratio, vt docet Ariſtoteles, cum nihil temere in natura fieri demonſtrat, ſi quis naturæ finem perſpiciat, neceſſe eſt vt rationes conuenientes habeant: quas qui non uidet, non legislatorem damnet, ſed cœcitatem agnoſcat ſuam. Rom. 13. B Lib. 2. phy.

Secunda poſitio, cæremonialia antiquæ legis præcepta cauſſas & rationes habebant literales, hoc eſt illis præceptis, re uera deſignabatur aliquid quod iuxta literam facere, aut cauere Hebręi debebant; ita vt non ſolum aliquid futurum ſignificarent, ſed etiam ob aliquam pręſentem & rationabilem cauſſam ſeruari deberent: quare, vt hiſtorię ſenſum habebãt literalem, ita & præcepta illa. Primum probatur hæc poſitio, ex eo quod illorum pręceptorum literalis ratio aſſignari poteſt, & aſſignatur, vt poſtea patebit: igi-
C tur. Deinde, lex illa data fuit ad inſtruendum illum populum pro eo ſtatu in vero Dei cultu: igitur pręcepta illa rationes habebant literales. Poſtea, idem probares ex multis abſurdis, quę inde naſcerentur, ni talem cauſſam habuiſſent, vt nonnulla attingendo, egregie docet Gulielmus. Quia alias legislator ille non fuiſſet ſapiens, ſed barbarus, & lex barbara, quoniam nõ intelligeretur, ſi non id vellet, quod verbis ſignificatur: quia maximus fuiſſet abuſus in ſermone & loquela, ſi voces quibus in præcipiendo utebatur, nihil proprie ſignificaſſent: denique quia populus ille deceptus & frauda tus fuiſſet, quippe qui, q̃ in illis eſſent arcana, ea nõ intelligabat, cuius ignorantiæ, nullibi a prophetis redargutus fuit. Præterea, quia populus ille vt adhuc carnalis, magis literę inhęrebat, atque adhuc inhęret: igitur cenſen-
D dum eſt cęremonialia ſenſum habuiſſe literalem. Poſtremo, quia tunc lex illa non potuiſſet aliquem hac in parte inſtituere, ſi eos, qui in ea uiuebant ſecundum literam non erudiebat: neq; enim nos qui nondum eramus, inſtituendi fuimus; et nunc cum ueritatem habeamus, umbris non egemus. Huc facit illud Pauli, Scimus quia quęcunque lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur. Ex quibus colligeres, populum illum habuiſſe intelligentiam literalem cęremonialium præceptorum, ex quibus uiuere debebat. Rom. 3.

Tertia poſitio, pręcepta illa, non ſolum habebant ſenſum literalem, qualis eſt ille qui ex primęua, aut translata verborum ſignificatione oritur, ſed etiam ſpiritualem, qui ex rebus per literam ſignificatis naſcitur. Hanc poſitionem late demonſtrat & amplificat Gulielmus. Primum, ſi lex illa non habuiſ- Lege lib. 5. Introd. in Theol.

habuiſſet niſi literalem intelligentiam, quis populum illum propter illam A
legem ſapientem & intelligẽtem appellare iure potuiſſet? id quod Deus de
Pſal. 118. illo affirmauit. Deinde, ſi ſolam rudem literę intelligentiã habuiſſet, quid
ſcrutatione opus fuiſſet? quid reuelatione diuina ad eam intelligendã? quę
fuiſſent in ea admirabilia? quid ſuper ſenes intellexiſſet Dauid? cur intel-
lectum ad eam intelligendam ſibi dari poſtulaſſet? quę beatitudo fuiſſet in
ea ſcrutanda die ac nocte? Pręterea, quod lex illa, non tam mandatorum co-
Cap. 11. pia quam ſenſuum uarietate fuerit multiplex, probat Gulielmus ex eo Iobi
Cap. 8. loco, vbi dicitur, ſapientiæ legem eſſe multiplicem: & ex hac Oſeę ſenten-
tia, ſcribam eis multiplices leges meas. Ad hæc, lex illa data fuit, vt totus po
pulus erudiretur: at prudens magiſter non eadem tirones & veteranos di-
ſcipulos docet: ergo lex illa plures & magis abſtruſos debuit habere ſen- B
ſus, vt vna & eadem lectione ſapientiſſimus magiſter omnes doceret diſci-
pulos. Poſtea, idem demonſtrat quibuſdam ſimilibus, quia ſcriptura eſt ve
luti menſa, quæ fercula varia variis guſtibus accommodata habere debet:
Prou. 13. Huc facit illud ſapientis dictum, Multi cibi in noualibus patrum: eſt veluti
fodina, ex qua omnia metallorum & lapillorum genera eruuntur, ideo de
Prou. 2. ea dictum eſt, ſi quæſieris eam, quaſi pecuniam, & quaſi theſauros effoderis
Sap. 7. illam, quia in ea infinitus eſt theſaurus: eſt ueluti immenſus delitiarum hor
tus, vbi omnia fructuum, florum, herbarumque inueniuntur genera: eſt ve
luti cella pigmentaria, & unguẽtaria, vbi omnia aromata, omniaque medi-
camenta, & odores omnes adſeruantur: eſt denique veluti ſacrarium diui-
norum conſiliorum, quæ Deus cum dignis cõmunicat. Poſtremo, hac ra- C
tione idem oſtendit D. Thomas: finis antiquæ legis non ſolum fuit inſtrue-
re populum illum in recto cultu, ſed etiam figurare Chriſtum, vt nõ ſemel
eſt dictum, vnde neceſſario oritur myſticus illarum cæremoniarum ſenſus,
vel ratione Chriſti & eccleſiæ, vel vitæ & morum, vel æternæ gloriæ: igitur.

Quarta poſitio, cæremoniæ antiquæ legis vniuerſe loquendo, quattuor
poſſunt admittere ſenſus, literalem, moralem, analogicum, & anagogicum:
non tamen ſingulæ omnes. Anagogicus refertur ad vitam æternam, analo-
Lib. 5. gicus ad Chriſtum & eccleſiam, tropologicus ad fidelium mores: de quo-
rum ſenſuum natura in Introductione ad Theologiam non nihil ſcripſi, plu
ra in libris diuinarum Inſtitutionum dicturus. Ad maiorem antem eorum,
quæ dixi declarationem quædam ex Gulielmo huc pertinentia adnotabo. D
Primum, ſignificationes non litterales quattuor modis fiunt: primo aliquo
Cap. 8. facto, cum quippiam in hunc finem fit, vt ſignificetur aliquid, vt factũ Iſaiæ,
Cap. 4. cum nudus & diſcalceatus inceſſit, & Ezechielis, qui vaſa tranſmigrationis
ſibi fecit. Secundo cum aliquid dicitur ad ſignificandum expreſſe, ut apud
Cap. 17. Ezechielem, Aquila grandis magnarum alarum, &c. Atque in his duobus
modis ſine vlla offenſione alius ſenſus, quam literalis quęritur: ni tamen ve-
limus dicere, eum quem deſignant eſſe literalem. Tertio, ſecundum conſe-
quentiam, vt cum per prohibitioné exterioris idololatrię intelligimus pro-
Epheſ. 5. hibitam eſſe interiorem & ſpiritualem, cuiuſmodi eſt auaritia, quæ eſt ido-
lorum ſeruitus, & dum prohibetur furtum, prohibetur etiam per cõſequen
tiam

A tiam famæ ſubtractio, & vt bobus triturantibus non eſt alligandum os, ita, nec hominibus laborantibus victus negandus. Quarto, per ſimilitudinem rerum, quæ non ſunt factæ ad hoc, vt ſignificent, & in hoc genere quidam offenduntur, dum quæ non fuere inſtituta & facta ad ſignificandum, quaſi eſſent ſigna quædam ea explicari vident, quamuis ſimilitudinem contineāt, vt illud apud Ieremiam, Nunquid ſicut facit figulus iſte, non potero vobis Cap. 18. domus Iſrael, &c. & illud apud eundē, Quomodo ſi mulier contemnat ama Cap. 3. torem ſuum, &c. Similiter factum Dauidis de nece Vriæ, & de eius vxore in matrimonium ducta, quod non videtur factum ad ſignificādum quicquam de Chriſto, & Synagoga, vel eccleſia. Cæterum, ſi hæc ſimilia, vt magis nota, aſſumantur ad rem obſcuriorem explicandam, idque apte & congruenter B fiat, nullum eſt inconueniens; licet in hoc genere ob ignorantiam poſſit aliquis offendere, dum nō idonee ſimilitudinem inuenit, & accommodat: qua ceſſante, ceſſat etiam recta intelligentia. Vbi nota, quod ſicut in cithara recte accommodata, omnes cordæ bene ſonant, ſi artificioſe tractentur, male vero ſi temere; ita omnia in diuinis literis cohærent, & earum variæ expoſitiones conſonant, ſi bene intelligantur, & tractentur.

Deinde, cum certiſſimū ſit diuinas literas varias admittere expoſitiones, animaduertit citatus auctor, admirabilem diuinæ ſapientiæ diſpoſitionem, quod ſacra ſcriptura in tanta expoſitionum varietate, vbique ſine vlla diſcrepantia conſona ſit, & in vnam concordiam omnes libri, & expoſitiones omnes conueniant, & concorditer reſonent: vniuerſalitas enim ordinata, ſignū C eſt prudentiæ & artis. Et ut Deus omnia opera ſua, & hanc rerum vniuerſitatem in omnem bonum vſum vtilitatemque, quæ inde quacunque induſtria percipi poteſt; conſtituit, ita omnia ſua eloquia in omnem vſum, & vtilitatem, quā, quoquo modo, ex illis haurire licet, dicta eſſe voluit & ſcripta. Quare, propter omnem illuminationem intellectus humani, & propter omnem ædificationem, eruditionemque eccleſiæ ſuæ, & omnium fidelium, diuina oracula nobis data fuere. Atque hæc ſummatim ex Gulielmo. Ex cuius doctrina, adirabilem Dei ſapientiam, & largitatem in dandis ſacris literis cognoſcere licet, & cur plures ſenſus in illis inquirere non ſit ab earum natura, & ab intentione auctoris alienum.

Ad primum, licet legis cæremoniæ ex ſe conſideratæ poſſint dici irratio- D nabiles, cum non determinentur ex iudicijs rationis naturalis: tamen, cum ad aliquem bonum finem cum ratione ordinatæ fuerint, non carēt ratione. Et quoniam quę ſunt in noua lege potiſſimum ad fidem dilectionemq; pertinent, quæ ſua natura rationem continent, ideo rationabilia dicuntur: hinc eſt, quod cęremonię illæ collatæ cum noſtra lege ratione carere dicuntur. Ad ſecundum, cæremonialia una cum futurorum ſignificatione, ſimul erudiebant populum de illis quæ ad diuinum cultum pertinebant, cauſſamq; ſuæ inſtitutionis propriam habebant. Vnde circuncisio, & phaſe, non erāt pura ſigna. Ad tertium, falſum eſt loquutionem metaphoricam non habere literalem ſenſum; & eſt ille, qui proxime ex illa ſententia naſcitur; ut cum dicitur, lex tua lucerna pedibus meis, ideſt meas actiones dirigit. Ad ultimum,

mum,quid mirum ſi Hebræi rationes ſuæ legis nunc ignorant, cum menſa A
diuina ſit eis facta in laqueum? & ad res diuinas intelligendas, ut quidam
ipſorum ſcribunt,ſint facti ineptiſſimi.

De cauſſis præceptorum cæremonialium ad ſacrificia pertinentium. Diſput. V.

HAc in parte,in qua cæremoniarũ antiquæ legis rationes cauſ-
ſæque inueſtigandæ ſunt,cum potius narratione, quam diſce-
ptatione ſit opus,dubitandi rationes omittemus,& quæ dicen
da ſunt, breuiter poſitionibus complectemur. Et quoniam
cæremoniarum quattuor conſtituta ſunt genera,ideo de ſin- B
gulis generibus,ſingulas faciemus diſputationes,ac primum quidem de ſa
crificiorum cæremonijs ita ſtatuo.

Prima poſitio,ſacrificium,proprie ſumptum,nõ pro actu interno,vel pro
re quæ offertur,ſed pro ipſa oblatione, quę proprie ſacrificij nomen mere-
tur,ſic definiri poteſt,Eſt oblatio externa facta Deo,qua ad agnitionem hu
manæ infirmitatis, & profeſſionem diuinæ maieſtatis a legitimo miniſtro
res aliqua ſenſibilis & permanens,ritu myſtico conſecratur, & tranſmuta-
Heb. 5. tur. Dicitur oblatio,græce proſphora,vt explicetur eius genus: ſacerdotis
Gen. 3.8. enim eſt munus offerre,vnde ſacerdos,quaſi ſacra dans dicitur:& in diuinis
literis,offerre, ſimpliciter pro ſacrificare ponitur. Vnde Tertullianus tria
Aug. lib. x. ſtatuit ſacerdotis officia,Tingere,ideſt,baptizare,offerre, & docere. Dici- C
de ciu. c. 5. tur externa, vt diſtinguatur a ſacrificio interno & inuiſibili, quod etſi ſit
nobilius, & magis Deo placeat:tamen nomen & ratio ſacrificij, viſibili &
externę oblationi proprie conuenit. Dicitur, Deo facta,vt diſtinguatur ab
Aug. lib. 1. oblatione,quæ fit homini,etiamſi propter Deũ fiat,vt eſt eleemoſyna. Cul-
contra ad- tu itaque latriæ,quæ ſoli Deo tribuitur,aliqua priuata oblatione Deum ho-
uer. legis noramus:quam dæmon,vt Dei æmulus affectare ſolet. Dicitur, ad agnitio-
cap. 11. nem,&c.vt explicetur finis generalis ſacrificiorum, quæ ſunt quaſi tributa
in agnitionẽ ſupremi dominij & noſtræ ſubiectionis: vnde hæc actio,quæ
alias eſt indifferens,vim laudis habet. Dicitur,a legitimo,&c. quia non eſt
cuiuſque ſacrificare,ſed publici & certi hominis; vt in lege naturæ erant fa
miliarum capita,in veteri Aaronis filij, in noua Epiſcopi & presbyteri legi D
time ordinati. Vnde excluduntur oblationes priuatorum hominum, ſoli
Deo factæ,vt cum candelas accendunt,& conſumunt in Dei honorem. Di-
citur,res aliqua ſenſibilis permanens, vt excludantur actiones externæ trã-
ſeuntes factæ in honorem Dei;vt pſalmodiæ & genuflexiones. Dicitur,ritu
myſtico cõſecrata,quia res quæ offertur,ex profana debet fieri ſacra, & Deo
2.2.q.85. dicari,hoc enim ſignificat ſacrificare,ideſt ſacrum facere. Quæ conſecratio
ar.3. in antiqua lege certo ritu cæremoniam myſticam continente fiebat;vt impo
ſitione manuum ſuper hoſtia, vel eleuatione oblationis in altum: & in hoc
diſtinguitur ſacrificium a ſimplici oblatione,quæ ex ſe non requirit myſti-
cam conſecrationem. Dicitur, & tranſmutatur, quia ad verum ſacrificium
requiri-

A requiritur vt id quod offertur deſinat eſſe. Cuius rei hæc eſt prima ratio, quia olim omnia ſacrificia deſignabant Chriſtum, ut ſacrificium Abelis a Deo inſpiratum: altera, quia ſacrificium eſt ſumma proteſtatio ſubiectionis ad Deum, & ſummus cultus externus, qui non ſolum requirit, vt tantũ rei uſus Deo offeratur, ſed etiam ſubſtantia, ita ut conſumatur. Hac poſita ſacrificij definitione, ad ſacrificiorum ueteris legis cauſſas reddendas accedamus. Secunda, cæremoniarum ad ſacrificia pertinentium conueniens cauſſa aſſignari poteſt. Primum, quia illa ſacrificia placebant Deo: cui non placent niſi quæ ordinata ſunt: igitur. Deinde, quia poteſt reddi ratio, & ut pertinent ad cultum Dei, & ut ſunt figura: igitur. Vt ordinantur ad cultum habent hanc primam cauſſam; quia ordinant hominis mentem ad Deum, ut agnoſcat beneficia, quod fit ſacrificio & oblatione, qua homo profitetur ſe omnia a Deo habere. Et quia ſoli uero Deo debetur honor, ideo in lege prohibetur Deorum cultus. Deinde, quia per hæc homo retrahitur a ſacrificijs idolorum: ideo præcepta de ſacrificijs non fuerunt data, niſi poſt populi lapſum in idololatriam: ac proinde per quendam prophetam dicitur, Deum iſta non præcepiſſe. Quod uero attinet ad figuram, quia Deus poſt lapſum nullum maius donum, quam ſuum filium, nobis dedit, ideo maximum ſacrificium fuit, quod Chriſtus ſe obtulerit, & idcirco omnia alia ſacrificia offerebantur, ut hoc unum perfectum deſignaretur ſacrificiũ: & quia ex figurato ſumuntur figuræ rationes, ideo ex Chriſti ſacrificio figuralium ſacrificiorum cauſſæ ſumendę erunt: de quibus ſeorſim diui Thomæ doctrinam colligendo agemus. Tertia, non ideo Deus uoluit ſibi offerri ea quibus vita ſuſtentatur, quaſi illis ipſe indigeret; cum aliquando ea ſe nolle dixerit, ſed ob tres cauſſas dictas; ut reuocaret a falſo cultu, ut inſtitueret ad uerum, & ut ſignificaret ſupremum ſacrificium. Quarta, ſolum de genere animalium quadrupedum, boues, oues, capræ, & auium cõmuniter turtur, & columba, & ſpecialiter pro leproſis paſſeres, offerebantur; licet non eſſent animalium omnium nobiliſſima, quæ debentur Deo: primum ad tollendam idololatriam, quia alia dijs offerri ſolebant, vel ad maleficia illis vtebantur: boues apud Aegyptios ob agriculturam ſacri erãt qui etiam oues colebant, & hircos, in quorum figura dæmon apparebat. Deinde, quia hac ratione maxime ordinabatur mens in Deum, cũ per hæc maxime ſuſtentetur humana uita, & mundum habeant nutrimentum: alia uel ſunt ſylueſtria, uel immundo utuntur nutrimento; ut ſus, & gallina: at Deo munda debentur. Deſignatur etiam mentis puritas per iſta animalia: Vitulum offerimus, cum ſuperbiam carnis uincimus: agnum cum irrationales motus corrigimus: hœdum, cum laſciuiam ſuperamus: turturem, cum caſtitatem ſeruamus: panes azimos, cum ſyncere uiuimus; columba caſtitatem ſimplicitatemque deſignat. Poſtremo, quia Chriſtum figurabant: in vitulo offertur Chriſtus ob uirtutẽ crucis: in agno ob innocentiã: in ariete ob principatum: in hirco ob ſimilitudinẽ carnis peccati: in turture & colũba, duarum naturarum coniunctio deſignabatur, uel in una caſtitas, in alia caritas: in ſimilagine, aſperſio credentium per aquam baptiſmi.

Sap. 7. Luc. 1. Rom. 13. Ier. 7. Iſa. 1.

B C D

Quincta

Quincta, licet homo dominetur piſcibus, tamen excludebantur a ſacrificio, quia cum in aqua uiuant, magis ſunt alieni ab homine, quã quæ in terra degunt: & quia ſtatim extra aquam pereunt, vnde non poſſunt offerri. Sexta poſitio, in turturibus meliores ſunt maiores, in columbis contra, ideo turtures, & columbarum pulli offerebantur, vt Deo daretur optimum. Septima, ideo animalia oblata occidebantur, quamuis Deo auctori vitæ offerrentur, quia occiſa ueniunt in uſum hominis, in quem a Deo data fuere: & ideo igni cremabantur, quia cocta ſunt homini vſui. Significatur etiam per occiſionem peccatorum deſtructio, & quod homines eſſent digni morte, quia ſi illa eorum loco occiderentur, deſignabant etiam Chriſti mortem. A

Rabbi Moſ.

Octaua, ideo modus occiſionis fuit determinatus, vt excluderentur modi quibus idololatræ ſua animalia occidebant, vel etiam vt eligeretur modus quo animalia minus affligerentur, vt minus deteriora fierent, & ad excludendam offerentium immiſericordiam. B

Rabbi Moſ.

Nona, licet omnis defectus ſit uia ad corruptionem, & animalia occiſa offerenda eſſent: tamen conuenienter prohibebatur oblatio imperfectorũ, quia maculoſa habentur contemptui apud homines; vnde & oblatio mercedis proſtibuli prohibita, & precium carnis, & animalia ante ſeptimum diem, quaſi nondum conſiſtentia. Decima, licet eos qui hoſtias offerunt, illis participare debeant, tamen conuenienter quibuſdam partibus non participabant. Primum in holocauſto ſpecialiter oblato in reuerentiam maieſtatis & amorem Dei, idque conuenienter ſtatui perfectionis in impletione conſiliorum: ideo totum comburebatur, vt ſicut totum animal in uaporem ſurſum reſoluebatur, ita totus homo & eius oĩa ſunt Deo offerenda. C Deinde in ſacrificio pro peccato, quod congruebat ſtatui pœnitentium, cuius una pars comburebatur, altera cedebat in uſum ſacerdotum, quia expiatio peccatorum fit a Deo per homines: ſed cum pro peccato totius populi, vel ſacerdotis offerebatur, totum comburebatur, ad deſignãdum, quod nihil peccati debebat remanere: nã ſi cederet in vſum offerentium, idem eſſet ac ſi non offerretur. Poſtremo in hoſtia pacifica quæ in gratiarũ actionem, vel pro ſalute offerebatur, conuenienter ſtatui proficientiũ, cuius vna pars urebatur, alia ſacerdoti dabatur, alia in vſum offerentis cedebat, ad ſignificandum quod ſalus hominis pendet a Deo, operantibus miniſtris. Vniuerſe tamẽ ſanguis effundebatur ad crepidinem altaris, & adeps vrebatur: D primum ad damnandam idololatriam, quia idololatræ bibebãt ſanguinem & edebant adipem. Deinde propter mores, vt homines horrerent ſanguinis effuſionem, & uitarent laſciuiam, adipe deſignatam. Poſtea, ob reuerentiam Dei, quia ſanguis eſt maxime neceſſarius ad uitam, in quo anima eſſe dicitur, & adeps nutrimenti abundantiam deſignat, vnde oſtendebatur omnia eſſe nobis a Deo conceſſa. Demum ad oſtendendam effuſionem ſanguinis Chriſti. Ex hoſtia pacifica pectuſculum & armus cedebant in uſum ſacerdotum ad reiiciendam diuinationis ſpeciem quæ ſpatulamantia dicitur: & ad deſignandum in ſacerdote debere eſſe ſapientiam ad docendum, & fortitudinem ad ſuſtinendos defectus, illa per pectus, hæc per armum deſignata.

1.Cor.10.

Deut.32.
Ezech.34.

A ſignata. Vndecima, quia holocauſtum erat perfectiſſimum ſacrificium, ideo non offerebatur fœmina ob imperfectionem. In hoſtia pro peccato, turtures & colũbas offerre licebat propter pauperes, qui maiora offerre nõ poterant. Et quia hoſtiæ pacificæ ſponte offerebantur, ideo huiuſmodi aues non habebantur inter hoſtias pacificas. Sed inter illa ſacrificia quæ interdum offerre præceptum erat, vt erat holocauſtum, & ſacrificium pro peccato, quæ aues ob uolatum deſignant perfectionẽ holocauſtorum, & quia habent gemitum pro cantu. Duodecima, licet hoſtiæ pacificæ ſint unius generis, tamen vſus non debuit eſſe idem. Vnde in ſacrificiis primum erat holocauſtum, cuius nihil comedebatur, ſed totum in Dei honorẽ cedebat. Secundum hoſtia pro peccato, quę comedebatur ſolum a ſacerdote in atrio B eodem die. Tertium hoſtia pacifica pro gratiarum actione, quæ eodem die, ſed vbique in Ieruſalem. Quartum hoſtiæ pacificæ ex uoto, quarum carnes etiam die craſtino edi poterant. Quia primo homo obligatur Deo maxime ob eius maieſtatem: ſecundo propter offenſam: tertio ob beneficia iam ſuſcepta: poſtremo ob ſperanda. Decimatertia, & ſi omnia peccata a Deo auertant, tamen quia aggrauantur ob ſtatum peccantis, alia hoſtia erat ſacerdotis, alia principis, alia priuatæ perſonæ. Et vt grauius erat peccatum, eo vilius offerebatur animal: pro idololatria capra, pro ignorantia ſacerdotis vitulus, pro negligentia principis hircus. Decimaquarta, vt etiam pauperes offerre poſſent, ideo qui non habebant quadrupedia, vel auem, vel panes, vel farinam, vel ſpicas offerebant: quibus deſignabatur Chriſtus panis vi- C uus, qui fuit ueluti ſpica in lege naturæ, vt ſimila in legis doctrina, vt panis coctus igne, id eſt formatus in carne aſſumpta a ſpiritu ſancto in clibano vteri Virginis: coctus etiam in ſartagine & craticula crucis.

Decimaquincta, quamuis omnia a Deo nobis dentur, tamen ſolum hæc præter animalia offerebantur, panis, vinum, oleũ, thus, ſal: quia omnia quæ in uſum noſtrum cedunt, vel ſunt cibus, vel potus, vel condimenta, vt oleũ & ſal, vel in medicamentum, vt thus, quod eſt aromaticum. Pane Chriſti caro, vino ſanguis, oleo gratia, ſale ſcientia, thure oratio deſignabatur. Decimaſexta, licet mel ſit dulcius, & fermentum faciat panem ſapidum, tamen prohibita ſunt offerri ad uitandos ritus idololatriæ, & ad excludendã omnem dulcedinem & uoluptatem ab iis qui ſacrificare Deo uolunt, & ad ex- D cludendam corruptionem, ad quam remouendam ſal offerebatur, quo ſapiẽtia & mortificatio deſignatur; ſicuti thure mentis deuotio, ſacrificãtibus neceſſaria: eſt.n. thus pingue et odoriferũ. In ſacrificio Zelotypię, ideo nõ offerebatur thus; quia nõ procedebat ex deuotione, ſed magis ex ſuſpicione.

An poſſit aſſignari ratio eorum quæ ad ſacra pertinebant. *Diſp.* VI.

EXPLICATO primo cæremoniarum genere, ſequitur vt de ſecundo dicamus, de quo ex D. Thoma colligo has poſitiones. Prima poſitio, cæremoniæ ſacrorum habent cauſſam rationalem ſuæ inſtitutionis. Primum, quia erant imagines cœleſtium, vt ait Paulus: igitur ratio- *Heb.8.*

nem

nem habebant,cum diuina repræſentarent. Deinde, cultus exterior ordinatur ad reuerentiam Dei,& quæ ſunt communia non habentur in honore vt ea quæ ab aliis ſunt diſcreta & excellentiam habent;cuiuſmodi eſt regia ſupellectilis:igitur conueniens fuit,vt ſpecialia loca, tempora, vaſa, & miniſtri ad cultum Dei ordinarentur, vt per hæc animi ad maiorem reuerentiam excitarentur. Et quia ſtatus legis erat ad ſignificandũ myſterium Chriſti,ideo repræſentari debuit re determinata, vt ſimilitudinem haberet cum re figurata,igitur opus fuit obſeruare res ſpeciales ad cultũ Dei pertinẽtes. A

Act. 17. Secunda,licet Deus qui colitur non contineatur loco:tamen homo qui colit eget certo loco. Primo, quia cum maiore reuerentia itur in locum ad

3. *Reg.* 8. cultum deſignatum: deinde,quia per diſpoſitionem loci deſignãtur aliqua pertinentia ad diuinitatem, & Chriſti humanitatem:vnde per locum deſignantur aliqua ad Dei notitiam,vel ad cultum pertinentia. Tertia,licet ſtatus ueteris legis non ſit immutatus ante Chriſtum quoad mutationem legis B

Gen. 12. tñ mutatus eſt quoad conditionem populi qui fuit ſub lege:nam in deſerto

Deut. 12. non habuit certam manſionem,poſt uero,victis gentibus,maxime, & ideo tabernaculum quod deſignabat ſtatum antiquæ legis,mutatum eſt in templum ſtabile ædificatum in loco Abrahæ demonſtrato, ad cultum Dei deſtinato. Qui locus non fuit ante deſtinatus,quam populus regem haberet & Gentes uiciſſet:ne Gentes illum ſibi appropriarent,ne ve deſtruerent: & ne quælibet tribus uellet illum in ſorte ſua. Ratio figuralis eſt, ſtatus mutabilis huius uitæ,& ſtatus alterius immutabilis: vnde in ædificatione templi non eſt exauditus ſonus mallei,vel ſecuris,vt oſtẽderetur æterna quies. C Vel deſignabatur ſtatus antiquæ & nouæ legis;ad conſtructionem tabernaculi ſoli Iudæi iuuarunt,ad templum autem ędificandum etiam Gentes,Sydonij & Tyrij. Quarta,licet ad cultum Dei multa templa & altaria requirantur: tamen conuenienter unum templum fieri uoluit. Primo ad excluſionem idololatriæ, quia Gentes diuerſis dijs diuerſa templa conſtruebant: vt ergo vnius Dei notitia firmaretur, in uno templo ſibi ſacrificari Deus uoluit:& vt oſtenderetur corporalem cultum non eſſe propter ſe acceptũ,ideo prohibebantur vbique offerre? Contra in noua lege ſacrificium eſt per ſe acceptum,ideo multiplicatio altarium & templorum. Quod uero attinebat ad ſpiritualem cultum Dei,erant plura loca in quibus licebat Deũ laudare;vt in ſynagogis;in quarum locum,vt etiam templi,ſuccedunt Eccleſię in quibus laudes & ſpirituale ſacrificium ſimul offeruntur.Deinde,in figura deſignabatur vnitas eccleſiæ militantis,vel triumphantis. D

Quincta, licet in Deo ueneremur ſimplicitatem, & unitatem, tamen tabernaculum & templum conuenienter in partes per velum diſtinguebantur, vt in Dei cognitionem ducerent. Vna pars quæ ſancta ſanctorum dicebatur occidentem ſpectabat,altera quæ ſancta,orientem: erat etiam ante tabernaculum atrium. In tabernaculo, vt ordinabatur ad cultum deſignabatur mundus,ſancta ſanctorum,ſæculum altius ſubſtantiarum ſpiritualiũ ſignificabat:ſancta,mundum inferiorem: quæ partes uelo quattuor colorũ diſtincto diuidebantur,quibus quattuor elementa deſignabãtur, byſſo terra, pur-

A ra,purpura aqua,hyacintho aer,cocco bis tincto ignis,qa materia elemētorū eſt impedimentū quo velanť ſubſtantiæ ſpūales. In ſancta ſanctorū ſemel ſacerdos intrabat, vt deſignaretur finalē perfectionē hoīs eſſe intrare in cęlū.In ſancta quotidie intrabat ſacerdos, populus ſolū in atriū:quia ſacerdos per corporalia pōt intelligere interiores rōnes,populus nō itē.In figura,per *Heb.9.* exterius tabernaculū.i.per ſancta,ſtatus veteris legis deſignať: per interius, vel vita æterna, uel ſtatus nouæ legis, qui eſt inchoatio futuræ, in quē nos Chriſtus introduxit, qđ ſignificatū eſt p ingreſſum vnicū ſacerdotis ī ſancta ſanctorū.Velo deſignabať occultatio ſpūalium in ſacrificiis antiquæ legis. Byſſo carnis puritas,purpura ſctōrū paſſiones,cocco caritas geminata,hyacintho cęleſtis meditatio. In veteri lege popul⁹ ipſa ſacrificia corporalia cō

B ſiderabať,q̃ fiebāt in atrio:ſacerdos vero eorū rōnes per fidē magis explicitā cognoſcebat, ideo intrabat in exterius tabernaculū, qđ ēt velo diſtinguebať ab atrio,quia q̃dā erant ignota populo.Sexta,licet uirtus Dei innoteſcat per motū ex oriente:ñ ideo orō ad occidentē fiebat,ad excludendū uſum Gen- *Ezech.5.* tium q̃ ad orientē adorabant: & in ſancta ſanctorū occidentē ſpectabat.Rō figuralis quia totus ſtatus prioris tabernaculi deſignabat Chriſti mortē oc- *Pſal.67.* caſu deſignatā.Septima, eorū q̃ in atrio interiori erant, reddi pōt rō literalis in ordinē ad cultū. Erat ibi arca teſtamenti,in qua urna aurea cū manna,uirga & tabulæ legis:ſita inter duos cherubinos qui ſe mutuo ſpectabant:& ſuper arcā tabula aurea q̃ propitiatoriū dicebať, quaſi inde populo propitiaretur:alis cherubinorū,quaſi Deo obſequentiū ſuſtētata: arca vero erat ue-

C luti ſcabellū ſedentis ſupra propitiatoriū. Per hæc tria deſignantur q̃ ſunt in altiori ſæculo,cuius figura erat tabernaculū interius,Deus qui ſuper oīa eſt: cuius nulla erat figura,qa incōprehēſibilis.Sed ponebať ſedes eius, qa creatura Deo ſubiecta cōprehenſibilis eſt. Duo Cherubini deſignant ſubſtātias ſpūales q̃ in illo ſæculo ſunt,inter ſe cōſentiētes:nō unus,ut deſignareť eorū multitudo,& excludereť eorū cultus,qui uni Deo debetur.Sūt ēt in illo ſæculo rerū rationes q̃ in effectibus exterioribus cōtinenť, repræſentatæ p arcā.Sūt aūt in humanis tria potiſſima:ſapiētia,per tabulas;poteſtas per uirgā, uita per māna repræſentata:uel iſta tria deſignabant tria Dei attributa: tabulę ſapientiā,virga potentiā,et māna bonitatē.Exteriore tabernaculo ſignificabatur p̄ſens ſæculū: in quo erāt tria;altare thymiamatis cōtra arcā: mēſa

D propoſitionis ad aquilonem,ubi 12.panes ponebātur:candelabrum ad auſtrū; quibus ſignificabantur ea q̃ erant in arca q̃ debēt eſſe nota populo, cui per ſacerdotes manifeſtabantur,ut rōnes diuinæ p Angelos: candelabro ſa *Apoc.7.* piētia deſignabatur: altare quo offerebatur thymiama boni odoris ſanctitas populi acceptabilis Deo:uirga,ſacerdotū officiū & dignitas atq; ptās:mēſa, nutrimentū vitæ cōe. Ideo in auſtrali parte quæ eſt pars dextra mundi erat candelabrum,quia ſapientia ponitur ad dextrā,ut alia bona ſpiritualia;mēſa uero ad aquilonē,qui eſt ad ſiniſtrā ad quam tēporalia pertinent. Rurſus alia rō iſtorū melior hæc eſt.Tabulę poſitæ ſunt ad tollēdā legis obliuionē; *Exo.14.* uirga ad cōprimendā diſſenſionē populi de ſacerdotio Aaron; māna ad cō- *Num.17.* memorandū beneficiū datū ī deſerto. Cādelabrū ad honorificētiā ptinebat. *Exo.16.*

Septem eius calami 7. deſignabãt planetas, quibus totus mundus illuminatur, qui a parte auſtrali mouentur. Altare thymiamatis, vt in tẽplo eſſet iugis odor ob honorem tabernaculi, & ad fœtorẽ remouendũ. Menſa ad deſignandum qđ ſacerdotes ex tẽpli ſeruitio uiuere debebant, vnde 12. panes in memoriã 12. tribuum, quibus ſoli ſacerdotes veſcebãtur. Mẽſa non erat directe ante propitiatorium, ad excludẽdum ritũ quo Gentes panẽ offerebãt Lunæ. In atrio extra tabernaculũ erat altare holocauſtorũ, in quo offerebãtur ſacrificia ex bonis a populo poſſeſſis; ideo in atrio populus eſſe poterat, ſed ad altare interius ĩ quo offerebatur ipſa deuotio & ſanctitas, ſoli ſacerdotes qui populũ Deo offerebãt, intrabãt. Erat hoc altare extra tabernaculũ ad remouendũ cultũ idololatriæ, q̃a Gentes intra templa offerebãt dijs. Rõ figuralis horũ ex relatione ad Chriſtũ, Ipſe eſt propitiatio noſtra, propitiatorio deſignata, qđ a Cherubim portabař, quia Chriſto oẽs Angeli ſeruiunt. Et vt arca erat ex lignis Sethim, ita Chriſtus ex puris mẽbris conſtabat: erat deaurata, vt ſignificaretur Chriſti gratia & ſapientia. Vrna cũ manna, aĩam Chriſti plenã ſanctitatis & diuinitatis deſignabat: Virga eius ptãtem ſacerdotalẽ: Tabulæ eundẽ legislatorem: candelabrum eius lucẽ, ipſe.n. fuit lux mundi: ſeptem lucernæ, 7. dona Spiritus ſancti. Panis, quia ipſe eſt ſpũalis cibus. 12. panes eius diſcipulos, uel eorũ doctrinã. Candelabro & pane, & eccleſiæ fides, & doctrina deſignari potuit. Idẽ Chriſtus eſt altare holocauſti & thymiamatis, q̃a per ipſum oportet nos offerre opera virtutum oĩum, ſiue illa quibus caro affligitur per holocauſtũ, ſiue illa quæ maiore mentis perfectione & eleuatione in altare thymiamatis. Octaua poſitio, Deus p̃ceperat vt ſibi fieret altare de terra, vel ſaltẽ ex lapidibus nõ ſectis, & ſine gradibus, & tñ aliter factũ eſt. Altare inſtitutũ fuit ad offerenda munera in honorẽ Dei, & in ſuſtẽtationẽ ſacerdotũ: de quo duplex datũ eſt p̃ceptũ: primum ad deteſtationẽ idololatriæ, quia Gentes altaria ſublimia & ornata faciebãt: cuius rõ figuralis fuit ad deſignandã in Chriſto altare noſtro verã carnis naturã, terra deſignatã, & ęqualitatẽ cũ Patre, ideo ſine gradibus: ſed facto tabernaculo in honorẽ Dei, nõ erat occaſio fugiẽdæ idololatriæ in hoc, ideo mãdatur vt fiat altare holocauſtorũ ex ære, qđ eſſet omni populo conſpicuũ, & thymiamatis ex auro, qđ ſoli ſacerdotes uidebãt. Illud de gradibus nõ aſcendẽdis ne turpitudo reuelaretur, factũ fuit ad deteſtationẽ ſacrorũ Priapi, in q̃bus Gentes pudenda oſtendebãt. Et quia ſacerdotibus indictus eſt fęminaliũ uſus, potuit ordinari altare altũ, quo per gradus ligneos, nõ ſtãtes ad altare aſcenderẽt. Nona, multa operimenta in tabernaculo nõ fuerunt fruſtra. Conſtabat tabernaculũ tabulis erectis, cortinis quattuor coloribus uariatis, byſſo retorto, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto: quæ ſolũ latera tegebãt. Tectum primo operiebatur pellibus hyacinthinis: tũ pellibus arietũ rubricatis: tũ ſagis cilicinis, q̃ deſcendebant ẽt vſq; ad terrã, tabulaſq; tegebãt tabernaculi exterius. Prima rõ literalis erat ornamentũ, & protectio tabernaculi: Secũda, per cortinas cęlũ ſydereũ deſignabatur, uarijs ſtellis ornatũ: per ſaga, aquę, q̃ ſunt ſupra firmamentũ: pellibus rubricatis cęlũ empyreũ, in quo ſunt angeli: per hyacinthinas cęlũ Trinitatis. Figuralis, tabulæ ſunt Chriſti fideles ex q̃bus eccleſia con-

Iet. 7. *Heb. 1.* *Ioan. 6.* *Exod. 20.* *Exod. 27.* *Glo. ordin.* *Exo. 20.*

A B C D

A conſtat: cortinæ cũ coloribus, quattuor uirtutes quibus ornantur: byſſo retorto, caſtitas renitens: hyacintho, mens ſuperna cupiens: purpura caro paſſionibus ſubiacens: cocco bis tincta mens duplici dilectione inter paſſiones fulgens. Per operimenta prȩlati & doctores in q̃bus debet renitere cȩleſtis cõuerſatio, per pelles hyacinthinas deſignata: promptitudo ad martyrium, per rubricatas: auſteritas uitȩ & aduerſorũ tolerantia per ſaga cilicina ventis & frigori expoſita. Decima, cõſecratio vaſorũ & tabernaculi nõ erat inutilis: quia habebãtur in maiore reuerentia, quia cultui dicabãtur: tũ ob ſignificationẽ ſpiritualis ſanctificationis viuentis tabernaculi.i. eccleſiæ. Vndecima, licet Deus omni tẽpore ſit laudandus, tñ congruenter ſeptẽ ſolemnitates tpales, & una continua ſtatuta fuit. Quotidie mane & veſperi immolabatur *Gloſ. ord.* *Pſal. 33.* *Num. 28. 29.*

B agnus, quo ritu perpetuitas beatitudinis deſignabatur. Solẽnitas ſabbathi in memoriã creationis. Neomenia quocumq; mẽſe, in memoriã diuinȩ gubernationis, quia inferiora uariãtur ſm̃ motum lunæ: non in plenitudine, quia Gentes hoc tpe lunȩ ſacrificabãt: quȩ duo beneficia ſunt omnibus cõia, ideo frequẽtius eorum ſiebat memoria: alia ſemel in anno, quia ſpãlia. Phaſe primo menſe in memoriam liberationis ex Aegypto. Pentecoſtes poſt 50. dies in memoriã legis datæ. Alia mẽſe ſeptimo, qui totus fere erat ſolẽnis: prima die feſtũ tubarũ agebant, in memoriã liberationis Iſaac inuẽto ariete, quem cornibus repræſentabãt. Hoc, ſe præparabãt ad feſtũ expiationis 10. die celebrandum, in memoriã liberationis a peccato de uituli idololatria ad preces Moſis. Poſt ſequebatur celebratio ſcenopegiorũ.i. tabernaculorũ ſeptẽ die-

C bus ĩ memoriã protectionis & deductionis p̃ deſertum, vbi in tabernaculis habitarunt. In quo feſto habebãt citrũ, myrtũ palmas, & ſalicẽ, ad deſignãdũ quod ex terra arida deſerti, in delicioſam fuere ducti. Octauo die feſtũ cœtus & collectæ, in quo colligebãtur neceſſaria ad cultum: & ſignificabatur populi collectio, & pax in terra illa data. Figuralis ſignificatio: Iuge agni ſacrificio Chriſtus qui p̃petuo eſt, ſignabatur: ſabbatho, quies ſpũalis data per Chriſtũ: Neomenia, illuminatio primitiuæ eccleſiȩ p̃ Chriſtũ: Pẽtecoſte, deſcẽſus Spũs ſancti: Feſto tubarũ, Apoſtolorũ p̃dicatio: expiationis ritu, mundatio a peccato p̃ Chriſtũ: Tabernaculorũ diebus, peregrinatio huius uitæ: Cȩtu, collectio fideliũ in regno cȩlorũ; iõ hic dies feſtus dicebãt Sãctiſſimus. Erãt dies cõtinui, q̃a expiatio a vitiis dẽt p̃ficere donec veniat ad viſionẽ Dei. *Heb. ult.* *Pſal. 13.*

D *An ſacramentorum veteris legis conueniens cauſa reddi poſſit.* *Diſp. VII.*

DE tertio cæremoniarum ordine.i. de ſacramentorum rõnibus, ita ſtatuo. Prima poſitio, veteris legis ſacramẽta ſuȩ inſtitutionis cauſſas literales, & figurales habuere. Primum, quia Deus per illa ſanctificabat, a quo nihil ſine rõne fit: igitur. Deinde ſacramenta adhibentur ad conſecrationem, qua homo ad Dei cultum deſtinatur, qui cultus generatim ad populum, priuatim ad ſacerdotes pertinet, & circa oẽs tria erãt neceſſaria: Inſtitutio ad cultũ, quæ, quoad omnes, fiebat circunciſione, quoad miniſtros conſecratione. Vſus, quoad populũ, erat agnus paſchalis, quoad ſacerdotes oblatio uictimarum, & eſus panum propoſitionis. Remotio à

cultu,ob immunditias, & ſic ratione populi erant quædã expiationes à peccatis:ratione ſacerdotum,ablutio manuũ,pedum, & capillorum raſio: quæ habebant literalem cauſſam,vt ordinabant ad cultum, figuralem vt deſignabant Chriſtum. A
Deut. 22. Secunda,licet cultores deorum ſe inciderent,tamen data eſt
Rom. 4. circuncifio ad proteſtat onem fidei Abrahæ, qui primo ab infidelibus ſe ſe-
Gen. 17. iunxit,vt fidei proteſtatio firmaretur in corde,cum eſſet ſignũ in carne,quo obliuiſci non poterant. Ideo octauo die, quia puer antea erat tener,ne grauiter lęderetur,non diutius differebatur,ne quis ob dolorẽ refugeret.Deinde,vt cõcupiſcentia debilitaretur in eo mẽbro.Poſtremo,in ſugillationẽ ſacrorũ Veneris & Priapi, in quibus pars illa honorabatur. Huic inciſioni nõ erat ſimilis idololatrarũ inciſio. Figuralis rõ,figurabatur oblatio corruptionis faciẽda p Chriſtũ,q̃ nãſit p generationẽ,ideo fiebat circũciſio in tali mẽ- B
Coloſ. 2. bro.Tertia,q̃uis feſtinãter comedere, videatur p̃ter rõnẽ,tñ cõuenienter conuiuiũ paſchale fuit ordinatũ in memoriã exitus ex Aegypto:vbi p̃ceptũ populo fuit vt ſanguine agni liniret ſuperliminaria, quaſi proteſtaretur ſe recedere a ritibus Aegyptiorũ,qui arietẽ colebãt,vñ ſanguinis aſperſionẽ libera-
Exod. 12. ti fuere ab exterminio.Inde,vrgentibus Aegyptijs cũ feſtinatione receſſere. Feſtinatio primo cõſiſtebat in rebus quas comedebãt, quia cũ nõ poſſent facere panẽ fermẽtatũ,azimo veſcebãtur:nec ẽt carnes elixare,vnde aſſum comedebant,nec oſſa frangebãt. Deinde in modo comedendi,renibus ſuccincti,pedibus calceati,cũ baculo ĩ manibus,& qđ feſtinanter comederẽt. Huc facit qđ in vna domo comederẽt,& qđ nihil extra ferrẽt. Amaritudo q̃ paſſi
1. Cor. 5. fuerãt in Aegypto deſignabat,lactucis agreſtibus.Figuralis rõ,agni immola- C
1. Pet. 1. tio Chriſti immolationẽ deſignabat.Sãguis quo liniẽrũt,fidẽ paſſionis Chri-
1. Cor. 5. ſti in corde, qua liberamur a morte. Eſus carnis, eſum corporis Chriſti: aſſa igni,vt deſignaretur paſſio uel caritas Chr̃i: panis azimus puritatẽ cõuerſationis fideliũ:lactucę,pęnitẽtiã neceſſariã cõicaturis:Renes accincti, caſtitatẽ:calceamẽta mortuorũ patrũ exẽpla: baculus, paſtoralẽ cuſtodiã: ĩ vna domo.i.in vna eccleſia.Quarta,nõ ſolũ eſu agni figurata fuit Euchariſtia,ſed ẽt
Coloſ. 2. alia ſacra:circũciſione baptiſmũ:Purificationib.pęnitentia:cõſecratione miniſtrorũ,ord.Confirmatio,quia eſt ſacr̃m plenitudinis,nõ fuit figurata,quia non venerat tp̃s plenitudinis:nec extrema vnctio,quia eſt proxima p̃paratio ad gloriã. Matrimoniũ ibi fuit,vt officium naturæ,nõ ut ſacr̃m cõiunctionis Chriſti & eccleſiæ q̃ nõdum erat facta, unde dabatur libellus repudij,qđ eſt D
contra rõnem ſacr̃i.Quincta,licet nihil corporale ſit immundum apud Deũ, tamen aliquæ ibi immunditiæ erant ob tactum aliquarum rerum, unde purificationum inſtitutio ad tollenda impedimenta ad cultum:qui,vel eſt ſpiritualis in deuotione mentis,vel corporalis in actibus externis. A ſpirituali impediũt peccata,a quorũ pollutione mũdabãtur ſacrificiis oblatis, vel pro oĩb.vel ꝓ ſingulis, q̃ nõ expiabãt p ſe a peccato,ſed qa ſignificabãt expiationẽ Chr̃i,cuius erãt participes,ꝓteſtãtes fidẽ redẽptoris ĩ figuris. Ab exteriore impediebãtur p immũditias corporales: q̃ cõſiderantur,vel in hoĩbus in ſe ob aliq̃ corruptionẽ,vt mors,lepra;vñ mortui & leproſi putabant immũdi:ſimiliter mulieres patiẽtes ſanguinis profluuiũ, uel tempore mẽſtrui, uel con-

A cóceptionis: ſimiliter homines ob ſeminis fluxum, uel ob infirmitatem, uel pollutionem, uel coitum. Contrahebatur etiam immunditia ab homine ex tactu quarumcunque rerum immundarum. Ratio literalis, erat reuerentia circa res pertinentes ad res ſacras, quas immundi non ſolent contingere: ac etiam ut ex raro acceſſu cum maiore reuerentia accederent, cum non facile uitari poſſint tales immunditiæ. In quibuſdam erat ratio ad uitandum idololatriam, quia Gentes interdum humano ſanguine & ſemine litabant. Oẽs immunditiæ tollebantur, uel aquæ aſperſione, uel aliquo ſacrificio, quo expiabatur peccatum, unde oriebantur, quæ erant maiores. Figuralis ratio, deſignabant uaria peccata: Immunditia cadaueris, peccatum quod eſt animæ mors: lepræ, hæreſim, quæ eſt contagioſa, & admiſcet aliquid ueri in ſuper-
B ficie, ut in carne leproſi aliquid integrum apparet. Mulieris immunditia ratione ſanguinis idololatria, ratione ſeminis, uana loquutio, ratione coitus, & partus, peccatum originale, ratione menſtrui, mentis per uoluptatẽ emollitæ immunditia deſignabatur. Vniuerſe uero per contactum rei immúdæ, immunditia conſenſus in peccatum alterius: quæ deriuabatur per contactũ etiam ad res inanimitas, quidquid.n.tangebat immundum, erat immũdum: per hoc deſignatur myſtice quod Deo pariter odio eſt impius, & impietas eius. In quibuſdam rebus inanimatis, aliquo pacto corruptis, ut in domibus humiditate uel ſiccitate uitiatis, & in ueſtibus aliqua corroſio, quam lex lepram uocat, tum quia omnia uitiata cenſentur immunda, tum quia Gentes circa huiuſmodi corruptionem Deos penates colebãt. unde domus deſtrui,
C & ueſtes comburi debebant. Vaſa ẽt ſine operculo & ligatura deſuper erant immunda, quia in eis aliquid immundum facile cadere poterat, & ad declinandã idololatriam, quia Gentes putabant, ſi quod animal incidiſſet in ea, illud eſſe gratum diis, & in hoc adhuc extat quædã ſuperſtitio uetularum relinquentium uaſa aperta. Rõ figuralis harum immunditiarum, lepra domus, ſignificat immunditiã uſus hæreticorũ: In ueſte linea deſignatur peruerſitas morum ex amaritudine mẽtis, in lanea, puerſitas adulatorũ: in ſtamine, uitia aiæ, in ſubtegmine, uitia carnalia. Vas ſine operculo & ligatura deſignat hoĩem qui neſcit tacere, & non continetur diſciplinę cenſura. Sexta, licet dictũ ſit, Ab immundo quid mũdabitur? tñ aquæ cuiuſdã aſperſione expiabatur immũditia ex contactu rei immundæ, quæ erat minor, ut illa q̃ erat
D per aliquam corruptionem, ſicuti maior, per ſacrificia. De iſta aſperſione ita erat ſtatutum, ſumebatur uacca ruſa in memoriam peccati adorationis uituli, uacca qua deſignatur ſynagoga ob laſciuiam, uel quia Aegyptij eam colebant: immolabatur tota extra caſtra, ut ſignificaretur totum populum hoc ſacrificio mundari ab omni peccato. Sacerdos intingebat digitũ in eius ſanguine, & aſpergebat contra fores Sanctuarij ſepties, quo numero uniuerſalitas deſignatur. Quæ aſperſio erat in deteſtationẽ idolomaniæ, qua ſanguis in honore habebatur. Cõburebatur igne, uel quia in eo Deus apparuit, & data lex eſt, uel ſignificabatur, totaliter idololatriã extirpãdã, ut uacca cum pelle, cornibus, ſanguine, & fimo urebat. Adiũgebatur lignũ cedrinũ, hyſſopus, coccuſq; bis tinctus, qa ut cedrus nõ facile putreſcit, nec coccus colorẽ

1.Cor.6.
Sap. 14.
Eccl. 34.
Oſe. 5. & 10.

amittit, nec hyſſopus odorē; ita ſacrificium hoc erat in conſeruationem populi, & honeſtatis, & deuotionis eius: vnde de cineribus dicebatur, Vt ſint filiorum Iſrael in cuſtodiam. Et quia offerebatur pro peccato idololatriæ, & comburens, & qui cineres colligebat, & qui aquas aſpergebat, in quibus cinis ponebatur, immundi habebantur, ad oſtendendum, vt quidquid aliquo modo ad idololatriam pertinet, quaſi immundū abiiceretur: a qua immunditia ſola veſtimentorum ablutione mundabātur. Figuralis ratio, vacca deſignabat Chriſtum in infirmitate aſſumpta: color & ætas integra, Chriſti perfectionem, quia non portauit iugum peccati. Tradebatur in manus ſacerdotis, quia per ſacerdotes occidendus erat: extra caſtra immolabatur, quia Chriſtus extra vrbē pati debebat. Intingebatur digitus, quo diſcretio deſignatur, in ſanguine, quia myſterium paſſionis Chriſti cogitandum, & imitandum eſt. Fit aſperſio contra tabernaculum, quo ſynagoga deſignatur, vel ad condemnationem Iudæorum non credentium, vel ad purificationem credentium: ſeptem vicibus, ideſt per omne tēpus. Sunt omnia igne cremanda, ideſt ſpiritualiter intelligenda: per pellem & carnem deſignabatur externa operatio Chriſti, per ſanguinē, interior virtus, externa facta verificans; per fimum omnes imperfectiones corporales ad infirmitatem pertinentes, laſſitudo, &c. Cedrus altitudinem cōtemplationis & ſpei deſignat; hyſſopus humilitatem, vel fidem: coccus geminam caritatem, per quę omnia Chriſto paſſo adhærere debemus. Reliquiæ colliguntur a viro mundo, quia reliquiæ paſſionis venerunt ad Gentiles, qui non fuerunt culpabiles in morte Chriſti. Cinis in aqua ad expiandum, eſt meritum paſſionis in baptiſmo. Qui immolabat, qui comburebat, & qui colligebat cineres, & qui aquam ſpargebat, erant immundi, vel quia Iudæi facti ſunt immundi ob mortem Chriſti, vſque ad veſperam, ideſt ad finem mundi, vel quia ſacra tractantes aliorum munditiam intendentes, aliquas immunditias contrahunt, vſque ad finem vitæ. Septima, conuenienter ſuper unō hirco confitebatur ſacerdos peccata portanda in deſertum; alio vero utebantur ad purificationem. Nam immunditia mentis, vel corporis, expiebatur per ſacrificia pro peccato. Et quia aliqui erant negligentes circa ex piationem ſuā, vel ob ignorantiam, ideo ſemel in anno fiebat ſacrificium pro toto populo. Primo offerebat ſacerdos vitulum pro ſuo peccato in commemorationem peccati Aaronis qui uitulum conflauit: & arietem in holocauſtū, quo deſignabatur eius prælatio, (eſt enim aries dux gregis) ordinanda in Deum. Deinde pro populo duos hircos: vnus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis, quo fœtor & aculei peccati deſignabantur. Huius ſanguis, cū ſanguine uituli inferebatur in ſancta ſanctorum, & aſpergebatur totum ſanctuarium, ad ſignificandum, quod tabernaculum expiabatur ab immunditijs populi. Vtrunque animal urebatur igne ad deſignandam peccatorum conſummationem: extra caſtra, nō in altari ad deteſtationem peccati: quod fiebat ſemper cūm offerebatur pro grauibus peccatis. Alter hircus mittebatur in deſertum, non ut offerretur dæmonibus, quos Gentes in deſertis colebant, ſed ad ſignificādum effectum ſacrificij. Ideo ſacerdos imponebat ma-

Greg. in paſt.

Heb. 7.

A B C D

A nus ſuper caput eius cōfidens peccata populi, ac ſi ea portaſſet in deſertum à beſtiis comedenda. Dicebatur peccata portare, vel quia in eius emiſſione deſignabatur remiſſio, vel quia ſuper eius caput aliqua ſchedula ligabatur, vbi peccata ſcripta erant. Ratio figuralis, vitulus deſignat Chriſtum ob virtutem: aries eundem, quia eſt dux fidelium: hircus ob ſimilitudinē peccati: qui immolatus eſt pro peccatis ſacerdotum & populi: cuius ſanguine patet introitus in regnum cœlorum: qui paſſus eſt extra portam. Per hircum *Heb. ult.* emiſſum ipſa diuinitas, quæ in ſolitudinem abijt, Chriſto homine patiente: Vel ſignificatur mala concupiſcentia abijciēda, vt ſtudioſi motus ſunt Deo offerendi. De immunditia eorum qui iſta offerebant eadem eſt ratio, vt in ſacrificio vitulæ. Octaua, mundata lepra hominis, vel domus, non mittebatur homo ad ſacerdotē, vt mundaretur, ſed vt pro mundo declaratus ad conB ſortium, & cultum admitteretur. Vnde, ritu legis non mundabitur lepra, niſi interdum diuino miraculo, quando ſacerdos decipiebatur iudicio. Leproſi mundatio ſic fiebat: primo iudicabatur mundus: poſtea admittebatur ad conſortium poſt ſeptem dies. In prima purificatione offerebat duos paſſeres viuos, lignum cedrinum, vermiculum, & hyſſopum: Filo coccineo ligabatur paſſer & hyſſopus cum ligno, quod erat velut manubrium aſperſorij: hyſſopus vero & paſſer erant id, quod de aſperſorio tingebatur in ſanguine alterius paſſeris immolati in aquis viuis. Hæc offerebantur contra quattuor lepræ defectus: contra putredinem cedrus: contra fœtorem hyſſopus: contra inſenſibilitatem paſſer viuus: contra turpitudinem coloris, vermiculus. C Paſſer viuus ſinebatur volare in agrum, quia leproſus reſtituebatur ſuæ libertati, octauo die: raſis capillis totius corporis, lotis veſtimentis, quia lepra pilos rodit, & veſtes inficit. Poſtea pro eo offerebatur ſacrificium pro eius delicto: quia lepra plerunque ob peccatum contrahitur. Sanguine ſacrificij tingebatur extremum auriculæ, & pollices manus dextræ & pedis, quia in his partibus primum lepra dignoſcitur. Adhibebantur etiam tres liquores: ſanguis contra ſanguinem: oleum ad deſignandam ſanationē morbi: aqua viua ad emundandam ſpurcitiā. Figuralis ratio: duo paſſeres, duas naturas in Chriſto figurabant: quorum vnus, ideſt humanitas immolatur in vaſe fictili ſuper aquas viuentes, qui Chriſti paſſione aquæ baptiſmi conſecrantur: alius, ideſt diuinitas, viuus remanebat. Hic cum ligno, hyſſopo, D & vermiculo, ideſt, cum fide, ſpe, & caritate, mittitur in aquam ad aſpergendum; quia in fide Dei hominis baptizamur. Lauat homo per aquam baptiſmi & lacrymarum ſua ueſtimenta, & pilos, ideſt opera & cogitationes. Tingitur auris, vt muniatur auditus cōtra verba corrumpentia: pollices, ut vt eius actio ſit ſancta. Alia quæ ad hanc, vel alias purificationes pertinent, non habent aliquid ſpeciale, præter alia ſacrificia pro peccatis, vel delictis.

Nona, vt populus inſtituebatur ad religionem per circunſionem, ita ſacerdotes per ſpecialem purificationem, vel conſecrationem, vt oſtēderetur eos eſſe ſeparatos & habere prærogatiuam puritatis, ueritatis, dignitatis. Vnde in eorum inſtitutione, purificabantur, ordinabantur & conſecrabantur, applicabanturque ad vſum miniſterij. Purificabantur communiter ablu-

Leu. 8. tione aquæ & per quædã ſacrificia:Leuitæ ſpeciatim radebant oẽs pilos carnis ſuæ.Pontificis & ſacerdotis conſecratio ſic fiebat.Abluti induebãtur pri- A
Pſal. 131. uatis ueſtibus ad deſignandã eorũ dignitatẽ. Pontifex ſpeciatim ungebatur oleo in capite,quia ab ipſo diffundebatur ptãs conſecrãdi ad alios. Leuitæ offerebãtur Dño a filiis Iſrael per manus Pontificis,qui orabat pro eis. Minorũ ſacerdotũ ſolæ manus conſecrabãtur ſanguine animalis immolatitij, extremum auriculæ dextræ pollices pedis, aut manus dextræ tingebantur vt eſſent obedientes legi in immolando,& prompti ad ſacrificãdum. Aſpergebãtur & ipſi & veſtes ſanguine animalis immolati,in memoriam ſanguinis agni quo fuere liberati in Aegypto. In eorum conſecratione offerebatur uitulus pro peccato,in memoriam cõflati uituli:aries in holocauſtum, in memoriam obedientiæ Abrahæ quam Pontifex profitebatur. Aries etiã conſecrationis qui erat quaſi hoſtia pacifica,in memoriam liberationis ex Aegypto: Caniſtrum panum in memoriam mãnæ dati. Ad applicationem ad miniſterium pertinebat,quod ſuper earum manus ponebatur adeps arietis,& torta panis unius,& armus dexter,vt oſtenderetur eos accipere poteſtatem offerendi illa Deo. Leuitæ applicabantur per hoc quod introducebantur in tabernaculum fœderis quaſi ad adminiſtrandum circa uaſa ſanctuarij. Figuralis ratio, qui initiandi ſunt in miniſterium Chriſti debent purificari baptiſmo, quod eſt expiatoriũ ſacrificium: radere omnes prauas cogitationes,ornari uirtutibus,conſecrari oleo ſpiritusſancti, & aſperſione ſanguinis Chriſti:qui debent eſſe intenti ad ſpiritualia miniſteria. Decima, intentio legis erat ordinare ad cultum diuinum excludendo omne contemptibile, & apponendo,quod uidebatur ad honorificentiam pertinere, tum in rebus inanimatis,vt in uaſis,&c.tum in miniſtris,qui non debebant habere defectum corporalem, vnde non omni ex genere, ſed ex certa proſapia per ſucceſſionem legebãtur,& ex hac clariores, & vt magis eſſent in honore,ſpecialiter ornabantur,& conſacrabantur.Pontificis ornamenta erant octo.1.Veſtis linea 2.tunica hyacinthina,in cuius extremitate,tintinabula, & mala punica ex hyacintho & purpura,coccoque bis tincto. 3. ſuperhumerale,quod humeros & anteriorem partem,ad cingulum uſque tegebat, ex auro,hyacintho,purpura,cocco bis tincto,& byſſo retorta ſup humeros duo onychini in quibus nomina filiorum Iſrael erãt ſculpta.4. rationale ex eadam materia factum,quadratum quod ponebatur in pectore, & coniungebatur ſuperhumali. In quo erant 12.lapides precioſi diſtincti in 4. ordines,in quibus ſcripta erãt eadem nomina,ad deſignandum,eum ferre onus totius populi,& eiuſdem meminiſſe debere. In quo,ex Dei præcepto,ponebatur doctrina,& ueritas,quia quædam pertinentia ad ueritatem iuſtitię & doctrinę in rationali ſcribebantur.5.Baltheus,ideſt,cingulum factum ex eiſdem colorib.6.tiara,ideſt,mitra ex byſſo.7.Lamina aurea pendẽs ex frõte,vbi nomen Dei erat ſcriptum 8.femoralia,vt operirent carnem turpitudinis,cum aſcẽdebãt ad ſanctuarium,vel altare. Minores ſacerdotes quattuor habebant,tunicam lineam,femoralia,baltheum, tiaram. His ornamentis B C D
Sap. 18. ſecundum aliquos deſignabatur diſpoſitio mundi,quaſi Pontifex proteſtaretur

A tetur ſe eſſe miniſtrum creatoris mundi. Vnde dicitur, in veſte Aaron fuiſ-
ſe deſcriptum orbem terrarum. Femoralia terram ſignificabant, ex qua li-
num ſumitur. Baltheus, oceanum, quo terra circundatur. Tunica hyacin-
thina ſuo colore aerem, tintinabula tonitrua, malogranata coruſcationes.
Super humerale ſua varietate cœlum ſydereũ: duo onychini duo hemiſphę
ria, vel ſolem & lunam: 12. gemmæ in pectore 12. ſigna zodiaci in rationali *Iob. 38.*
poſita, quia in cœlo ſunt rerum rationes. Tiara cœlum empyreum. Lami-
na aurea, Deum omnibus præſidentem. Figuralis ratio defectuum corpo-
ris: maculæ, deſignant vitia quibus ſacerdos debet carere, nõ cœcus, ob igno
rantiam, non claudus, ob inſtabilitatem, non paruo, grandi, vel torto naſo,
propter defectum diſcretionis, ne excedat, vel deficiat, naſus enim eſt diſcre
tiuus odoris, non fracto pede, vel manu ideſt, ne amittat uirtutem bene ope
randi, vel proficiendi in virtute, non gibbus ante vel retro, ideſt, non nimis
terrenorum amator: non lippus ne per carnalem affectum eius ingenium
obſcuretur, oritur enim lippitudo ex fluxu humorum, qui non haberet al-
buginem in oculo, ideſt, præſumptionem candoris iuſtitiæ in ſua cogitatio
ne, ne haberet iugem ſcabiem, ideſt, petulantiam carnis, non impetiginem,
quæ ſine dolore corpus occupat, & decorem fœdat, ob auaritiam, non her-
nioſus & ponderoſus, ne geſtaret pondus turpitudinis in corde, licet non
exerceat in opere. Per ornamenta uirtutes miniſtrorum deſignantur. Ca-
ſtitas femoralibus, puritas uitæ tunica linea, moderatio diſcretionis, cingu-
lo, recta intentio, tiara. Vltra hæc Pontifices 4. habere debent. Laminã, quę
C deſignabat Dei memoriam iugem: ſuperhumerale, quod ferre debeat infir-
mitatem populi. Rationale, caritatem & ſolicitudinem im populum. Tu-
nicam hycinthinam, quæ conuerſationem cœleſtem per opera perfectio-
nis: tintinnabula aurea, ei annexa, doctrinam diuinorum cęleſti conuerſa-
tioni annexam, punica mala, quibus vnitas fidei, & concordia in bonis mo
ribus ſignificabatur.

An obſeruantiæ cæremoniales aliquam cauſſam habuerint.
Diſput. VIII.

D POSTREMVS reſtat cæremoniarum ordo, de quo ex eodem
ſancto Doctore, has colligo poſitiones. Prima poſitio, cære-
moniæ ad obſeruantias pertinentes habebãt rationabiles cauſ-
ſas. Primum quia fuerunt inſtitutæ a Deo ad prærogatiuam
illius populi: ergo. Deinde, populus ille erat deſtinatus ad
cultum Dei, & ex illo priuatim ſacerdotes, & vt omnia quæ ad cultum or-
dinantur debent habere aliquid ſpeciale pertinens ad honeſtatem & de-
centiam cultus, ita & quæ pertinebant ad conuerſationem illius populi, &
maxime ſacerdotum debuerũt habere aliqua ſpecialia congruentia ad cul-
tum vel ſpiritualem, vel corporalem: & quia ille cultus præfigurabat Chri
ſtum, ideo eorum geſta deſignabant quæ ad Chriſtum pertinebant. Vnde
ex duplici capite poſſunt ſumi obſeruantiarum rationes.

Secunda,

Secunda, licet cibi ſua natura non poſſint inquinare animam, vel corpus, A in quibus verſatur omnis legalis inquinatio: poſſunt tamen per accidens inquinare, vt ſunt contra obedientiam, vel votum, vel ex nimia concupiſcẽtia qua eduntur, vel vt ſunt fomenta luxuriæ. Ratione corporalis immunditię, aliquæ animalium carnes immunditiam habent, vel quia rebus immundis nutriuntur, vt ſus: vel immunde conuerſantur, vt quæ ſub terra habitant, vt talpæ, mures: vel quia ob eorum humiditatem, vel ſiccitatem in corporibus humores gignunt, vt quæ habent vngulam continuam ob eorum naturam terreſtrem, & ideo eorũ carnes prohibitæ fuere. Similiter carnes animalium in quibus cholera abundat, vt leonum, auium rapaciũ, ob ſiccitatem nimiã, & alię ob exceſſum humiditatis. Similiter piſces non habentes ſquamam, vt anguillæ. Sunt conceſſa animalia ruminantia & habentia vngulam fiſſam, vt B mediæ complexionis, vt piſces habentes ſquamam: ſic etiam in auibus magis temperatæ, vt gallinæ. Sed alia ratio fuit ob idololatriam, quia animalia Iudæis conceſſa Aegyptij inter quos erant aſſueti, colebant, vel vane obſeruabant, vel in maleficijs vtebantur. Tertia, ad reprimendam nimiam curam in cibis; vnde conceſſa ſunt quæ facile parari poterant. Vniuerſe omnis ſanguis & adeps erat prohibitus: ſanguis ad vitandam crudelitatem, & ritũ idololatrarum, qui comedebant ſanguinem in idolorum honorem: ideo mandatum erat, vt effunderetur, & puluere operiretur. Vnde & ſuffocata erant prohibita, quia ſanguis nõ erat a carne ſeparatus: vel vt eos remoueret a crudelitate, cum tali morte animalia valde afficiantur. Adeps vero ideo prohibitus, quia idololatræ eo veſcebãtur, vel quia Deo adurebatur, & quia male C nutrit. Et nerui, quia Iſraelis neruus tactu Dei obſtupuit. Ratio figuralis: per iſta animalia deſignantur peccata. Agnus & porcus ſignificatione dicuntur munda & immũda. Animal, quod habet vngulam diuiſam, deſignat duo teſtamenta, duas naturas in Chriſto, vel diſcretionem boni & mali: Ruminatio meditationem ſcripturarum: cui alterum deeſt, ſpiritualiter immundum eſt. Pennulæ in piſcibus mundis vitam ſublimem & cõtemplationem: ſquamæ, vitam aſperam, & vtrunque eſt neceſſarium ad munditiam ſpiritualem. In aquila quæ alte volat prohibetur ſuperbia: in griphe, qui equis & hominibus eſt infeſtus, crudelitas potentum: in haliæto, qui paſcitur minutis auibus, ne pauperibus quis noceat: in miluio fraudolentia: in vulture damnantur illi qui mortes & diſſidia affectant, vt inde lucrentur: in animalibus cor D uini generis, deſignantur qui vitijs ſunt denigrati, vel ſunt expertes bonæ conuerſationis, coruus enim non remeauit: in ſtruthione, qui nõ volat, ij qui circa ſecularia negotia occupantur: in nycticorace, qui ſpiritualia non videt, in tẽporalibus ſunt aſtuti: in laro, qui uolat in aere, & natat in aqua, qui per cõtemplationem volare volunt, & natant in uoluptatibus: in accipitre, qui iuuat ad prædam, miniſtri tyrannorum: in bubone, qui nocte victum quærit, die latet, luxurioſi qui nocturnis operibus occultantur: in mergulo, qui ſub undis diu immoratur, guloſi qui ſe immergunt in aquis deliciarum: in Ibi quę forte eadem eſt cum ciconia, quę ſerpentibus paſcitur, inuidioſi, qui alienis malis reficiuntur: in cygno, qui candet & ex terrę & aquæ profunditate

Gen. 32.

Aug. lib. 6 cõtra Fau. c. 7. 10. 6.

A tate cibum trahit, illi qui per exteriorē iuſtitiæ candorem lucra terrena quę-runt: in onocratolo, quæ collo vtitur lōgo, & in faucibus habet folliculos, vbi primo cibum reponit, & poſt horam in ventrem mittit, auari qui immoderata cura bona vitæ congregant: in porphyrio, quæ præter modum vnum pedem latum habet, quo natat in aqua vt anates, alium fiſſum ad ambulandum in terra vt pernices, & omnem cibum in aqua tingit, qui nihil ad alterius arbitrium facere uolunt, ſed ſolum quod tinctum eſt aqua propriæ uoluntatis: in herodione, id eſt falcone, qui ueloces ſunt ad fundendum ſanguinem: in calandrione quę eſt auis garula, loquacitas: in upupa, quę in ſtercore nidificat, & fimo paſcitur, & gemitu pro cantu utitur, triſtitia ſęculi, quę in impuris mortem operatur: in ueſpertilione, qui circa terrā uolat, qui ſecu-

B lari ſcientia præditi, terrena ſapiunt. Circa uolatilia & quadrupedia illa concedebantur, quæ poſteriora crura longiora habebant, ut ſalire poſſent, alia quæ magis terræ adhærebant prohibebantur: quia qui abutuntur doctrina quattuor Euangeliſtarum, ut in altum non ſubleuentur, immundi putātur. In ſanguine, adipe, & neruo, crudelitas, uoluptas, & fortitudo ad peccādum intelligitur prohibita.

Tertia, ideo Deus non prohibuit eſum herbarum, ut carnium, quia ſimplicius parantur olera, quam carnes, quarum uſus non fuit ante diluuium, cum homines ſimplicius uiuebant, ut populum ad ſimpliciorem uictum reuocaret: uel quia animalia immolabantur idolis, non ita ex terra naſcentia. Cur autem prohibuerit eſum ſanguinis eorum quæ non erant immunda,

C patet ex dictis. Quarta, etſi hœdus occiſus non ſentiat, dum coquitur: tamē ad crudelitatem coquentis pertinere uidetur, ſi in lacte matris quo altus fuit coquatur, & conſummetur: vel ideo hoc fuit prohibitū, vt aliquis Gentium ritus damnaretur. Figuralis ratio, Chriſtus qui ob ſimilitudinem peccati eſt hœdus nō fuit occidendus in tempore infantię: vel peccator non eſt blāditiis deliniendus. Quincta, licet primitię animalium dentur Deo, tamen primitiæ arborum habentur immundæ, quia primos fructus, vt fortunatos Gentes dijs offerebant: vel comburebant ad magiam exercendam. Vnde trium annorum fructus immundi habebantur: quia tertio fere anno arbores fructus ferunt. Quarti anni fructus Deo offerebantur; quincti comedebantur. Figuralis ratio, quod poſt tres ſtatus legis, ab Abraham ad Dauid,

D a Dauid ad tranſmigrationem, & hinc ad Chriſtum, Chriſtus qui legis fructus Deo offerendus erat: vel quia initia noſtrorum operum debent nobis eſſe ſuſpecta ob eorum imperfectionem. Sexta, quia, vt ait Sapiens, amictus corporis enunciat de homine, ideo Deus non ſolum circuncisione, ſed etiā veſtibus ſuum populum ab alijs ſeiungere voluit: vnde prohibuit veſtimētum ex lana & lino contexto: & ne mulier vteretur ueſte uirili, & contra: tum ad damnandum cultum idololatriæ, quia Gentes ueſtibus uarie contextis in cultu utebātur: vt in cultu Martis mulieres virilibus, & in cultu Veneris mares muliebribus: tum ad declinandam luxuriam & occaſionem libidinis: Figuralis ratio, in ueſte contexta damnatur ſimplicitatis, & malitiæ commiſtio, & officiorū viri & maris uſurpatio. Septima, ideo Deus iuſſit ligari

Eccl. 19. *Deut 6.* *Num. 15.*

ligari quattuor fimbrias hyacinthinas ad quattuor angulos pallij, ut illum populum ab alijs ſecerneret,& ut per aſpectum illarum uenirent in memoriam legis. Quod autem eas ligarent in manu, uel ante oculos, cum membranis legem continentibus fuit ex mala interpretatione Phariſęorum: nam Dei intentio erat, vt præcepta meditarentur, & exercerent. In uittis hyacinthinis pallijs inſertis, ſignificatur cœleſtis intentio operibus adiungenda. Verum poteſt etiam dici, Deum uoluiſſe populum durum per huiuſmodi ſenſibilia ad legis obſeruantiam excitare. Octaua, homo quoad actum rationis eodẽ modo ſe habet ad res ratione carentes, ut ad bruta, &c. Sed quãtum ad affectum erga illa poteſt commoueri, cum eas pati uideat: Vnde Sapiens, nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum; uiſcera autem impiorum crudelia; ideo Deus ut populum durum ad pietatem reuocaret, uoluit eum exercere pietatem in bruta, in bouem triturantem, & in auem matrem inuentam cum filijs. Sunt etiã prohibita in deteſtationem idololatriæ; Aegyptij nefarium putabant, boues ſpicas comedere, & matre inuenta cum filiis ad uanam obſeruantiam, utebantur; putãtes fortunatum eum qui inueniſſet matrem cubantem. Circa commiſtionem animalium prohibitam; primo hoc factum fuit in deteſtationem idololatriæ, quia cõmiſcebat animalia iuxta coniunctiones planetarum; ſecundo ad excludendum concubitũ contra naturam; poſtremo ad tollendam uniuerſaliter occaſionem concupiſcentiæ; neque enim facile animalia commiſcentur, niſi homine curãte. Figuralis ratio, miniſtro non eſt negandus uictus, ut ait Paulus; Filij retinẽdi, ideſt ſenſus ſpirituales, & mater dimittenda, ideſt littera in quibuſdam locis; iumenta, ideſt populares homines non ſunt commiſcendi cum gentibus & infidelibus. Nona, commiſtiones in agricultura ad litteram prohibentur ob Aegyptios, qui in uenerationem ſtellarum diuerſa ſemina commiſcebant; vel omnes miſtiones in deteſtationem coitus contra naturã prohibebantur. Figuralis ratio, in uinea, ideſt in eccleſia non eſt aliud ſemen ſerendum, ideſt alia doctrina; ſimiliter ager non eſt ſerendus hæretica doctrina; neque arandum aſino & boue, ideſt Sapiens & fatuus non ſunt ſociandi. Hic deſideratur ſolutio argumenti 10. in diui Thomæ textu. Vltima poſitio, quia malefici utebantur oſſibus & carnibus mortuorum, ideo ſacerdotibus minoribus, qui certis temporibus miniſtrabant, non licebat ſe inquinare, niſi in morte parentum & coniunctorum; quod Pontifici erat penitus interdictum, quia perpetuo debebat eſſe paratus ad miniſtrandũ. Nec poterant ducere in uxorem, niſi uirginem, non meretricem, non repudiatam; tum ob reuerentiam ſacerdotum, quorum dignitas ex alio coniugio minui uidebatur; tum ob filios, quibus eſſet ignominia matris turpitudo; quia ſacerdotium per ſucceſſionem obtinebatur. Caput & barbam non radebant, nec carnes incidebant, ut idololatræ faciebant. Ratio ſpiritualis, quia ſacerdotes debent eſſe mũdi ab operibus mortuis, ideſt a peccatis; neque debent ponere capillos capitis & barbæ, ideſt ſapientiam, ſapientięque perfectionem, nec uitium ſchiſmatis inducere per ſciſſuram. Sed iam de vi atque efficacia cæremoniarum agamus.

Prou. 12. *1. Cor* 9. *Barb.* 3. *Reg.* 10.

A B C D

An

A *An cæremoniæ antiquæ legis habuerint uim iuſtificandi.* *Diſp.* *IX.*

VT huius diſputationis ſtatus plane percipiatur, reuocandum eſt in memoriam id quod ſupra docuimus, cæremonialia præcepta ea eſſe, quibus exterior Dei cultus continetur: & cæremoniarum quatuor eſſe partes; ſacrificia, quibus diuinus cultus exercebatur, vt erant victimæ, & oblationes: Sacra, hoc eſt diuini cultus inſtrumenta; vt vaſa & tabernaculum: Sacramenta, quæ pertinebant ad aliquam ſanctificationem, conſecrationem, vel mundationem populi; vt vnctiones, ablutiones, & circuncisio: & denique obſeruantias, B quæ pertinebant ad ritus particulares, quibus populus ille diſtinguebatur ab aliis; vt quæ pertinebant ad victum, ad ueſtitum & obſeruationem dierum feſtorum. Quæ omnia duos habebant ſenſus, vnum literalem, quem ſignificabant verba proprie accepta, quibus iſta in lege proponebantur: alterum myſticum, quem res ipſæ ſignificabant. Hic non eſt dubitatio de ſacris, quia certum eſt illa non iuſtificaſſe: nec etiam de obſeruantijs, ſed de ſacrificijs & ſacramentis: in quibus priuata difficultas eſt de circunciſione, ac proinde priuatim de ea poſtea quæremus. Quid per iuſtificationem & iuſtificare intelligendum ſit, patet ex ijs quæ ſupra ſcripſimus. Et quod cæremoniæ de quibus nunc quærimus iuſtificandi vim habuerint, ſic probo.

Primo, in lege veteri erant inſtituta ſacrificia ad peccatorum etiam grauiſſimorum expiationem, vt patet ex Leuitico, capite quarto, quincto, & ſexto, & cum promiſſione diuina: quare, vt Doctores ex verbis Iacobi, quibus ait, infirmo remitti peccata, ſi fuerit oleo inunctus, colligunt ſacramenta noſtra habere vim iuſtificandi; ita ex his locis confici poterit, veteris legis ſacrificia & unctiones ſanctificaſſe. Confirmatur, Iobus cunctis diebus offerebat ſacrificia pro ſuis filijs, vt eos expiaret, ſi quid peccaſſent: igitur.

C *Cap. 5.* *Cap. 1.*

Secundo, D. Paulus loquens de manna, & de aqua quæ ſcaturiuit e petra, ait, antiquos eandem eſcam manducaſſe, & eundem potum ſpiritualem bibiſſe: igitur iſtæ cæremoniæ non fuerũt inanes, ſi erant cibus & potus ſpiritualis; ac proinde iuſtificabant, vt hæreticus urget. Tertio, paruulis ante octauum diem per aliquam cæremoniam remittebatur peccatum originale, ſicuti etiam fœminis, quæ circuncidi non poterant, & hoc ſine ullo merito ſuſcipientis, aut miniſtrantis, aut alterius: igitur ui illarum cæremoniarum iuſti fiebant. Quarto, vt in noua lege lotio exterior in baptiſmo & unctio in Chriſmate deſignat effectus interiores gratiæ iuſtificantis, ita etiam expiationes corporales antiquæ legis deſignabant expiationem ſpiritualẽ; & ſicuti efficiebant exteriorem munditiam, cum eſſent inſtrumenta ad ſanctificandum inſtituta, ita debebãt efficere interiorem, ne eſſent ſigna mendacia: mundabant igitur ſpiritualiter. Et ſi ſacerdos mundabat a lepra exteriore, vt ſcriptura docet, multo magis debuit eadem facultate mundare ab interiore. Quincto, Chriſtus Ieſus, vt Paulus ait, heri, & hodie, ipſe & in ſæcula: quare eadem ſemper vi omni tempore hominibus profuit: ac proinde

D *1. Cor. 10.* *Caluin.* *Martin. Kemm.* *Leu. 14.* *Heb. 13.*

inde

Tract. 16. in Ioan. inde,ſi nunc per ſacramenta iuſtificat, igitur & olim. Poſtremo, Auguſtinus plane ſcriptum reliquit, vetera & noua ſacramenta fuiſſe ſignis,hoc eſt ſpecie ſenſibili diuerſa,ſed paria virtute ſpirituali:igitur. A

In hac difficultate, quod attinet ad ſacrificia & ſacramenta, omiſſa circumciſione,fuit prima opinio Magiſtri dicentis cæremonialia non habuiſſe uim iuſtificandi,etiamſi ab eo qui erat in gratia uſurparentur: ita vt eorũ vſu nihil meriti accederet:non erant itaque opera meritoria,ſicuti nec beatorum opera,licet proficiſcãtur ex gratia.Quo fit, vt efficaciora fuerint decalogi præcepta, quam cæremonialiorum vſus:& ita,ſolum ſignificabant, & nihil efficiebant,quod ad iuſtitiam attinet. Secunda ſententia D. Thomæ, qui exiſtimauit habuiſſe uim iuſtificandi,hoc eſt augendi iuſtitiam & gratiam eius,qui in gratia ea ſuſcipiebat,aut exercebat,non ſecus ac moralium præceptorum obſeruatio habebat. Non itaque iuſtificabantur antiquæ legis cultores ex vi cæremoniarum,ſed ex vi paſſionis Chriſti, quam cęremoniarum vſu profitebantur, quæ applicabatur per fidem. Tertia D Bonauenturæ qui exiſtimauit cæremonialia per ſe quidem non iuſtificaſſe, ſed per accidens,pro ut erant fidei iuſtificationes in facto: ſicuti fides ipſa interior erat in uerbo;quare vt fides iuſtificabat,ita & ſacrificia:non principaliter,ſed diſpoſitiue, vt erat medium, quo Chriſti meritum eis applicabatur. Quamuis allata argumenta occaſionem præbeãt late diſputandi de ui ſacramẽtorum tum ſcriptę,tum innatę legis:tamen,cũ hac de re opportunius alibi agatur, nos breuiter & ſummatim uniuerſam doctrinam de ſacramentis antiquis, tũ uniuerſe,tũ ſpeciatim ſequẽtibus poſitionibus perſtringemus. B C

4. ſen. d. 1. *In 1. 2.* *In 4. ſent. diſt. 1.*

Prima poſitio,vetera ſacramenta,ſiue legis naturæ,ſiue ſcriptæ, fuere vera & uniuoce ſacramenta cum nouæ legis ſacramentis:quare non ſolum figurabant,ſed etiam aliquid efficiebant, vt noſtra faciunt; quam doctrinam hac unica ratione confirmo. Sacramenta illa,ea duo habebant,quę ad ſacramenti rationem requiruntur,ſignificare,& efficere, & hoc eſt magis ſacramento intrinſecum,cum ſacramentum per hoc differat a ſacrificio,quod etiam ſignificat: igitur habebant ueram & uniuocam ſacramenti rationem. Antecedens,quod multi negarent,quod attinet ad efficientiam (de ſignificatione enim nulla eſt dubitatio) ſic probatur,Primo,quia ſacramenta omnia dicuntur conſecrare,ſanctificare,& initiare,vt ex diuinis literis & Diuo Thoma patet;efficiunt igitur aliquid. Secundo, idem probatur ab etymologia, quia cætera nomina ſacramento ſimilia actionem & efficientiam deſignant,vt medicamentum,ornamentum,calceamentum, impedimentum, & alia:quare & ſacramentum ſic dicetur a ſacrando,non a ſignificando.Per circumciſionem igitur populus Hebræus initiabatur, & conſecrabatur, vt eſſet peculiaris Dei populus. Similiter ſacerdotes per ſacras unctiones, vt eſſent diuini cultus miniſtri. Poſtremo, quia ſignificare eſt commune ſacramentis cum omnibus aliis cæremoniis: habebit igitur ſacramenti ratio aliquid amplius:hoc autem non eſt niſi efficienter conſecrare:igitur. Quamobrem antiqua ſacramenta nõ debent conferri cum noſtris, ſicuti homo cum uiuo & picto,ſed vt homo cum paruulo,& uiro perfecto. Secunda poſitio, D

Exo. 28. Leu. 8. Tit. 3.

A ſitio, cæremoniæ & ſacrificia vetera antequam a Deo determinarentur erũt quidem indifferentia, hoc eſt, nec bona, nec mala: at uero vbi determinata fuere, euaſerunt bona, ac etiam ad ſui obſeruationem obligabant. Quare, nullo modo eſt dicendum, vt quidam dicunt, fuiſſe conceſſa, ſiue permiſſa, vt minus mala ad idololatriã uitandam. Nam etſi idololatriæ uitandæ cauſſa permiſſa fuerint; tamen, non idcirco mala nuncupari poſſunt; cum multi viri pij illis vſi fuerint, in quibus non erat periculum incidendi in idolomaniæ uitium: & ante diluuium fuerunt ſacrificia; non tamen idololatria vt aliqui exiſtimarunt. Adde etiam quod non potuiſſent placere Deo, cui tamẽ placebant, ſi rite offerebantur, id quod igne cœlitus demiſſo, non ſemel ſignificatum fuit. Denique, ſi ex ſe fuiſſent mala, nunquam ad diuinum cul- *Ruper. lib. 5. c. 24.*

B tum adhibita fuiſſent: facta enim fuiſſent maiora mala, nimirum ſacrilegia. Quo autem modo intelligenda ſint quædam diuinæ ſcripturæ loca, in quibus indicari videtur, Deo non placuiſſe, vel Deum ea non præcepiſſe, ſupra docuimus: quia non ſatis erant ſine Chriſto, ad quem ſignificandũ, tanquã ad præcipuum finem ſacramẽta illa fuere inſtituta: quia ex ſe nõ iuſtificabãt vt inferius plane demonſtrabitur: quia a multis non offerebantur ex cordis puritate, ſed magis ex ingluuie: vnde holocauſtis, victimas addebãt. Quod autem Deus per quendam Prophetam dixit, ſe ea non præcepiſſe, intelligũt aliqui, quod ante illud præceptum, non erat niſi vnum victimarum genus. Sed peteret hic quiſpiam, an ſi quis nunc ſacrificia offerret, aliquid peccaret? cui cum diſtinctione reſpondendum puto. Si quis offerret ſacrificiũ, *Iere. 7.*

C quo nihil ſignificabatur, non peccaret: ſi uero illa quæ ad aliquid ſignificandum erant inſtituta, peccaret: quia continerent mendacium, Chriſti uenturi proteſtationem, cum tamen iam uenerit. Tertia poſitio, antiquæ legis cæremoniæ ſiue ſacrificia & ſacramenta habebant vim efficiendi quandam iuſtitiam & munditiam corporalem. Explico, duplex eſt immunditia, una ſpiritualis, cuiuſmodi eſt immunditia peccati, qua anima inficitur, altera corporalis, per quam olim in antiqua lege aliqui reddebantur quaſi irregulares, & inepti ad ingrediendum in templum, ad diuinum cultum, & ad publica quædam munera obeunda: vt leproſus, qui tangebat morticinium, & mulier quæ patiebatur menſtruum. Inſtituta ergo fuerunt ſacrificia & ſacramenta ad huiuſmodi immunditiam carnalem remouendam, & hanc ſua

D vi auferebant. Patet primum hæc poſitio expreſſa D. Pauli auctoritate, qua dicitur, habuiſſe iuſtificationem carnis: & ſanguinem ſparſum inquinatos ſanctificaſſe ad emundationem carnis. Deinde, communi Scholaſticorum ſententia, quos priuatim in re manifeſta nihil eſt cur citem. Quarta poſitio, veteris legis cæremoniæ non habuerunt uim iuſtificandi & conferendi gratiam, quam ſolum ſignificabant; & ita erant ſigna iuſtitiæ efficiendæ per Chriſtum, vel quod idem eſt, non habebãt uim iuſtificãdi ex opere operato, quod eſt noſtris ſacramentis proprium. Quare errant moderni hæretici, qui uetera ſacramenta nouis, quantum ad hanc partem, æquãt: ſed quod nos docemus, eſt certa fide tenendum, vt ſequentibus rationibus oſtendã. Primo, auctoritate ſcripturę, pſal. 39. ſacrificium & oblationẽ noluiſti, holo *Heb. 9.*

cauſtum & pro peccato non poſtulaſti: vbi diuinus Vates non ait Deũ nolle ſacrificia, quæ ſibi offerri iubebat, ſed negat ea velle ad expianda peccata. Ideo alio loco dixit, Si noluiſſes, ſacrificium dediſſem: vtique holocauſtis non delectaberis: quia his non expiatur peccatum, ad quod tollendum ueram ſubiicit rationem; ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus; cor contritum et humiliatũ Deus nõ deſpicies: vbi, qđ de ſacrificio carnali dicitur, contritioni tribuitur. Item, Nunquid carnes ſanctæ, hoc eſt ſacrificium pro peccato, auferent a te malitias tuas? quod ſane de baptiſmo non diceretur. Itẽ, Impoſſibile enim eſt, ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti, Et vt alias omittam auctoritates, concludamus cum Paulo, illa ſacrificia & ſacramenta fuiſſe egena & infirma elementa: egena quidem, quia non habebant in ſe gratiam per Chriſti paſſionem communicatam, ſed eam ſolum ſignificabant, infirma vero, quia cum gratiam non continerent, iuſtificare non poterant: in quo a noſtris diſcrepant ſacramentis, quæ ex ipſo opere iuſtitiam tribuunt, cum ad hoc fuerint a Chriſto inſtituta. Reprobatum itaque fuit vetus mandatum propter infirmitatem & inutilitatem, & quia perfectum facere non poterat, vt merito idem Paulus legis iuſtitiam detrimentum ſe arbitrari dixerit, & omnia uetera ſacraméta umbram futurorum bonorum uocauerit. Secundo eadem ueritas confirmatur auctoritate concilij Florentini, vbi definitur, uetera ſacramenta ſolum ſignificaſſe, non autem cõtinuiſſe gratiam: atque idem in Tridentino ſancitum eſt. Neque iſta concilia decernunt antiquos Patres non habuiſſe gratiam ex merito Chriſti, vt calumniantur hæretici, aut eam habuiſſe ſine ullo inſtrumento, quo Chriſti gratia illis applicaretur, ſed ſolum allatum inter utriuſque legis ſacramenta diſcrimen ponunt. Tertio auctoritate ſanctorum Patrum, ex quorum multis paucos citabo, Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia, Irenæus libro quarto, capite trigeſimo, Iuſtinus martyr in dialogo cum Triphone, Euſebius Emiſſenus homelia in ſabbatbo poſt primam dominicam quadrageſimæ, Epiphanius hęreſi octaua, Origenes libro ſecundo contra Celſum, & in ſumma Athanaſius, Baſilius Chryſoſtomus, Cyrillus, Damaſcenus, Theodoretus, Theophylactus, Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, Hieronymus, & nonnulli alij. Quarto, nullæ cæremoniæ poſſunt iuſtificare niſi habeant annexam abſolutam promiſſionem gratiæ: atqui talis promiſſio non fuit facta illis qui antiquis cæremoniis utebantur, vt ex Paulo colligimus: qui meliores promiſſiones, ſpirituales nimirum, in meliore teſtamento factas fuiſſe ait, illis autem, vt ſcriptura variis in locis docet, ſolum bona temporalia promiſſa fuere: igitur. Quincto, tota lex antiqua non iuſtificabat, quia lex per Moſen, gratia per Chriſtum data fuit: & litera, id eſt lex vetus occidit, ſpiritus, id eſt lex noua uiuificat: illa in ſeruitute regnauit, hæc libertatem affert. Sexto, promiſſio in ſacramentis ad iuſtificandum inſtitutis, non poteſt adimpleri, niſi cum fide recipiantur: at promiſſiones ſacramentis antiquis annexæ adimplebantur, etiamſi homines non crederent, vt patet de promiſſione circuncilioni annexa, de terra poſteris Abrahæ danda: quæ implenda erat, etiamſi Hebręi non

Pſal. 50. Heb. 10. Gal. 4. Heb. 7. & 10. Phil. 3. Coloſ. 2. Cap. 5. p. 1. Lib. 4. de fid. c. 10. 14. Epiſt. 71. Heb. 8. Aug. in pſ. 72. Ioan. 1. 2. Cor. 3. Gal. 4. Gen. 17.

A B C D

A nõ credidiſſent,& de promiſſione mortis Chriſtiani annexa ſacrificijs, ideò Paulus aiebat, Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit, igitur per illa ſacramenta, & per promiſſionem illis factam non recipiebatur gratia. Poſtremo, gratia, ut ſcriptura diſerte affirmat, data eſt per Chriſtum, ſiue per meritum paſſionis eius: quæ cum nondũ exhibita fuiſſet, non poterat efficienter applicari per ſacramenta, ſed ſolum per modum cauſſæ finalis: igitur. Quincta poſitio, cæremonialia ueteris legis iuſtificabãt diſponendo ad gratiam: explico, Fides in antiqua lege non erat cauſſa effectiua iuſtificationes, ſed diſpoſitio per quam Chriſti paſſio iuſtificans illis applicabatur: quare non habebat eam uim efficientem, quam nunc habent noſtra ſacramenta (ita meus Præceptor Illuſtriſs. exiſtimabat, contra communem B ſententiam) neque erat tota diſpoſitio, ſed pars: ſimiliter antiqua ſacrificia erant diſpoſitiones ad iuſtitiam, quam non attingebant. Ioan. 1. D. Bonau.

Hac poſita declaratione, allata poſitio ſic probatur. Fides erat diſpoſitio ad iuſtificationem: at cæremoniæ nihil aliud erant quam fidei proteſtationes in facto: ergo eandem efficaciam habebãt, ut & modo noſtra ſacramenta. Verum iſta exterior proteſtatio nihil efficiebat, niſi adeſſet interior fides: contra uero, fides ſola poterat eſſe iuſtificationis inſtrumentum. Sexta poſitio, ſacrificia oblata & ſacramenta ſuſcepta ab exiſtenti in gratia, erant meritoria gratiæ. Hoc affirmauerim contra Magiſtri ſententiam, cui merito omnes ſcholaſtici reſtagantur: communem opinionem hæ confirmant rationes. D. Bonau.

C Prima, illarum cæremoniarum vſus erat opus religionis, & obedientiæ: meritorius igitur: antecedens negari non poteſt: conſequentia probatur: quia ſi actus temperantiæ, quæ eſt religione inferior erat meritorius, ergò multo magis religionis opus, cum religio ſit omnium virtutum moralium ſuprema.

Secunda, ſacrificia legis naturæ erant meritoria: igitur, & ſacrificia veteris legis: cõſequentia eſt manifeſta, quia ſcriptæ legis ſacrificia priuata quadam ratione fuere a Deo inſtituta: Antecedens patet de ſacrificio Abelis, & Melchiſedechi, quæ fuerunt Deo grata: vnde in canone Miſſæ petitur, vt noſtrum ſacrificium ſit acceptum, vt illa fuere: atqui noſtra petitio non ſe tenet ex parte ſacrificij, ſed offerentis: igitur.

D Vltima poſitio, cæremoniæ veteris legis erant figura iuſtitiæ faciendę per Chriſtum. Eſt Pauli doctrina certiſſima, & patet ex dictis: ex quibus etiam facile ſolueres argumenta in contrarium allata.

Ad primum, illa ſacrificia valebant ad immunditiam corporalem tollendam, & ad pœnam temporalem remouendam, non autem ad reatum peccati, & ad æternam inferni pœnam expiandam, niſi vt erant ſigna proteſtationis fidei in Chriſtum, vt communiter omnes Doctores tradunt. Quod non haberent vim expiandi ſpiritualem immunditiam, & auferendi peccatum his firmiſſimis rationibus confirmatur. Primo, quia non fuerunt inſtituta ſacrificia pro omnibus peccatis, ſed ſolum pro peccatis ignorantiæ, præſertim contra legis cæremonias, & pro peccatis circa detrimentum in ex- D. Tho. 1. 2. q. 103. artic. 2. 4. ſcn. d. 1. Toſtat. ca. 1. in Leuit. q. 19.

ternis bonis proximi, & pro periurio facto ob rei alienæ cupiditatem: pro A
Leu.6. alijs vero grauioribus non item. Quod de ſacrificio arietis dicitur, expiare
omne peccatum, non intelligitur ſimpliciter de omni peccato, alias enim in
vanum alia ſacrificia inſtituta fuiſſent. Quod ſi ſacrificia ſolum quędam pec
cata expiabant, certiſſimum eſt non habuiſſe vim tollendi peccata ratione
culpæ, cum Deus vnum peccatum, ſine alio non remittat: quare ſolum ex-
piabant immunditiam carnis, & temporalem pœnam. Ex quibus colligitur,
aliam fuiſſe factam promiſſionem veteribus ſacramentis, aliã nouis: Et ideo
de ſacramento extremæ vnctionis abſolutę a Iacobo dicitur, ſi in peccatis fue-
D.Tho.loc. rit, remittentur eis. Secundo, vetera ſacrificia non erant grata Deo ex ſe, ſed
cit. Prou.15. ex deuotione & obedientia offerentis, ac proinde impiorum victimæ dicun-
Eccl.34. tur abominabiles Domino, & Altiſſimum impiorum dona non probare, & B
1.Reg.15 potius Deum ab illis requiſiuiſſe obedientiam; quam ſacrificium: igitur ex
Greg. libr. ſe non valebant ad remiſſionem peccati. Siquidem, aut qui offerebat erat iu
22. mor. c. ſtus, & tunc non egebat ſacrificio: aut iniuſtus, & tunc nihil valebat ſacrifi-
12. cij oblatio, vt ex locis citatis conſtat: igitur. Denique, cum apud Ezechielem
Iſa.1. Malac.2. diſerte & ex profeſſo de peccatorum remiſſione agitur, nihil de ſacrificiorũ
Cap.18. oblatione dicitur, ſed de bonis operibus, de homine non contriſtando, de
pignore reddendo, de eleemoſyna danda, & in ſumma de iuſtitia & iudicio
faciendo. Ad confirmationem, eadem valet reſponſio: &, ſi legis ſcriptæ ſa-
crificia ex ſe non expiabant, multo minus ſacrificia facta in lege naturæ, in
qua vixit Iobus.

Ad ſecundum, hoc argumẽtum ex verbis Pauli ſumptum tres habet dif- C
ficultates, quas aduerſarij vrgent, ad quarum ſingulas ſeorſim reſpondendũ
nobis eſt. Prima difficultas, quia Paulus ait, Eandem eſcam, ſi eandem, eiuſ-
dem igitur uirtutis. Hæc difficultas facile remouetur, ſi animaduertas, hunc
eſſe illorum verborum ſenſum, Eandem fuiſſe eſcam Iudæorum non eãdem
cum noſtra: quamuis ergo omnes illi eandem manducauerint eſcam, non
propterea omnes placuerunt Deo. Quod hæc ſit huius loci ſententia, patet
in primis, quia illa non fuere vere ſacramenta, manna nimirum, & aquæ e
petra fluentis potatio, cum non fuerint cultus diuini cæremoniæ, quod ad
ſacramenti rationem requiritur: neq; etiam diu durarunt, vt ſacramenta du-
rare debent. Deinde, aqua illa fuit communis etiam beſtiis, quæ illam pota-
runt, ac etiam manna manducaſſe cẽſendum eſt: cum iſta data a Deo fuerint, D
vt viuerent homines & iumenta. Deniq;, nulla reperitur promiſſio facta co-
medentibus manna, & bibentibus aquam, aut etiam mare tranſeuntibus. Et
ſi quæ poteſt aſſignari promiſſio, ea fuit temporalis & carnalis, non ſpũalis.
Pet. Mart. Neque verum eſt cuicunque promiſſioni temporali annexam eſſe ſpiritua-
lem, Deiq; reconciliationem, vt quidam impius ait. Vnde pęnæ huius vitæ
non ſunt neceſſario annexæ cum peccato, licet earum origo fuerit peccatũ,
vt patet in Iobo & Tobia, qui grauibus pœnis fuerunt affecti, non tamen ob
Au.lib.15. peccata. Nec contra, huius vitæ bona & cõmoda cum gratia & amicitia Dei
de ciu.cap. ſunt neceſſario coniuncta: cum Deus Cyro & Nabuchodonoſori & alijs hu
12.& 15. mana regna ſubiecerit, qui tamen non erant ei amici. Multis itaq; Deus dat

terrena

A terrena bona, quibus non eſt daturus cœleſtia. Quare, non propterea quod Deus populo Iudaico promiſit hoſtiũ victoriam & bona temporalia, ſequitur, quod illis promiſerit etiam æterna. In tranſitu itaque maris rubri, in eſu mannæ, & in potatione aquæ nulla facta fuit ſpiritualis promiſſio, vt præter alios docuit Baſilius. Secunda difficultas, quia vocat, eſcam ſpiritualẽ, igitur ſpiritualem habebat effectum. Facilis eſt reſpõſio, iſta vocantur ſpiritualia, non propter effectum, ſed propter cauſſam, quia per miraculum producta fuere: vnde manna uocatur panis Angelorum, quia eorum miniſterio fuit formatus. Aquæ vero potus, vt ex ipſomet Paulo colligitur, non dicitur ſpiritualis, ſed ipſa petra vnde fluebat, quę ſignificabat Chriſtum, qui fuit cauſſa illius aquæ. Quare, non bibebant ſpiritualem petram. i. Chriſtum, vt hæreticus ait, ſed de ſpirituali petra, quæ aquam illam produxit. Denique, manna quod illi manducauere non præſeruabat a morte, ut Chriſtus docuit: at qui manducat nouum mãna, viuet in æternum. Neq; verum eſt quod hic aduerſarius ait, Chriſtum, voluiſſe ſe accommodare ad ſenſum carnalem quẽ habebant Iudęi de manna putantes ſolum habere uim paſcendi corpus, & nihil nobis præſtantius polliceri: quia, ſi illi errabãt, errabant circa ſuũ mãna, & ita eos in errore confirmaſſet: ſi vero de eo recte ſentiebant, aliquid maius nobis promiſit. Tertia difficultas, vrget aduerſarius hunc locum ex fine, quẽ Apoſtolus propoſitum habebat, ut doceret Chriſtianos non debere fidere in ſola ſacramentorum perceptione, vt baptiſmi & Euchariſtiæ, niſi abſtinerent a peccato, cum Iudæi ſacramenta ſua ſumpſerint, & tamen moriebãtur:

Li. de ſpir. ſan. c. 14. — *Chryſ. Theoph.* — *Pſal. 77.* — *Calu.* — *Ioan. 6.* — *Calu.* — *Cyr. lib. 3. in Ioan. c. 34.* — *Chry hom. 45. in Ioa.*

C quæ doctrina non haberet robur, ſi vtrorumq; ſacramentorum non eadem eſſet ratio. Reſpondeo, ſcopum diui Pauli eſſe docere, non oportere abuti ſacramentis, vnde pro exemplo non ſumpſit vera ſacramenta, vt erat agnus paſchalis & circuncíſio, ſed quaſdam figuras noſtrorum ſacramentorum, vnde maiorem vim ſumebat argumentum, ad damnandum abuſum eorũ, qui ſumpta Chriſti carne, manducabant idolothyta, quæ dæmoniorum mẽſam vocat: vnde & alij ſcandalizabantur. Quare, vt puniti fuere, qui vmbrã veri ſacramenti contempſere, multo magis punientur, qui vera ſacramenta contemnunt. Atque ex his plane ſecundo argumento ſatisfactum puto.

Cap. 8. & 10.

Ad tertium, ſoluetur hoc argumentum plenius ex ijs quę ſequenti diſputatione dicam, nunc breuiter dixerim, applicatum fuiſſe meritũ Chriſti per

D proteſtationem fidei eorũ, qui pro paruulo aliquid ad peccati expiationem offerebant. Ad quartum, patet ex dictis, ſignificabant quidem expiationẽ futuram per Chriſtum, & gratiam etiam quæ a Deo ad uſum illorũ ſacramentorum dabatur, quam tamen non efficiebãt, unde non erant ſigna mẽdacia. Neque ex eo quod ſacerdos mundabat a corporali lepra habebat vim mundandi a ſpirituali: a qua, vt nec tota illa lex poterat mundare, ita nec eius legis ſacerdos. Vnde mirabãtur Iudæi, quod uiderẽt Chriſtum peccata dimittere. Ad quinctum, illis verbis ſolũ deſignatur veritas de æternitate Chriſti, vt filius Dei erat, quã Apoſtolus, contra hæreticos ex profeſſo in epiſtola ad Hebræos demonſtrat. Ad ſextum, Auguſtinus intelligendus eſt, non de paritate efficaciæ, ſed ſignificationis. i. quoad rem ſignificatam, eundem enim

In pſalm. 71. & 77. Chriſtum ſignificant: vt omittam quod locus Auguſtini non citatur fideliter ab aduerſario. Quod Auguſtinus ita ſit accipiendus, patet: quia aliis in A
lib. 19. con tra Fauſt. c. 13. Trac. 11. in Ioan. locis ratione efficaciæ noua ſacramenta veteribus præfert.

An circunciſio habuerit vim iuſtificandi. *Diſput.* X.

QVONIAM circuncilionis ſacramentum priuatam habet difficultatem, idcirco de eo ſpeciatim tractandum eſſe cẽſuimus: breuiter tamen, vt locus ipſe poſtulat. Quod circunciſio ſua vi iuſtificauerit, ſic probatur.

Gen. 17. Primo, Deus præcepit circunciſionem, ſub hac pęna, ut qui circunciſus non eſſet, deleretur de populo ſuo, quia pactum Dei irritum feciſſet. Si Deus minatur perpetuum interitum ei qui non circunciditur: igitur per circunciſionis ſacramentum ab interitu liberabatur: iuſtificabat igitur. Et, vt vrget hæreticus, hic uidetur facta eadẽ promiſſio, quæ in baptiſmi inſtitutione, de vita æterna, his verbis, Ego ero Deus tuus, & ſeminis tui. B

Secundo, qui olim erant incircunciſi a Paulo dicũtur fuiſſe ſine Deo, ſine Chriſto, ſine ſpe, & alieni a promiſſionibus: ergo qui erant circunciſi omnia iſta vi circunciſionis conſequebantur.

Tertio, auctoritate Auguſtini, qui præceptum circunciſionis Abrahamo datum, exponit de pueris, cum in eo fiat mentio de die octauo, quo tempore puer circuncidendus erat, qui profecto per circũciſionem iuſtificari de-
Epheſ. 2. buit, ut nunc per baptiſmum. Adde etiam nonnullorum catholicorum au- C
4. ſent. d. 1. ctoritatẽ, qui Auguſtinum ſequuntur. In hac difficultate hæ ſunt auctorum
can. quod ſententiæ. Prima Magiſtri ſententiarum & cuiuſdã Gloſſatoris, qui dixerũt,
autem d. circunciſionem non dediſſe gratiã, ſed tantum remiſiſſe peccatum, ac peccati
can. d. 4. pęnã. Secunda, cuius meminit Alexander Alenſis, & diuus Bonauentura, per
4 p. q. 6. m. 7. ar. 4. circunciſionem remiſſum fuiſſe peccatum vi circunciſionis, & datam fuiſſe
In 4. s. d. 1. gratiam ex uoluntate Dei: in baptiſmo autẽ utrunq; fieri ex vi ipſius baptiſ-
ar. 3. q. 3. mi. Tertia cuius ijdem meminere, quod ẽt daretur gratia ex vi circũciſionis, non tamen ſm omnes effectus gratiæ, ſed ſolũ quoad remiſſionem culpæ & pęnę, non autem quoad effectus poſitiuos, quod faceret amicum Dei & hæredem æternę uitæ. Vnde omnes iſti effectus intercedebant in circunciſione, ſed priuatiui ex vi circunciſionis, poſitiui per concomitantiam, quia ubicũque eſt gratia, ſunt omnes eius effectus, & hoc modo Alex. & Bonau. exponunt Magiſtri opinionẽ. Quarta, Alexandri, & olim diui Thomæ in quarto ſent. diſt. 1. q. 2. art. 4. quæſtiuncula tertia, circunciſionem dediſſe gratiam ẽt quoad effectus poſitiuos, ſed nõ quoad omnes: hoc eſt, feciſſe quidẽ amicũ Dei, & hęredẽ æternę vitę, non tñ erat tanta vis iſtius gratiæ, ut per eã ſeruare potuerint omnia præcepta, & vincere oẽs tentationes, ſed per cõcomitantiã. Quinta diui Bonauẽturæ, qui abſolute dicit datã fuiſſe gratiã in circunciſione quoad oẽs effectus ẽt poſitiuos, ſed non ita intenſam, vt in baptiſmo. D
4. ſen. d. 1. q. 6. Sexta Scoti qui docuit circunciſionẽ non dediſſe gratiã, ei qui habebat, niſi fuiſſet tã parua, ut ſuperaretur ab ea q̃ in circunciſione dabatur, q̃ vi circunciſionis

A ciſionis augebatur vſque ad eum gradum qui per circunciſionem dabatur.
Sed hæc eſt mera opinio ſine ullo fundamento prolata. Omnes iam recitatę
ſententiæ in eo conueniunt, circunciſionem ex opere operato aliquo modo
ſanctificaſſe animam. Vltima diui Thomæ, qui contra communem ſenten- *3. p. q. 70.*
tiam docuit, in circunciſione nihil dari ex opere operato, ſed ſolum ratione *ar. 4.*
fidei, quam homo per circunciſionem profitebatur.

Atque hæ fere ſunt ſcholaſticorum de vi circunciſionis ſententiæ: de qua
etiam nonnulli fuerunt errores, quos ad duo capita reuocares. Nam aliqui
omnino damnarunt circunciſionis vſum, quod non fieret ſine dolore & pe
riculo, & in parte pudenda: ac etiam, quia, vel pars illa erat perfecta, & tūc
reſcindi non debuit, uel imperfecta, & ſic opus Dei fuiſſet imperfectum, &
B emendatione indiguiſſet humana. Ita Stoici, referēte Origene in epiſtolam *Cap 2.*
ad Romanos, ac etiam Samaritani, qui dicebant eſſe diabolicam traditionē; *Epiph. lib.*
quare ſi quis circūciſus ad eos accedebat, quodam inſtrumento rurſus præ- *de mens.*
putium ſuperinducebant. Ex quo ritu exponeres hunc diui Pauli locum, cir
cunciſus aliquis uocatus eſt, ne attrahatur ipſi præputium: in præputio ali-
quis eſt, ne circuncidatur.

Alij vero contra errarunt, nimium huic ſacramento tribuentes, ut qui vo
luerunt circunciſionem in noua lege ſeruandam eſſe, vt Alexāder quidam, *2. Tim. 2.*
quem Paulus vna cum Hymæneo tradidit Satanæ: Cerinthus, qui vtranque *& 4.*
legem ſeruari oportere docebat: Ebion, qui & legem & circunciſionem in- *Iren. lib. 3.*
nouabat: idem docuit Paulus Samoſatenus, vt præter alios Philaſter, & Ni- *c. 9.* *Hil. lib. 1.*
C cephorus ſcribūt. In eodem errore fuit Mahometes Ebionem ſequutus; qui, *de Trin.*
vt Euthimius refert, etiam mulieres circuncidendas docuit. Indiani quoque *Li 6. c. 26.*
Abaſſini ſub Presbytero Ioanne circunciſionem admittunt, & paruulos can *In panop.*
denti ferro in figuram crucis adurunt. Denique moderni Euangelici, teſte
Hoſio, circunciſionem exercent, & quidam Lucas Stemberger baptiſmum
damnauit, ut ſatanicam traditionem, & circunciſionem ut diuinam appro-
bauit. Nos de circunciſione hunc in modum nunc breuiter ſtatuimus, alias
plura dicturi.

Prima poſitio, circunciſionis cæremonia nullo modo eſt dānanda. Con-
tra Philoſophos hac ratione urget Origenes: quia imprudenter damnatur *Leg. Euſ.*
ritus ille, & illa cæremonia quæ fuit in maximo honore apud populos non *Caſar.*
D ignaros, ſed ſapientes, ut apud Aegyptios, apud quos nemo ad ſacerdotium,
& ad magis reconditas diſciplinas admittebatur, qui non fuiſſet circunci-
ſus. Contra hæreticos vero, hac ratione diſputat, quia Chriſtus circuncidi
voluit. Admittatur itaque cæremonia iſta, ut conſentanea: cur autem in *Guliel. lib.*
illa parte fieret hæ aſſignantur rationes. Prima, quia, ſi vlla pars amputan- *de leg. c. 3.*
da fuit, hæc commodius amputari potuit. Secunda, quia per hanc par-
tem transfunditur peccatum origenis, quo tota humana natura per primi
parentis peccatum vitiata fuerat.

Tertia, quia per carnis remotionem libidinis concupiſcentia imminuta
eſt; cum pars illa facta ſit minus ſenſibilis. Quarta, quia ratio poſcebat, vt illa
pars minueretur, & vilior redderetur, quę humanam naturā maxime impu-

gnabat,& abiectiorem reddebat: Quinta, hoc factum fuit in deteſtationé A
idololatriæ, & cultus quorundam deorum, quo cultu pars iſta honorabatur. Sexta,vt eſſet perpetua memoria pacti cũ Abrahamo facti,vt eius ſucceſſores haberent ſignum indelebile in oculis poſitum:pactum inquam,de caſtimonia ſpirituali retinenda,per fidem,verumque cultum: & de tota lege ſeruanda; cum circuncīſio eſſet vniuerſæ legis proteſtatio. Denique, ideo Deus in illa lege & pædagogia ſeueritatem per circunciſionem oſtendere voluit; vt nouæ legis perciperetur ſuauitas:quæ ſane ſeueritas in nulla alia parte conuenientius oſtendi potuit. Atque ex his intelligere licet, cur olim antiqui Patres iurando manus ad femur ponerent, quo geſtu honeſtatis cauſſa vtebantur, quaſi per ſacrum circunciſionis ſignaculum iurarent; non ſecus ac ſi noſter ſacerdos per ſacratas manus iuraret. B

Guliel.loc. cit.c.18.

Gal.10.

Secunda poſitio, per circunciſionis ſacramentum pueris remittebatur peccatum originale, & adultis etiam actuale,quoad culpam & pœnam. Doctrina eſt communis, in qua omnes Patres & Scholaſtici conueniunt, ita Cyrillus libro decimo contra Iulianum, Cyprianus ſermone de Circunciſione,Auguſtinus varijs in locis,Gregorius libro quarto Moralium, capite ſecundo,Beda,Gulielmus Pariſienſis, Finus Ferrarienſis in ſuo flagello contra Iudæos,& denique Innocentius Tertius,cap.Maiores,de baptiſmo.Confirmatur ratione, quia fuit inſtituta ad tollendum peccatum: at peccatum non tollitur ſine gratia: igitur.

Lib.16.de ciu.cap.17 libr. 2. de nup.c.11. In cap.2. Luc.

Tertia poſitio,gratia quæ dabatur per vſum circunciſionis habebat omnes effectus priuatiuos & poſitiuos. Nam,quod attingit formam aliquam, C attingit omnes diſpoſitiones neceſſarias ad illam: at circunciſio attingebat gratiam quoad effectus negatiuos, vt aduerſarius docet, qui eſſe non poſſunt ſine poſitiuis:ergo etiam iſtos producebat.

Quarta poſitio, probabile eſt circunciſionem dediſſe gratiam ex opere operato,ſeu,ſua vi. Probatur hæc poſitio, ex communi ſententia antiquorum Scholaſticorum, excepto diuo Thoma, & eſt certiſſima Auguſtini opinio,Can.ex quo,de conſ.diſt.4. Ex quo,inquit, inſtituta eſt circunciſio valere incœpit ad purgationem peccati:ſed non eſt inſtituta fides ad hoc opus; igitur cum ad hoc inſtituta fuerit,hoc efficiebat. His adde auctoritaté Gregorij,Can Quod autem de conſecr.diſt.eadem, Quod autem apud nos valuit baptiſmus,apud Iudæos egit circunciſio:ergo, vt baptiſmus ſanctificat, D ita ſuo modo circũciſio ſanctificabat: quod ſi hoc attribuatur ſoli fidei,iam circunciſio non ſanctificabat. Poſtremo,circunciſio inſtituta fuit in remedium peccati; igitur habuit efficaciam ad tollendum peccatum. Neq; hæc opinio cenſetur eſſe contra determinationem Concilij Florentini ſtatuentis ſacramenta veteris legis ſignificaſſe gratiam,non autem cauſſaſſe, ſicuti noſtra: Primum,quia Circunciſio,non eſt numeranda inter ſacramenta veteris legis,cum per multos annos ante inſtituta fuerit. Deinde,concilium loquitur vniuerſe,quia in veteri lege erant multa ſacramenta & ſacrificia quę non continebant gratiam,vt omnia noſtra continent: Poſtea,illa non erant proprie cauſſa gratiæ, ſicuti noſtra: quia noſtra dant gratiam ex ipſo opere & effi-

Beda.

A & efficienter, tanquam inſtrumenta: at vero in circunciſione Deus ipſe ſolus gratiam efficiebat. Simile habes de martyrio, quod dat gratiam ex ipſo opere, ſed occiſio non attingit gratiam. Addunt, qui hanc ſententiam ſuſtinent, quattuor differentias inter baptiſmum & circunciſionem. Prima, circunciſio non dabat gratiam tanquam inſtrumentum, vt facit baptiſmus: dabatur itaque in ea, ſed non per eam. Secunda, baptiſmus dat gratiam ad cōſequendum regnum cœlorum; quam vim non habebat gratia per circunciſionem data; ſed qui cum illa moriebantur, in limbū recipiebantur. Tertia, per noſtra datur maior copia gratiæ, cum ſint ſacramenta illius legis, in qua abundauit gratia: at per circunciſionem imperfecta, & minor dabatur. *Rom. 5. Heb. 7. & 9.* Quod autem magis probabiliter de circunciſione dicitur, aliqui de aliquiB bus alijs veteris legis ſacramentis dici poſſe putant. Quincta poſitio, probabilius eſſe videtur, circunciſionem nō habuiſſe vim iuſtificandi ex opere operato. Vbi nota dare gratiam ex opere operato, non ſolum conſiſtere in quadam negatione quod non pendeant a bonitate miniſtri, ſed quod uere eam efficiant. Vt autem hæc poſitio corroboretur, infirmandum eſt quoddā ſententiæ contrariæ & diui Auguſtini fundamentum ex ſcriptura ductum. Ad fundandam itaque opinionem ſuam diuus Auguſtinus vtitur hac ſcripturæ auctoritate, quæ iuxta græcum codicem, quo Auguſtinus uſus eſt, ita habet, Et incircunciſus maſculus, cuius non circuncidetur caro præputij in die octauo, peribit anima illa de populo ſuo: quia pactum meū irritum fecerunt. *Lib. 16. de ciu. c. 27. l. 2. de pec. orig. c. 30. & 31. lib. 2. de nupt. cap. 11. Gen. 17.* Propter verba iſta, In die octauo, quæ re uera in editione græca C addita ſunt, Auguſtinus coactus eſt exponere hunc locum de paruulis, & de pacto inito cum Adamo, & verbum Peribit, de pœna æterna quæ originali peccato debetur. Quod ſi hæc verba, In die octauo, rejciantur, vt re vera reijcienda ſunt, vt patet ex hebraico, chaldaico, & latino codice, hic locus ſolum de adultis intelligendus erit, vt ſit ſenſus, Maſculus ex gente hebræa qui ſe, aut filium ſuum circūcidi noluerit, peribit de populo ſuo; quia inobediens fuit circunciſionis mandato: Quod pœnæ genus ſæpiſſime cōminatur Deus non ſeruantibus omnia alia ſua præcepta: ac proinde ex hoc loco non licebit colligere circunciſionem maiorem habuiſſe vim ad iuſtitiam efficiendā, quam alia præcepta. Huc facit, quod pactum, de quo eo loco fit mentio, non poteſt accipi pro pacto inito cum primo parente, ſed D pro pacto facto cum Abrahamo de maſculis circuncidendis, vt ex his verbis planiſſime conſtat, Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis: circuncidetur ex uobis omne maſculinum. Quo fit, ut cauſſa comminationis pœnæ, non ſit hoc loco peccatum originale, ſed tranſgreſſio præcepti Circunciſionis: cuius peccati ſoli adulti ſunt capaces. Idem confirmare licet ex ipſo genere pœnæ, Peribit anima de populo ſuo, quæ non intelligitur de pœna æterna, ſed de temporali, cum dicatur, De populo ſuo, per pœnam aliquam temporalem; veluti per mortem, ſeu ſeparationem & excommunicationem, vt verbum hebraicum Cadath, quod excindere ſignificat, plane indicat. Quæ pœnæ forma paſſim ponitur contra omnes eos, qui aliquam legis cæremoniam non ſeruant. Quod iſta pœna fuerit temporalis, patet *Exo. 12 & 31. Leu. 7. 17. 18. 19. 20. & 21.*

Num.15. & 19. ex eo,quod Deus voluerit occidere Moſen, quia filium ſuum non circunci A
deratːquæ pœna non in filium,ſed in Moſen Deus ſumere voluit,vt ex textu
Exo 4. manifeſte conſtat,& Hieronymus docet, licet Auguſtinus de puero expone
In c. 5. ad Gal. re conetur. Atque ex his ſumitur primum argumentum ad probandam po
ſitionem allatam. Secundo idem confirmares auctoritate diui Pauli, qui in
Lib.4. de b.ip.c.24. epiſtola ad Romanos, & ad Hebræos, ex profeſſo demonſtrare contendit
Cap.34. antiquos Patres fuiſſe iuſtificatos per fidem: & circuncisionem ſignaculum
Cap.9.& ſeq. fidei vocat,& omnia vetera ſacramenta infirma & egena elementa. Tertio
accedat auctoritas Concilij Florentini & Tridentini in quibus,ſine vlla di-
Gal.4. ſtinctione decernitur uetera ſacramenta non cauſare gratiam:quare non vſ
De Vnion. Iacob. & Arm. tatum,ſi quis velit diſtinguere.Quarto,hoc expreſſe multi patres docuerũt;
ita Irenæus,Iuſtinus,Epiphanius,Chryſoſtomus,Damaſcenus,Tertullian⁹, B
Ambroſius,Hieronymus,& alij,qui ex profeſſo diſputando cõtra Hebræos
ſtatuerunt,eos ſola fide fuiſſe iuſtificatos, quorũ ſententiam animaduertens
Lib.4.con. D.Tho.opinionem mutauit:idem diſputando cõtra Hebræos docuit Finus.
5.& 6. Poſtremo,adde hanc rationem, tota lex uetus non iuſtificabat:igitur nec ali
quod eius ſacramentum. Sexta poſitio,circuncisio habebat vim iuſtificandi
per fidem cuius erat ſignaculũ.Patet ex dictis. Sed peteret hoc loco quiſpiã,
cum circuncisio eſſet in tãto honore & ſub graui pœna in præcepto, cur per
Rup. Ab. quadraginta annos in deſerto non fuit in vſu? Reſpõdent quidã,ſed minus
in Ioſ. probabiliter,hoc factum fuiſſe ob populi duritiem:at hęc non eſt vlis cauſ-
ſa,cum non oẽs fuerint rebelles. Rurſus,alij dicunt eo tpe neminem eorum
Pſal.104. qui nati ſunt obijſſe,iuxta illud Pſalmi,Eduxit eos cum argento & auro; & C
non erat in tribubus eorum infirmus:& ſi Deus per id ipſ eorum conſerua-
Deut.27. uit ueſtes,cur non ẽt uitam conſeruare potuit? Deniq; hæc ẽt ratio aſſignari
põt; quia cum populus non haberet ſtationem certam,nec certum tpſ quo
quieſceret,& qui circuncidebantur,egebant cura atq; quiete,merito in tali
præcepto hoc tpe diſpenſatum fuit. Vt omittam,quod hoc ſignaculũ impri-
mebatur ad diſtinguendum populum electum ab aliis; quæ cauſſa eo tpe
non uigebat. Vnde Ioſue,cap.5. ſecunda uocatur circũciſio. Sed hic rurſus
peteres, quonam pacto hoc tempore remiſſum fuerit peccatum originale,
Reſpondeo dimiſſum fuiſſe eo modo quo dimittebatur ante octauum diẽ,
ſi puer ad hoc tempus non perueniſſet,& eo modo quo fœminis, per obla-
tionem a parentibus cum fide & deuotione factam: hoc enim erat commu- D
Caiet. ne remedium,quod etiam in lege naturæ apud Gentiles viguit, ac etiam, ut
quidam volunt, quod tamen non probatur, nunc viget. Rurſus dubitares,
an adulti qui circuncidebantur, debebant habere cõtritionem de peccatis
iam factis? nã ſi habere debebant,nihil amplius habuiſſent Hebræi per cir-
cunciſionem,quã Gentes,q̃ ſola contritione iuſtificari poterant: ſi vero ſine
contritione, vel ſola attritione,circũciſio iuſtificaſſet ex opere operato,id qđ
negauimus. Rñdeo,primũ, etiamſi quis dicat in adultis fuiſſe dimiſſum pec
catum ſine contritione, non tñ inde ſequitur circunciſionem dediſſe gratiã
ex opere operato. Deinde exiſtimamus fuiſſe neceſſariam contritionem de
actuali peccato:cuius etiam vi Gentes iuſtificari poterant, ſuppoſita tñ fide.

A Rurſus peteres, quodnam fuerit medium in lege naturæ pro peccato origi-
nali in pueris. Reſpondeo certum eſſe, fuiſſe opus actu interioris fidei, quo
puer offerretur Deo, an autē ne neceſſaria fuerit externa cæremonia, dubiū Sco 4 S. d.
eſt. Quidam putant fuiſſe opus: quod ſi intelligant de cæremonia ſpecifi- 1. q. 5.
ca, eſt omnino improbabile, cum homo per ſe non poſſit cognoſcere pecca- Dur. q. 8.
ti originalis culpam; quare nec poteſt cognoſcere determinatum remediū
niſi in cōfuſo: nec in ſcriptura reperitur aliqua cæremonia a Deo determi-
nata. Si uero intelligant de aliqua cæremonia in confuſo, licet id ſit pro-
babile, adhuc tamen non uidetur certum, cum de hac etiam nihil legamus.
Quo loco animaduertendum eſt, in omni lege ſacramenta, quantum ad ma- D. Tho. 3.
teriam, fuiſſe determinata a Deo, ſed non eadem ratione. Etenim in lege na- p. q. 60. ar.
B turæ, quæ nec ſcribebatur, nec promulgabatur, ſed interne dictabatur, ſacra- 5. ad 3.
menta patribus familias, ſiue præſtantibus hominibus inſpirabantur, qui
poſtea aliis manifeſtarent. In lege moſaica, quia & lex ſcripta, & per ho-
minem promulgata fuit, ſacramenta quoque a Deo per Moſen tradita & li-
teris exarata fuere. Denique, in lege noua, vt eius auctor fuit Deus, ita ab
eodem proxime noua ſacramenta determinata ſunt. Denique peteres, cur
dimiſſo originali peccato per circuncīſionē, non pateret aditus in cęlum?
Reſpondeo, quia non uidebatur conueniens, vt eo ingrederetur miles ſine
Imperatore & duce, cuius uirtute parta fuit uictoria. Vnde Paulus aliquan-
do neruoſe argumentatus eſt a reſurrectione Chriſti ad reſurrectionem no-
ſtram. Vbi nota, quando in ſcriptura agitur de reſurrectione, non tam fie-
C ri vim in ipſa reſurrectione, quam in animæ immortalitate & beatitudine,
gloriaque, vt cum Chriſtus diſputauit contra Sadducæos, & Paulus dixit, Et Heb. 11.
hi oēs teſtimonio fidei probati, nō acceperūt repromiſſionē Deo pro nobis
melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur; hoc eſt, Qui
fide probati fuerunt, quorum longum attulerat catalogum, non acceperūt
repromiſſionem, id eſt perfectionem animæ & corporis, & beatitudinem ip-
ſam Deo nobis melius proſpiciente, ne ſine nobis glorificationis perfectio- Ioa. Gagn.
nem, anima & corpore accipiant: ſimul enim reſurgentibus electis omni-
bus conſummata erit glorificatio.

Ad primū, patet ex probatione quinctæ poſitionis: vbi docuimus de qua
pœna locus ille intelligendus ſit. Quod autē circuncīſioni non ſit facta ſpi-
D ritualis promiſſio remiſſionis peccatorum, vel uitæ æternæ, qualis facta fuit
baptiſmo, primum patet ex D. Paulo & Auguſtino dicētibus, meliores pro-
miſſiones factas fuiſſe nouis ſacramentis. Deinde, quia inſtituta fuit & da- Gen. 12.
ta homini iuſto ſcilicet Abrahamo, qui iam per fidem iuſtus erat. Præterea,
promiſſio de qua ſermo eſt in ſcriptura, fuit promiſſio terræ paleſtinæ, &
propagationis poſteritatis, vt ex Paulo etiam plane diſcimus. Illis verbis, Rom. 4.
Ero Deus tuus, exponente Chryſoſtomo, ſolū deſignatur & promittitur pri- Heb. 11.
uata quædam Dei cura, quæ peculiari populo a Deo electo debetur. Quod
ſi hic promitteretur peccatorum remiſſio, Deus non fuiſſet niſi iuſtorum
Deus. Vt omittam, quod his verbis potius deſignatur promiſſio & obliga-
tio quædam populi erga Deum, quem ſolum colere debebat, falſis relictis
dijs,

Ier. 24. dijs;vt ex aliis ſcripturæ locis collligere licet. Quod ſi aduerſarius obiiciat A
Gen. 17. Deum,non eſſe Deum mortuorum,ſed uiuorũ,vt Chriſtus nos docuit; igi-
Mat. 22. tur eorum qui iuſti ſunt. Reſpondeo ſenſum uerborum Chriſti eſſe hunc Deum,eſſe Deum eorum qui exiſtunt, ſiue ſint boni,ſiue mali, ſiue beati,ſiue damnati ſint; volebat enim probare cõtra Sadducæos animorum immortalitatem, quam ueritatem optime probauit, ex hoc ſcripturæ teſtimonio,
Exo. 20. Ego ſum Deus Abrabam,Deus Iſaac,& Deus Iacob;quorũ non fuiſſet Deus niſi fuiſſent immortales ratione animæ. Quo loco,vt planius explicemus, quod ſupra dicebamus,animaduertendum eſt,olim apud Hebræos & Sadducæos,has duas quæſtiones de animæ immortalitate, & de corporum reſurrectione,pro vna & eadem habitas fuiſſe;& ita qui animæ immortalitatem negabat,reſurrectionem quoque tollebat, & contra:& iure quidẽ opti B
mo,quia cũ anima ſit uera hominis forma,quidquid,impius,contra Ariſto
Lib. 2. de an. telem,dixerit Auerroes, nõ eſt credendum Deum uoluiſſe, eã perpetuo eſſe ſine corpore,ac proinde cum eo,tanquã vera pars iterum copulabitur,Hãc admonitionem, ſi hæreticus animaduertiſſet,profecto nõ affirmaſſet, ex his
2. Mach. 12. diuinæ ſcripturæ verbis,ſanĉte & pie de reſurrectione cogitans,colligi manifeſtum errorem, Animos eſſe mortales, quia ſi ſunt corruptionis expertes,non fuiſſet ſuperfluum orare pro mortuis,etiamſi corpora excitanda nõ forent. Vnde ſicut Chriſti argumentum,contra Sadducæos concludit,allata admonitione ſuppoſita; ita & hic locus;quia,ſi mortui nõ reſurgunt,ſequitur animos eſſe mortales,& idcirco uanum eſſet pro illis orare,niſi ſperaretur reſurrectio. Ad eundem modum aliquando diſputauit Paulus, cũ C
1. Cor. 15. dixit. Quid mihi prodeſt,ſi mortui non reſurgunt? comedamus & bibamus,cras enim moriemur;qui ni ſupponatur animos eſſe æternos,ſi corpora non reſurgerent, nihil concludit. Quia ſi animi ſunt corruptionis expertes,etiamſi corpora excitanda non eſſent, adhuc expediret ſobrie & pie uiuere, quia prodeſſet ad animæ beatitudinem. Ad ſecundum, dicuntur illi fuiſſe ſine Deo,quia olim erant incircunciſi, non quia carerent circuncisione,ſed quia carebant fide & cognitione Dei, & de nonnullis incircuncisis,vt de Iobo,Cornelio,cõſtat nõ fuiſſe ſine Deo,ſine Chriſto,& ſine ſpe. Ad tertium,Auguſtinus fundauit opinionem probabilem, in eo loco, quẽ aliter exponi poſſe docuimus.

Libri decimiquinti finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER XVI.

In quo de præceptis iudicialibus veteris legis, deque eiuſdem legis ceſſatione agitur.

De iudicialium præceptorum natura. *Diſput.* I.

A MARCVS Varro vir alias eruditiſſimus, de rebus humanis, diuiniſq; diſputaturus; ideo ab humanis ſibi exordiendum putauit, quod prius ciuitates, quam religioně extitiſſe putauerit: atqui potius contra dicendum eſt, cũ religio ſit multo omni ciuitate antiquior. Vera enim vt Auguſtinus ait, religio non a terrena aliqua ciuitate inſtituta eſt, ſed plane cœleſtem ipſam inſtituit ciuitatem. Iure itaque optimo cum priore loco de religione diſputatum ſit, ſequitur, vt de ciuitate, ſiue de iudiciis, quæ ad ciuitatem recte gubernandam pertinent, agamus. Et quoniam quod in hac difficultate propoſui, facile ex ijs quæ ſupra de legis pręceptis uniuerſe agendo dixi, intelligi poteſt; propterea paucis hanc diſputationem complectar. Et cum nihil notandum occurrat, ad ipſas poſitiones accedo.

B

Prima poſitio, nomine iudicialium pręceptorum, non ſolum intelliguntur præcepta proxime ad iudicia, & forum ſpectantia, ſed etiam quę ad ordinandos homines inter ſe, & ad ciuilem gubernationem, vt ad conſilia, & bella gerenda, vſumque cum aliis habendum faciunt. Quæ autem proxime ad iudiciorum vſum pertinent, Græci interpretes, kriſin, & dikin, ideſt, iudicium, & iuſtitiam uocant, & vt ſupra ſcripſimus, etiam, iuſtificationes, quod in cauſis explicandis iudicio & iuſtitia ſit opus. Vbi nota, fuiſſe nonnulla pręcepta politica & iudicialia, quæ ẽt cęremoniam cõtinebant, vt lex de purgatione leproſi; quæ certe nõ fuit tota politica: vt male Caluinus exiſtimauit. Secunda poſitio, iudicialium præceptorum ratio, in duobus conſiſtit, vt homines inter ſe ordinent, & ut uim obligandi habeant ex inſtitutione diuina, vel humana. In eo enim, vt ſæpe dictum fuit, differunt a moralibus, quod hæc ex vi rationis obligent, cum ex principiis naturaliter cognitis tanquam concluſiones deriuent; illa uero ex uoluntate hoc vel illo modo determinent principium illud, Pax in republica eſt retinenda, cuius cauſſa iudicialia præcepta ſancita fuere. Vnde etiam patet differre a cæremonia-

C

monialibus, quæ, etſi à diuina uoluntate pendeant, quibus determinatum A
eſt illud aliud principium, Deus eſt colendus; tamen, hæc ordinant ad Deū,
illa ad proximum. Et quoniam iudicialia ſunt magis ſecundum rationem
humanam, quam cæremonialia, præſertim quia debent figuram continere,
hinc eſt quod illa fuerunt numero pauciora, quam iſta. Tertia poſitio, iudicialia primo & per ſe non erant figuralia, in quo diſtinguuntur a cæremonialibus, quæ in hunc etiam finem, ex ſe, inſtituta fuere. Ratio eſt manifeſta, quoniam per ſe primo inſtituta ſunt ad populum illum in ęquitate et iuſtitia inſtituendum: quare, non erat neceſſe, vt ex ſe aliquid ſignificarent; vt cæremonialia, quæ ad ſignificādum, ſua ui atque natura inſtituta ſunt. Quarta poſitio, iudicialia præcepta habuerunt aliquid figuræ, & ita conſequēter
1. Cor. 10. Aug. li. 22. cōt. Fauſt. cap 24. aliquid deſignarunt. Quoniā totus ſtatus illius populi, & omnes eius actiones fuerunt futurorum vmbra; iuxta illud, omnia in figura cōtingebant illis. Quamuis ergo ciuilis cultus non ſuperet rationem: tamen quia totus ille populus in figuram a Deo fuit aſſumptus & deſtinatus, ideo ex hac parte potuit aliquid futuri deſignare. Et hinc eſt: quod ſacri expoſitores in illis ſcripturæ partibus quę ad iudicia pertinent, ſpirituales ſenſus inquirere cōſueuere. Exempli gratia, decimarum ſolutio ſignificabat perfectionem, quę vltima denarij unitate deſignatur, Chriſto tribuendam. Et quod ſeruus Hebræus poſt ſeruitutem ſeptem annorum liber fieri deberet, deſignabat poſt huius uitæ militiam ſubſequuturam libertatem cœleſtem, vbi erit perfectū ſabbathum, ideſt, abſoluta quies. Similiter bella illa quæ Hebræi cum gentibus gerebant, deſignabant bella ſpiritualia quæ nobis gerenda ſunt cum C
Num 35. peccatis & dæmone. Denique lex illa iudicialis de exulibus in patriam reuocandis poſt ſummi ſacerdotis obitum, deſignauit nos reuocādos eſſe ab exilio huius uitæ ad patriam cęleſtē per Chriſti ſummi ſacerdotis mortem, per quam filiis Adæ patet aditus ad cœlum. Ex quibus colligere licet, Iudæorum iudicia, ſiue ciuilem adminiſtrationem in eo ſuperaſſe aliarū gentium regimina, quod hæc nihil habeant myſterij, vt illa habebant, ac proinde ob hanc cauſſam mutationis eſſe capacia, cum aliquid haberent figuræ: & ideo mutato populo, mutari debuerunt: cum diuerſi populi, diuerſis ſint regendi legibus, vt ſupra docuimus. Verum maior mutationis ratio fuit in cæremonialibus, quam in iudicialibus, quia illa, ſua ui maiorem habebant figuræ rationem, quam hæc, quorum aliqua ſunt innouata, vt habēt D
2. Cor. 6. aliquid quod ad mores pertinet, vt præceptum de non contrahendo cum
Grat. 28. q. 1. infideli, non vt erat iudiciale, quia olim prohibebatur contrahere cum Chananæis, ſed ut morale, quia ratio docet, ne iugum trahamus cū infidelibus. Quare, antiqua Chriſtianorū conſuetudine, ab oībus approbata, matrimonia inter fidelē & infidelē non baptizatū habentur irrita. Neq; obſtat quod Innocentius Tertius affirmare uidetur, veterem legem nondum plene eſſe abrogatam, cum ait, quod in Deuteronomio decernitur, in teſtamento nouo debere obſeruari, quia non affirmat Deuteronomium nunc ad literam ſeruari debere, ſed quod quæ ibi dicebantur, erant figuræ noui teſtamenti: & quia continet multa ad nouam legem pertinentia. Quod autem ſupra, ex Augu-

A Auguſtini ſententia dixi, populum Hebręum, ſeu illius vitam fuiſſe figuratiuam, intelligendum eſt ratione eorum, quæ illi populo propria fuere, & eorum, quæ ab illo populo bene fiebant, vel quæ a Deo circa illũ gerebantur, & quæ ei diuinitus contingebant, quæ fuerunt figura futurorum; non autem eiuſdem populi peccata. Sed hoc loco iure optimo dubitaret aliquis: cum iudicialia præcepta ſint diuinitus data, cur non potius illis, quam humanis legibus, ab infidelibus ſancitis reſp. Chriſtiana vtitur? Cur non potius illæ inſtauratæ ſunt, quã aliæ adſcitæ, aut humana prudentia inuentæ? Reſpondetur, primum nõ omnia præcepta iudicialia veteris legis ſunt accõmodata ad remp. Chriſtianam gerendã. Doctrina eſt certiſſima, quia multa erant præcepta priuatim accõmodata ad illum populum, ad illa tem- *Lib. 2. cõt. Fau. c. 24.* *Test. opus. de opt. poli.*

B pora, & loca: mutato itaque populo, quia in Chriſto nulla eſt populorum diſtinctio, mutatis temporibus, & locis, profecto iudicialia & ciuilia præcepta mutari debuere: alias enim quædam quę ibi erant vtilia & rationabilia, hic damnoſa & ſine ratione eſſe cenſerentur. Deinde, ſi quis nouas eſſet leges facturus, optime faceret, ſi ciuilia præcepta Moſaica ſpectaret, vt inde quæ eſſent ad ſuum propoſitum accommodata promeret. Præterea, ideo populus Chriſtianus Gentium leges ſumpſit obſeruandas, quod ſint cũ recta ratione conſentaneæ, & legi naturæ quæ in omni ſtatu perſeuerat, & omnes populos æque obligat congruenter: ſi quid tamen eſt quod rationi vel legi diuinæ repugnet, illud reijcit. Nec pro vero habendum eſt, quod quidam Nouator ait, Chriſtum Romanorum leges approbaſſe, cum dixit,

C Cæſari dandum eſſe cenſum: alias enim confirmaſſet etiã leges de falſis dijs colendis, & de ſoluendis vſuris. Ad extremum illud adnotauerim, errare quoſdam Canoniſtas, qui dicunt aliqua antiquæ legis præcepta in noua repetita, eſſe de iure diuino, quia olim erant in lege diuina, vt decimę ſolutio, & quidam matrimonij gradus: & cur hac in parte errent, ſupra docuimus, cum de iure canonico diſputauimus. *Lib de præcep. eccleſi. par. 5.*

De diſtinctione præceptorum iudicialium, deque Hebræorum politia, ſiue magiſtratibus. Diſput. II.

D IVDICIALIVM præceptorum natura ac vi expoſita, ſequitur, vt de eorum diuiſione agamus. Vt autem quę de iudicijs poſthac dicturi ſumus facilius intelligantur, non erit inutile per modum narrationis, quæ de tota hac ratione in diuinis literis habentur, paucis ob oculos proponere.

Omnis itaque humana ſocietas vtilitatis & iuſtitiæ cauſſa cõciliatur: vtilitatem conſilia, iuſtitiam iudicia perſcrutantur. Et quoniam iudicia conſiliaque ſunt cętus quidam, ſiue Conſultorum, ſiue Iudicum, & omnis cœtus ab aliquo duce & principe regi & conuocari debet, neque enim vlla multitudo ſine capite eſſe põt, ideo creati ſunt Magiſtratus, qui cõſilijs & iudicijs præeſſent. Quare omnia quæ dicenda ſunt, ad Conſilia, Iudicia & magiſtratus reuocari poſſunt. Cõſilia, illi appellantur cœtus, in quibus de reip. *Ariſt.*

ſtatu,

ſtatu, vniuerſe agitur; vt de bello, pace, annona, legum & magiſtratuum con- A
ſtitutione, & de ſimilibus: de ſingulari nimirum vtilitate, quæ lege compre-
hendi non poteſt. Iudicia vero ſunt ea quæ ad ius reddendum pertinent.
Conſiliorum in lege veteri duo extiterunt genera: aut enim promiſcue ab
omnibus fiebant, & hanc Concionem, græce ſynagogen, hoc eſt congrega-
tionem, & eccleſiam appellarunt: aut ſeorſim a paucis, & quidem ætate ma-
ioribus, & hunc Senatum, græce bulin, ideſt conſilium, & cathedram ſe-
niorum vocarunt. Vnde in diuinis literis cum de laudibus Dei celebran-
dis mentio fit, hæ duæ voces coniungi ſolent, conſilium, & congregatio.
Et quoniam, vt ſupra ſcripſimus, apud Hebræos tres quaſi reſp. fuere, To-
tius populi, ſingularum tribuum, & ſingularum ciuitatum, ſic etiam tres
fuerunt populi Conciones: vna in qua omnes tribus conuenerunt: altera in B
Exo 38. qua omnes unius tribus: tertia in qua uniuerſi unius ciuitatis viri. Vniuerſi
Num. 17. populi concio a Deo eſt inſtituta, vt ex ſcriptura diſcimus. Hanc vniuerſi
Deut. 9. populi concionem, is ſolus conuocare potuit, qui ſummum habebat impe-
Ioſ. 33. rium; vt, duces, iudices, reges, & principes: vt de ſingulis perſonis, ex va-
1 Reg. 7. riis ſacri codicis locis probari poſſet. De ratione conuocandi populi, non-
Mach. 1. nihil Numerorum capite decimo perſcriptum habetur. Conuenire autem
Deut. 4. conſueuit populus tribus de cauſſis, ad audiendũ, ad orandum, & ad agen-
Iud. xi. dum. Conueniebant ad agendum, vel cauſſa principis creandi, vt patet Iu-
1. Reg. 7. dicum octauo, & primo Regum décimo, & in ſecundo Machabæorũ libro:
Cap. 10. 20 vel cauſſa belli gerendi, vt ex libro Iudicum cognoſcere licet. Atque ueri-
1. Reg. 7. ſimile eſt ſingularum tribuum principes poteſtatem habuiſſe congregandi C
Ioſ. 19. ſuos contribules, conſultaſſe, iudicia fuiſſe, & bella geſſiſſe, cum Danitas, &
Iud. 11. Effraimitas priuata bella geſſiſſe legamus. In ſingulis etiã ciuitatibus fuiſſe
aliquos qui ciuitatis corpus facerent, ex eo colligi poteſt, quod fuerit Ma-
1. Par. 30. giſtratus, qué Ciuitatis principem appellabat, vt de populo Hieroſolimita-
3. Reg. 8. no ſpeciatim conſtat. Verum ſub Ariſtocratia, & Regno, populus haud ma-
gnas habuit opes: quas ſane maiores habuit, cum populus Aſſammæos prin-
2. Mac. 1. & 14. cipes ſibi aſciuit, & remp. græco more ſibi conſtituit: vt ex forma literarum,
Ioſeph. lib. 20. quas Gens illa ſcribebat, aut ſibi ſcriptas, accipiebat, cognoſcere licet: quod
etiã nõ obſcure ex oratione M. Tullij pro Flacco intelligeres. Habebat ita-
que tunc populus aliquod ius, quod etiam retinuit cum Iudæa in Romano-
Cap. 19. rum poteſtatem uenit, ſicuti & aliæ ciuitates Aſiæ, vt ex Actis apoſtolicis fa- D
Chry. in acta. cile intelligi poteſt, vbi de legitima Epheſiorum concione, eccleſiam inter-
Strabo lib. 13. pres vertit, fit mentio. Et hæc de concione, nunc de ſenatu dicamus. Vt
populi tres fuerunt partes, ita tres fuerunt cœtus, vnus in quem ſeniores po-
puli, alter in quem qui erant ſingularum tribuum, tertius in quem qui erãt
ſingularum ciuitatum, cõueniebant. De ſenatu uniuerſi populi a Deo con-
Cap. 15. ſtituto, mentio fit in Numerorum libro. Qui conueniebant, ſenes & ſenio-
Deut. 5. res uocabantur, locus conſiliatorium, & cœtus conſilium. Hi in metropo-
3. Reg. 7. li ſummo principi aſſidebant, & de ſumma populi conſilia inibant. Regno
Cap 7. diuiſo, ſenatus ex duabus tantum tribubus eſt delectus: ſenatores erant nu-
Ier. 19. mero 70. vt ex Ezechiele colligimus. Hic etiam ſenatus poſt reuerſionem
ex ca-

ex captiuitate babylonica reſtitutus fuit, vt ex Iſaia, & ex Machabæorum libris cognoſcitur. Probabile eſt etiam ſingulas tribus ſuos habuiſſe ſeniores. Ciuitates uero certiſſime ſuos habuere, vt ex libro Iudicum, & Ruth plane percipitur. Diximus de conſiliis, ſequitur vt de iudicijs dicamus, & primo de eorum conſtitutione. *Cap. 1. 1. Reg. 30. Cap. 8. 11. Cap. 3.*

Primum Conſilio Iethro Moſis ſoceri, electi fuere iudices, qui cauſſas iudicarent: deinde etiam lege diuina. Elegit itaque Principes, tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos, vel, vt Græcus uertit, Chiliarchos, hecatontarchos, pentecontarchos, & decadarchos, cauſſarum introductores ſiue Grammatoiſagogeos, pro quibus noſter interdũ uertit, Magiſtros. Eoſdem confirmauit in ſuo regno Ioſaphat. Qui poſt captiuitatem reſtituti ſunt, vt Iſaias uaticinatus fuerat, & vt id fieret Attaxerxes mãdauit; de qua reſtitutione, vt quidam uolunt, etiam Dauid quodam pſalmo lætatus eſt. Eligebãtur autem ex corpore Senatorum, eo modo quo olim apud Romanos, vt ex ſacro codice colligere licet. Quæ in bono iudice deſiderarentur partes, A hæ eſſe videntur: ne uocem mendacij ſuſciperet: ne munera acciperet: vt cauſſas examinaret, ſine ullo perſonarũ reſpectu: ne in iudicio pauperis miſericordia moueretur. Locus erat porta ciuitatis, quæ Iudicij dicebatur, vt ex varijs locis diuinæ legis apertiſſime conſtat. Ideo aliquando Sapiens dixit, Non conteres egenum in porta, quia iudicabit Deus cauſſam eius. Qui eſſet iudiciorum ritus & praxis, ex Talmudiſtarũ doctrina explicat Galatinus, quem qui uolet conſulere poterit. De teſtibus audiendis aliquid ſancitum eſt in diuina lege: ſicuti etiam ne quis indicta cauſſa damnaretur. *Exod. 18. Deut. 1. & 16. 2. Par. 19. Cap. 1. Eſdr. 6. Deut. 19. 21. Deut. 24. Philo libr. de Iudice. Deut. 25. 21. Prou. 22. 31. Sig. lib. 6. cap. 6.*

De concilio hieroſolymitano, ſiue Conſiſtorio Gazith, quod Græci Sy- B nedrion, cathedram, Latini Concilium, Talmudiſtæ Sanhedrim uocarunt. Hoc fuit tribunal omnium numero, & dignitate iudicum ampliſſimum, in ciuitate, quæ regni caput erat, primũ in Silo, deinde Hieroſolymis: ſiue primum in tribu Effraim, tum Iuda. Ea de cauſſa, fuit conſtitutum, vt quæ a Iudicibus ſingularum ciuitatum definiri non poſſent, huc referrẽtur. De quo, præter ea quæ Talmudiſtæ tradunt, ſermo habetur Deuteronomij cap. 17. ex quo loco diſcitur, hoc iudicium fuiſſe mandatum Regi, ſacerdotibus, & ſenioribus populi. Idem tribunal Ioſaphat confirmauit, ſiue ſanciuit. Hoc concilium iniuit Rex cum Principibus populi, ideſt, cum duodecim prin- C cipibus tribuum, qui regi aſſiſtebant, cum ſeptuaginta ſenioribus populi, ſiue ſenatoribus, & Pontifex cum principibus ſacerdotum, & Scribis, ideſt, legum doctoribus. Reſtituto Concilio poſt reuerſionem e captiuitate, data eſt ſacerdotibus iudicandi poteſtas. Sunt qui dicant hoc concilium lectũ fuiſſe ex familia Dauid, quo ſpectare dicerent uerba illa, ſedes ſuper domum Dauid, ideſt, e domo Dauid. Aduocarunt hoc concilium Rex, aut Pontifex pro vt crimen delatum ad ciuilem gubernationem, aut ad religionem pertinebat. *Deut. 27. 29. Et cap. 13. Leu. 15. 2. Par. 19. Ezech. 43*

Formam intendendi, aut repellendi criminis, & ſententiæ ferendæ qui cognoſcere volet, animaduertat ordinem quo in condemnãdo Chriſto Dei filio vſi ſunt Hebræi: in quo conuenerunt ſeniores populi, Principes ſacerdotum, *Ioſeph. lib. 14. Lib. 6. de rep. Iud.*

dotum, & ſcribæ cum uniuerſo Concilio. Cæterum, eo tempore quo Iu- A
dęa in Romanorum poteſtatem venerat, Pontifex conciliũ uocare, aut quẽ-
quam ad mortem damnare ſine Procuratoris Romani auctoritate non pote-
rat. Et P.Gabinius Syriæ procurator, teſte Ioſepho, gentem in quinque par-
tes, & locis diuerſis diuiſit, quattuor additis conciliis: Ideo Chriſtus loquẽ-
Mat.10. do cum ſuis Apoſtolis dixit, Tradent vos in conciliis, Græce Synedria, ideſt
in concilia, & in ſynagogis flagellabunt vos. Temporibus Chriſti in hoc
concilio magnas opes habuere Phariſæi, & Sadducæi, quod ex ſenioribus,
ſacerdotibus, ſcribis, & aliis alij in una, alij in alia eſſent hæreſi. Ex his
explicare licet hanc Chriſti ſententiam, Ego autem dico uobis, quod om-
nis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo, ra-
cha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Qui- B
bus verbis ſignificauit maius periculũ impẽdere ei qui reus ad ſynedrion,
ſiue concilium adducebatur, quam qui ad criſin, ideſt ad iudicium. Nam
in iudicio leuiora, in concilio grauiora crimina diſquirebãtur: vnde & pę-
næ in illo leuiores, in hoc maiores infligebantur. Gehenna autem erat lo-
cus in quo damnatorum corpora cremanda proijciebantur. Hinc etiam pa-
Mat.16. tet, cur, cum de hoc concilio fit mentio, ſeniores, Scribæ, Principes ſacetdo
Ioan.11. tum nominentur. Rurſus quædam alia iudicia ab hoc cõcilio facta in Apo
Cap.3.4. ſtolorum actis leguntur, & apud Ioſephum. Explicatis iudiciis, ſequitur
5.6. ut de generibus pœnarum breuiter dicamus.

Cap.22. Pœnæ igitur de quibus in lege veteri fit mentio, ſunt fere iſtæ. Pœna reſti
21. tutionis maioris, mulcta, talio, venditio ſerui furis non habentis vnde reſti C
tueret, & exilium: de quibus in Exodo ſcribitur. Item, verberatio, & necis
Deut.25. tria genera, combuſtio, crucifixio, lapidatio, & reliqua, ſub generali nomi-
21.22. ne, Occiſio. Si quis autem cognoſcere vellet pro quibus peccatis hæ pœnæ
Leu.20. infligerentur, ſacrum codicem legat. Lapidabatur blaſphemus, adultera,
24. & alij: vrebatur, qui vltra filiam uxorem, matrem ducebat, &c. His, ita expo
ſitis, ſequitur, ut aliquid de magiſtratibus dicamus.

Conciliis ergo & iudiciis præerant magiſtratus, qui græce Archondes,
latine Principes dicuntur. Eſt autem archin, non ſolum præeſſe & ducem
eſſe, ſed etiam imperare atque iubere: vnde magiſtratus vis in duobus ſita
eſt; vt præſit, faciendaque præſcribat; & vt ius dicat, ſiue iudicium & iuſti-
1.Reg.9. tiam crimata & dicæomata, faciat. Vnde magiſtratus aliquando Duces, ali- D
2.Reg.5. quando Iudices vocantur. Huc facit illud viri Aegyptij ad Moſen dictum,
3.Reg.1. Quis te conſtituit principem, aut iudicem ſuper nos? Ducatus exercetur
in bello gerendo, & conſultando de repub. iudicatio vero in iure dicendo.
Hanc ducendi & iudicandi poteſtatem primum Deus ante legem tradidit
Moſi, qui eam tranſtulit in Ioſue Naue: quo mortuo populus rep. a Deo tra-
dita vti cœpit. Et cum reſp. fuerit in tres partes diſpertita, ut ſupra docui-
mus, hinc varia magiſtratuum genera. Primum vniuerſi populi magiſtra-
tus fuerunt Iudices; deinde Reges: tum Principes: iterum Reges, qui in ur-
be regia ſedebant. In ſingulis tribubus Phyliarchi & Patriarchæ: in ſingulis
ciuitatibus Principes ciuitatum, ſiue iudicum: Tribum, Centuriones, quin-
quage-

A quagenarij, Decani. Qui ergo primo ariſtocratiam geſſerunt, Iudices a nobiliore munere, id eſt a iudicādo dicti ſunt, Critæ, & dicaſtæ, a crinin, & dicazin, quod criſin, & diceoſinin facerent. Horum itaque munus erat, iudicando abſoluere, vel condēmnare. Hos primum conſilio ſui ſoceri conſtituit Moſes, deinde auctoritate diuina confirmati fuere. Hi non habebant liberū necis ius, ſed legem ſequebantur: qua deinde Reges ſoluti ſunt. *Exo. 2.* *Iud. 4.*

De poteſtate belli gerendi hi tanquam duces ſe gerebant, ſed in non erat eis liberum, bellum ſuſcipere: alias poteſtate Reges æquaſſent. Hic principatus non erat hereditarius, ſed populi ſtudijs delatus, prout aliquis uir fortis a Deo iudicatus fuit: vnde legimus, Deum hunc, vel illum Saluatorē excitaſſe. Iudices fuerunt varij, ex varijs tribubus; quorum nomina in ſcri- *Iud. 11.*
B ptura recenſentur, & Samuel Leuites poſtremus.

Iudicibus ſucceſſere Reges, qui alia ratione fuere creati, & maiore ac libera auctoritate erant prædiii. Primū Rex populi ſuffragiis eligebatur, oleo ſancto inungebatur, & cum pompa in ſolio locabatur. Poteſtatē habuit in oēs tribus, & ſuper oēm Iſraelem. Iudicabat cum conciliis, & ſolus: necis poteſtatē habuit, & lege interdū ſuperior: bella pro arbitrio ſuſcepit. Cū ergo Deus præuidiſſet fore, vt Hebræi ariſtocratia nō eſſent contenti, de Rege eligendo talē legem dedit. Cum ingreſſus fueris in terram, &c. Qua aūt ratione primo Rex poſtulatus et electus fuerit, legitur in primo Regnorū libro. Dixere ſeniores, ecce tu ſenuiſti, &c. vbi duo Regis munera exprimuntur, ducere, & iudicare populum. Eodem libro electionis & conſecrationis for- *1. Reg.* *Deut. 17.* *Ioſeph. lib. 4.*
C ma exponitur: vn ab vnctione, Chriſtus nominabatur. Fuit aūt primus Rex innouatus, ſiue conſecratus, hoc enim ἐγκαινίζειν ſignificat, in Galgala. Saule ob inobedientiam reiecto, Deus Dauidem elegit, qui a viris Iudæ in Hebrō vnctus in regē fuit, mortuo Saule: reliquę vero tribus Isboſeth filiū Saulis vnxerūt: quo deinde a ſuis interfecto, Dauid ſuper totum populum unctus fuit. Dauidi ſucceſſit Salomon: cuius filius Roboam in Sichem electus fuit: a quo, cū nollet tributa a patre impoſita tollere, decē tribus diſceſſere, & Hieroboam filium Nabat ex tribu Effraim, in regem aſciuerunt, vnde duo orta ſunt regna. Poſt captiuitatē rem Iudęam adminiſtrarunt Principes, ac ēt Reges nōnulli, vt ſupra ſcripſimus, de quibus Sigonius lib. 6. de rep. Hebręorū. *1. Reg. 5.*

Sequuntur tribuum principes, ſiue Phyliarchi, qui ſecundę reip. prærerāt. *1. Mach. 14.*
D Principes ergo tribuum fuere qui ſingulas tribus duxere, & earū rationes adminiſtrarunt: qui numero fuere duodecim, & hæc iura conſequuti ſunt. Aſtabant Regi, partim conſilia ineundo, partim ſingulis tribubus ius reddendo. De conſilio ineundo non uno in loco in ſacro codice fit mentio, ſicuti etiam de iure reddendo. Quiſque habuit ſuam ſedem, vnde ſuæ tribui ius diceret, vt ex quadam Chriſti ſententia cognoſcere licet, quæ apud Matthęum habetur. Locum habuerūt in templo Salomonis, vt ex ſeptimo tertij Regum colligi poteſt. Porro hi cum rege ſe obligarunt, ſi quid iureiurando publico, ſanciendum putarūt, vt ex Ioſue capite decimo diſcitur. Decem tribubus a reip. corpore ſeiunctis, & in Aſſyriam ductis, duodecim principum numerum, vt etiam ſeptuaginta ſeniorum retinuerunt. *Num. 1.* *Ioſ. 22.* *Num. 30.* *Deut. 5.* *31.* *1. Par. 18.* *Iſa. 3. 32.* *Cap. 19.*

1.*Eſd.* 6. Sequuntur familiarum Principes,ſiue Patriarchæ,vt enim populus in tri A
& *li.* 3.*c.*7. bus,ita tribus in familias erant diuiſæ:& vt populus vniuerſus ab Iſrael nomen accepit, ita familiæ ab eius nepotibus. Hæ a Latino interprete,genera-
Num. 1. tiones, gentes, cognationes, domus, & familiæ vocantur, quarum nomina
28. in ſcriptura recenſentur. Quæ primo in ſolitudine floruerunt, quarum aliæ
*Iud.*8. interiere, & earum loco aliæ ſuccreuerunt, ut familia Dauid in tribu Iuda.
1.*Par.* 28. Vt ergo aliqui fuerunt tribuum Principes,ita etiam familiarum,qui princi-
*Num.*1.7. pes populorum,generationum,cognationum,familiarnm,domorum,& Pa
36. triarchæ nominati ſunt: de quibus non raro in ſacro codice fit mentio. Ho-
1.*Par.* 24. rum munus erat familias quibus præerant conuocare, & ad eas ea referre,
& 8. quæ ad remp. pertinebant,& eis in bello præeſſe:qui etiam ad conſilia & iudicia gerẽda a Regibus adhibiti ſunt. Vnde in captiuitate Babylonica ſuum B
Lib. 3. *c.*2. principatum ex parte retinuere, quod ad relationem attinebat, ut ex Eſdra
Nene. 7. cognoſcimus:vbi pro,Familijs,latina verſio,habet,Pagos. De militari ducatu,patebit infra:fuerunt enim tribuni militum. Quod adhiberentur ad conſilia, ex quincto ſecundi Paralipomenon colligimus, & ad iudicia, ex ca-
Iud. 9. pite decimonono.

Quod uero attinet ad tertiam reip. partem ratione ſingularum ciuitatum, qui ciuitatibus præerant, Principes ciuitatum dicebantur: qui conſilijs, & iudiciis præerant,unde aliquando Principes iudicum uocãtur,& erant numero ſeptem. Erant præterea Chiliarchi, mille hominum præfecti, latine Tribuni. Hecacontarchi, centum, Centuriones: Pentecontarchi, quinqua-
*Cap.*1.16. ginta,quinquagenarij: & Decadarchi decem, Decani. Hos primum Moſes C
29. conſilio ſoceri inſtituit, & iuſſu Dei confirmauit: de quibus in Deuterono-
Exod 18.
1.*Par.* 28. mio locum habemus planum, vbi etiam duo deſignantur munera,vnum in ducendo populo, alterum in eodem iudicando, quos ſcriptura vocat,Grammatoiſagogeos, id eſt, litiũ introductores,de quibus Auguſtinus,de quæſt. in Exodum. & in librum 18. de ciuitate: qui ſentire videtur iſtos fuiſſe doctores, qui populum literas docerent: aut doctores & magiſtros iudicum. Sed fortaſſe melius diceres, eos fuiſſe cauſſarum explicatores, vt ex varijs ſcripturæ locis colligere licet.

Ioſ. 24. Hi ergo illud priuatum habebant munus,ut cauſſas ad ſe delatas recipe-
Eſdr. 3. rent, uel reijcerent, & receptas ad iudices introducerent, ut ex Iſaia colligi poteſt,ubi ſic legitur.Et cauſſa uiduæ non ingreditur ad illos:græce,& litem D uiduarum non accipiunt. Septuaginta ergo interpretes hanc uocem Grammatoiſagogeos ab Athenienſibus, qui ſimiles magiſtratus habuere, quos Iſagogas ton graphon, id eſt, introductores cauſſarum,vocabant,accepere, & quod illi, graphas dixere, hi grammata uocarunt. Quare actionis ordo hic erat. Qui litem intendere uolebat, aduerſarium ad aliquem horum adducebat: qui ſi litem, aut nomen recepiſſet, rem ad iudicium introducebat: iudices, cognita cauſſa, aut abſoluebant, aut damnabant, & damnatum in carcerem conijciebant, donec ſatisfaceret, ut ex quadam Chriſti ſententia
*Luc.*12. cognoſcere licet. Tales ſunt fortaſſe Venetijs Aduocatores communis.

Tertium horum principum munus fuit, ut a Rege aduocati, cum eo de rebus

A rebus publicis conſultarent,& cum eodem quaſdam cauſſas iudicarent. De conſilijs extant loca in Deuteronomio, & in libris Paralipomenon. De iudicijs ſignificatur in lib. 2. Paralipomenon, & apud Ieremiam capite 36. Ex his quæ diximus declarare licet hunc Micheæ locum, Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus, græce, vt ſis in millibus, Iuda, id eſt, vt mille homines, & Chiliarchum non habeas, vel creare non poſſis: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator, in Iſrael, id eſt, in principem & ducem Iſraelis, non ſolum vnius ciuitatis, Chriſtus nimirum dominus, qui in Bethleem natus eſt. Fuerunt etiam in iis quæ ad iudicia pertinent ſcribæ propter illos, qui tanquam Iuriſperiti legem populo interpretabantur. Habebant itaque magiſtratus, vt Reges & principes ciuitatis ſuos ſcribas, de quibus uarijs in lo- *Num.* 15. *4 Reg.* 12.
B cis habetur mentio in ſcriptura, & apud Ioſephum. Cæterum eorum mu- *Iere.* 52.
nera non ſatis liquent: vnde, vbi in græco codice, grammatis legitur, Latinus uariat, & nunc duces, nunc principes, nunc præcones vertit: potuerunt enim qui ſcriptum faciebant, aliis etiam muneribus fungi. Atque hactenus de his quæ domi a magiſtratibus fiebant: ſequitur, ut de bello aliquid dicamus. Belli gerendi præcepta dedit Deus, vt ex Deuteronomio patet, ſi exieris ad bellum, &c. qui locus eſt legendus. Quod attinet ad militiæ principẽ, inter magiſtratus, qui rei bellicæ operam dabant, poſt Regem, Imperator, id eſt, Dux belli ſummam poteſtatem in caſtris habuit, qui Princeps militiæ *2. Reg.* 11.
latine, & græce Primarius dux exercitus, ſiue potentię dicebatur. Imperato- 19.
ri & Duci parebant Chiliarchi, Hecatontarchi, Pentecontarchi, & Decadar *4. Reg.* 4.
C chi, de quibus ſupra diximus, a Moſe inſtituti. De Chiliarchis, qui & Princi- *Num.* 1.
pes Chiliadum dicti ſunt, non uno in loco facta eſt mentio. Similiter de *1. Par.* 17. 24.
Centurionibus, qui principes centuriarum vocati ſunt. Pari quoque ra- *2. Par.* 28.
tione de Pentecontarchis, ſiue quinquagenariis, & Decanis. Hi omnes pro *4. Reg.* 5.
arbitratu a Rege deſignabantur, ut ex libris Regum & Paralipomenon cognoſcere licet. Principes militiæ non ſolum ex principibus familiarum, ſed etiam ex familiis ipſis eligebantur.

Erat præterea ex militaribus præfectis Præſes templi, ſiue Præfectus exercitus templi, de quo in libris Machabæorum habetur ſermo, quẽ Iudas Machabæus ſtatuit, de qua cuſtodia Matthæi uigeſimoſeptimo fit mentio. Hic itaque ſuos habebat milites ad templi cuſtodiam ordinatos. Præter templi
D cuſtodes erant etiam miniſtri & lictores ad facinoroſos comprehendendos & puniendos, ut ex hiſtoria paſſionis Chriſti colligimus. Quo loco animaduertendum eſt, vbi nos habemus, Magiſtratum, græce haberi ſtrategon, militarem nimirum principem tribunum militum, & cohortis: & ita pro magiſtratus templi, gręce habetur, στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ. Vnde colligi poteſt magiſtratus templi adhibitos fuiſſe ad reos capiendos. Quę autem bella ab Hebræis geſta fuerint, Sigonius breuiter ex ſcriptura collegit, ſicuti etiam ex Philone extremum eorundem ſtatum, quæ hic adſcribere nihil fuit neceſſe. Atque ex his quæ de Hebræorum magiſtratibus, & magiſtratuum officijs breuiter diximus, multo melius intelligentur ea, quæ de præceptis iudicialibus ſtatim dicturi ſumus.

Antequam autem ad aliam diſputationem tranſitum facio, de horũ præ- A
ceptorum diſtinctione, has ſubijcio poſitiones.

D.Th.1.2. q.104.art. 4. Prima poſitio, iudicialia veteris legis præcepta aliquam admittunt diſtin
ctionem. Quoniam vbi eſt ordo, ibi eſt diſtinctio: ſed ratio ordinis maxime
ſpectari debet in præceptis iudicialibus ad populum ordinandum inſtitu-
tis: igitur. Secunda poſitio, hæc præcepta diſtinctionem habent ſecundũ di-
ſtinctionem ordinationis humanæ. Nam lex eſt quædam ars humanæ vitæ
inſtituendæ: igitur vt in quacunque arte eſt diſtinctio regularum artis, ita
etiam in qualibet lege præceptorum diſtinctio: alias confuſio, legis vtilita-
tem auferret. Tertia poſitio, in populo quadruplex reperitur ordo, ac proin-
de iudicialia præcepta in quattuor partes diuidi poſſunt. Primus ordo Prin-
cipis ad ſubditos: ſecundus ſubditorum inter ſe: tertius, ſubditorũ erga alios B
extraneos: quartus inter domeſticos, ut patris ad filium, & viri ad vxorem:
Vnde alia præcepta inſtituunt Principem, alia conciues, alia erga extraneos,
alia erga familiam. Et quidem hanc diſtinctionem in rebus quæ ordinantur
lex ipſa inſinuauit.

An lex vetus recte tra[c]ta fuerit, circa Principis inſtitutionem. Diſputat. III.

Stob. ser. 47. & 48. Plut. li. de doct. Prin. QVANTA eſſe debeat Principis perfectio ex eo intelligi poteſt,
quod nihil, vt quidam dixerunt, in humanis ſit eo diuinius, ut
qui ſummi Regis vicem inter homines gerit, eſtque eiuſdem. C
ſimulachrum & adminiſter ad hominum curam. Quo fit, vt in
Principe inſtituendo, Moſes legislator diuinus maximam cu-
ram adhibere debuerit. Quod autem non recte ab eo de Principe ſancitum
ſit, his rationibus probari poteſt.

Primum, quia optima gubernatio, ut omnes qui de rep. ſcribunt, Plato,
Ariſtoteles, & alij docent, eſt regia: at Moſes nullis præceptis regem inſtituit,
& multorum annorum ſpatio gens Hebræa ſine rege fuit: igitur in hac par-
te illa lex non erat abſoluta. Secundo, dum populus ille vixit ſub Ariſtocra-
tia, habuit aliquem ſummum principem, qui populum regeret & iudicaret:
de quo nulla data ſunt in lege præcepta, ſicuti de principibus inferioribus,
& miniſtris: inſufficienter igitur lata. Tertio, uix regio magiſtratu introdu- D
cto, facta eſt regni diuiſio, a Deo præuiſa, quam ut optimus legislator legi-
bus prohibere debuit, ne etiam eius cultus cuius cauſſa omnia ſtatuebãtur,
rueret, ſicut ex regni diuiſione factum eſt: igitur. Quarto, in eo defeciſſe vi-
detur, quod cum de neceſſarijs ad vitam pro ſacerdotibus, aliquid ſtatuerit,
de Principe, hac in parte nihil ſtatutum ſit: cum tamen non minus debean-
tur Principi tributa, quam ſacerdotibus decimæ. Denique, in lege veteri ita
1. Reg. de Rege ſit mentio, & ita Rex deſcribitur, ac ſi tyrannus quidam deſcribe-
retur, cum de ijs quæ facturus eſt, ſermo habetur. Hoc, ait Samuel, erit ius
regis, qui imperaturus eſt vobis, Filios veſtros tollet, & quæ in ſacro codi-
ce ſequuntur.

A Multa in hac diſputatione, cum de recta principis regnique inſtitutione quæritur, diſputari poſſent; ex quibus integrum fieret uolumen, ea ſcilicet omnia examinando, quæ circa perſonam Principis, aut Regis in dubiũ reuocari ſolent, de Regis electione, creatione ve, & ſucceſſione, depoſitione, poteſtate, inſtitutione, & alijs ſimilibus quæſtionibus, quas examinare, non eſt huius loci: ideo nos breuiter ea attingemus quæ proxime ad diuinæ legis conuenientiam hac in parte cognoſcendam ac defendendam pertinent. Supponimus hoc loco id de quo non nihil ſupra ſcripſimus, tres eſſe bonas gubernandi formas, Regiam, cum vnus præeſt: Ariſtocraticam, cum optimates, & meliores regunt: & politicam, cum omnes ciues ſucceſſiue gubernant: quibus tres e regione corruptæ formæ opponuntur: tyrannis, cũ unus B ſua cauſſa regnat: oligarchia, cum pauci ſui gratia dominantur: & popularis gubernatio, qua non communis, ſed popularis ſpectatur utilitas. Ex illis tribus bonis, vna fit omnibus melior, hominum ſuppoſita imbecillitate, quę miſta uocatur, cum unus eſt ſupremus, cui aſſiſtunt optimi, qui ex omnibus, & per omnes eliguntur; ita ut omnes partem aliquam in rep. habeant: quæ gubernandi ratio, ſemper fuit in populo Hebræo, ut patet ex ſupra dictis, & ſtatim adhuc planius dicetur. *Lib. 3.*

Quamuis ergo abſolute & ſimpliciter loquendo, nulla habita ad aliud ratione, melior ſit monarchia, ut multis rationibus ſuaderi poſſet: tamen ſuppoſita infirmitate, & corruptela humanæ naturæ, vnus per ſe ſolus vix bene præeſſe poteſt, cum rara ſit in uno ea uirtus quæ ad recte gubernandum eſt C neceſſaria. His ita adnotatis, has ſubijcio poſitiones.

Prima poſitio, tunc bene cenſetur inſtituta humana reſp. cum omnes eius partes, honoribus & oneribus æque participant. Primum, quia tunc cõmune bonum tanquam proprium ab omnibus conſeruatur, atq; ex amore cuſtoditur. Deinde, confirmatur ex doctrina Ariſtotelis in ſecundo Polit. cap. primo, vbi ait æquale ſecundum proportionem ciuitates conſeruare, & æquum eſſe, ut omnes ſint munerum participes. Secunda poſitio, miſta gubernandi ratio, in humana rep. videtur omnium optima. Primum, quia continet omnes bonas gubernationis formas regiam, ariſtocraticam, & politicã, dum unus conſtituitur princeps, cui uiri optimi aſſiſtunt, qui ex omni populo eliguntur, uel populus ad eos eligendos ius habet: cum facile quiſque D eum Principem honoret, quem ipſe fecit, & is eum curet, a quo ſe in curatorem conſtitutum uidet, & ea pars in eo libenter laboret corpore, cuius aliquando poteſt fieri caput. Ex hac itaque permiſtione quoddam perfectum conſtituitur corpus ac regnum. Oportet, aiebat Pythagoræus Archyta, ſane ut tum lex, tum reſp. quę excellere debet, ex omnibus rerum publicarum formis conſtet: ita ut, & aliquid popularis inſit, & paucorum, & regiæ optimatium aliquid reip. eandem formam, Solonem laudando, approbare uidetur Ariſtoteles. Deinde, quia in hac forma id continetur boni, quod ad conſeruandam remp. in prima poſitione conferre docuimus. Tertia poſitio, lex Moſis optime de Principis ordinatione ſtatuit, uel optimam elegit gubernandi formam. *Lib. de lege & iuſt.* *Lib. 2. Pol c. 10.*

Quoniam introduxit, atque inſtituit formam ex tribus temperatam:tum A
pro tempore quo populus ille fuit ſub ariſtocratia,tum etiam pro tempore quo ſub regno uixit:cum in utroque ſtatu,vnus ſemper fuerit princeps,plures optimates,& quidem ex omni populo electi; vt patet ex ijs,quę proxima diſputatione ſcripſimus. Huc facit illa optima diſtinctio populi in tres partes,& quaſi in tres reſp.inter ſe connexas, & ſubordinatas, quarum una erat totius populi, altera, unius tribus, tertia vnius ciuitatis,in quibus omnibus erant ſui principes, & conſiliarij. Quarta poſitio, prior regiminis forma,quam ariſtocraticam ſimpliciter loquendo appellare licet, fuit longe melior,quam ſecunda,quæ fuit regia. Primum, quia eo tempore Deus
1. Reg.2. ipſe tanquam Rex & caput illius populi eſſe voluit: ideo Samueli de Regis noui petitione referenti dixit, Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Huc etiam facit, quod Principis electionem ſibi reſeruauit, dum B
Nu.27. populus fuit ſub Iudicibus:ac etiam illud,quod aliquãdo Moſes dixit,Pro-
Iud.2. uideat dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem,qui ſit ſuper multitudinem hanc:& illud, Deus ſuſcitauit populo ſuo Saluatorem: & deniq; illud,Spiritus Domini fuit in eis. Deinde quoniam illa regiminis forma a principio erat magis accõmodata populo imperfecto,duro, & auaro: quia facile ſi abſolutum regem conſtituiſſet,in tyrannidem degeneraſſet. Cum
Ariſt.lib.2. eth. ergo regia gubernandi forma perfectam requirat virtutem, quæ in paucis reperitur, ideo populo imperfecto, Regem a principio non dedit, ſed ob eius improbitatem poſtea cõceſſit, cuius tamen electionem ſibi reſeruauit. Quincta poſitio, optime in lege Moſis de Regis electione & inſtitutione ordinatum fuit. Cum ergo Deus præuideret fore, vt populus ille per regiam C
poteſtatem aliarum Gentium more gubernari vellet, hæc ſuper regis electione ſtatuit. Primo,vt eum conſtituerent,quem ipſe elegiſſet. Secundo,
Deut.17. vt alterius gentis Regem creare non poſſent,qui non eſſet frater. Tertio, vt Rex conſtitutus, non multiplicaret ſibi equos, nec reduceret populum in Aegyptum. Quarto,ne habeat vxores plurimas,quæ alliciant animam eius, neque argenti & auri immenſa pondera. Quincto,vbi in ſolio ſederit, deſcribat legem accepto exemplari a ſacerdotibus, & eam ſecum habeat, legatq; omnibus diebus vitæ ſuæ: vt diſcat timere Deum, & ſeruare verba & iuſtificationes quæ in lege ſunt. Sexto, ne eleuetur cor eius in ſuperbiam
Ioſeph.lib. 4. ſuper fratres ſuos. Denique ne declinet ad dextram, vel ſiniſtram, vt lon- D
go tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael. Sexta poſitio, iuſto Dei iudicio factum eſt, vt illi populo regale regimen male ſucceſſerit; cũ in quarto regimine facta ſit regni diuiſio; vnde oritur, vt ſcriptura ait, deſolatio. Primum,quia Deo renuente introducta fuit regia poteſtas; & ob quandam vanam ac ſuperbam illius populi exiſtimationem, vt eſſent aliis Gentibus ſimiles. Deinde,ob multas diſſenſiones, quas maxime aduerſus Dauidem regem iuſtum mouerant,vt ſanctus Doctor adnotauit.

Ad primum,eſto regia gubernatio ſola ſit melior alijs ſeorſim comparatis; at cum illis miſta,perfectior euadit:& qui regiam approbant, in ea aliquid aliarum formarum requirunt. Ad ſecundum, in primis, Deus ipſe

A erat princeps,& eos quos ſibi Vicarios eligebat, ſuo ſpiritu replebat: deinde erant obligati ad iudicandum ſecundum legem,in quam etiam operam dies noctesque ponere debebant: vnde quid ſibi faciendum eſſet,ex ijs quę de magiſtratibus traduntur,cognoſcere poterant. Ad tertium, patet ex vltima poſitione. Ad quartum,ideo nihil ſtatutum eſt de regio tributo,ſiue uictu, quia Deus nolebat ſuos miniſtros rebus abundare, vt ex allata Regis inſtitutione patet: adde etiã quod principes eligebantur ex populo,& propria habebant bona,vnde viuerent:non ita ſacerdotes. Ad vltimum, hic locus,ut alibi dixi,non eſt ita accipiendus,quaſi Samuel ibi ſtatuat quid Rex eligendus facere debeat; ſed quod doceat, quid Reges facere ſoleant, cum non iuſte gubernant. Id autem dixit ad reuocandos Iudæorum animos a B voluntate de Rege, iuxta aliorum populorum conſuetudinem,ſibi dando.

An in lege ueteri conuenienter tradita ſint præcepta iudicialia ad popularium conuictum pertinentia. Diſp. IV.

EXPLICATO primo iudicialium præceptorum genere, ſequitur vt de ſecundo dicamus, in quo ea reponuntur præcepta,quibus ciues inter ſe recte inſtituuntur,& ordinantur. Et quoniam hæc difficultas ſatis bene a D.Tho.tractatur,ideo,cũ hic nulla maior occurrat dubitatio, eius doctrinam quibuſdã poſitionibus perſtringam.

C Prima poſitio, populus iuſtis legibus inter ſe ordinandus eſt. Patet hæc poſitio ex ea populi deſcriptione,quam aliquando M.Tullius fecit,cum dixit,Populus eſt cœtus multitudinis iuris conſenſu,& utilitatis communione ſociatus. Secunda, populi ordinatio & communicatio partim fit auctoritate principis per iudicia,quibus homines in officio timore pœnæ continentur,ſiquidem uoluntate cuiuſque diſponi poteſt,quod eius ſubditur poteſtati:partim auctoritate priuata quibus res poſſeſſæ ſubduntur, in quibus poſſunt inter ſe emendo & uendendo cõicare. Tertia,lex Moſis conuenienter circa primam communicationem quæ pendet a Principe ſtatuit;nimirũ circa iudicia. Quia inſtituit magiſtratus in portis,vt iuſte iudicarent,inſtituit iuſtum ordinem,remota perſonarum conſideratione,& iudiciorũ cor- *Deut. 1. 16.17.19.*
D ruptione per auaritiam: numerum teſtium,& certas pro criminibus ſtatuit pœnas:igitur.Quarta,conuenienter lex uetus ordinauit ſecundam communicationem quæ a priuata pendet uoluntate,circa res poſſeſſas. Quoniam ex Ariſtotele, tunc in hac parte reſp.eſt bene inſtituta,cum res ſunt diſtinctæ:cum rerum uſus partim eſt communis, partim per propriam uoluntatem communicantur;at in his tribus lex illa conuenienter diſpoſuit;igitur. *Num. 34.*
De primo,quia uoluit poſſeſſiones eſſe diſtributas in ſingulos;& quia ex poſſeſſionum irregularitate oriuntur reip. perturbationes,ideo ad poſſeſſiones regulandas triplex adhibuit remedium.Primum,vt ſecundum proportionem & numerum hominum diuiderentur. Secundum,vt in perpetuum non alienarẽtur,ſed poſt certum tẽpus ad ſuos redirent poſſeſſores, ne for-

tes confunderentur. Tertium, vt morientibus ſuccederent proximi; primo A
filij, tum filia, tum frater, tum patrui, poſtremo propinqui, & vt ſortium di-
ſtinctio ſeruaretur, fœminæ hæredes hominibus ſuæ tribus nubere debebãt.
Num. 36. De ſecundo, ſtatuit res communes quoad vſum et curam: vnde licebat ingre
Leu. 19. di in uineam amici & comedere, modo nihil exportaretur: pauperibus re-
linquendi erant manipuli ſpicarum, & racemi: communicabant etiam quę
Exo. 23. in ſeptimo anno naſcebantur; præcepta etiam erat cura de rebus alienis, vt
Deut. 20. de animalibus errantibus reducendis. De tertio, ſtatuit vnam communica-
Deut. 14. tionem pure gratuitam de dando Leuitis, peregrinis, pupillis, & uiduis an-
no tertio: aliam cum compenſatione per uenditionem, mutuum, & alios
contractus, de quibus omnibus inueniuntur ordinatæ leges. Quinta po-
ſitio, lex quæ concedebat ingredi in uineam & comedere non perturbabat B
quietem populi: quia modicum damnum afferebatur, & ad maius uitandũ
1 Ioan. 3. prohibitum erat aliquid efferre. Et quia lex ordinabat ad amorem proximi
Rom. 13. quem non diligit, qui ei non ſubuenit; ideo de rebus communicandis lex
ſtatuit; cum legem impleat, qui proximum diligit. Sexta, licet ciuitates de-
Lib 2. Pol. ſtruantur per hoc quod bona ueniant ad mulieres, vt Ariſt. ait: tamen Deus
cap. 7. non ſtatuit vt mulieres ſuccederent, niſi in defectu maſculorum, & hoc in
conſolationem parentum, ne hæreditas ad extraneos tranſiret; & ne ſortes
Ariſt. 1. confunderentur, ſtatuit, vt in ſua tribu nuberent. Septima poſitio, licet em-
pol. c. 5. ptione & uenditione hominum ſocietas conſeruetur: tamen conuenienter
Leu. 25. ſtatutum fuit, vt anno quinquageſimo res redirent ad uenditorem. Quoniã
Lib. 2. Pol. poſſeſſionum moderatio, vt Ariſt. ait, conſeruat ciuitatem, vnde apud quoſ- C
cap. 5. dam ſancitum erat, vt nemo uendere poſſet, niſi ex manifeſto detrimento:
quia ſi paſſim uendantur, ad paucos uenient, vnde neceſſe erit ciuitatẽ eua-
cuari: cui malo prouidit lex Moſis, concedendo venditionem ad certum tẽ-
pus, & ne ſortes confunderentur. At quia domus vrbanæ quæ non erant ſor
te diſtinctæ, perpetuo uendi poterant, vt & mobilia bona: domus vero in uil
Exo. 20. la ad poſſeſſionum utilitatem ædificata, vendi libere non poterat. Octaua, li
Deut. 24. cet mutuum reddendum ſit, tamen cõuenienter cõſtitutus eſt annus in quo
repetere non licebat, nec pignus pro re debita accipere; quia intentio legis
erat aſſuefacere populum ad ſubueniendum in neceſſitatibus, vnde non ſo-
lum ſtatuit ſubuenire in rebus quæ gratis dantur, ſed etiam in iis quæ mu-
tuo conceduntur: quia huiuſmodi ſubueniendi ratio eſt communior & plu D
Deut. 15. ribus neceſſaria. Hanc ſubueniendi facilitatem his modis inſtituit. Primo,
vt facile mutuarent, nec abſtinerent ob propinquitatem anni remiſſionis.
Deut. 23. Secundo, ne mutuatarium, vſura, vel pignore aggrauarent, vnde accepta re
24. ſtituenda erant. Tertio, vt non importune exigerent, vnde repetenti non
Exo. 21. licebat ingredi in domũ, &c. Quarto, ſeptimo anno debita prorſus remittẽ-
Exo. 23. da erant: quo tempore probabile erat, vt accipientes reſtituerent, & ne gra-
Deut. 24. tis mutuantem defraudarent: quod ſi non poterant, inconueniens erat, vt re
peterent. Circa animalia mutuata ita ſtatuit, vt ſi ob negligentiam pereant
aut debilitentur reſtituantur; ſi vero præſente & cuſtodiente eo qui accepit
non ita, maxime ſi erant mercede conducta. Nona, ideo in depoſito minor
cautela

A cautelá adhibebatur,& iuramento accipientis ſtabatur,quã in mutuò; quia mutuum cedit in vtilitatem accipientis,depoſitum cõtra:vnde magis arctabatur quis ad reſtituendum mutuum,quam depoſitum;quod ſi perdebatur ex cauſſa ineuitabili,id reſtituebatur, quod de animali mortuo reſtabat, vt ſi animal naturali cauſſa,fuiſſet mortuum,vel ab hoſtibus captum, aut a beſtia voratum; in alijs caſibus iuramento fraudis ſuſpicio remouebatur. Si vero amittebatur ex cauſſa euitabili,vt per furtum,ob negligentiam cuſtodiæ,reddere debebat: vnde non tenebatur niſi de furto, at qui mutuo accipiebat,etiam de abſentia,ſi ex hac cauſſa res peribat. Decima, licet rei locatæ precium non ſtatim ſoluatur;tamen conuenienter ſtatutum eſt,vt locatæ operæ mercedes ſtatim ſoluantur:quia qui operas locant,ſolent eſſe pau *Leu 19.*
B peres,qui ſuis laboribus uiuunt:at qui res alias locant,ſunt diuites,qui non ita egent precio. Vndecima,non fuit inconueniens conſtitutio, quod iudicij cauſſa ad vnum locum iretur, ſcilicet ad metropolim, in cauſſis præſertim maioribus,& magis dubijs,quas ſolum periti & ſeniores valent explicare, cuiuſmodi iudicia non ita frequenter emergunt: at pro dubiis minoribus in ſingulis ciuitatibus erant iudices conſtituti. *Deut.17.*

Duodecima,licet pauci facilius poſſint mentiri,quam plures:tamen conuenienter ſancitum eſt, in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum:nam in rebus humanis ſatis eſt probabilis coniectura: & quia probabile eſt, plures non conuenire in mendacium, ideo eorum teſtimoniũ excipitur ut uerum:præſertim ſi in teſtimonio non vacillent, & nõ ſint ſuſpe- *Deut.16.*
C cti: de quibus ſtatutum erat ut diligenter examinarentur, & grauiter punirentur, ſi falſum dicerent. Sunt qui dicant hunc numerum deſignare infallibilitatem diuinarum perſonarum,quæ aliquando duæ,aliquando tres numerantur. Decimatertia,fuerunt in illa lege interdum pro minoribus erratis pœnæ grauiores,quæ nõ ſolum propter culpam,ſed etiam ob alias cauſſas infliguntur. Primo ob grauius peccatum, cæteris paribus. Secundo,ob peccati conſuetudinem. Tertiò ob multam concupiſcentiam & delectationem in peccato. Quarto ob facilitatem committendi peccatũ,& permanendi in ipſo. Circa quantitatem etiam quattuor gradus in eodem peccato notandi ſunt.Primo quando inuoluntarie committitur,& tunc tota excuſatur pœna; vt ſi puella opprimeretur in agro, & clamaret: ſimiliter ſi ex infirmi- *Deut.22.*
D tate, vel paſſione quis peccaret,& tunc minuebatur pœna.Secundo ob ignorantiam, & tunc puniebatur ſolum ratione negligentiæ in diſcendo; quo caſu non puniebatur,per iudices,ſed expiabat peccatum per ſacrificium:ſed hoc intellige de ignorantia facti,non iuris diuini, quod omnes ſcire debẽt. Tertio, cum quis ex ſuperbia peccabat, id eſt, ex certa malitia, & tunc pro quantitate delicti puniebatur. Quarto,per potentiam & pertinaciam,& tũc ut rebellis, & deſtructor ordinis omnino occidendus erat. Circa furtum, conſiderabatur id quod frequenter poterat accidere,& ideo pro furto rerũ, quæ facile cuſtodiri poſſunt, reddebatur tantum duplum: De ouibus, quia non ita facile cuſtodiuntur,& facilius furto auferuntur,ideo pro una quattuor reddebantur: boues uero quinque, quia adhuc difficilius cuſtodiũtur: *Leu.4.* *Exo.22.*

ſed

ſed ſi viuum reperiebatur animal, tunc ſolum duplum reſtituebatur. Vel ta- A
lis fiebat reſtitutio, quia bos quinque habet vtilitates, immolatur, nutrit, ve-
Num. 15. ſtit, arat, & lac præbet: ouis vero quattuor. Filius, non tantum quia commeſ-
Deut. 21. ſationibus vtebatur, quam ob contumaciam & rebellionem lapidabatur:
vt ille qui colligebat ligna in ſabbatho, propter feſtum diem violatum. Decimaquarta, licet a Tullio octo genera pœnarum numerentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, & ſeruitus, tamen lex vetus duas prætermiſiſſe uidetur, exilium, & ſeruitutem. Ideo exilium prætermiſit, ne exules apud extraneos habitantes idololatria corrumperentur,
1. Reg. 26. de quo aliquando conqueſtus eſt Dauid. Verum qui neſciens proximum,
Deut. 19. quocum nullum habebat odium percuſſiſſet, ad ciuitatem refugij confugiebat, vbi uſque ad mortem ſummi ſacerdotis manebat, quo tempore domum B
ei redire licebat: quia in uniuerſali damno populi iræ ſedari conſueuere. Seruitutis etiam pœnam in duobus caſibus induxit: cum poſt annum ſeptimum ſeruus nolebat fieri liber, qui perpetuæ ſeruituti addicebatur, & cum fur vnde redderet non haberet. Pœnam mortis in grauioribus caſibus inflixit, in ijs quæ contra Deum fiunt, in homicidio, in furto hominum, in irreuerentia erga parentes, in adulterio, & in incæſtu. In furto aliarum rerum pœnam damni, in percuſſione mutilationẽ, & in falſo teſtimonio pęnam talionis: in minoribus culpis pœnam flagellationis vel ignominiæ imponebat. Decimaquinta, licet bruta non ſint capacia pœnæ: tamen mandabatur
Exo 21 & 20. occidi in dominorum pœnam, quod illa non cuſtodierint, vt patet de boue cornupeta: vel occidebantur in deteſtationem peccati, ut cum mulier cum C
boue coibat. Decimaſexta, quando inueniebatur cadauer occiſi, & reus ignorabatur, ſeniores propinquioris ciuitatis tollebant vitulam quæ nec iugum traxerat, nec terram ararat, & occidebatur in ualle ſaxoſa, non ſeminata: quod factum fuit ad detegendum homicidium. Quia ſeniores debebant iurare de cuſtodia viarum: & dominus uitulæ damnum patiebatur, ut etiam dominus loci in quo occidebatur, qui manebat incultus, ut propter hæc dãna manifeſtarentur homicidia, quæ ſciri poterant a ciuitatẽ uicina. Vel hoc fiebat ad deteſtationem homicidij, quod dignus morte cenſeatur, qui occiderit, etiamſi ſit vtilis reip. & quod ſit ab hominum conſortio excludendus in locum aſperum & incultum. Myſtice, vitula eſt caro Chriſti, quæ non traxit iugum peccati, nec terram ſciderat per ſeditionem: in valle inculta, id eſt, D
morte deſpecta occidenda, per quam purgantur omnia peccata, & diabolus homicidij auctor oſtenditur.

An iudicialia præcepta fuerint conuenienter tradita quantum ad externos.
Diſputat. V.

HANC etiam diſputationem diui Thomæ doctrinam colligentes, cum in re verſemur facili, quibuſdam poſitionibus breuiter concludam.

Prima, conuenienter lex vetus ordinauit populum Hebræum erga alios

cum

A cum quibus pacifice uerſabantur: quia recte præcepit ſecundum triplicem vſum quem poterant habere cum aliis. Primo, quando extranei tanquam peregrini per eorum terram tranſibant: ſecundo, cum in eorum terram ad habitandum ueniebant, vnde præceptum eſt, Aduenam non contriſtabis, peregrino moleſtus non eris. Poſtremo, cum ad conſortium omnino admitti uolebant: & circa hoc ſtatutum fuit, ut non reciperentur, niſi qui ex auo, vel atauo exiſterent: quia, vt ſcripſit Ariſtoteles, cum periculo recipiuntur extranei ad tractandam remp. cũ nondum habeant amorem firmum in bonum commune. Vnde illis cum quibus habuerant affinitatem, id eſt, Aegyptij & Idumæi ab Eſau fratris Iacob oriundi, in tertia generatione admittebãtur: Ammonitæ & Moabitæ, qui eos bellis affecerant, nunquam recipiebantur.

B At cum Amalecitis, qui eis magis aduerſati ſunt, nullum cognationis habuerunt conſortium, ſed pro perpetuis hoſtibus habiti ſunt. Secunda, lex conuenienter inſtituit populum illum erga extraneos in hoſtili commercio, hæc ſtatuendo. Primo, vt bellum iuſte indiceretur, vt primo offeratur pax. Secundo, ut ſumptum bellum fortiter perficerent, habentes in Deo fiduciam: vnde ſacerdos prius eos animabat. Tertio, ut belli impedimẽta remouerent, remittendo domum, qui impedire poterãt. Quarto, vt uictoria moderate uterentur parcẽdo mulieribus, paruulis, lignis fructiferis, &c. Tertia, non propterea quod Deus quaſdam gentes magis, vel minus excluſit a commercio Hebræorum, eſt perſonarum acceptator, quia in ijs quæ ad ſalutem pertinent, omnes admiſit, vt patet ex lege in Exodo ſancita:

Exod. 17.

Deut. 20.

Cap. 12.

C ſed in temporalibus non ſtatim quiuis admittebatur, vt eſt dictum. Vt enim unus homo punitur, vt alius admoneatur, ita et una ciuitas, vt alia corrigatur. Poterat tamen in collegium populi aliquis admitti ob ſingularem virtutis actum, vt de Achior Ammonita legitur, & de Ruth Moabite: ſed forte illa prohibitio non extendebatur ad mulieres, quibus non conuenit eſſe ciues ſimpliciter. Quarta, ciuis dicitur aliquis, vel ſimpliciter, vt is qui participat quæ ſunt ciuium, vel ſecundũ quid; vt qui habitant in ciuitate, etiãſi ſint viles, hinc eſt quod Spurij fuerint excluſi a concilio, ob generis vilitatẽ vſq; ad decimã generationẽ, & Eunuchi, cum in illo populo cultus Dei per carnis generationem conſeruaretur. Vnde & apud Gentes qui multos habent filios, vel honoribus afficiuntur, vel ab oneribus ſoluũtur: at in ijs quę

Iudith. 14.

Ariſtot. 2. pol. c. 7.

D ad gratiam Dei pertinent, non excludebantur; ſicut nec aduenæ, vt patet Iſa. 56. Quincta, Deus præceperat, vt populus aduenas & peregrinos non affligeret: quod autem daret illis ad vſuram, non erat ex intentione legis, ſed ex permiſſione ob pronitatem ad auaritiam, vt pacifice ſe haberent cum illis a quibus lucrarentur. Nos tamen hunc locum in libro de Reſtitutione aliter expoſuimus. Sexta, ratio cur Deus in bello contra quaſdam ciuitates vicinas præcepit omnes occidi, fuit earum prior iniquitas, ad quã puniendam Deus populum illum aſſumpſerat, tanquam ſuæ iuſtitiæ vindicem: arbores ideo voluit ſeruari magis quam homines, quia hoc cedebat in utilitatem populi. At vero cum expugnabant vrbes remotas, non ſibi promiſſas, ſolum maſculi qui pugnarant, occidebantur. Septima, licet bonum cõmune

Deut. 23.

Deut. 20.

Deut. 9.

mune ſit magis amandum: tamen, imminente bello, conuenienter domum A remittebatur, qui nouam domum ædificauit, vineam plantauit, & uxorem deſpondit; quia homo ea quæ de nouo habet, aut ſtatim eſt habiturus, nimis ſolet amare, & timere ne amittat; vnde probabile erat, quod timerent, & minus apti eſſent ad bellum. Adde, quod infortunium videtur, ſi quis ſit vicinus ad bonum habendum, & illo non potiatur: ne ergo propinqui valde contriſtarentur de morte iſtorum qui bona pararunt, ideo dimittebantur. Octaua, licet eſſe formidoloſum & pauidum ſit culpabile: tamen rationabiliter timidi mittebantur, nō ob eorum commodum, ſed ne ſuo timore & fuga alijs eſſent impedimento, vel eos ad timendum prouocarent. Et hæc ex diuo Thoma: qui in reſponſione ad primum dat occaſionem tractandi maximam dubitationem, quæ olim multos torſit, & nunc torquet, & B quibuſdam in locis maximas excitauit tragœdias: de qua aliquid hic Medina, & integrum librum confecit Henricus Mauroy ad Iulium Tertium. An neophiti, qui ex paganis & Saracenis, Iudæiſque ad religionem veniunt, ſint a gradibus Eccleſiaſticis, dignitatibuſque excludendi: Et quod non ſint excludendi, ſic probares.

Lib. 2. phy. t. 56.

Primo ex Paulo dicente, in Chriſto, ideſt poſt Chriſti baptiſmū, non eſſe Iudæum, neque Græcum, hoc eſt nullam perſonarū acceptionem, ſed omnes in ijs quæ ad ſtatum religionis & ſalutis pertinent, eſſe pares. Confirmatur ex doctrina eiuſdē Pauli dicentis in negocio ſalutis ac religionis Iudæos eſſe præferendos: vnde hominem ex gentibus ad fidem conuerſum cōparat oleaſtro, Iudæum vero naturali oliuæ ramo; atque Gentes introductas C fuiſſe ad fidem, vt Iſraelitæ tandem conuertantur. Cum ergo eorum ſalus præcipue eſſet intenta, præcipuæ quoque in eccleſia erunt eorum partes. Secundo, in Concilio Baſilienſi ſeſſione nona ſtatuitur, vt Iudęi in aliqua ciuitate baptizati regenerati, illius immunitatibus & priuilegiis gaudeant. Tertio, quia contrarium ſtatuere cedit in detrimētum, odiumq; religionis Chriſtianæ, quia uidetur eſſe contra caritatem, & ſalutem multorum, qui alias ad fidem cōuerterentur. Quarto, videtur eſſe contra iuſtitiam diſtributiuam, quæ requirit, vt digniores & ſanctiores ad gradus & dignitates aſſumātur: cuiuſmodi eſſe poſſunt qui ad fidem de nouo conuertuntur, uel qui ex illis naſcuntur: quare iniuſte per contraria decreta repelluntur, & quadam perpetua nota inuruntur. De hac dubitatione ita ſtatuo. Primum dictum, ſta- D tuta, quibus decernitur, ne conuerſi ex Iudæis, vel Saracenis, vel ab eis originē ducentes ad aliquas dignitates eligantur, vel in collegia admittantur, uniuerſe loquendo, non ſunt damnanda. Primum hoc dictum probatur auctoritate veteris legis, in qua ſancitum erat, ne Ammonitæ, & Moabitæ, etiam poſt decimam generationem admitterentur in Eccleſiam Domini in æternum: quod ſtatutum fuit in pœnam præteritæ culpæ: ergo ob eandem cauſſam excludi poterunt dictæ perſonæ quę Chriſtianos & Chriſtum ſunt perſequutæ. Confirmatur ex Paulo, qui agens de Epiſcopo eligendo, admonet ne eligatur neophytus, i. nuper natus ſiue plantatus, & recens Chriſto inſitus per baptiſmum, & hoc ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat

Gal. 3. Coloſ. 3. Rom. 11. Deut. 23. Tim. 3.

A dat diaboli. Secundo, ex Concilio Toletano quarto, in quo ſtatutum eſt, vt Iudæi aut hi qui ex Iudæis ſunt, officia publica nullatenus appetant: quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt. Huc accedit, quod eccleſia approbat decreta quarundam religionum & collegiorum, quæ huiuſmodi legem habent: in quorum approbatione errare non poteſt, cũ ſit materia quæ ad mores pertinet, & Concilium Tridentinum, dum de ordinandorum examine agit, monet vt de moribus, genere, & natalibus fiat inquiſitio. Poſtremo, quia experientia compertum eſt, rem non bene ſuccedere; cum non poſſint eſſe ita bene affecti erga fideles & Eccleſiam, qui prius eius erant aduerſarij: ad quam non omnes qui veniunt, priuata quadam vocatione vocantur, vt Paulus vocatus fuit. Secundum dictum, ſi huiuſmodi B decreta, non extenderentur ad multas generationes, vel aliqua moderatione, vt prudenter docuit diuus Thomas, modificarentur, maiorem æquitatẽ præ ſe ferrent. Et hoc fortaſſe ſatis videri potuiſſet auctori ſupra citato, qui longiſſimam & eruditam pro Iudæis apologiam ſcripſit: vbi late enumerat omnes qui ex Hebræis ad gradus Eccleſiaſticos fuere electi: & inter alios quindecim Epiſcopos Ieroſolymorum ante vllum Gentilem. Argumenta contraria ſic ſoluetes.

27. q. 1. ca. conſtituit.

Diſt. 4. ca. Nulla.

Ad primum, illæ auctoritates ſolum probant non eſſe excludendos ab ijs quæ pertinent ad ſalutis conſequutionem. Ad ſecundum, decretum illud intelligendum eſt de quibuſdam priuilegijs & immunitatibus, quæ communiter pertinent ad hominum conuictum, non de dignitatibus, & C gradibus, atque priuatis cętibus: vt omittam, quod hoc concilium non habet approbationem. Ad tertium, non debet videri odioſum ſtatutum, quod in communem cedit vtilitatem, & quod eſt cum lege diuina, & naturali cõſentaneum: & qui ob hanc cauſſam nollet conuerti, non ſatis de ſua ſalute videretur eſſe ſolicitus, nec ad tantam gratiam accipiendam idoneus. Ad quartum, non eſt cõtra iuſtitiam, quia nunquam deerunt digniores ex alijs fidelibus de quibus nulla eſt ſuſpicio, quin melius accepta dignitate ſint vſuri: & ſi quid hoc argumentum probat, ſecundum dictum cõfirmat. Nec eis ulla nota inuritur, cum ſi quid hac in re eſt notæ, id ipſi ſecum afferant.

An lex vetus conuenienter præcepta dederit circa domeſticas perſonas.
D *Diſput. VI.*

AD huius difficultatis explicationem ſupponẽdum eſt id, quod Ariſtoteles primo politico ſcriptum reliquit, Domum eſſe ſocietatem naturalem ad conſuetudinem quotidianam inſtitutam; perfectamque domum ex liberis, ſeruiſque conſtare, ex marito & uxore, patre & filijs, domino & ſeruo. Hæc domeſtica coniunctio refertur ad quotidianum vſum, & ad ſufficientiã vitæ, quæ duobus conſeruatur modis. Primo quantum ad propriam perſonam, per externa bona, in quibus adminiſtrandis opus eſt ſeruo: ſecundo, quantũ ad ſpeciem, & ita opus eſt vxore ad filios procreandos: vnde illæ tres oriuntur

Cap. 2.

iam

iam dictæ ſocietates,ſiue collationes. Prima poſitio,lex uetus quantum ad A
Deut.5. omnes iſtas ſocietates conuenientia præcepta tradidit. De ſeruis conſtituit ut modeſte tractarentur;& quantum ad labores,ne nimis grauarētur,vt die
Exo.21. Sabbathi quieſcerent:& quantum ad pęnas,vnde eorum mutilatores eos liberos dimittere debebant: idem ſtatuit de ancilla in uxorem ducta:ſerui ex populo,liberi poſt ſeptimum annum cum omnibus quæ portauerant dimittebantur,dato uiatico.De vxoribus,vt ducerentur vxores ex ſua tribu,ne tri
Num. ult.
Deut.25. bus confunderentur, vt frater duceret vxorem fratris defuncti ſine liberis, ne totaliter defuncti memoria deleretur; prohibitum fuit ducere alienigenas,ne ſeducerentur,& propinquas, ob reuerentiā naturalē, qualiter vxor
Deut.22. & 21. eſſet tractanda,ne leuiter infametur;vnde puniebatur, qui eam falſo accuſabat,ne filius pateretur detrimentum ob vxoris odium,ne maritus propter B odium,vxorem affligeret,ſed potius ſcripto libello eam dimitteret:& vt ma
Deut.24. ior dilectio a principio inter cōiuges exoriretur,iubeat,vt ei qui nuper vxorem accipiebat nihil publicæ utilitatis cauſſa iniungeretur, vt libere cū vxore poſſet lætari. De filiis,vt patres eos inſtituerent in doctrina fidei, atque
Exod 12.
Deu.21. etiam in moribus: vnde de parentibus ſcriptum eſt,quod dicere deberent, Mandata noſtra audire contemnit,commeſſationibus uacat, &c. Secunda,
Ariſtot. 1. pol.c.3. licet ſeruus ſit aliquid domini,tamen conuenienter ſeptimo anno dimitte-
Leu.25. batur, quia a Deo in cuius cultū filij Iſrael fuerant uocati,ex Aegypto liberati fuere:vnde Deus ait,Mei ſunt ſerui,& ego eduxi eos,&c.adde,quod nō erant ſimpliciter ſerui,ideo tempore peracto dimittebantur.Tertia,licet inuenta animalia domino reſtituenda mandentur:tamen,ſeruus qui ad alium C
Deut.22.
& 23. confugiſſet non erat reſtituendus, cum dominus eum quærebat vt occideret,vel eo ad peccatum uti uolebat. Quarta,licet lex humana grauiter puniat ſæuientes in ſeruos,tamen diuina in aliquo caſu mitius ſe gerebat, hoc modo. Videbat,an læſio eſſet certa:ſi erat certa, pro mutilatione, dabatur
Exo.21. libertas:pro nece,mortis pœna cum moriebatur in manu domini uerberantis. Si non erat certa,ſed ſolum erat aliqua ſuſpicio, in proprio ſeruo nullam infligebat pœnam,vt ſi percuſſus poſt aliquot dies mortuus eſſet,tenebatur tamen ad expenſas a percuſſo factas. Sed hoc in proprio ſeruo locum non habebat,cum ſit domini poſſeſſio,quare non ſubiacebat pecuniariæ pœnæ:ideo dicitur,quia pecunia illius eſt,domini ſcilicet. Quincta,lex
Exo.21. permiſit filium,vel filiam in ancillam uendere, non in ſeruitutem ſimpliciter,ſecundum quid tanquam mercenarios ad tempus,ſed,paupertate co- D
Leu.25. gente:quo modo quis etiam ſeipſum uendere poteſt in mercenarium & colonum:vnde non licebat Iudæo poſſidere alium Iudæum,vt ſeruum ſimpliciter. Sexta,etſi pater habeat ſui filij poteſtatem,tamen ad ſeniores punien
Deut.21.
Ariſt.lib.x. eth.c.ult. dus adduci debebat:quia pater non habet uim coactiuam,vt poſſit animaduertere in contumacem. Septima,quamuis Deus matrimonium cum alie-
Deut.7. nigenis prohibuerit,& diremerit etiam, maxime cum uicinis,ob periculū
Deut.21. ſeductionis;tamen cum illis quæ ad verum cultum uenire uolebāt,contrahere licebat,vt patet de Ruth: nec ob aliam cauſſam captiuam in uxorem ducere licuit,raſa tamen cæſarie,circuncisis unguibu,veſte, cum qua capta fuerat,

A fuerat,depoſita;quibus deſignatur perpetua idololatriæ reiectio. Octaua, licet Deus prohibuerit quoſdam affinitatis gradus in matrimonio contrahendo:tamen iuſſit, demortui fratris ſine liberis vxorem duci, vt eſſet quædam mortis mitigatio apud eum populum, qui præſentis vitæ cauſſa omnia faciebat. Nec alij propinquo id licebat, quia non cenſeretur ita eſſe filius demortui qui naſciturus erat: & quia alius non ita defuncti domum conſtituiſſet,vt frater,qui hac in parte fratris perſonam ſuſcipiebat. Nona, eſt quidem inter maritum & vxorem coniunctio firmiſſima & indiſſolubilis,quam tamen tolli permiſit Deus per libellum repudij,ob populi duritiem. Decima, etſi ſeruus domino,& filius patri fidem frangere poſſit; tamen in lege non eſt ſtatutum ſacrificium ad iſtã iniuriam inueſtigandam, *Num.5.*
B vt ad inquirendam eam quam facit adultera; quia talis iniuria facilius committitur ob concupiſcentiã,& occulte: vnde de oculo adulteri dicitur, obſeruare caliginem: at aliæ infidelitates,non ita poſſunt latere.

Leu.18. Chryſ. Deut.25. Deut.24. Mat.11.

Atque hæc ex D.Thoma:ex quibus hæc oritur dubitatio,an Iudæis fuerit præceptum vt vxores ducerent ex eadem tribu,vt aperte D.Thomas docet:cuius opinioni fauet editio Latina, in qua expreſſe dicitur, omnes uiri ducent vxores de tribu,& cognatione ſua, & cunctæ fœminæ maritum de eadem tribu:in quo ab aliis uerſionibus diſcrepat: & oppoſitum ipſa conſuetudine demonſtratur. Nam Aaron & Ioiada Pontifices habuerunt uxores ex tribu Iuda,cum ipſi eſſent ex Liuitica:& Eliſabeth mater Ioannis fuit cognata Virginis Mariæ,cum in illa eſſet ex tribu Leui, hæc ex tribu Iuda. *Iob.24. 1.2.q.105 ar.4. Num.36.*
C Quod ſi dicas fuiſſe diſpenſatum cũ his duabus tribubus, vt Chriſtus ex ſacerdotali & regia tribu tanquam Rex & ſacerdos naſceretur; id non habet locum in Dauide,qui duxit Michol ex tribu Beniamim. Dicunt ergo nonnulli,ſi ſpectemus legis finem,hanc legẽ ſolum obligaſſe filias quæ in maſculorum defectu ſuccedebant in hæreditate, non autem alios ſiue mares, ſiue fœminas, quibus liberum erat nubere etiam cum aliis diuerſæ tribus: quare hac in parte,non fuit opus diſpenſatione.Et ita excuſatur Salmon qd duxerit Rahab alienigenam ex Chananitis. Vnde patet ad dubitationem propoſitam. Aliqui aliter reſpondent.dicentes,legem illam non obligaſſe ad ducendam uxorem ex propria tribu,ſed non ad ducendam de alia,ne bonorum poſſeſſio confunderetur. Dicendum itaque eſt, nubere licuiſſe cũ
D alia tribu,quando legis ratio non impediebat.

Ang. Burgen. D.Tho.4. S.d.30.q. 2.ar.1. Abul.cap. ult. Num. q.8.

Rurſus circa legem illam repudij eſt grauis dubitatio, an libellus repudij permiſſus fuerit vt licitus,an vero vt minus malum,maioris mali uitandi cauſſa. Et licet graues ſcriptores,tum ex antiquis,tum ex neotericis dicãt fuiſſe permiſſum,vt maius uitaretur malum,& ita non licuiſſe Hebræis aliud matrimonium inire:tamen contrariam ſententiam, quæ ſubiiciam rationes probabilem reddunt. Primo,huic ſententiæ fauet ipſa ſcriptura, in qua præcipitur,ne ſacerdotes ducant repudiatam:quæ lex eſſet inutilis,ſi facto repudio,non licuiſſet cum alio contrahere,matrimonij uinculo ſoluto. Confirmatur,repudiata nullo modo poterat iterum a repudiante reduci: at ſi non ſoluebatur uinculum id non prohibendum, ſed potius laudandum

Bonau. Ricar. Seto. Leu.21. Deut.24.

fuit:

fuit:igitur. Secundo, eo tempore, vt ſupra ſcripſimus, licita erat polygamia A
& ita uir poterat plures vxores habere; quod ſi facto repudio, non licuiſſet
repudiatæ cum alio contrahere, profecto grauiſſima fuiſſet repudiatę lex il
Deut.14. la, ſi perpetuo continere debebat. Tertio, lex uetus non puniebat repudiatas,
quę cũ aliis contrahebant, & tamen ſi erant publica adulteria puniri debuiſſent;
cum ſemel in adulterio comprehenſam lapidibus puniendam ſtatuerit. Confirmatur, quia nullibi apud Prophetas antiquæ legis magiſtros repudiatarum adulteria palam reprehenſa legimus, vt alia uitia, vt vſuram quam quidam uolunt fuiſſe permiſſam. Quarto, ſeruus qui uxorem duxiſſet, & filios ex ea ſuſcepiſſet, anno ſeptimo liber fiebat, ſed filiis et vxore priuabatur: quod ſi mulier illa non potuiſſet cum alio contrahere, perpetua ſine culpa fuiſſet affecta pœna; vnde colligimus, cum illa diſpenſatum fuiſſe a Deo, qui Abrahamo etiam præcepit vt Agar dimitteret, de qua credendum eſt non fuiſſe obligatam ad perpetuo cõtinendum. Dicendum eſt igitur facile in ea lege Deum diſpẽſaſſe in matrimonij uinculo, ſicuti diſpenſauit in polygamia. Denique, hanc ſententiam uiri grauiſſimi defendunt, in B
Palud.4. quibus D. Thomas, Scotus, & alij. Talis mulier dicitur in ſcriptura abomi-
d.33. nabilis Domino, quia maritus eam pollutam & abominabilem publice iu-
Abulen. dicauit, cum eam eiecit, ac proinde eius uirum non amplius eam recipere,
Echius. ſi cum alio nupſerit. Sed de his alibi accuratius. Cum ergo hucuſque
Pet. a Soto. Deu.24. antiquæ legis naturam, præceptaque omnia, & eorundem præceptorum
Ier.3. vim, atque ſignificationes, expoſuerim, reſtat, vt de eiuſdem legis mutatione dicamus, non ut eſt ordinatio in mente diuina, quia hoc pacto nullã habet mutationem, ſed ex parte rerum & operum quæ præcipit, quæ reſpectu vnius temporis poſſunt habere vim obligandi, & non reſpectu alterius, vt ſunt in mente humana, vel in ſcriptura. Vt autem quæ de ceſſatione dicturi ſumus melius intelligantur, priore loco examinandum eſt, an ullæ cæremoniæ præcepta ue antiquæ legis, ante ipſam fuerint. C

An cæremoniæ veteris legis fuerint ante ipſam legem. Diſp. VII.

QVONIAM ergo nonnulli ritus ad diuinum cultum pertinentes ante legem ſcriptam in uſu fuerunt, quos in hac etiam lege fuiſſe legimus, merito de tempore cæremoniarũ legis, de quibus nunc noſtra eſt diſputatio, dubitari poteſt. Et quamuis hoc loco detur occaſio late diſſerendi de remedijs peccati, ſiue de ſacramentis, quæ fuerunt in lege naturæ, tamen nos vt id quod propoſitum fuit, examinemus, de antiquis ſacrificiis leuiter aliquid attingemus. Quod autem ante legem eius fuerint cæremoniæ ſic probatur. D

Gen.4.8. & 22. Primo, ante legem offerebantur Deo animalia, & fruges, & erigebantur altaria vt patet ex diuina ſcriptura, at iſta fuerunt etiam in lege; igitur. Secundo, circuncíſio fuit ante legem, & vt ſupra diximus, ad multos populos
Gen.17. dimanauit: ſimiliter & ſacerdotium, vt patet de Melchiſedech: vbi autem eſt ſacerdotium, ibi & cæremoniæ diuini cultus: igitur, Tertio, ante legem erat

diſcre-

A diſcretio mundorum & immundorum animalium, abſtinentia a ſanguine, quæ etiam in lege ſunt repetita: erant igitur prius. De hac difficultate, cum nullæ occurrant citandæ ſententiæ, nec vlla ponenda ſint fundamenta, ſic ſtatuo.

Prima poſitio, in lege naturæ fuerunt cæremoniæ pertinentes ad diuinũ cultum. Doctrina eſt manifeſta, & patet, tum ex ſacra hiſtoria, tum ex communi omnium populorum vſu: cum apud nationes omnes in re diuina facienda aliquæ adhibitæ fuerint cæremoniæ. Secunda poſitio, in lege naturæ ante legem ſcriptam fuerunt cæremoniæ in quadruplici genere, ſacrificia, ſacra, ſacramenta, & obſeruantiæ quædam. De ſacrificijs res eſt manifeſta, quia in ea lege offerebatur aliquid Deo: de ſacris patet, quia erigebant B templa, & aras: de ſacramentis etiam, quia ſaltem debuit eſſe aliquod ſacramentum, quo expiaretur peccatum originale: de obſeruantijs eſt etiam res certa, quia apud omnes nationes fuerunt ritus aliqui, quibus ab alijs diſcernebantur. Tertia poſitio, in lege naturæ fuerunt ſacrificia quibus remittebantur peccata. Patet ex Iobo capite primo, vbi dicitur, obtuliſse pro ſuis filijs: & ſacrificium Melchiſedech cum eſset expreſsa figura ſacrificij Chriſti, profecto debuit peccata remittere: cum Chriſtus per quẽ omnia expiantur peccata, dicatur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Confirmatur, in illa lege erant ſacerdotes, quorum munus eſt offerre munera & hoſtias, vt ait Paulus: igitur. Quarta poſitio, in illa lege fuerunt vera ſacramenta. Quoniam ibi fuit vera eccleſia, vera religio, cultusque verus Dei, & C remiſsio peccati originalis per aliquod exterius ſignum, & nonnulla ſignificabant Chriſtum: igitur habebant rationem ſacramenti. Quincta poſitio, ſacrificia & ſacramenta legis naturæ, quæ vim habuere ſanctificandi, illis cultoribus fuere a Deo inſpirata. Quoniam non potuiſſent Chriſtum ſignificare: & vt illi habebant fidem explicitam Chriſti, ita habere debuerunt ſacramenta diuinitus inſpirata ad proteſtandã fidem Chriſti. Cenſendum itaque eſt Adam & quoſdam alios pios homines a Deo edoctos docuiſſe ſuos poſteros veri Dei cultum per ſacrificia & ſacramenta diuinitus inſpirata. Sexta poſitio, quamuis probabile ſit huiuſmodi ſacrificia ex libera voluntate, & ex ſolo naturę officio ab illis patribus oblata fuiſſe: tamen probabilius eſt, quod fuerint in præcepto, maxime apud illos, quibus reuelata fuere.

Aug. li. 10. de ciu. c. 5.

D Quod ſit probabile non fuiſſe in præcepto, indicare videntur loca quædam diuinæ ſcripturæ, & ſpeciatim illa in quibus, ſub conditione de illis fit mẽtio: ac etiam quorundam patrum auctoritates, vt Iuſtini Martyris, Clementis Romani, Anacleti Papæ, Auguſtini, & quorundam aliorum, adde etiam quod nullibi reperitur eos ex præcepto ſacrificaſſe, quod ſi Deus Iacobo præcepit, vt ædificaret altare, id fuit ex conſilio, & priuata Dei ordinatione. Quod autem contrarium ſit probabilius, fuiſſe in præcepto reſpectu eorum ſaltem quibus reuelata fuere; primum probatur ex eo, quod apud illos erat aliquod ſacrificium pro peccati originalis expiatione, ac etiã aliquod aliud ad expianda adultorum peccata: quare vt baptiſmus & pœnitentia ſunt nobis in præcepto, ita illis illa ſacrificia debuerunt eſſe præcepta. Deinde, quia

Ier. 7. Quæſt. 87. ad orth. li. 6. conſt. c. 20. epiſt. 2.

vana fuiſſet ordinatio, niſi illi erant obligati ad id exequendum, quod or- A
dinatum fuerat. Denique, ni illi fuiſſent obligati in illa eccleſia ad aliquod
remedium ſenſibile: fuiſſent me lioris conditionis, quam nos ſimus, quia ſo-
lo actu interno ſaluari potuiſſent. Septima poſitio, præceptum de ſacrificio,
ſiue ſacramento pro peccato in illa lege erat determinatum vniuerſe, non
priuate, hoc eſt, præceptum erat illis vt offerrent, ſed pro voluntate hoc, vel
illud offerre poterant. Quoniam hoc requirebat ſtatus ille imperfectior, vt
ibi nondum eſſet ſacrorum determinatio, vniuerſe loquendo, quæ poſtea
per priuatam legem fieri debebat. Atque ex his, Doctorum conciliares ſen-
tentias, quod qui dicunt non fuiſſe in præcepto, intelligendi ſint de præce-
Aug. lib. pto particulari: qui vero præceptum ponunt, de præcepto vniuerſe. Rurſus
15. de ciu. colligeres, ante legem Moſis in lege naturæ fuiſſe vera ſacrificia & ſacramé- B
c. 16. ta, vt multi vere docent. Quod ſi peteres de numero, aliqui dicunt fuiſſe tria
Cyril. lib. genera, ſacrificia, oblationes, decimas: quorum ſenſus Diuus Bonauentura
4. contra optime declarat, quem conſulere poteris: de quibus omnibus legendus eſt
Iulia. Hugo, & auctor altercationis Synagogæ & eccleſiæ. Octaua poſitio, apud
D. Tho. 3. Gétes quæ verum Deum colebant, debuerunt eſſe aliqua ſacrificia, & obla
par. q. 70. tiones determinatæ a Rep. quæ obligarent ſubditos eo modo quo lex hu-
Dried. lib. mana ſtatuebat, ſicuti aliæ leges obligant: quæ in nó habebant rationé ſacra
4. de dog- méti. Patet hæc poſitio ex dictis, de qua, ſicuti & de ſuperioribus plura alibi.
ma. eccle.
c. 2.

Ad maiorem allatæ doctrinæ declarationem, notandum eſt, quod ſicuti
Gen. 41. omnibus gentibus, & hominibus innata eſt quędam Dei notio, ita apud om
nes ſemper viguiſſe cultum cæremoniamque erga diuinum numen; quem C
cultum per ſuos ſacerdotes ei exhibebant: qui iure primogenituræ apud
quoſdam ſuccedebát, apud alios vero a populo eligebátur. Hic cultus quat-
tuor cæremoniarum ſpeciebus continebatur. Etenim vnaquæque gens ha-
buit ſua ſacrificia, ac etiam ſacra, vt aras, templa, veſtes, & vaſa ad ſacrifican-
dum deſtinata. Rurſus ſacramentum aliquod, & ſaltem illud commune quo
expiaretur originalis culpa, quod cum non eſſet diuinitus determinatum,
non fuit vnum & idem apud omnes populos: apud aliquos tamen naturæ
lumine deficiente, ceſſauit. Ac denique ſuas obſeruantias, ritusque vt ex ſcri
ptorum monumentis conſtat. Illud etiam animaduertendum eſt, apud Gé-
tes extitiſſe quoſdam, qui maiore lumine quam humano fuerunt illuſtrati,
quorum doctrina, quæ ad religionem pertinebát, manifeſtata fuere. In hoc D
ordine Iobus, eius amici, & Balaam, vt aliqui volunt, ac etiam ſybillæ, & ſpe-
ciatim ſybilla Sambetha omnium prima, quæ ſe Noe nurum fuiſſe tradit, &
cum eo e diluuio euaſiſſe. In his etiam a quibuſdam ponitur Triſmegiſtus,
qui ſane multa ſupra humanum ſenſum ſcripta reliquit. Nona poſitio, cære-
monię quę fuerunt ante legé, non fuerunt cęremonię legis, cum non eſſent
per legem conſtitutę. Primum patet ex hac ſcripturę ſententia. Hęc ſunt prę-
cepta & cæremoniæ, quæ mandauit dominus Deus noſter, vt docerē nos. at
non fuiſſent docendi ſi prius prædictæ cæremoniæ fuiſſent: igitur. Deinde,
quæ ratio duo ſupponit; primū, cæremonias legis ad duo fuiſſe ordinatas,
ad Dei cultū, & ad ſignificādum Chriſtum: alterum Deum colendū eſſe per

aliquid

A aliquid determinatum;determinatio autem ad cæremonialia præcepta pertinet, & ſicuti olim inter homines erant quædam præcepta determinantia, quæ pertinebant ad iudicia, ita erant quædam cæremoniæ, non ex auctoritate alicuius legis determinatæ,ſed ex voluntate & deuotione colentiũ Deũ. Atque ex his alia efficax oritur ratio,quia cum nulla præceſſerit lex quæ determinaret vllas cæremonias:igitur non fuerunt legis cæremoniæ. Verum, vt patet ex dictis, etiam ante legem fuerunt aliqui diuino ſpiritu illuſtrati, qui priuata lege ad cultum diuinum inducti,aliquid offerebant, vnde Chriſtus etiam ſignificaretur. Decima poſitio, circuncíſio non poteſt dici ſacramentum legis, quod in ea fuerit cõſtitutum,ſed ſolum quia in lege fuit ſeruatũ.Huc facit illa Christi ſententia,circuncíſio non ex Moſe,ſed ex patrib. *Ioan.7.*

B Ad primum,ſatis ſoluitur ex dictis:offerebantur quidem ſacrificia ex legis naturæ notitia, ſed non ex aliqua lege diuinitus data, niſi generatim. Ad ſecundum,concedimus circuncíſionem fuiſſe ante legem,ſicuti & ſacerdotium, ſed non fuerunt cæremoniæ legales. Ad tertium,illa diuerſitas mun- *Gen.9.* dorum & immundorum animalium non fuit ante legem quãtum ad eſum, ſed quantum ad ſacrificium, quia de quibuſdam determinatis animalibus ſacrificia offerebantur. Vel ſi quid ratione eſus immundum reputabatur,id erat ex conſuetudine illorum temporum, ſicuti nunc apud quaſdam nationes aliqua reijciuntur a communi ciborum vſu: Vel, ut aliqui dicunt, illa animalia dicuntur immunda per Anticipationem, quæ figura non eſt inſolita in diuina ſcriptura.

C

An lex vetus, ſiue legis veteris cæremonialia præcepta ceſſauerint.
Diſputat. VIII.

CIRCA legis antiquæ, & cæremoniarum eius ceſſationem, tria nobis præcipue explicanda ſunt:an ceſſauerint,quando ceſſauerint, & an poſt ceſſationem aliquo pacto obſeruari poſſint: ex quibus duo priora hac diſputatione examinabimus. Quod attinet ad primum,Iudæi exiſtimant ſuam legem adhuc vigere, ac etiam perpetuo eſſe duraturam: quibus hac in parte conſentiebat Ce- *Iren.lib.1.*
D rinthus, & Ebion, qui veterem legem una cum noua ſeruandam eſſe doce- *c.26.* bant:quorum error his rationibus comprobatur. *Exod.30*

Primo ex multis locis diuinæ ſcripturæ,in quibus lex illa dicitur æterna, *Bar.4.* igitur & eius cæremoniæ. Secundo,lex illa erat bona,igitur ceſſare non debuit.Tertio,quia ſi debuiſſet ceſſare, aliquo in loco de eius ceſſatione futura facta eſſet mentio, cum ſit res maximi momenti: at nullibi facta fuiſſe vi- *Deut.13.* detur: immo legimus Hebræis dictum fuiſſe,ſi ſurrexerit in medio tui Prophetes,aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat,& prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod loquutus eſt, &c. non audies verba prophetæ illius. Ex quo loco colligeret Iudæus iure Chriſtum a ſuis occiſum fuiſſe, cũ prædixerit ſigna & portenta,licet euenerint.Quarto,Chriſtus cuius omnis actio

noſtra eſt inſtructio, non venit ſoluere legem, ſed adimplere: ergo male facimus dum eum hac in parte non imitamur. Huic difficultati cum hic nihil occurrat notandum, ſequentibus ſatisfacio poſitionibus. A

Prima poſitio, lex vetus ceſſare debuit. Primum probatur hæc ueritas ex ipſamet lege, in qua præfigurata & prędicta fuit eius ceſſatio. Figura expreſſa fuit primarum tabularum confractio: quia vt illæ primæ tabulæ nõ permanſerunt, ita nec prima lex permanere debuit. Fuit autem prædicta his verbis apud Ieremiam, Ecce, dies veniet, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum: non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris. Et paullo infra, Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Reſpondet hic Hebræus, hunc locum intelligẽdum eſſe de eadem lege ſecundum maiorem affectum erga illam. Sed hoc nihil eſt, quia expreſſe fit mentio de nouo pacto a veteri diuerſo, & de alia lege non in tabulis ſcripta. Deinde confirmabitur ex ijs quę ſtatim dicemus. B

Cyp. lib. contra Iud. Lact. li. 4. c. 20.

Secunda poſitio, lex uetus iam ceſſauit, in aduẽtu Chriſti per nouam legem diuinitus datam. Eſt doctrina fide tenenda, quæ his argumentis confirmatur. Primo, auctoritate ſcripturæ, quia hoc eſt præcipuum argumentum epiſtolæ ad Romanos, ad Galatas, & ad Hebræos: Inter alia quæ Paulus de hac re diſputat, hæ ſententiæ hanc veritatem demonſtrant, Eis qui credunt circuncisionem eſſe ad ſalutem neceſſariam, Chriſtum nihil prodeſſe: Nos non eſſe filios ancillæ, hoc eſt veteris legis, ſed liberæ, nouæ ſcilicet legis, qua libertate Chriſtus nos donauit. Tranſlato ſacerdotio, neceſſarium eſſe legem transferri. C

Gal. 5. Gal. 4. Heb. 7.

Teſtamentum nouum inueteraſſe prius. Legem mandatorum decretis fuiſſe euacuatam. Et denique, ex eo quod per Chriſtum liberati ſumus a peccato, non ſumus ſub iugo legis.

Ephes. 2. Rom. 7.

Secundo, determinatione concilij apoſtolici in hunc finem celebrati, & Florentini, in quo definitur, legem veterem ceſſaſſe in aduentu Chriſti. Tertio auctoritate patrum, Ita Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, Auguſtinus, Hieronymus, & multi alij quos in re manifeſta recenſere nihil eſt neceſſe. Quarto, ex conditione iſtius legis, quia cum hac lege illi populo data fuit, vt non poſſet omnino ſeruari niſi in terra promiſſa.

In Paul. Coloſ. 2.

Ideo Naaman Syrus petiuit ab Eliſeo onus duorum burdonum terræ, ut ſuper illa in Syria vero Deo ſacrificium offerre poſſet. At quis crederet Deũ populum a ſe electum & tot tantiſque beneficiis ornatum, per tot annorum ſæcula ita deſeruiſſe, vt eum vero ſacrificio colere non potuerit, niſi iam lex illa ceſſaſſet? & hoc ſane eſt ſignum euidentiſſimum. D

4. Reg. 5.

Quincto, quia illa ſigna quæ fiebant ad teſtificationem bonitatis illius legis nullibi apparent, Prophetia, Miracula, & Liberatio ab externis populis: quæ omnia iam ab aduentu Chriſti ceſſarunt: at vero vſque ad Chriſtũ ſemper habuerunt prophetas: habuerunt etiam quædam miracula ordinaria, ut illud de Zelotypia cognoſcenda, & ſm aliquos illud de leproſis, q miraculoſe ſanabãtur, qñ a ſacerdotibus ſani indicabãtur: aliqua extra ordinaria, ut mortuorũ reſurrectio, & miraculoſæ victoriæ. Qd uero attinet ad liberationem

A nem a ſuis hoſtibus, cum erant in captiuitatibus, ſine ulla ſpe ſalutis, etiam inuiti liberabantur, vt adimplerentur promiſſiones à Deo factæ: & cum nũc non labantur in peccatum idololatriæ, ut olim ſolebant, ob quam cauſſam potiſſimum in manus inimicorum tradebantur, nunc magis liberari deberent: Atqui, ut diximus, iſta omnia ceſſarunt, igitur. Sexto, quia carent intelligentia vera, & ſpiritu recto ad exponendas ſcripturas, quod ſignum eſt euidentiſſimum. Vbi nota in ſcriptura diuina eſſe quædam quæ naturali intelligentia percipi poſſunt, alia quæ non ſine Dei auxilio & gratia, & hæc ipſimet Rabbini fatentur ſe non intelligere, & multa multo minus intelligunt, quam aliquis barbarus Philoſophus intelligeret, ut colligere licet ex multis puerilibus & ineptijs expoſitionibus ſcripturæ, & falſis dogmatibus: &, vt
B e multis vnum uel alterum exemplum afferam, illud Pſalmi centeſimi tertij, Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: ita exponunt, ut dicant, Deũ creaſſe draconem ad ſuas delicias, & quocunque die per tres horas cum eo ludere: cum alias hic locus nõ ſit obſcurus, intelligitur enim de balena, quæ natando in mare, dicitur in eo ludere: creauit ergo Deus cete, ut ludat & ſaltet in mare. Tenent traſmigrationem animarum, & propterea ſcriptum eſſe dicunt, Ne comedatur caro cum ſanguine, quia ſanguis eſt anima proximi. Denique, in Thalmuth ſcriptum eſt, licere marito abuti vxore, & ei non licere repugnare: ſicut ei qui emit carnem licet eam quocunque modo comedere. Adimpletum ergo eſt vaticinium illud, Obſcurentur oculi eorum ne videant. Denique idem confirmares omnibus rationibus, quibus probari *Pſal. 68.* *Vide Chry. in hunc locum.*
C poteſt Meſſiam iam veniſſe, & alijs quibus religionem Chriſtianam veram, & diuinam eſſe demonſtratur: de qua re alibi ſcripſimus. Concludamus itaque, legem illam tãquam vmbram ceſſare debuiſſe, & iam ceſſaſſe ex aduentu lucis. *Lib. 3. introd. ad catechiſ.* *1. Cor. 10.*

Tertia poſitio, lex uetus ceſſauit quoad omnia præcepta cæremonialia, iudicialia, & moralia, ſed non eodem modo. Explico, certum eſt, vt ex dictis patet, legem antiquam ceſſare debuiſſe, atque etiam ceſſaſſe: ſed dubitari poteſt an ceſſauerit, quoad omnia præcepta. Aliqui ad hanc dubitationem reſpondentes dicunt, in veteri lege uaria fuiſſe præcepta: aliqua vniuerſalia pro omni gente: alia ſingularia, vel pro Moſe & Aarone, uel pro ſacerdotibus: alia pro uniuerſo populo: alia denique etiam pro aduenis, & hæc non *Heb. 10.* *Leg. Cypr. lib. contra Iud.* *Orig.*
D ceſſarunt, cum eſſent vniuerſalia, cuiuſmodi erat præceptum de ſanguine, & ſuffocato, quod etiam temporibus Origenis ſeruabatur. Nunc uero aliter diſtinguendum eſt, atque tria præceptorum genera ſunt facienda, moraliũ, iudicialium, & cæremonialium, quæ omnia ceſſaſſe affirmamus, ſed diuerſa ratione. Nam iudicialia & cæremonialia ceſſarunt omnino, & ſi qui antiquæ legis ritus iudiciales, aut cæremoniales, in noua lege ſeruantur, non ex ui legis, ſed quia de nouo præcepti & inſtituti ſunt ſeruantur: atqui moralia omnia perſeuerant, quæ tamen non obligant ex ui legis, ſed quia ſunt præcepta naturalia, & a Chriſto de nouo promulgata.

Ratio diuerſitatis prima hæc eſt, quia illa priora præcepta non ſunt de lege naturæ ſicuti moralia, quæ lex æque omnes nationes obligat.

Secunda, quia illa aliquid ſignificabant, & cum ratio ſignificandi ceſſa- A
uerit, cum omnia per Chriſti mortem conſummata ſint, ipſa quoque ceſſa-
re debuere. Hac poſita declaratione, allata doctrina probatur ex commu-
niore ſententia, & ex eo quod in diuinis ſcripturis & in Concilijs abſolutè
Sot. dicitur legem veterem ceſſaſſe abſque ulla præceptorum diſtinctione. Vn-
Medin. de aliqui dicunt, non ſolum eſſe erroneum, ſed etiam hæreſim aſſerere ali-
quod antiquæ legis præceptum permanſiſſe. At alij verius eſſe putant, mo-
ralia præcepta obligare Chriſtianos, etiam vt ſunt poſita in lege Moſis, & in
Mat. 5. Prophetis. Primum, quia Chriſtus priuatim venit ad hanc legem implen-
dam, hoc eſt perficiendam & ſtabiliendam, remotis corruptelis. Deinde,
Rom. 3. Paulus planè ait ſe legem non deſtruere ſed ſtatuere. Et cum docet legem
Rom. 13. eſſe ſeruandam, veteris teſtamenti verba ſemper adducit: quod etiam alij di B
Ephes. 6. uini legis nouæ ſcriptores fecerunt. Tertiò, quia fruſtra adducerentur te-
Iac. 2. ſtimonia ex antiqua lege ad probandum præcepta moralia, de non furan-
do, de honorandis parentibus & alia, eſſe ſeruanda ſi ut inde ſumuntur, vim
non habent. Et in omnibus catechiſmis ponuntur decalogi præcepta ad
Aug lib. x. verbum ex antiqua lege deſcripta: Sancti quoq; Patres dicunt, moralia præ
cōt. Fauſt. cepta veteris legis æquè obligare Iudæos & Chriſtianos. Poſtremo, lex mo-
cap. 2.
Lib. 3. cōt. ralis veteris teſtamenti, non ſolum fuit diuina poſitiua, ſed etiam ſpiritualis,
epiſt. Pela. ſancta, immaculata, conuertens animas, illuminans oculos, liber mandato-
cap. 4. rum Dei, & lex quæ eſt in æternum: ergo nulla eſt cauſſa cur omnino abro-
Rom. 7. gari debuerit. Nec obſtat, quod data uideatur ei populo, quem Deus ex
Pſal. 18. Aegypto liberauit, cum etiam nos in patribus noſtris in Aegypto fuerimus, C
Bar. 4.
Exo. 20. & ex gentilitate conuerſi ad Dei populum adiuncti ſcimus. Neque enim po
1. Cor. 10. pulus ille antiquæ legis fuit extinctus, ſed gentium acceſſione auctus: & vt
Gal. 4. Iudæi, ita & nos filij Abrahæ ſumus. Lex vero & Prophetæ dicuntur fuiſſe
Mat. 11. vſque ad Ioannem, quantum ad figuras & veteres prædictiones, vt ex ipſa
Rom. 7. ſcriptura colligitur. Quare, cum Paulus videtur abſolutè docere, legē fuiſ-
ſe ſublatam, non intelligitur de legis abrogatione, ſed de reatu legis. Alias
Rom. 7. enim non dixiſſet, ſe mente ſeruire legi Dei, & in ea cōdelectari ſecundum
interiorem hominem: Quia, ſi legi ſeruiebat, lex ei non erat mortua quoad
obligationem & debitum implendi. Denique, alijs in locis intelligendus
Gal. 3. eſt, de lege ut cæremonias continebat. Quæ de antiquæ legis ceſſatione di-
Heb. 7. cenda reſtant, in ſequentibus diſputationibus dicentur. D

Ad primum, particula illa, golam, ideſt æternum non ſemper deſignat
Aug. lib. 9. perpetuitatem, ſed longum tempus: dicitur etiam lex manere in æternum ra
cont epiſt. tione eorum quę principaliter lex illa ſignificabat, & quoad veritatē ipſam.
Pelag. c. 4. Ad ſecundum, alias diximus legem fuiſſe bonam, ſed pro tempore. Ad ter-
tium, fuit præfigurata ceſſatio, ac etiam prædicta, vt diximus. Locus autem
ille, intelligitur de falſis Prophetis & Doctoribus, qui ad idololatriam po-
pulum trahebant. Ad quartum, iuſtis de cauſſis Chriſtus legem illam ſer-
uauit: prima, vt daret exemplum obedientiæ: ſecunda, quia ceſſare debebat,
voluit prius ſua obſeruantia eam honorare, docereque non eſſe malam, con
tra eos, qui eam vituperarunt, & vituperaturi erant: vnde etiam poſt mor-
tem,

A tem, vt ita dicam, eam cum honore quodam ſepeliri voluit: quarta, quia debebat redarguere eos, qui eam non ſeruabant, quare, cum nondum ſuam promulgaſſet, conueniens fuit, vt eam ſeruaret; quamuis eſſet ab omni lege liber. Nos vero ob contrarias rationes ſeruare non debemus: ne quod Chriſtus aboleuit, adhuc vigere demonſtremus, & in vitam reuocemus. Neque omnes Chriſti actiones imitari debemus, & quidquid ipſe fecit efficere; vt perpetrare miracula. Et vt hanc diſputationem cum Chryſoſtomo concludam, Niſi enim lex fuiſſet, gratia data vtique non eſſet. quare? quia inſtar pontis fuit. Cum enim non liceret ex magna illa humilitate in ſublime aſcẽdere, facta eſt ſcala. Scalæ vero non eſt amplius vſus: & qui per illam aſcendit, non quidem eam contemnit, ſed etiam gratiam ipſi habere nouit. Quod B vero ait, de non vſu, quo modo accipiendum ſit patet ex dictis.

Ser. 11. in epiſt. ad Rom.

Quando lex antiqua ceſſauerit, & obligandi vim amiſerit. *Diſp.* IX.

TRIA licet aſſignare tempora de quibus dubitari poteſt circa antiquæ legis ceſſationem: in Chriſti aduentu, & ſpeciatim cũ publice prædicare, & diſcipulos inſtituere cępit: in eiuſdem morte, qua conſummata ſunt omnia: & aliquo alio tempore poſt eiuſdem reſurrectionem. Rurſus dubitari poteſt de ceſſatione quantum ad efficaciam, ſi quam habebat in iuſtificando; & quantum ad obligationem. Denique, quæri poteſt de ceſſatione cæremonialium le- C galium, & priuatim de circunciſione. Et quoniam iſta varias habent dubitandi rationes, commodius in fine afferentur, & explicabuntur, ideo eo reijciantur.

Quod attinet ad opiniones, Diuus Thomas hac de re ita ſentit. Primum ante Chriſti paſſionem lex vetus & eius cæremoniæ non ceſſarunt, ſed fuerunt in præcepto, & habuerunt ſuam vim vſque ad mortem, ſiue reſurrectionem Chriſti. Deinde, Chriſti baptiſmus, ab eo tempore quo inſtitutus fuit, cępit eſſe in vſu & ſub conſilio, remanſit tamen circunciſio ſub præcepto. Tempus inſtitutionis fuit, cum Chriſtus baptizatus eſt in Iordane. Poſtremo lex vetus, & quantum ad vim, & quantum ad obligationem ceſſauit in Chriſti morte: vnde conſequitur, vt tunc lex noua obligare cæperit, cum D vetus omnino mortua eſſet. At vero Scotus, quem nonnulli ſequuntur, ita de re propoſita opinatus eſt. Primũ, a baptiſmi inſtitutione circunciſionis obligatio ceſſauit, ita vt fuerit tantum ſub conſilio: & ita pari paſſu procedebat cum baptiſmo, quantum ad vim obligandi. Deinde, mortuo Chriſto, adhuc circunciſio perſeuerauit ſub conſilio, vſque ad promulgationẽ euangelij. Poſtremo, lex uetus quoad vim & obligationem non ceſſauit in paſſione Chriſti, ſed durauit vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem, quæ cæpit a die Pentecoſtes. Non fuit itaque lex vetus extincta in morte Chriſti, in quo Scotus diſſentit a Diuo Thoma: & ita obligabat, eos præſertim, qui ignorabant nouæ legis inſtitutionem. Nos de hac difficultate ita ſtatuimus.

Prima poſitio, lex vetus nec ſecundum efficaciam, nec ſecundum obliga- A
tionem ceſſauit ante Chriſti mortem. Doctrina eſt communis & certiſſima:
quoniam Chriſtus eam ſeruauit, & ſeruandam docuit: & confirmatur, quia
eo tempore lex noua nondum erat promulgata: ergo vetus non ceſſauerat.
Secunda poſitio, circuncisionis præceptum non ceſſauit quantum ad obli-
gationem ante Chriſti mortem. Hoc affirmauerim cõtra Scotum & Gabrie-
lem, qui volunt ceſſaſſe quantum ad obligationem præcepti, & ſolum fuiſ-
ſe ſub conſilio. Primum, iſta opinio eſt contra communem ſententiam, &
ſpeciatim contra Hieronymum, & Auguſtinum, & nullo firmo nititur fun-
damento. Deinde, lex vetus, vt eſt probatum, non ceſſauit, nec impleta fuit
niſi in morte Chriſti: igitur nec circuncisionis præceptum: quod ſi ceſſaſſet,
nec etiam fuiſſet ſub conſilio. Tertia poſitio, veteris legis cæremoniæ quan- B
tum ad ſignificationem, & proteſtationem Chriſti venturi, ceſſarũt in mor-
te Chriſti. Doctrina eſt communis & certiſſima: quia omnia per Chriſti
mortem conſummata ſunt: ac proinde in Cruce poſitus dixit, conſumma-
tum eſt, & velum templi ſciſſum eſt. Quarta poſitio, præceptum circuncisio
nis non ceſſauit quantum ad vim & obligationem, quam habuit ſtatim a
In 4. S. d. paſſione Chriſti, ſed eam apud ignorantes nouæ legis obligationem reti-
3. p. 3 q. 2. nuit, vſque ad Euangelij promulgationem. Eſt hæc doctrina Diui Bonauen-
turæ, quam ſic probo. Primo, quia ſi ceſſaſſet, fuiſſet aliquis ſtatus ſine re-
medio, quod eſt abſurdum, & contra prouidentiam diuinam: ſiquidem ba-
ptiſmus erat impoſſibilis apud eos, qui inuincibiliter nouam legem igno-
rabant: neque refugiendum eſt ad miracula, vbi ordinaria poteſt eſſe proui C
dentia. Secundo, remedium quod erat in lege naturæ non ceſſauit, vt etiam
Sotus ipſe, qui contra ſentit, fatetur, ſed perſeuerauit vſque ad Euangelij
promulgationem: igitur nec circuncisio a Deo inſtituta ceſſare debuit. Ter-
tio, ſi circuncisio tunc vim ſuam amiſit, ea maxime cauſſa, quia erat profeſ-
ſio Chriſti venturi: ſed hoc non impedit, quia licet ceſſauerit, vt ſignum, non
tamen vt erat remedium originalis culpæ: & tam falſa fuiſſet illa oblatio in
fide parentum, quod erat remedium naturæ, quam proteſtatio fidei per cir-
cuncisionem, verum fides illa non erat diuina, ſed humana, non tamen ſine
ſuo merito. Neque hoc mirum videri debet, ſi hoc priuate tribuitur circun-
cisioni, quia non fuit cæremonia pura legalis, ſed ante legem vim habuit.
Quincta poſitio, probabiliter dici poteſt, legem veterem expiraſſe in morte D
Chriſti quãtum ad vim ſuam in radice, & paulatim ceſſaſſe prout noua ſuc-
ceſſiue promulgabatur, & apud hos, vel illos innoteſcebat: ita vt tunc ple-
ne ceſſauerit, quando plena fuit legis nouæ facta promulgatio. Sexta poſi-
tio, cum dicitur legem ceſſaſſe in paſſione, in qua conſummata ſunt omnia,
intelligitur quantum ad cauſſam ob quam lex illa introducta fuit, non quã-
tum ad vim, donec promulgaretur noua, qua promulgata, vetus ceſſauit.
Vbi nota, nos non affirmare per aliquã Chriſti actionem præter paſſionem,
vt per reſurrectionem, legem ceſſaſſe, vt aliqui affirmare videtur: quia Chri-
ſtus nihil meruit poſt mortem, cum non eſſet viator. Quod ſi dicas reſurre-
D. Thom. xiſſe ob iuſtificationem noſtram; id vt aliqui exponunt, intelligitur ſecun-

dum

A dum ſimilitudinem, quia noſtra iuſtificatio & ſpiritualis reſurrectio eſt ſimilis reſurrectioni Chriſti, ſicuti & mors. Sufficienter itaque Chriſtus per mortem ſuam noſtram iuſtificationem & reſurrectionem meruit; cuius meritum in paſſione cõſummatum eſt, ad quod nihil pertinet reſurrectio. Sed de legis ceſſatione, & obligatione plura infra, cum de legis nouę promulgatione agetur. Nunc quaſdam dubitationes contra ea qui diximus, diſſoluamus.

Prima, cæremoniæ omnes antiquæ legis erant figuræ Chriſti, & gratiæ quæ data fuit per Chriſtum, qui fuit finis legis: ergo, Chriſto adueniente, ſtatim lex vetus ceſſare debuit: non igitur poſt eius mortem, vel in morte. Reſpondeo, iſta omnia non debuiſſe ceſſare, antequam conſummarentur per *Heb. 10.* *Ioan. 1.* *Matt. 5.*
B mortem Chriſti, quam ſignificabant: & ui paſſionis eiuſdem nobis datur gratia per dictas cæremonias ſignificata. Secunda, ſi paruulus ex Iudæis baptizatus fuiſſet ante Chriſti paſſionem & mortuus eſſet, vtique ſalutem adeptus fuiſſet: igitur inſtituto baptiſmo, circuncíſio nõn amplius obligabat: ſiquidem ſi obligaſſet, ſine ea puer ſalutem conſequi non potuiſſet. Reſpondeo, ideo ſalutem fuiſset adeptus, quia accepiſset ſacramentum regenerationis: pater tamen eius peccaſset non ſeruando legis adhuc obligantis præceptum.

Tertia, qui Chriſti miracula ante eius mortẽ uidebãt, tenebãtur credere, iuxta illud. Si non ueniſſem, & loquutus non fuiſſem eis, peccatũ non haberent, peccatum nimirum infidelitatis: ergo tenebantur profiteri Chriſti fi- *Ioan. 15.*
C dem, cuius profeſſio fit per baptiſmum: ergo baptiſmus iam inſtitutus obligabat ſub præcepto. Reſpondeo, concedendo eos qui certiſſimis argumentis uidebant Chriſtum eſſe verum ſaluatorem, fuiſſe obligatos ad credendum; non tamen ad ſuſcipiendum baptiſmum ante legis antiquæ ceſſationem, quam per circuncíſionem profeſſi fuerant; quamuis credibile ſit omnes eos qui ad Chriſtum accedebãt, etiam baptizatos fuiſſe, cum baptiſmus iam cępiſſet eſſe in vſu: at vero qui ſuperſtites fuere poſt legis nouæ promulgationem, baptiſmum ſuſcipere debebant. *Ioã. 3. & 4*

Quarta, nemo aliter ſe habet ad aliquam legem de nouo, quam prius ſe haberet, niſi quia ei eſt aliter notificata, atqui ante paſſionem nemo tenebatur ſuſcipere baptiſmum: ergo nec donec fuit promulgatum euangelium,
D id quod poſt multos annos accidit: quare non cæpit ſtatim obligare ab eius promulgatione, ſed poſt ſufficientem promulgationem. Reſpondeo, vt lex obliget, ſatis eſt ſi ſit publice promulgata, vt ſupra docuimus: quamuis aliquis ab eius tranſgreſſione ob ignorãtiam inuincibilẽ excuſari poſſit. Errat itaque, vt dixi, hac in parte Scotus, dum non vult legem obligare donec ad notitiam uenerit, cum ſtatim a ſolemni publicatione obligare incipiat. *Lib. 3.*
Quincta, Chriſtus ante mortem, ſuam legem ſanciuerat & docuerat: ergo ipſo mortuo ſtatim lex vetus ceſſare, & noua obligare debebat; cum Chriſtus ſtatim a reſurrectione Apoſtolis dixerit, Euntes in mũdum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Reſpondeo, Chriſtum ante paſſionem non docuiſſe omnia, ſed multa poſt reſurrectionem vſque ad aſcenſionem *Mat. ult.*

docuit,

Mat. 10. docuit,& quæ docuit,pro populo Iudaico docuit,ad quem ſe miſſum fuiſſe A aiebat. Sed de hac re infra latius. Sexta,lex uetus una cum Chriſto ſpirauit:igitur,Chriſto mortuo,nō amplius obligabat.Reſpondeo, ſpiraſſe quātum ad ſignificationem, non quantum ad obligationem, donec alia lex legitime promulgaretur.

An obſeruatio legalium poſt Chriſti mortem fuerit licita. Diſput. X.

QVONIAM ergo lex vetus,noua promulgata, uim ſignificandi,& obligādi amiſit,reſtat vt uideamus, an aliqua ratione ſeruari potuerit:& quod potuerit,ſic probatur. Primo,exemplo B Apoſtolorum,qui eam ſeruarunt: Paulus circumcidit Timotheum,& ſeipſum purificauit:Petrus ſeruauit legalia: Omnes Act. 15. can. ſiquis. d. 30. Apoſtoli in concilio Ieroſolymitano ſtatuerunt quædam legalia ſeruanda eſſe, etiam a Gentibus: & in concilio Bracarenſe damnatur ſub anathemate,qui damnat abſtinentes ab idolothito,& ſuffocato,vnde probares,non ſolum fuiſſe licitum ſeruare,ſed etiam debitum, cum Conciliorum ſanctiones ſeruandæ ſint. Secundo, ciborum diſcretio pertinet ad legem cæremoniale, at cibos diſcernere etiam poſt Chriſti mortem per Paulum in epiſto Cap. 14. la ad Romanos,licet: ait enim ununquenque hac in parte abundare poſſe: igitur. Tertio,Chriſtiani apud Aethiopes circunciduntur: & tamen a quibuſdam Theologis non damnantur,ſed potius laudantur:igitur. Confir- C Caiet. 3. p. q. 37. ar. 1. matur,ſi quid implicat,eſt ſignificatio:atqui hæc non impedit, cum multæ cæremoniæ quæ erant in ueteri lege vſurpentur ab Eccleſia,vt veſtes ſacræ, primitiæ,thurificatio,& aliæ:igitur. Et cum eccleſia vtatur tota legis veteris doctrina,cur non etiam omnibus cæremoniis?

In hac difficultate magna fuit concertatio inter Hieronymum & Auguſtinum,vt ex eorum epiſtolis ultro citroq; ſcriptis cognoſcere licet: Hieronymi ſententia his dictis explicatur.Primum, legalia uſq; ad Chriſti mortem uim obligationemque ſuam retinuerunt:Secundū,poſt mortem vtrunque amiſerunt,& ita euaſerunt mortua: Tertium,non ſolum erant mortua, ſed etiam mortifera, hoc eſt, qui ea tanquam legis cæremonias ſeruabant, peccabant: Quartum, Apoſtoli ſeruando interdum legalia non ſeruarunt D vt legis erant cæremoniæ, ſed ob alias cauſſas, vt ſiquis modo in ſabbatho animi cauſſa ceſſaret, & propter ſcandalum:ac proinde ſimulabant ſe ſeruare:& hoc vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem. Quod ſi Hieronymo obiicias Pauli factum, qui reſtitit Petro legalia ſeruanti, ob quam cauſſam reprehenſibilem uocauit;igitur Petrus vere ſeruabat. Reſponderet Hieronymus,illam reprehenſionem fuiſſe ſimulatam, ex conuentione inter ipſos,vt hac ratione legalia omnino ceſſarent. Vnde infert,neutrum peccaſſe,nec Petrum legalia ſeruando,nec Paulum reprehendendo. Auguſtini ſeutentia his dictis exponitur. Primum,legalia uim & obligationem habuerunt uſque ad Chriſti mortem: Secundum ab hoc tempore ceſſarunt

& ita

A & ita mortua ſunt: Tertiũ, vſq; ad ſufficientem euangelij promulgationẽ eorum obſeruatio non fuit illicita & mortifera, & ita ſeruari potuerunt. Quartum, Apoſtoli non fictione, ſed uere ſeruarunt legalia, vt hac ratione cũ quodam honore lex iam mortua ſepeliretur. Quinctum, poſt ſufficientem legis promulgationem legalium obſeruatio facta eſt mortifera. Sextum, Paulus uere nõ ficte reprehẽdit Petrum, qui in eo, facto peccauerat, leniter tñ.

Ex quibus facile intelligi licet, in quibus hi duo doctores diſſenſerint: Hieronymus duos agnouit legis ſtatus, vnum viuum, alterum mortiferum. Auguſtinus vero tres, vnum inter medium, mortuum, & alios duos: Hieronymus ponit obſeruationem & reprehenſionem fictam, Auguſtinus vtranque veram: Hieronymus excuſat Petrum a peccato, Auguſtinus non item.
B Hieronymi ſententia his nititur fundamentis.

Primo, aut Apoſtoli poſt Chriſti mortem credebant legem veterem habere vim aliqnam, aut eſſe omnino exſtinctam: primum dici non poteſt, quia diuinus ſpiritus eos omnem veritatem docuerat, alias erraſſent in fide: ſi alterum, non debebant vere ſeruare, quia peccaſſent; ſimulate igitur ſeruarũt. Quare, cum Paulus ſe purificauit, quod fecit poſt viginti annos, vel circiter a paſſione Chriſti, ſi uere & ex animo legalia ſeruaſſet, grauiter peccaſſet. Secundo, ſi quid obſtat, cur non ficte ſeruauerit, id erit, quia ſimulatio non eſt licita: atqui hoc non impedit: igitur. Minor propoſitio duplici confirmatur *4. Reg. 10.* exemplo; Iehu ſimulauit idololatriæ cultum, vt poſſet occidere ſacerdotes Baal: quod factum, videtur a Deo commendari his verbis, quia ſtudioſe egiſti.
C Naaman ſyrus petijt ab Eliſeo vt ſibi liceret adorare in templo Idoli, cum eius Rex innitebatur ſuper eius manum, quando in templo adorabat, cui *4. Reg. 5.* reſpondit, Vade in pace: quibus verbis uidetur ei talem ſimulationem conceſſiſſe, neque enim Naaman vere adorare uolebat. Tertio, non minus peccat, qui factis fidem proteſtatur, quam qui ſolis verbis: at, ſi quis poſt Chriſti aduentum diceret eum eſſe venturum, erraret in fide: ergo & qui factis, id quod faciunt qui ex animo poſt Chriſti mortem legem ſeruant. Confirmatur, aut ceſſauit legalium ſignificatio, aut non: ſi ceſſauit, ergo eorum ſublato officio vere ſeruari non debuerunt: ſi non ceſſauit, falſam habebant ſignificationem, ac proinde ſeruari non debuere. Quarto, quia illa ratio diui Auguſtini, qua dicit fuiſſe ſeruanda, ut cum honore ſynagoga ſepeliretur, videtur
D pure humana, cum nullum in diuinis literis fundamentum habeat. Quincto, ſi legalia dicebantur mortua & non mortifera, quia Euangelium non erat ſufficienter promulgatum: ergo poſt multa tempora, & ſuperioribus annis apud multas nationes ſeruari potuiſſent, cum nihil de Euangelio audiuiſſent: Denique, pro hac ſententia facit multorum ſcriptorum auctoritas, vt Origenis, Euſebij, Didimi, Apollinaris, Chryſoſtomi, Oecumenij, Theophilacti, & Caſſiani. Hanc eandem opinionem amplexus eſt Adrianus in quartum ſent. diſt. prima, ob duas rationes. Primum, quia videtur communior antiquorum patrum ſententia, vt etiam Hieronymus teſtatur. Deinde, quia diui Hieronymi doctrina approbata eſt ab Eccleſia, vt patet can. ſancta Romana diſt. 15. Pro ſententia diui Auguſtini hæc faciunt argumenta.

Lib. de ſacerd.
In Ep. ad Galat.
q. 1. ar. 1.

menta. Primo, quia certis ſcripturæ diuinæ teſtimonijs conſtat, Apoſtolos A
vere ſeruaſſe legalia: quia Paulus circumcidit Timotheum, & ſeipſum puri-
ficauit. Secundo, quia Pauli reprehenſio non fuit ficta, ſed vera: alias eius
ratio ad confirmandos Galatas fuiſſet friuola. Tertio, pro hac ſententia fa-
Ser. de cir cunc. cit auctoritas Cypriani, & Ambroſij quos Auguſtinus citat, ac etiam Bedæ,
in Act. apoſtolorum; & nunc eſt communis Theologorum conſenſus. Cum
Toſt in para d. ergo ambæ opiniones ſuas habeant probabiles rationes, ſunt qui dicāt am-
bas eſſe probabiles. Nec deſunt qui affirment hos duos eximios doctores
inter ſe non omnino diſſentire, cum unus non impugnet, quod alter negat;
& ita non uerſantur circa idem, nec vnus quod alter intēdebat, plane intel-
lexit. Nam Hieronymus, contendit eum eſſe Ebionitam, qui vult mortuo
Chriſto, neceſſarium eſſe legem ſeruare, id quod Auguſtinus non aſſevera- B
bat. Auguſtinus uero contra Hieronymū demonſtrat nō licere mentiri, &
mendacium eſſe illicitum; & tamen nunquam Hieronymus dixit, illam ſi-
mulationem fuiſſe mendacium. Rurſus, Auguſtinus non poteſt negare ali-
quam fictionem in Apoſtolis reſpectu aliorum; nec Hieronymus, quin ali-
quo modo deberent ſeruari legalia. In eo tamen diſſentire uidentur, quod
Auguſtinus uoluit uniuerſaliter, et in omni caſui fuiſſe licitum ſeruare lega
lia: Hieronymus uero, non niſi ad uitandum ſcandalum, & propter quan-
dam diſpenſationem, ita vt non eſſet vera obſeruatio. Quare hi duo Patres
non tantum diſſident, quantum aliqui arbitrantur. Quid autem priuatim
hac in parte tenendum ſit, ſequentibus poſitionibus docebo.

Prima poſitio, diui Hieronymi opinio non eſt improbabilis, quod non C
Act. 15. fuerit licitum ſeruare legalia poſt Chriſti mortem, niſi propter ſcandalum.
Act. 16. & 21. Primo quia Apoſtoli ſtatuerunt quædam legalia ſeruanda propter ſcanda-
Gal. 2. lum: Paulus circuncidit Timotheum propter Iudæos. Petrus & Barnabas
& Iudæi conuerſi, per ſimulationem, vt Paulus ait, legem ſeruabant. Dein-
de, quia certum eſt legem illam poſt mortē Chriſti ceſſaſſe, & hoc tanquam
dogma docebant Apoſtoli; igitur, ſi ſeruabatur ſolum per ſimulationem ſer
batur. Nec hic obſtat mendacium: quia licet ueritatem occultare ad uitan
Cap 6. dum ſcandalum, cum ſine ſcandalo fit, vt patet duobus exemplis ſupra alla
1 Reg. 22. tis, & ex facto Ioſue qui ſe timere, ac etiam Dauid, qui ſe ſtultum eſſe finxit.
diſt. 43. ca. in mandatis. Licet itaque ex cauſſa aliquem eludere: At vero ſi ſimulatio eſſet cum ſcan-
dalo coniuncta, vſurpanda non eſt: ob quam cauſſam Eleazarus carnes ede D
re noluit. Quod autem aliqui dicunt in Concilio Florentino fuiſſe decre-
22. q. 2. cā. utilem. tum, poſt Chriſti paſſionem, quamuis legalia ceſſauerint, potuiſſe tamen ſer
uari uſque ad Euangelij promulgationem, id non reperitur, & ſiquid tale
reperitur, intelligi poteſt, fuiſſe licitum, modo iam dicto. Poſtremo, Apo-
Caiet. ſtoli interdum diſſuadebant obſeruationem legalium, quia reuera ceſſaue-
Sot. rant: interdum vero obſeruabant, & hoc propter ſcandalum: igitur non ve-
re, ſed ſimulate, & ex quadam diſpenſatione ſeruabant. Secunda poſitio,
ſententia diui Auguſtini quod attinet ad obſeruationem legalium, an fuerit
ex ſe licita, eſt probabilis. Primum, quia par erat, vt lex illa non tam cito
ita aboleretur, vt euaderet mortifera; vt in hoc diſtingueretur a ritibus Gē-

A tium: vt oſtenderetur fuiſſe a Deo, & vt tolleretur occaſio Hæreticis obla-
trandi contra eam. Deinde, quia Apoſtolorum obſeruatio non facile per ſi-
mulationem defenditur: &, ſi reprehenſio Pauli in Petrum non fuit ficta, vt
ſtatim dicam, Petrus non ficte ſeruabat. Quare probabilior eſſe videtur Au-
guſtini ſententia: quæ rurſus ex ſolutione argumẽtorum contrariæ opinio-
nis confirmabitur. Tertia poſitio, reprehenſio qua Paulus vſus eſt in Petrũ,
non fuit ficta, ſed vera. Primum probatur ex cõmuniore ſententia: id enim
nunc omnes doctores affirmant. Deinde ex ipſamet ſcriptura, & verbis di-
ui Pauli, quibus hoc plane docet: ait enim ſe reſtitiſſe: eum fuiſſe reprehen-
ſibilem: & licet græce legatur, reprehenſum, quaſi Gentes a quibus ſe ſub-
trahebat eum reprehendiſſent: tamen eadem eſt ſententia: Vidiſſe eum non
B recte ambulare ad veritatem Euangelij: ei coram omnibus dixiſſe, Tu, cum
Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaice, quomodo Gentes cogis Iudaiza-
re? Vt autem melius id de quo agimus intelligas, nota. Cum Petrus Antio-
chiæ ageret, promiſcue cum Gentibus quibuſcunque cibis veſcebatur. In-
terim ſuperuenere quidam ex Iudæis Chriſtiani: qui cum nondum legem
eſſent plane edocti, inique ferebant eorum ſuperſtitionem durius caſtiga-
ri. His, cum Petrus conſultum vellet, a Gentium menſa ſe ſubtrahebat: vn-
de Gentes offendebãtur, quod quaſi impuræ a Petro relinquerẽtur, ac pro-
inde a certis cibis in lege prohibitis ſibi abſtinendum eſſe ſuſpicabantur.
Quinimo pleríque ex Iudæis ad fidem cõuerſi, inter quos Barnabas ex hoc
Petri facto notare cœperunt. Paulus ergo, cum vtrique populo cautum
C vellet, Petro in faciem reſtitit; vt Iudæi videntes Petrum palam a Paulo ob-
iurgari, nec repugnare, vel ex ipſo ſilentio intelligerent, nihil iam eſſe im-
mundum, ſimiliter & Gentes. Quod ſiquid Petrus hac in parte peccauit,
leuiter peccauit, ex amore in ſuos, hoc eſt in Iudæos, quibus ſeſe accommo-
dare, aut plus iuſto fauere voluit. Poterant itaque Iudæi, vt iam aſſuefacti
in lege, legalia aliqua parte ſeruare, cum tamen, vt ait Paulus, ſcirent ſe non
iuſtificari ex operibus legis: ad quod faciendũ Gentes traducendæ non erãt.
Ideo Paulus circuncidit Timotheum, qui natus erat ex matre Hebræa, non Gal. 2.
autem Titum, ex Gentibus oriundum; quamuis aliqui falſi fratres, qui le-
gis veteris obſeruationem introducere nitebantur, eum ad hoc faciendum
impellerent. Cæterum, cum inter Gentes & Iudæos nata eſſet diſcordia,
D quod illæ ſimplicem fornicationem putarent non eſſe peccatum; hi vero
legalia, aliqua ſaltem parte, eſſe ſeruanda; ideo Apoſtoli, congregato con-
cilio, ſtatuerunt eſſe abſtinendum a fornicatione, & a quibuſdam cibis in
lege prohibitis; vt a ſanguine, a ſuffocato, & a carnibus dijs immolatis, cum
hæc maxime idolomaniæ ſuperſtitionem attingerent. Fuit itaque hoc ſta-
tutum factum propter Gentes: & non ſine diſpenſatione diuina; ut Chri-
ſtiani ex diuerſis religionibus coeuntes, quiete viuerent, & vt doceretur le
gem antiquam non fuiſſe malam. Quarta poſitio, poſt ſufficientem legis
nouæ promulgationem & notitiam, legalium obſeruatio facta eſt mortife-
ra; hoc eſt ea ſine graui peccato obſeruare non licet, vt ſunt legis antiquæ
præcepta. Primum patet hæc poſitio ex communi omnium ſanctorum Pa-
trum

Aug epiſt. 18. & 19. *Innoc. cap. maiores, de Bapt.*

teum & Scholaſticorum doctrina: Magiſtri, D. Thomæ Bonauenturæ 4. ſen. A
diſt. 3. Alexandri, Alberti, Scoti, Durandi, Richardi, Gabrielis, & aliorum.
Secundo, quia ex tali tempore nõ vigent amplius cauſſæ illæ ob quas prius ſine peccato ſeruari poterant. Poſtremo idem confirmatur ex Concilij Florentini decreto, in quo hoc eſt determinatum. Vnde ſiquis nunc ſeruaret legalia, tanquam hæreticus, vel apoſtata ab officio inquiſitionis haberetur.
Quincta poſitio, obſeruatio decreti apoſtolici de legalibus quibuſdam ſeruandis, quamuis durauerit, in quibuſdam præſertim locis, poſt euangelij promulgationem: tandem extincta eſt. Quare non tenemur modo ad illud decretum ſeruandum, quidquid quædam Gloſſa dixerit. De hac conſuetudine meminit Tertullianus in ſuo apologetico, Auguſtinus libro de bono coniugali, Concilium Aurialenſe ſecundum, can. vigeſimo, ac etiam Concilium Gangrenſe. Itaque cenſendum eſt vſque ad horum conciliorum, & ſcriptorum tempora duraſſe, & poſt ipſa deſuetudine ceſſaſſe. B

Cap. 9. 32 q. 4. ca. ſicut. D. 50. ca. presbyter.

Ad primum, quid ad hoc argumentum reſpondendum ſit, ſatis patet ex dictis, propterea nihil eſt cur aliquid priuatim dicamus. Ad ſecundum, ut huius argumẽti ſolutio plene intelligatur, animaduerte, olim inter primos ex Iudæis Chriſtianos fuiſſe aliquam dubitationẽ de abſtinentia a quibuſdam cibis, cum uiderent multarum rerum eſum fuiſſe a Deo prohibitum. Quidam magis perfecti & edocti in religione Chriſtiana pro certo habebant, nullos cibos habendos eſſe pro immundis, ac proinde omnibus veſcebantur: iuxta reuelationem diuo Petro factam. Alij uero minus perfecti, nõdum plane in fide edocti & confirmati, a quibuſdam abſtinendum eſſe putabant. Diuus ergo Paulus hanc diſſenſionem auferre uolens, monet perfectiores, vt minus perfectos non damnent; ſed eos ſuſtineant, & in ſuo ſenſu abundare ſinant. Qui ergo credit ſe manducare (hoc eſt ſibi licere manducare) omnia, is neſcatur omnibus: qui uero infirmus eſt, ideſt animo dubio & incerto, an ſibi liceat, abſtineat, alias manducet, id nimirum, quod lege non eſſe prohibitũ nouit. Ne faciens contra fidẽ, hoc eſt contra conſcientiam, peccet. Nemo itaque tenetur diſcernere cibos iudicando eos eſſe mundos, vel immundos, niſi forte ex conſcientia errante. C

Act. *Gagn.*

Ad Tertium, quod attinet ad ritum illum Aethiopum, varij ſcriptores, varie ſentiunt, nos ita ſtatuimus. Primum, certum eſt licere ſe circuncidere ratione ſanitatis. Secundum, ſi populi illi ad imitationem Chriſti pueri ſe circuncidunt, non vt legem ſeruent, fortaſſe nihil peccant. Verum, cum fuerint ab Eccleſia Romana admoniti, & non ceſſent, videntur exiſtimare, circuncifionem eſſe neceſſariam. Tertium, maiores, & qui præſunt apud ipſos, cum non excuſentur ignorantia inuincibili, hac in parte peccant: ſecus uero inferiores in quibus dicta ignorantia reperiri poteſt. Quidam tamen Luſitanus, qui de eorum moribus ſcripſit, eos defendit, hac ratione nixus, quod Eccleſia Romana eos non damnat, ſed potius ad communionem admittit. Ad confirmationem, quædam cæremoniæ, in quibus præcipue conſiſtebat antiquæ legis cultus, non vſurpantur ab Eccleſia: &, ſi quibus vtitur non ideo utitur, quia in lege ueteri ſunt ordinatæ, ſed quia eas ipſa conſtituit, D

Demian. Goes.

A tuit, cum ſint ad diuinum cultum religionemque magis accõmodatæ: quas etiam aliqua parte ius gentium dictat, ac proinde non ſunt puræ ueteris legis cæremoniæ. Huc etiam referres ieiunium quattuor temporum, quod apud Hebræos fuit in uſu, ab eccleſia uſurpatum: non per quandam cacozeliam iudaicam, vt Hæreticus ait, ſed vt in bonis operibus ad pietatem pertinentibus Chriſtiani, quorum iuſtitia iudaicam ſuperare debet, à Iudæis nõ ſuperentur. Nec par ratio eſt de cæremoniis externis & de ſacris libris doctrinaque prophetarum, quia in cęremoniis legalibus nulla eſt vtilitas, ſed mera ſuperſtitio Deo inuiſa & ingrata: at uero antiquæ doctrinæ vſus maximas ſecum utilitates affert. Valet enim; ad confirmandam fidei doctrinam *Iſa. 3.*
ad conuincendos & arguendos Iudæos: ad inducendos alienigenas ad fi- *Malac. 1.*
B dei ueritatem, dum noſtræ fidei oſtenditur antiquitas, conſtantia, & veritas, *Augu in pſal. 58.*
cum ea quæ credimus fuerint multo ante prædicta. Sed de hac re alio opere plura. Et quoniam Auguſtini ſententiam probabiliorem eſſe diximus; ideo ad eius maiorem confirmationem argumentis pro altera opinione factis reſpondeamus.

Ad primum, vt ſciebant Apoſtoli legem ceſſaſſe, ita non ignorabant ob allatas cauſſas ſine peccato ſeruari poſſe: neque enim illa ſeruabant, vt profiterentur fidem in Chriſtum uenturũ, ſed vt oſtenderent legem illã fuiſſe à Deo, & ita non debuit ſine aliquo honore, vt ita dicam, ſepeliri, ſicuti gentium ritus. Seruarunt igitur in ſignum approbationis, quorum tamen approbatio quibuſdam hæreticis, qui poſt Apoſtolos emerſerunt, & legem il-
C lam damnarunt, non fuit ſatis. Seruabant itaque ex animo, ſed non ut erant legis proteſtationes & ſigna Chriſti uenturi. Ad ſecundum, quidam dicunt non licuiſſe ſimulare obſeruationem legaliũ, ſi erat mortifera, ſicut non licet, quocunque facto ſimulare ſe adorare idolum: vt ſicuti modo ea ſimulare non licet, ita nec tunc licebat. Sicuti igitur idololatria eſt per ſe mala, ita *Gen. 31.*
& eius ſimulatio, qualis fuit illa Rachelis, quæ ſimulauit ſe non abſtuliſſe *Lyran.*
idola parentis quæ tamen abſtulerat, vt aliqui ſcribunt. Sed hoc intelligen- *Pau. Burg.*
dum eſt, vt Medina ſcribit, de ſimulatione ut includit mẽdacium facti, quo modo hypocrita dicitur ſimulare uiri iuſti perſonam, ex quo facto mentitur: non autem vt ſimulatio ad omnem ſimulationem extenditur. Quare, qui in ſcena perſonam idololatræ falſo deo ſacrificantis agit, non peccat,
D nec facto mentitur. Vnde ſapienter Auguſtinus dixit, à mendacio exclu- *Lib. de*
dendos eſſe iocos. Rurſus, ſerio etiam ſimulando licet occultare religio- *Men.*
nem & ueritatem, quamuis alius decipiatur, quo modo Dauid ſe demẽtem finxit: & aliquis idololatriam fingere poſſet, modo, non requireretur de uero cultu, aut alios ſuo facto ad errorem non induceret, aut eos qui in errore ſunt non confirmaret, qua ratione Naamam excuſatur, & Iehu laudatur. Et ſane hoc modo legalium obſeruationem ſimulare licebat: ſed tamen, nõ ſimulate ſeruaſſe, veriſimilius eſt. Ad tertium, non eſt par ratio de factis & dictis, nam dicta, ſiue uerba ſolum ſignificant, at uero res & ſignificant, & ſunt aptæ ad Deum colendum: vnde, remota ſignificatione, adhuc in alium finem vſurpari poſſunt. Seruabant igitur legalia, non ut ſignificabant, non

vt erant

vt erant viua, ſed vt mortua, vt cum quodam honore, paulatim ceſſarent. Vnde patet etiam ad confirmationem. Ad quartum, Auguſtini opinio ideo probabilior cenſetur, quia habet probabiliores rationes, quantum ad conuenientiam obſeruationis legalium: quod verò attinet ad Petri reprehenſionem, habet euidentem ſcripturæ auctoritatem. Ad quinctum, non eſt par ratio de illis primis temporibus, nõdum plene Euangelio promulgato, & de poſterioribus ſæculis, in quibus, ueritate & luce euangelica prorſus manifeſtata, omnis exterior cultus, tum legis naturæ, tum Moſaicæ, omnino ceſſare debuit. Ad vltimum, dicendum eſt illos auctores fuiſſe in opinione probabili, nec enim dicerem, omnes illos fuiſſe ſuſpectos de hæreſi: & cum hoc tempore omnes alij contra ſentiant, cum illis ſentiendum eſt. A
Vnde ſolueres primum Adriani argumentum quia, ſi ſpectandus eſt doctorum conſenſus, plures pro ſe nunc habet Auguſtini ſententia. Alterum uero parum urget, quia D. Hieronymi doctrina, non ita eo loco approbatur, vt in re probabili ab eo diſſentire non liceat: alias non fas eſſet nunc aſſerere aliquos libros eſſe canonicos, quos non admiſit Hieronymus, aut ſaltem de illis dubitauit. B

Libri decimiſexti finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER XVII.

In quo de natura & proprietatibus legis Euangelicæ agitur.

An lex Euangelica ſit ab alijs legibus diuerſa. *Diſput.* I.

A VT lex Euangelica eſt omnium creatarum legum optima,
quippe quæ alijs omnibus vitam abſolutionemque tri-
buit;ita ab ijs qui ſalutem per omnium legum obſeruá-
tionem conſequi volunt, diligentius tractanda atque co
gnoſcenda eſt.De hac itaque cęterarum legum perfectri
ce, in vltima huiuſce noſtræ tractationis parte acturus,
priore loco eius naturam attributionesque explicabo,
poſtea de eius actibus,ſiue materia,diſputabo. Quod igitur ad priorem par-
tem attinet,illa ſe primo nobis difficultas excutiendam offert,ſit ne lex quæ
dam ab alijs legibus diſtincta : & quòd ſit eadem cum lege veteri his argu-
mentis ſuaderi poteſt : Primo,quæ habent eaſdem cauſſas ſunt omnino idē:
B atqui hæ duæ leges cauſſas habent ; igitur . Minor propoſitio de cauſſa effi-
ciente patet ; quia ambæ ſunt datæ a Deo : de materia,habent eandem mate-
riam,præcepta fidei & caritatis,eandem quoque formam , ſpiritum diuinū
per quem ſeruari poſſunt,& eundem finem, hominum ſalutem & Dei glo-
riam . Secundo,quæ ſe habent vt habitus & diſpoſitio , ſunt omnino idem,
quia vnum fit aliud vt,calor vt duo,qui fit calor vt octo:ſed lex Moſis eſt di-
ſpoſitio ad legem Euangelicam:igitur non differunt . Tertio,ſi differunt,ma
xime ratione cæremonialium,& iudicialium præceptorum : at ex hac par-
te non poteſt ſumi differētia quoniam iſta ſunt extrinſeca legi diuinæ : & in
C eadem lege pro temporum,perſonarum, negotiorumque varietate mutan-
tur: igitur non ſunt diuerſæ,cum in ijs quæ ad ſubſtantiam pertinent, vnde
vera ſumitur differentia,non differant. Quarto, quo argumento probo non
eſſe diuerſam a lege naturali:lex Euangelica dicitur ſcripta in corde, in quo
etiam lex naturalis ſcripta eſt:quare cum in eodem ſint ſubiecto,eodemque
modo,non different.Confirmatur,quia ambæ reuocantur ad hæc dito prin-
cipia, quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis,& quod
tibi non uis fieri,alteri ne feceris.Poſtremo,vniuerſe probo a nulla alia dif- *Mat.* 7.
ferre,demonſtrando vnam tantum debere eſſe legem . Deus eſt vnus,unus

eiuſdem ueeus cultus: una igitur lex,quæ hunc cultum dirigere debet,cum A
omnes leges in hunc unum finem ferantur. Cõfirmatur,unum eſt honeſtũ,
una igitur ſola regula honeſtatis,& lex una. Ideo hanc difficultatem priore
loco examinandam propoſuimus ut differentijs & conuenientijs legis Euã-
gelicæ,cognitis,de ſingulis poſtea priuatim diſputare poſſimus. Et quamuis
certum ſit,legem Euangelicam ab alijs legibus multis modis differre: tamé
in illis aſſignandis non conuenit inter omnes. Nam hæretici noſtri temporis
quaſdam aſsignant ueteris & nouæ legis differentias, quas catholici non re
cipiunt:ſunt autem iſtæ. Prima,lex uetus proponit iuſtitiam & ſalutem cum
conditione totius legis implendæ:noua uero ſine ulla conditione, ſed abſo
lute,uel cum ſola conditione fidei, per quam ſolam nos iuſtificari & ſaluari
hæretici nolunt,quo fit,ut eius promiſsiones ſint gratuitæ. Secunda,lex ue- B
tus terret,Euangelium conſolatur, & ita non continet comminationes,ut il
la continet. Tertia,quæ oritur ex dictis, lex uetus continet leges propriè di-
ctas,noua non item,cum nihil præcipiat, quod ſeruari uelit. Ac proinde di-
cunt appellari Euangelicam,quia affert lætum & bonum nuntium ſine ulla
cõminatione & obligatione. Atqui fides catholica iſta tria diſcrimina ex
diuinis ſcripturis,ut falſa reijcit:cum omnia eò tendant, ut bonorum operũ
neceſsitatem tollant. Quid autem in hac difficultate tenendum ſit,ſequenti-
bus poſitionibus docebo.

2 Prima poſitio, lex Euangelica non differt ab alijs legibus rõne finis om-
nium legũ uniuerſe & ſubſtantialiter ſumpti. Explico,legum fines,duobus
modis ſe habere poſſunt; primo quod ſint inter ſe ſpecie diſtincti, & unus C
Li.3.Polit. non ſubordinetur alteri:quo modo,ut ex Ariſt.diſcimus,alius democratiæ:
alio modo, qđ unus ſit inferior & ſtrictior, alius uero ſuperior & amplior,
ita ut unũ liceat aſsignare,ad quem cæteri referuntur. Dicimus ergo omnes
ueras & bonas leges unũ habere finem, rõne cuius non diſtinguuntur. Hic
aũt finis eſt,ut homines ſint ſubiecti ſummo Principi Deo. Hæc poſitio pa-
tet ex ijs quæ alibi docuimus de uno omnium legum finem,qui eſt efficere
homines bonos:quem tñ alia lex melius,& proximius attingit,quã alia fa-
ciat. Secunda poſitio,lex Euangelica differt a lege naturali, tanquã quid per
fectum ab imperfecto. Quoniam lex naturalis ſolum continet honeſtatẽ na
turalem, Euangelica uero etiã ſupernaturalem: illa ſolum oſtendit facien-
da,hæc uero etiam uim ad efficiendum præbet:illa eſt inſita in corde natura D
liter,hæc ſupernaturaliter: illa omni ex parte aboleri non poteſt, hæc uero
Ioan.1. maxime:illa datur omnibus uenientibus in hunc mundum,hæc non niſi ijs
qui filij Dei fieri nolunt:illa non poterat efficere iuſtitiam & ſalutẽ: hæc po
teſt: illa datur a Deo ut eſt auctor naturæ: hęc a Deo ut eſt auctor gratię &
per meritum Chriſti,qui ſua lege,naturalem legem declarauit.

Tertia poſitio,quamuis lex uetus quoad ſubſtantiam ſit idem cum noua,
multis tamen modis differt ab illa. Quod ſit eadem ratione ſubſtantiæ patet,
quia hæc illam non deleuit, ſed compleuit, at id quod completur & quod
complet idem ſunt: igitur. Confirmatur, ambæ ducunt ad eundem ter-
minum, nimirum ad Chriſtum, ſed illa ut imperfecta ducebat pueros, hæc
ut

A vt pfecta, uiros perfectos ducit. Huc facit illud Apoſtoli, vnus Deus eſt qui *Rom. 3.*
iuſtificat circuncifionem ex fide,& præputium per fidem. Quod autem iſtæ
leges inter ſe differant, demonſtrabitur nonnullas ſubiiciendo differentias,
quas hic breuiter attingam, ſed poſtea latius ſeorſim explicabo.

Prima, lex uetus fuit data extrinſecus in tabulis lapideis: lex noua data *Ambro. in*
eſt intus in corde. *c. 7. epiſt.*
Secunda, illa data fuit per Angelos & promulgata per hominem: hæc da- *ad Rom.*
ta & promulgata per Deum hominem factum: illa per purum legiſlatorem, *Heb. 1.*
hæc etiam per redemptorem.

Tertia, illa tanquam quid inchoatum continebat hâc tanquam quid per-
fectum, illa occultabat ea quæ hæc manifeſtauit, dum multa clarius expo-
B ſuit,& perfectionis, conſiliorumque doctrinam expreſſius propoſuit.

Quarta, illa ſolum dedit mandata oſtendendo quid eſſet faciendum; hæc *Rom. 3.*
etiam gratiam per quam mãdata ſeruantur. Vnde gratia & ueritas per Chri-
ſtum. Quincta, illa uni tantum populo data fuit, ideo de ea legitur, Non tali- *Deut. 4.*
ter fecit omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis; qua de re Hebræi *Rom. 3.*
merito gloriari ſolebant, quod eis credita fuiſſent eloquia Dei: at noua data *Mat. ult.*
eſt omnibus; dictum eſt enim Prædicate Euangelium omni creaturæ, cuius
virtus fuit in ſalutem omni credenti. Sexta, illa ut imperfecta aliquando ceſ- *Rom. 1.*
ſare debuit, hæc uero ut perfecta in perpetuum eſt duratura, ideo legimus, *Bar. 2.*
ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum. Septima, lex Moſis fuit lex *Chryſoſt. hom. 6. in*
grauiſſima & importabilis: lex Chriſti, iugum ſuaue & leue dicitur. *2. ad Cor.*
C Octaua, illa fuit lex timoris, hæc vero eſt lex amoris. Breuiſſima differen- *Amb. li. 3.*
tia, ait Augnſtinus, inter legem veterem & nouam, timor & amor. Hinc fa- *in Luc.*
ctum eſt, vt illa dicatur lex ſeruorum, hæc filiorum: ideo Paulus Romanis *Act. 15.*
aiebat, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpi *Mat. 11.*
ritum adoptionis filiorum. Nona, illa non habebat vim traducẽdi homines *Lib. 4. cõt. Fauſt. lib.*
in cœlum, quod etiam ipſi Hebræi fatentur, vt multis eorum auctoritatibus *3. cõt. duas*
comprobari poſſet; hæc vero maxime. Decima, illa ſuis cultoribus promit- *epiſto. Pel.*
tebat bona temporalia & caduca quæ ſeneſcunt, hæc uero ſupernaturalia, *c. 4.*
quæ non marceſcunt: ſed contra illam differentiam de æternitate obijceres, *Cap. 8. Galatin.*
non poſſe colligi nouam fore æternam, ex eo quod uocetur æterna: quia ẽt *lib.*
vetus uocata fuit æterna, & tamen ceſſauit. Reſpondeo, iam ſupra diximus,
D quomodo illa dicta fuerit æterna: quæ ſane, quoad præcepta moralia æter-
na dici poteſt, cum ſub hac ratione non ceſſauerit. At vero lex noua vere,&
proprie, ſecundum omnia dicitur æterna, hoc eſt nunquam ceſſatura, & te-
ſtamentum alterum ſempiternum: ſicut de eius ſacerdote ſeu Pontifice Chri *Pſal. 109.*
ſto dictum eſt, Tu es ſacerdos in æternum: ita enim iurauit Dominus,& non
pœnitebit eum, hoc eſt, non mutabit hoc ſacerdotium, ſicuti Aaronicum, vt
imperfectum, mutauit.

Quare lex noua dicitur æterna ſimpliciter: cæremoniæ vero hebraicæ
non item, ſed donec duraret ſtatus illius ſacerdotij & reip. Ideo dictum fuiſ- *Exod. 12.*
ſe legimus, Celebrabitis hunc diem ſolemnem in generationibus veſtris *28.*
cultu ſempiterno. Sed de hac re latius infra.

Quarta poſitio, illæ differentiæ quæ ab hæreticis inter has duas leges ponuntur, male aſſignantur. A

Iſta poſitio probabitur ſingulas breuiter confutando. Quod igitur euangelicæ legis promiſſiones ſint conditionales, hoc eſt, nos fore ſaluos, ſi mandata ſeruauerimus, primum patet expreſſe ex hac Chriſti ſententia, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: & ex hac alia, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Nec valet, ſi quis cum Luthero dicat, iſta per ironiam dici, quod mandata ſeruari non poſſint, vt ipſe putat, ac ſi quis diceret, ſi vis ire in cœlum, vola per aerem: quia Chriſtus loquebatur cum iuuene, qui ſerio de via ſalutis eum interrogabat, & cum Apoſtolis, quos ſua doctrina imbuebat; quibus etiam aliquando dixit, Beati eritis: ſi feceritis ea: &, Vos amici mei eritis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. B

Mat. 19. *Luc. 18.* *Mar 10.* *Io. 13. 15.*

Et cum dixit, Iuriſperito, Hoc fac, & viues, non accommodauit reſponſum ad hominem, qui eum tentaturus venerat, quaſi ironice id ei dixerit; qui de legis obſeruatione gloriabatur, ut ait Caluinus, quia Dominus non dixiſſet, Recte reſpondiſti: &, ut eum magis inſtrueret, parabolam adiecit de Samaritano. Impudentius ſe geſſit Ioan. Brentius, dicendo, Dominum indicaſſe viam æternæ damnationis, cum dixit, ſi uis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Quæ aures tam impiam, ac nefariam vocem excipiant? Deinde eandem veritatem multis auctoritatibus diſcipulorum Chriſti & Prophetarum confirmare licet, quas inferius afferam.

Rom. 8. *2. Pet. 1.* *Ezech. 18.*

Denique, confirmatur ex fidei conditione, quam ad ſalutem eſſe neceſſariam, etiam aduerſarij fatentur: cum dictum ſit, Qui crediderit, ſaluus erit: qui non crediderit, condemnabitur: quare cum eadem ratione proponatur neceſſitas fidei & mandatorum, mandata non erunt abſolute & ſine conditione intelligenda. C

Quod autem lex noua contineat comminationes, ex illis manifeſtiſſime colligitur locis in quibus grauiſſimas pœnas, ut ignẽ æternum, illis comminatur, qui mandata non ſeruauerint: Hanc nim euangelicæ legi apertiſſime tribuit Apoſtolus, cum ad Romanos ſcribendo dixit, Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & huius generis multa alia poſſent citari loca, quæ breuitatis cauſſa omitto.

Mat. 5. 22. *Luc. 12.*

In ſumma, omnes Apoſtoli cum comminationibus euangelium prædicarunt. Nec ualet quod aduerſarij reſpondent, has comminationes ad legem ueterem pertinere, quia ſi iſta reſponſio eſſet uera, maxima pars eorum quæ Chriſtus & Apoſtoli docuerunt, non eſſent euangelium: & Chriſtus nihil minus prædicaſſet, quam euangelium. D

Act. 2. *Iac. 5.* *Apoc. 4.*

Quod uero lex noua contineat leges proprie dictas, ex eo manifeſte colligitur, quod Chriſtus perfecit legem Moſis, non ſuſtulit, quã ſane ſuſtuliſſet, ni ueris legibus eam perfeciſſet, ut cum explicuit legem de homicidio, de adulterio, de periurio, & alias ſimiles. Ideo, tãquã uerus legiſlator dicere potuit, ac dicebat, Ego autem dico uobis.

Mat. 5.

Et erat docens ſicut poteſtatem habens, nõ ſicut ſcribæ. Atq; ex his colligeres

Mat. 7.

A geres falſum eſſe, quod Hæreticus ait, Euangelium ſola conſolatione deſiniri, quaſi nullam comminationem & obligationem contineat. Nam, licet lex noua hoc nomen Euangelium, a ſuo præcipuo munere ſit ſortita, nõ propterea excludenda ſunt alia, quamuis in iſto non contineantur nomine. Sicuti, non male clauis ſic dicitur, a claudendo, cum tamen etiam aperiat: & lingua a lingendo, cum etiam loquatur. Quamuis ergo dicatur euãgelium, quia adnunciat aduentum Redemptoris, reconciliationem cum Deo, & aditum in regnum cœlorum, ob quam cauſſam dicitur euãgelium regni: ſimul tamen adnuntiat iram & indignationem contra non obedientes euangelio. Rurſus, ex his intelligeres, quomodo ſit accipienda differentia illa inter antiquam & nouam legem; quod illa dicatur terroris hæc lætitiæ, quia illa ſolum terrebat, & non demonſtrabat ſaluatorem, niſi obſcure, hæc uero ita terret, vt etiam conſoletur, & medicum, Saluatoremque plane demonſtret: veluti medicus, qui uulnerat, & ſanat. *Mat. 24.* *Mar. 1.*

B

Ad primum, vt dictæ leges in omni cauſſarum genere aliquo pacto conueniunt, ita etiam aliqua ratione differunt, ut facile ex allatis differentijs quiſque ex ſe intelligeret: ac proinde in hoc argumẽto ſoluendo latius immorari nolo. Cæterum, quod attinet ad finem obſeruandum eſt, Teſtamenti veteris finem proprium, hunc fuiſſe, vt genus humanũ in primo parẽte vitiatum, ſui vitij atque ægrotationis, vulnerumque admoneretur, vt dolore & timore cõcepto, medicum quæreret. Huc facit illud Apoſtoli, per legem cognitio peccati. Quare, primo & per ſe lex vetus timorem adducebat, ſeruitutem generabat, ſcribiq; debebat. At vero noua lex primo & per ſe, nõ mandatum ſed gratiam, non timorem, ſed amorem, non literam, ſed ſpiritum affert: quam in viſceribus ſe daturum Deus aliquãdo promiſit. Hinc eſt quod Paulus ex hoc fine vtramque legem diſcernendo dixit, ſe non literæ, ſed ſpiritus eſſe miniſtrum. Vnde quidam ſcripſit, non tam legem, quam gratiam & euangelium uocari poſſe. Ad ſecundum, ſolum concludit non differre in ſubſtantia; quod concedimus, differunt tamen ob multa ac varia accidentia, & ut perfectum & imperfectum. Ad tertium, non ſolum differunt ratione illorum præceptorum, ſed etiam multis alijs modis: differentiæ autem non ſolum a rei ſubſtantia, ſed etiam ab accidentibus ſumuntur. Ad quartum, pater ex ſecunda poſitione, quam ſequenti diſputatione latius explicabo. *Rom. 3.* *Ier. 3.* *Porphy. c. de differ.*

C

D

An lex euangelica ſit lex in corde ſcripta, & an hoc ſit ei proprium.

Diſputat. II.

IN hac diſputatione examinare uolumus primam differentiam ſupra numeratam, quę non parum difficultatis habet, ut ea quę ſubiiciam demonſtrabunt argumenta.

Primo, lex naturæ, & lex uetus ſunt ſcriptæ in corde: igitur hoc non erit legis nouæ proprium : ſumptum, quod attinet ad legem naturæ, tum ex Paulo, qui hoc clare affirmat, tum ex *Rom. 1.*

 Ioanne,

Pſal. 5. Ioanne,& Dauide colligere licet; de lege veteri probari poteſt ex hac eiuſ- A
Deut. 30. dem legis ſententia, Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, nec procul poſitum: & paullo infra, ſed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo,& in corde tuo, vt facias illud. Secundò, quod prædicabant Apoſtoli,& quod Euangeliſtæ & alij legis nouæ canonici ſcriptores exararunt, erat verum Euangelium, & lex vera de nouo tradita: at iſta continentur in ſcriptis,& in voce per traditionem: ergo lex noua non minus dicetur ſcripta quam lex vetus: ideo de ea legimus, Hæc ſcripta ſunt, ut credatis; & Dauid, ſcribantur hæc in generatione altera. Tertiò, gratia ſpiritusq; ob quem lex noua dicitur infuſa, in omni lege data fuit, cuius vi, tum lex naturalis,
Sap. tum ſcripta ſeruatur; diuina enim ſapientia per nationes in animas ſanctas ſe transfert,& amicos Dei, Prophetaſque conſtituit: igitur iſta ratio erit omnibus legibus communis. Confirmatur, quia, ſi lex Euangelica eſſet principaliter gratia infuſa, ſequeretur hanc legem non eſſe propriam Chriſtianorum, cum gratia ſit data communiter omnibus in omni lege & ſtatu. B

Quarto, lex noua, eſt ipſe Chriſtus qui fuit finis veteris, vt auctor boni nuncij,& lætitiæ nuncius: non eſt igitur aliquid ſcriptum, aut cordibus in-
Cap. 61. fuſum: ſumptū patet, ex hac Iſaiæ prædictione, Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me: ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer cōtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam: vt prædicarem annum placabilem Domino, &c. quam prophetiam in ſe adimpletam fuiſſe ipſe-
Luc. 4. met Chriſtus docuit. In hac difficultate hæretici noſtrorum temporum duo docent: primum, legem Euangelicam ſolum continere bonum nuncium, vel Chriſtum vt pacis & conſolationis miniſtrum: alterum, primo & per ſe conſiſtere in ſcriptura, non in corde, ſiue in voce & traditione, ita ut quod non eſt ſcriptum, ad legem euangelicam non pertineat. At vero catholici contra ſentiunt:& ita lex noua eſt vera lex, & Chriſtus non ſolum nuncius, ſed etiam verus legiſlator: cuius lex præcipue conſiſtit in corde & ſpiritu, ſecundario in ſcriptura,& traditione, & non minus in traditione, quam in ſcriptura. Vt id explicetur, quod præcipue in hac difficultate quæritur, an lex noua proprie dicatur lex infuſa, aliqua fundamenta ponenda ſunt. C

Primum fundamentum, lex Euāgelica duobus modis accipi poteſt; vno pro doctrina quam Chriſtus & Apoſtoli prædicarunt, & in libris noui teſtamenti, vel in apoſtolica traditione continetur: altero pro gratia noui teſtamenti,& pro ſpiritu, in corde diffuſo, quæ lex fidei dici ſolet: quamuis Euangelium in hac ſecunda ſignificatione vſurpari non ſoleat, ſed in prima: D
Mat. ult. dicitur tamen Euangelium præbere vires ad faciendum id, quod lex uetus ſolum docebat. Euangelium ergo proprie ſignificat Chriſti hiſtoriam & doctrinam; quam Apoſtolis prædicandam præcepit: quæ tamen non fuit
Cap. ult. tota commiſſa literis; cum Ioannes plane dicat, eſſe alia multa, quæ ſi ſcriberentur ſingula, nec mundus ſcriptos libros caperet: & Paulus multa docuit, quæ ſcriptis non commiſit.

Secundum fundamentum, lex duobus modis ſumi poteſt; primo, vt eſt regula recte viuendi, dictamen nimirum rectæ rationis diriges intellectum

in rebus

A in rebus agendis,demonſtrando quæ fieri,aut caueri debeant:altero, vt deſignat inclinationem & propenſionem voluntatis,ſiue appetitus ad aliquid proſequendum fugiendumve. Lex primo modo ſumpta ſolam directionem includit,ſecundo vero modo affectionem & exequutionem. Quod ſi, qui legem ſancit, is eſſet, vt non modo quid agendum ſit poſſet oſtendere, ſed etiam ad ea quæ præcipit peragenda vires præbere;tunc profecto perfectam legem ſciſcere cenſeretur:quia, & lucem, & auxilium daret; hoc eſt, & intelligendi vim illuminaret, & voluntatem vireſq; ad agendum factas corroboraret. Et ſane poſt peccati tenebras,& voluntatis deprauationem, *Innoc.*
atque imbecillitatem ex peccato contractam, & ad videndum & ad agendum diuina fuit opus gratia; quæ cum extrinſecus per Chriſti meritū adB ueniat,in hominū mentibus dicitur eſſe diffuſa; & in hoc auxilio, lex euangelica cæteras antecedit leges.

Tertium fundamentum, cum lex noua, & lucem,& robur tribuat,& id quod præbet auxilij ſit in ea præcipuum,gratia nimirum,qua cor ad amandum, & ad præcepta ex amore ſeruanda corroboratur, iure optimo,potius infuſa & cordibus impreſſa,quam ſcripta dicitur,cum ab eo,quod eſt præcipuum vnaquæque res nominari ſoleat. Cum igitur quod per fidem credamus,& per gratiam credita exequamur,ſit nouæ legis donum nobis a Chri *Ariſt. li.9.*
ſto largitum,& cordibus infuſum, priuata quadam ratione lex ab ipſo da- *Ethic.& 1.*
ta, lex infuſa vocatur: quam non ſcripſit, ſed docuit, nec ſolum docuit,ſed *Phyſ.*
etiam infudit ijs, qui Dei filij fieri uoluerunt; quæ duæ poſteriores docenC di rationes ſunt longe efficaciores & nobiliores prima: quamuis eius diſcipuli & primi miniſtri,nō ſine rōne eā bona ex parte literis cōmendauerint.

Prima poſitio,lex noua,non eſt ſolum lætus nuntius, ſiue Chriſtus vt auctor & miniſter læti nuntij.Primum quia,vt ſupra docui, non ſolum continet bonum & lætum nuntium,ſed etiam comminationes & pœnas grauiſſimas. Deinde,quia alias Chriſtus non fuiſſet verus Legiſlator, nec vlla de- *Iſa.25.*
diſſet præcepta,ſed ſolum abrogaſſet vetera:ſimiliter,nullā Remp.nullum- *Pſal.2.*
que cœtum, eccleſiamve & regnum conſtituiſſet, quæ omnia,cum certiſſi- *Mat. 18.*
mis diuinæ ſcripturæ teſtimonijs pugnent, ab eorum citatione ſciens abſti- *2. Cor.3.*
neo.Secunda poſitio,lex euangelica principaliter conſiſtit in gratia, & ſpi- *Heb.7.* *Aug. 3. de*
ritu diuino cordibus ad credendum, & ad agendum, amandumve infuſo. *ciui. c.18.*
D Primum allata doctrina confirmatur diuinis teſtimonijs.Huiuſmodi legem *Clem li.6.*
Deus ſe aliquando daturum eſſe per quendam Prophetam his verbis polli- *conſt.c 22.*
citus eſt, ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo teſtamentum *Iren.lib.4.*
nouum ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda, & dabo legem meam *c.24* *Orig ho. 5.*
in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam:quē locum de hac *in Pſal.*
noua lege interpretatur Paulus, & Patres omnes, ac ſpeciatim Auguſtinus, *Ambr. ad*
qui copioſe hanc veritatem libro de ſpiritu & litera exponit,& probat. Idē *Rom 7.*
hæc luculentiſſima Diui Pauli confirmat ſententia, Epiſtola noſtra,vos eſtis, *Ier. 31.*
(cum Corinthiis loquitur) ſcripta in cordibus noſtris,hoc eſt per caritatem *Heb. 8.*
in animo meo indelebiliter inſcripti eſtis: Quæ ſcitur & legitur ab omni- *2.Cor. 3.* *Cap.20.*
bus;dum ſcilicet ueſtras virtutes vbique notas facio.Manifeſtati,quod epi-

ſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis,& ſcripta nõ atramento, ſed ſpiritu Dei A
Gagn. viui,non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus,id eſt,dum ma
niſeſtum eſt,quod menti veſtræ Chriſtus inſcriptus eſt, cuius leges & man-
data in corde ſcripta habetis: & hoc modo epiſtola eſtis, miniſtrata a nobis,
qui per prædicationem noſtram Chriſto, qui proxime ſuo ſpiritu ſcripſit,
2. Cor. 3. vos præparauimus. Idem Paulus,de vtraque lege loquendo dixit,litera oc-
cidit,id eſt lex vetus ſcripta,per occaſionem videlicet,dum præcepta oſten-
dit,& gratiam non præbet:Spiritus id eſt,noua lex,quæ in ſpiritu conſiſtit,vi
Rom. 1. uificat. Idem legem nouam virtutem & ſanctificationem, & iuſtitiam Dei
appellat. Deinde,confirmatur ratione,Chriſtus fuit optimus & ſummus le-
gislator, ergo ſingularem legem ſingulari & optimo modo tradere debuit,
qualis eſt modus docendi, & illuminandi per interiorem ſpiritum, quem, B
vt Deus, impertire potuit. Quare, cum ratio docendi per ſcripturam & vo-
cem, ſit mere humana: aliam omnium legiſlatorum Princeps adhibere de-
buit;aliam inquam ſuauiorem, & efficaciorem, qua non ſolum extrinſecus
Cap. 54. aures percutiuntur,ſed etiam intus corda mouentur. Huc pertinet vaticiniũ
Ioan 6. illud Iſaiç,vniuerſos filios tuos doctos a Domino: vel vt eſt apud Ioannem
erunt omnes docibiles Dei. Hanc docendi rationem, qui pro Chriſti con-
feſſione ſanguinem fundebant,experiebantur, cum tortoribus eorum con-
ſtantiam admirantibus,dicebant, ſe interno ſpiritu moueri ad veritatem ſi-
ne rationibus confitendam. Denique,cum lex noua præcipue in ſpiritu &
gratia cõſiſtat,quæ ſunt dona quædam diuinitus infuſa, iure optimo ab hac
eius prçcipua ratione lex nominatur infuſa,ſiue lex gratiæ & ſpiritus,cuius C
2. Cor. 3. ſe idoneum miniſtrum factum fuiſſe aiebat Paulus. Tertia poſitio,lex euan
gelica ſecundario,proprie tamen eſt Chriſti doctrina verbo ſcriptoque con
Mar. 16. tenta,quæ ad fidem & mores pertinet. Primum hanc poſitionem quantum,
ad euangelium verbo contentum,confirmat hæc pleniſſima Chriſti ſenten-
tia; euntes in mundum vniuerſum,prædicate Euangelium omni creaturæ:
quantum vero ad Euangelium ſcriptum, res eſt manifeſta, quia ſcriptores
Canonici ea ſcripſerunt, quæ viderunt, vel audiuerunt, diuinitusve a Deo
1. Pet. 1. acceperunt,vt teſtatum reliquit Ioannes. Deinde confirmatur communi con
1. Ioan. 1. ſenſu, etiam aduerſariorum. Denique, nemo prudens diceret leges quas
Chriſtus dabat non fuiſſe euangelicas leges, quas etiam ſcribere potuiſſet,
ſed nobiliorem modum inſtituendi per vocem tenere voluit, quare & qui D
eas ſcripſere,verum Euangelium exararunt. Quarta poſitio,lex Euangeli-
ca non minus proprie continetur in verbo & traditione, quam in ſcriptura.
Doctrina eſt certiſſima: quoniam Chriſtus nihil ſcripſit, & per duodecim
annos,vt nonnulli teſtantur,nihil fuit literis commendatum ab Euangelicis
ſcriptoribus; qui nec omnia ſcripſerunt, ſed multa ad Euangelij ſubſtantiã
pertinentia verbo tradiderunt; vt in libris diuinarum Inſtitutionum plane
docebo. Quincta poſitio,conueniens fuit,vt Euangelica lex ſcripturæ com-
mendaretur. Hæc doctrina,eſt certiſſima,& patet ex ijs quæ ſupra diximus,
cũ de lege vniuerſe agentes, probauimus ſcripturã nõ eſſe de legis eſſentia;
vtile tñ fuiſſe vt leges ſcripturæ cõmitterẽtur,ideo nihil eſt neceſſe,vt eã pri
uatim

A uatim confirmemus. Ad hanc doctrinam illuſtrãdam lege ſingularem Chryſoſt. locũ, hom. 1. in Matthæũ, vbi luculenter demõſtrat, cur lex tum vetus, tum noua ſcripta fuerit. Oportebat quidem, inquit ipſe, nihil nos indigere auxilio literarum, ſed tam mundam in omnibus exhibere vitam, vt librorũ vice, gratia Spiritus ſancti vteremur; & ſicut atramento illi, ita corda noſtra inſcriberentur a ſpiritu. Quia vero hanc a nobis excuſſimus gratiam, & quæ ibi ſequuntur. Sexta poſitio, quamuis lex naturæ vere lex indita dicatur; tamen priuata quadam ratione lex Euãgelica indita & impreſſa nuncupatur. Primum, quia lex naturæ non eſt indita ex omni parte, cum nec lumen perfectum, neque auxilium plenum tribuat, & ita vi illius legis, videtur ex parte, & bene viuitur ex parte. Qui ergo in iſta lege viuebant, videbant multa,
B & ex multis pauca præſtare poterant. Ideo, cum Ethnici noſtros bene agentes viderent, admirabantur, ac dicebant, Qui ſunt iſti, qui ea faciunt, quæ dicunt? Deinde, illa lex magis proprie dicitur impreſſa, quæ dat ſpiritum & vitam: eiuſmodi eſt ſola lex Euangelica: igitur. Poſtremo, quia magis debet cenſeri inditum quod extrinſecus ex dono ſupernaturali accedit, & quod eſt finis aliorum quæ ad eundem finem dantur: atqui lex Euangelica ex gratia datur, non ex quadam naturæ conſequentia, & eſt veluti finis legis naturalis: igitur. Septima poſitio, intelligentia Euangelicæ legis, ſiue lex Euangelica, quantum ad eius explicationem ſenſumque, non eſt in ſingulorum fidelium corde. Hanc veritatem fide tenendam, & alibi probandam, hic breuiter confirmabo, de qua grauis eſt controuerſia cum noſtrorum temporũ *In li. diui. inſtit.*
C hæreticis: quorum nonnulli in eam ſtultiſſimam iuere ſententiam, vt exiſtimauerint, vnicuique licere ſacras ſcripturas interpretari, & quid cuique viſum fuerit tenere: & alij non minus ſtulte dixerunt, ſacram doctrinam eſſe per ſe manifeſtam, & nulla humana interpretationé indigere, ſed ſeipſam ſua luce manifeſtare. Poſita igitur hac veritate, quæ eſt luce meridiana clarior, diuina oracula eſſe obſcura, ob quam cauſſam Chriſtus ad eorum perſcrutationem Hebræos hortabatur, ſequitur expoſitione indigere, vt eorum uera habeatur intelligentia; quam qui habet, is verã ſcripturam habet. Hæc expoſitio, & intelligentia in ijs eſſe debet, quos Chriſtus paſtores & doctores dedit. Erit igitur primo in communi Doctorum ſententia: deinde, in vniuerſali concilio legitime congregato, & in ſummo totius eccleſiæ magiſtro
D & paſtore, hoc eſt in Romano Pontifice.

Ad primum, quod attinet ad legem naturalem, patet ex ſexta poſitione: concedimus itaque fuiſſe inditam, ſed tamen hoc attributum præcipua quadam ratione Euangelicæ legi conceditur. Quod de veteri dicebatur, locus ille intelligendus eſt de mandato dilectionis, vt ex eodem loco patet: hoc autem mandatum, non eſt proprium illius legis, ſed legis naturę, quod fuit perfectum a lege gratiæ, quæ omnia hoc uno præcepto cõplectitur, & perficit, vt Paulus docet. Ad ſecundum, hoc argumentum tertiam confirmat *Rom. 13.* concluſionem, Euangelium uoce & ſcripto contentum, eſſe uere & proprie euangelium, id quod concedimus. Ad tertium, fuit quidem data gratia in *Ioan. 1.* omni lege, nõ ui illarum legũ, ſed nouæ, quæ uitam tribuit ex merito Chri-

ſti,

ſti, per quem omnem gratiam accepimus: & ita qui ſub illis legibus fuerũt A
bibebant de conſequente eos petra: participabantq; ſanguinem Agni qui occiſus dicitur ab origine mundi. Diuina itaque ſapientia in omnes animas ſupernaturalia diſpertiuit munera, merito illius, qui ſuo ſanguine omnes redemit, quo fit, vt omnes qui eius gratia participes facti ſunt, eius ueri filij, & nouæ legis ſiue Eccleſiæ partes, & membra dici debeant: vt qui ad nouum teſtamentum pertinebant. Vnde patet ad confirmationem. Ad quartum, lex noua non eſt ipſe Chriſtus, ſed gratia & ſpiritus quẽ Chriſtus ſuis dedit, ac etiam doctrina quæ bonum nuntium, lætitiamque continet, iuxta iam dicta.

An omnes qui fuerunt ante legem euangelicam, & Chriſti gratiam accepere, ad legem euangelicam pertinerent. *Diſp.* III. B

Leo a Ca. in c.5. Iſa. HVIVS difficultatis tractandæ, quæ a nonnullis diligenter tractari ſolet, præbet occaſionem, tertium argumentum proxima diſputatione allatum, ac etiam id quod in eius ſolutione attulimus. Quæritur ergo, an qui fuerunt iuſti ante Chriſti aduentum, ob iuſtitiam per fidem apprehenſam, vere & proprie filij Dei, & cohæredes Chriſti fuerint, ita vt ratione iuſtitiæ & ſpiritus ad nouam legem pertinerent. Quod autem non potuerint uere dici Dei filij, ſed ſolum per figuram, his rationibus nonnulli perſuadere conantur.

Gal. 4. Primo, antiqui patres veteris legis acceperunt ſpiritum ſeruitutis in timorem: at nouæ legis homines ſpiritum adoptionis filiorum habuerunt, vt ait Paulus: igitur illi non fuerunt vere filij Dei, niſi per figuram, quatenus futuros filios ſignificabant. Confirmatur, vetus teſtamentum in ſeruitutem generabat, nouum vero in libertatem filiorum, in hoc enim data fuit poteſtas hominibus vt Dei filij fieri poſſint: quando miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt filiorum adoptionem reciperemus, & ideo filij Dei nominamur & ſumus. Quod ſi dicas, ſæpe illos Deum appellare filios, vt cum dicitur, filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, hoc nihil obſtat, quia appellantur tales per quandam ſimilitudinem & analogiam. Secundo, idem affirmare uidentur nonnulli patres, vt Ambroſius, Cyrillus, Auguſtinns, & nonnulli alij quos ſtatim receſebo: igitur. Tertio, totus populus Hebræus fuit typus populi Euangelici: igitur, qui fuerũt in illo populo iuſti, fuerunt typus iuſtorũ, qui in noua lege eſſe debebant. Quarto, ibi ſunt filij, vbi eſt generatio: at hæc eſt in noua lege per baptiſmũ: igitur, qui in ueteri fuerunt lege, per figuram dicentur generati, & iuſtificati. Confirmatur, ex illo pſalmographi, Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum: ſi altera generatio, igitur non ijdem filij, non idem populus, qui creandus erat cum priore.

(Margin: Ioan. 1. — Iſa. 1. — Ioa. 3. — right margin: C, D)

In hac difficultate, quidam exiſtimarũt Iudæos non fuiſſe filios Dei niſi per figuram: quorum opinioni quidam Patres fauere videntur. Ita Theophilactus in hęc Pauli verba, In quo clamamus Abba, pater; & in hunc Ioã-

Rom. 8.

A nis locum, Qui non ex ſanguinibus, vbi ait Hebræis non fuiſſe datam ado- *Cap.1.*
ptionem filiorum, niſi typo & figurá, nobis autem ſecundum veritatem.
Oecumenius in eundem Pauli locum: vbi ſcribit, Nos eſſe filios adoptatos
per baptiſmum, Iudæos vero figuratiue. Illa ergo loca, vbi Iudæi vocan-
tur Filij, per figuram, exponunt. Eandem ſententiam habuiſſe videtur Chry *Rom 8.*
ſoſtomus, vt colligere licet, ex ijs quæ in hæc Pauli verba ſcripſit, Non acce-
piſtis ſpiritum ſeruitutis: ac etiam Ambroſius in hunc Apoſtoli locum, quo *Gal 4.*
niam autem eſtis filij Dei. Item Auguſtinus, in hæc Ioannis verba, Quot- *Ioa.1.*
quot autem receperunt, &c. Cyrillus quoque & Athanaſius in eandem ui- *& q. 102.*
dentur iuiſſe ſententiam. Hos omnes auctores in hanc ſententiam citauit *i ner. ſeſt.*
Leo a Caſtro in primum caput Iſaiæ, exponendo verba illa, Filios enutriui. *Lib 1. in* *Io c.14.*

B At vero contraria ſententia Hieronymo placuit, qui Iudæos veros Dei filios *Contra 2.*
fuiſſe exiſtimauit, iuxta illud, Filius meus primogenitus Iſrael; quam etiam *epiſt. Pel.*
palam expoſuit, & tenuit Auguſtinus diſputando contra Pelagianos, & pro *c. 4.*
culdubio retinenda eſt.

Prima poſitio, antiqui patres veteris teſtamenti, qui erant in gratia conſti
tuti & prædeſtinati vere fuerunt filij Dei, & ad nouam pertinebant legem.
Primo probatur hæc poſitio auctoritate diui Pauli dicentis, Quanto tempo- *Gal 4.*
re hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dominus omniũ, ſed ſub
tutoribus eſt vſque ad præfinitum tempus a patre: quare antiqui patres erãt
quidem vere hæredes & filij, ſed tractabantur vt ſerui, & paruuli. Deinde,
huc faciunt omnia loca diuinæ ſcripturæ, in quibus Iudæi priuata quadam
C ratione fuerunt uocati filij, & electi, & primogeniti. Secundo, iuſti qui fue-
runt in lege naturæ, vere erant Dei filij, neque enim eos quiſpiam vocaret
filios typice, vt Noe, Abraham, Iobum & alios: igitur neque eos, qui fuerunt
in lege ſcripta; quamuis addita fuerit ut typus quidam. Tertio, multi ex illis
Patribus fuerunt prædeſtinati, vt credendum eſt de illis quos diuinus ſpiri-
tus in Eccleſiaſtico laudauit: igitur fuerunt vere Dei filij, cum omnes prçde- *Eph. 1.*
ſtinati vocentur in adoptionem filiorum Dei, & in participationem gratiæ *Rom. 8.*
Chriſti, qui fuit primogenitus in multis fratribus. Quarto, filiorum adoptio
nihil aliud eſt, quam ius ad paternam hæreditatem ex gratia adoptantis: at-
qui illi patres habuerunt huiuſmodi ius ex gratia æterni Patris, quod ſalua
fide negari non poteſt: vere igitur filij adoptiui. Confirmatur, adoptio con-
D ſiſtit in gratiæ & caritatis diſtributione, quæ dona in eos diſtribuuntur, qui
ſunt regis filij: & quoniam patres illi his muneribus participes vere facti
ſunt, igitur & veri fuere Dei adoptantis filij. Poſtremo, qui nunc ſunt in cœ-
leſti regno ex antiquis patribus, quos e captiuitate ereptos ſecum in cœ-
lum aſcendens Chriſtus duxit, ſunt vere filij Dei: igitur dum hic viuebant,
modo eſſent in gratia cõſtituti, erant vere filij: cum gloria nihil ſit aliud, quã
gratia conſummata. Nam, vt aliquando vere dixit Ariſt. quos poſt mortem *Li. 1. Eth.*
beatos vere appellare licet, eoſdem etiam dum viuebant appellare licebat.
Secunda poſitio, viri iuſti, qui in veteri fuerunt teſtamento poſſunt vocari
filij Dei typice: quia eorum filiatio ſignificabat filiationem perfectam in no
uo teſtamento futuram: illi vero qui non erant iuſti, ſed ſpiritu ſeruili in ti-

more ſeruiebant, fuerunt quidem vera filiationis futuræ figura, ipſi tamen A
nomine tenus erant filij. Adoptatus eſt itaque uniuerſe loquendo populus ille,& quibuſdam priuilegijs ornatus in noſtrę perfectæ adoptionis typum. Quare,cum ſit comparatio inter populum antiqnum & nouum, non ſit inter ſingulas perſonas, ſed inter conditionem & ſtatū vtriuſque populi,vniuerſe ſumpti. Tertia poſitio, vt adoptatio nouę legis eſt longe perfectior,quā quæ in veteri fuit,ita perfectiore ratione qui ad legem nouam pertinent filij Dei vocari poſſunt,quam antiquæ legis cultores. Vnde illi non fuerunt filij adoptiui adoptione perfecta, vt nos ſumus. Primum,quia illi habuerūt quidem ius ad paternam hæreditatem, ſed non ſunt verſati cum vero & na-
Heb. 2. turali regis filio,vt qui in noua lege fuerūt: quos ſuos fratres appellare non erubuit. Deinde, antiqua adoptio dabat ius ad paternam hæreditatem, ſed B
non dabat poſſeſſionem,& ita illi non ſtatim intrarunt in regnum,vt noſtri,
Rom. 5. ad quorum adoptionem ſequitur poſſeſſio. Denique, qui fuerunt filij per veterem adoptionem,a legis iugo non erant exempti,vt nos ſumus.

Ad primum,hoc argumentum ſolum probat illos accepiſſe ſpiritum ſeruitutis, quia non ex amore,ut filij,ſed ex timore, ut ſerui legem ſeruabāt:vel
D. Tho q. 107. ar. 1. ad 2. dicas, id verum eſſe ratione totius populi,& ſtatus illius legis,non de ſingulis:vnde patet etiam ad confirmationem.Ad ſecundum,patres illi eodē modo intelligendi ſunt, de illis qui non ex amore legem ſeruabant, vel potius de toto populo,qui fuit electus in figuram noui populi,& nouorum filiorū. Ad tertium,conceditur hoc argumentum, iuxta ea quæ in ſecunda diximus poſitione. Licet ergo totus populus ratione illius ſtatus fuerit typus noui: C
non tñ ſinguli qui gratiam adoptionis adepti fuerunt, a numero verorum filiorum excludendi ſunt.Ad vltimum,regeneratio fit per gratiam,quæ non ſolum per baptiſmum, ſed etiam alijs modis haberi potuit, & poteſt: & vt nos regeneramur per baptiſmum, ita illi per fidem & circunciſionem regenerabātur. Vt omittam, quod ſi argumentum concluderet, probaret etiam, Angelos qui ſunt in gratia conſtituti,non eſſe Dei filios. Sed peteret hoc loco quiſpiam, an qui in noua ſunt lege ad veterem aliquo modo pertinerēt.
1. Cor. 10. Reſpondeo affirmando, quia nos etiam ſub nube fuimus,& mare tranſiui-
Rom. 3. & 4. mus:ſumuſque ex numero illorum filiorum,quos Deus Abrahamo promiſit,ut ex Apoſtolo diſcimus,& ex eodem probat Auguſtinus: docetque eos
Galat. 4. qui ſecundum carnem ex Sara & Iſrael deſcendunt, & increduli ſunt,ſecun D
Epiſt. 200. dum ſpiritum eſſe ramos fractos, & ad Agar & Eſau pertinere: nos vero, qui ſecundum carnem non ſumus Iudęi,quia in Chriſtum credimus,eſſe veros Iudæos in ſpiritu,& ad Saram, & Iſrael pertinere.

An noua lex iuſtificet. *Diſput.* IV.

INTER illas differētias,quas nouam & veterem legem habere diximus,erat hęc,quam nūc priuatim nobis examinandā propoſuimus:& quod lex noua non iuſtificet, vel hoc non ſit ei proprium, his rationibus ſuaderi poteſt. Primo, iuſtificare eſt opus Dei, Deus enim vt ait

A vt ait Paulus, eſt qui iuſtificat: & cum omnes leges ſint a Deo, nihil erit cur Rom.5.
vna magis, quam alia iuſtificare dicatur. Secundo, iuſtitia non comparatur
niſi per obſeruationem mandatorum Dei; non enim auditores, ſed facto- Rom.2.
res legis iuſtificantur beatiq; dicuntur, vt ex diuinis literis conſtat: non igi- Rom.10.
tur lex ipſa, cui non omnes obediunt. Tertio, ideo lex vetus non iuſtifica-
bat; quia per eam præuaricatio creuit, prout quæ facienda erant ignoran-
tibus demonſtrabat: at lex noua plura & longe clarius demõſtrat: ergo erit
maioris præuaricationis occaſio; non igitur iuſtificationis cauſſa. Quarto,
lex deſignat ordinationem & præceptum, proprie loquendo: at iſta ordina
tio non magis iuſtificat in noua, quam in alijs legibus: igitur. In hac difficul
tate qui dicunt ſolam fidem iuſtificare, aut iuſtitiam non eſſe aliquid in cor
B dibus noſtris infuſum, facile hanc prærogatiuã legi Euangelicæ auferrent;
vt Lutherus, & alij noſtri temporis hæretici. Vt autem quid tenendum ſit
exponam, ſequentia ſtatuo fundamenta.

Primum fundamentum, iuſtificatio, ſiue iuſtificare in diuinis literis va-
rie vſurpatur: primo pro ipſa lege, vt cum dicitur, Iuſtificationes tuas doce Pſal 118.
me: ſecundo pro acquiſitione iuſtitiæ, vt hoc in loco, quos vocauit, hos iu- Rom.8.
ſtificauit: tertio pro accretione iuſtitiæ, quo modo accepit, qui dixit, Qui eſt
iuſtus, iuſtificetur adhuc: poſtremo, modo forenſi, iuſtificare, eſt per ſenten Apoc. 22.
tiam, aliquem eſſe innocentem declarare; iuxta quam acceptionem dictum
eſt, Væ, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab
eo. Atque hanc ſignificationem, vt propriam agnoſcunt hæretici, ſecun-
C dam & tertiam reijciunt, cum tamen iſtæ proprie ad rem noſtram faciant:
& quod reijciendæ non ſint, infra demonſtrabitur. Fatemur tamen apud
Latinos ſcriptores, Iuſtificare, nõ vſurpari pro iuſtum facere, ſicuti, nec pro,
iuſtum pronunciare. Iuſtitiæ quoque nomen, vnde dicta eſt iuſtificatio,
non vno modo vſurpatur. Eſt autem iuſtitia, nihil aliud, quam ordinis re- Iſa 5.
ctitudo: idem enim eſt iuſtum, quod rectum, adæquatum, & cum ſua regula
congruens: quæ interdum idem valet, quod ius; vt cum dicitur, Iuſtitiã iuſti
aufertis ab eo: interdum ſumitur pro rectitudine in libris ſcripta, quæ pro- Pſal. 118.
prie iuſtitia legis dicitur, vt hoc in loco, Iuſtitiæ Domini rectæ; & hoc alio, Rom.2.
ſi præputium, id eſt homo non Iudæus, iuſtitiam legis cuſtodiat. Rurſus,
aliquando ſumitur pro rectitudine operum externorum, quæ operum iu-
D ſtitia vocari poteſt; ut cum dicitur, Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquã Mat. 5.
Scribarum. Hanc iuſtitiam Philoſophi politicam vocarent, cum in actio- Ariſt. li. 5.
nibus ſpectetur humanis, quas per leges ordinant, vt eas iuſtas faciant: quã eth. c. 1.
diuidunt in legalem, quæ eſt aggregatio virtutum omnium ad leges ſeruan
das neceſſariarum, & in particularem, ſiue ſpecialem, quæ iuſtum ſeruat er-
ga hominem. Denique ſumitur iuſtitia pro rectitudine interna quæ eſt in
corde, qua homo recte eſt ordinatus erga Deum, erga proximum, & erga
ſeipſum: qua in omnem partem eſt rectus, & totus teres atque rotundus: &
hæc demum eſt abſoluta & perfecta iuſtitia quæ peccatum excludit: quæ di
citur, Iuſtitia fidei, quia a fide tanquam a radice incipit, & iuſtitia Dei, quia
a Deo donatur, de qua loquitur Paulus, cum ait, Et inueniar in illo, non ha- Phil.3.
beus

bens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti, quæ A ex Deo eſt iuſtitia in fide. Iuſtitiam, ex lege, non legem ipſam ſed iuſtitiam, ſiue opera ſine gratia facta ex ſola legis cognitione vocat Apoſtolus: cui opponitur Iuſtitia ex fide Chriſti, quæ non eſt ex operibus, ſed ex dono Dei: *Pſal. 31.* quam iuſtitiam qui in corde habet, eſt Deo gratus, & rectus corde dicitur. Vt ergo iuſtitia legis eſt in libris, & iuſtitia operum in manibus, ita iuſtitia fidei, uel Dei eſt in corde, ſeu in volũtate: de qua intelligitur illud, Lux or- *Pſal. 96.* ta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.

Secundum fundamentum, in quo breuiter docebo, quid ſit iuſtificatio, quam etiam ſupra deſcripſimus, Iuſtificatio ex Concilio Tridentino, eſt *Seſ. 6. c. 4.* tranſlatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Sal- B *Aug li. 11. de ciu. ca. 27.* uatorem noſtrum. Vel, eſt motus a peccato ad iuſtitiam; Vel iuſtitia, in unoquoque, eſt, vt Deus homini, animus corpori, & ratio uitijs imperet. Eius cauſſa finalis eſt Dei gloria, ut ex Iſaia, & Paulo diſcimus: Efficiens primaria, *Cap. 43. Eph. 1.* bonitas & miſericordia Dei; vnus eſt enim Deus, qui iuſtificat, & qui po- *Rom. 3.* teſt ex immundo mundum facere. At vero efficiens per modum meriti, eſt *Iſa. 53.* Chriſti paſſio; qui poſuit pro peccato animam ſuam: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: ipſe enim non gratis, ſed precium ſoluendo noſtrã meruit redemptionem. Idem Chriſtus eſt cauſſa inſtrumentaria coniuncta, *Iſa. 53.* ratione aſſumptæ humanitatis, quæ eſt ueluti brachium Domini. Cauſſa *Iac. 1.* inſtrumentaria ſeparata, eſt Dei uerbum, quo generati dicimur, & ſacra- *Tit. 3.* menta, ac denique illi qui iſta Chriſti nomine nobis miniſtrant. Cauſſa ma- C *Ioa. 10.* terialis eſt hominis anima, ſiue voluntas; Ad quod cauſſæ genus reuocares diſpoſitiones & præparationes ad iuſtitiam recipiendam neceſſarias, cu iuſmodi ſunt omnes actus diuini auxilij & liberi arbitrij, quibus iuſtificationis gratia acquiritur; vt actus fidei, ſpei, timoris, dilectionis, & alij. Deniq; cauſſa formalis intrinſeca eſt habitus gratiæ, ſiue caritatis; cauſſa uero *Rom. 8.* formalis extrinſeca, ſiue exemplaris, eſt Chriſti gratia, cũ illi dicantur prædeſtinati, qui eius imagini conformes ſunt; &, qui terreni hominis imagine depoſita, cœleſtis hominis, id eſt Chriſti, imaginem portant. Non eſt itaque iuſtificatio tantum externus Dei fauor, non imputata iuſtitia quæ eſt in Chriſto, non iuſtitiæ declaratio, ſed iuſtitia in iuſto realiter inhærens, qua *Lib. de uero iuſt. c.* anima ſanatur a morbo peccati; qua qui eſt ornatus, dicere põt, Viuo ego, D iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus, in quo, uir iuſtus eſt tanquam palmes in uite; ac proinde in eo operatur, ſicuti & Chriſtus in ipſo. Vnde fit, ut eius opera, quæ uitam traducunt a uite, & ſpiritum a capite Chriſto, ſint *Cõc. Trid. ſeſſ. 6. c. 16* æternæ uitæ meritoria. Hanc autem uim non potuerunt habere opera quæ ab ijs fiebant, qui Chriſtum anteceſſere; cum nondum eſſet caput, quod per membra efficaciter operaretur. Quare, illi ſolum erant uniti Chriſto per fidem, tanquam fini; vnde non oritur influentia realis; cum realiter influere, ſupponat eſſe.

Tertium fundamentum, quattuor fere modis iuſtitiæ gratia qua iuſti efficimur, ad nos dimanat: Primo per ſigna, ſiue ſacramenta a Deo conſtituta

quibus

A quibus uel noſtra iuſtitia incipit, vel cępta augetur, vel amiſſa recuperatur.
Secundo, per bona opera, quibus aliquis bene agendo, non primam gratiã,
ſed gratiæ augmentum meretur. Tertio, a Deo donante, & a libero arbi-
trio conſentiente, ſed magis a Deo, quam ab humano conſenſu: tum ex par
te intellectus, tum uoluntatis, cum Deus primus intellectum illuminet, &
voluntatem inclinet. Ideo qui iuſti fieri uolunt, Deo dicunt, conuerte nos
& conuertemur, & quia Deus noſtrum conſenſum requirit, ideo nobis in-
quit, Conuertimini ad me. Poſtremo ſingulari & priuata quadam ratione
iuſtitia peruenit ad homines miracoloſa conuerſione & iuſtificatione, qua
lis fuit illa Pauli: Vt enim in natura Deus aliquid per miraculum efficit, ita
etiam in gratia. Atque his omnibus priuatim iuſtificatio legi conuenit Euan
B gelicæ: quæ duobus modis ſumi poteſt, vel pro ipſis præceptis & inſtitutio-
ne diuina, vel pro ſpiritu cordibus infuſo.

Prima poſitio, iuſtificare vt nunc ſumitur, idem eſt, quod iuſtum facere,
in qua ſignificatione, hoc verbo, diuina utitur ſcriptura. Ita accipitur eo lo-
co, vbi dicitur, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & qui ſordidus eſt, ſorde- *Ap.22.*
ſcat adhuc, & hoc alio, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & re- *Tit.3.*
nouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde, per Ieſum Chriſtum
Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, &c. Et hoc alio, Iuſtificati *Rom.3.*
gratis, per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem
propoſuit propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Quibus uerbis om-
nes fere iuſtificationis attinguntur iam numeratæ cauſſæ; vt efficiens, forma
C lis, meritoria, & diſpoſitiua, per fidem. Secunda poſitio, ſi lex Euangelica *D.Tho.1.*
ſumatur pro præceptis & mandatis quæ tradit, non magis iuſtificat, quã lex *2.q.106.*
naturæ & lex ſcripta. Primum, quia ſub hac conſideratione nihil amplius *ar.2.*
habet, quam aliæ leges: at illæ non faciunt iuſtum, prout ſolum faciẽda de-
monſtrant; igitur nec Euangelica. Deinde, Euangelium ſic acceptum in-
cludit meram literam: atqui ex Auguſtino omnis littera occidit: igitur &
Euangelium. Atque idem diceres, de operibus nouæ legis, ſi ſumantur ſe-
cundum ſuam ſubſtantiam. Tertia poſitio, ſi lex Euangelica ſumatur vt de- *Auguſ. de*
ſignat legem impreſſam cordibus, & pro ſpiritu in quo principaliter cõſi- *ſpu.c.17.*
ſtit, uere iuſtificat. Patet hæc poſitio ex iis, quæ ſupra diximus diſputatio-
ne ſecunda, & ex hac expreſſa diui Pauli auctoritate. Litera, ideſt, lex Mo- *2.Cor.3.*
D ſis, occidit, Spiritus, ideſt, lex Euangelica, viuificat: quia non eſt extrinſecus
ſcripta, ſed in mentibus infuſa & impreſſa. Eſt itaque Euangelium uirtus
Dei ad ſalutem omni credenti: ſalus autem non contingit, niſi iis qui iuſtitiã *Rom.1.*
ſunt adepti: igitur. Quarta poſitio, iuſtificare eſt priuatus legis Euangelicæ
effectus. Doctrina eſt certiſſima ex iis quæ ſupra uariis in locis docuimus;
quam hæc Iſaiæ ſententia ſub Saluatoris perſona pronuntiata plane confir- *Cap.61.*
mat, Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me: ad annuntiandum mã-
ſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indul-
gentiam, & clauſis apertionem. Huc pertinet, auctore Auguſtino figura il- *Lib.4.cõt.*
la de baculo Eliſei, quem ad puerum uiduę a mortuis excitandum miſit, ſed *2.epiſt.Pe-*
non eſt ſubſequutus effectus. At uero cum ipſe Eliſeus acceſſit, mortuum *lag.c.5.*

viuifi-

viuificauit. Baculo lex vetus deſignatur, Eliſeo Chriſtus, a quo omnes qui A
mortui erant, vitam acceperunt. Quincta poſitio, lex Euangelica priuata quadam ratione,& abundantius gratiam tribuit,& iuſtitiam impertit iuxta illos quattuor modos ſupra numeratos, quam aliæ leges fecerint. Primo ratione ſacramentorum,quæ non ſunt egena elementa,quia ipſam gratiam attingunt,& ex opere operato aliquid efficiunt,quod uetera non efficibāt.
Cap.12. Hi itaque ſunt illi fontes Saluatoris ex quibus aquas cum gaudio hauriendas eſſe prædixit Iſaias. Secundo ratione operum,quia opera in noua lege facta,cum procedant a Chriſto, quocum cōiunctus eſt is qui iuſtitiam acquirit,longe maiorem uim habent ad promerendum: iuxta ea, quæ in ſecūdo diximus fundamento. Tertio, ratione auxiliorum Dei, quæ nunc ſunt multo maiora, quam olim fuerint in aliis legibus: tum ex parte intellectus,qui maximis & efficaciſſimis argumentis ſiue indiciis, maioreq; fi-
Ier 31. dei luce illuminatur:vt vere adimpletum ſit uaticinium illud,Non docebit B
vltra vir proximum ſuum,& vir fratrem ſuum dicens, cognoſce Dominū: tum ex parte uoluntatis,quæ ita afficitur, vt quodammodo trahatur. Ideo aliquando Recuperator noſter dixit,Ego cum exaltatus fuero a terra, om-
Leo ſer. de paſ. domi. nia traham ad me ipſum,hoc eſt,cum in cruce perpeſſus fuero, meaq; perpeſſio hominum cauſſa ſuſcepta,nota fiet. Quarto, ratione conuerſionum inſignium & miraculoſarum,vt fuerūt illæ,quibus Apoſtoli & alij ad Chriſtum conuerſi ſunt,& quæ paſſim in noua lege cernuntur. Huc facit, quod
Luc.14. in parabola de homine qui cœnam fecit,legitur,Compelle intrare eos.

Ad primum,iuſtificare eſt opus Dei efficienter: at iuſtificare formaliter C
eſt legis nouæ opus,vt Dei ſpiritum per eam communicatum deſignat. Ad ſecundum per opera & obedientiam legis,homo iuſtitiæ augmentum promeretur,quibus non iuſtificamur, vt opera quædā ſunt,vt paullo ante diximus,ſed vt a gratia proficiſcūtur. Ad tertium, per nouam legem non modo manifeſtata ſunt peccata, ſed etiam data eſt uis qua vitari,& quæ præcepta ſunt ſeruari queant:ac proinde nō operatur mortē,nec præuaricandi occaſionem præbet, vt lex uetus quę gratiam non dabat. Ad quartum, ſecundā probat poſitionem. Vt planius allata argumenta ſoluātur,nota,in lege Euāgelica tria continentur. Primo finis ipſius legis proximus,qui eſt Spiritus & gratia quæ iuſtificat: quem finem non habuit lex vetus,cuius proximus finis fuit ſignificare Chriſtum auctorem gratiæ. Secundo ſunt ſacramenta,& ratione iſtorum dicitur iuſtificare effectiue,vt dixi. Poſtremo, præcepta moralia, ſiue diuina,ſiue humana, quorum ratione lex noua non iuſtificat,ſed ad iuſtificationem diſponit, et adeptam iuſtitiam ex merito auget. D

An lex noua contineretur in lege ueteri. *Diſp.* *V.*

LEGEM nouam in ueteri non fuiſſe contentam, vt in una ex differentiis ſupra allatis dicebatur,quæ ſubiiciam argumenta eā probare uidentur. Primo,imperfectum non continet perfectū, quia non eſſet imperfectum, at lex vetus erat imperfecta: igitur non continebat nouam quæ eſt perfecta. Secundo,ſi lex noua continebatur in

A veteri,cōtinebatur vt effectus in cauſſa,ſicuti frumentū in ſpica, vt ait Chryſoſtomus: at cauſſa eſt perfectior effectu: igitur vetus fuiſſet perfectior quā noua,quod eſt falſum. Poſtremo,vt vetus continebat nouam, ita noua continet veterem,iuxta illud Ezechielis vaticinium, quaſi ſit rota in medio rotæ:ergo non magis vna continetur,quam alia. Hic nullæ occurrunt opiniones citandæ,& ſola expoſitione eſt opus, quam in fundamentis afferam. *Cap.1.*

Primum fundamentum, in vtriuſque teſtamenti ſcriptura tria reperiuntur:myſteria,quæ fide tenentur: promiſſiones, quæ ſpe apprehenduntur: & præcepta, quæ caritate ſeruantur; Ad hæc enim tria cœleſtis doctrinæ ſumma, vt Auguſtinus docet,reuocatur. Atque ſecundum hæc omnia lex noua continebatur in veteri, in qua omnia erant minus perfecta, cum lex illa *Lib. de catech. rud. in Enchir.*
B fuerit veluti vmbra futurorum bonorum. Lex vero noua, & credenda, & ſperanda, & peragenda longe clarius & perfectius continet, & ideo vetus teſtamentum in Euangelio relucet. Nam quod attinet ad myſteria fidei,lex vetus Dei vnitatem manifeſte docuit, Trinitatem vero,& Incarnationem non niſi adumbrate,& imperfecte: at lex noua omnia iſta manifeſtiſſime docet. Moſes itaque cum ad populum veterem loqueretur, faciem velabat: at Chriſtus nobiſcum reuelata facie loquutus eſt. Quod attinet ad promiſſa,in veteri lege expreſſa bona temporalia promittuntur: æterna, & regnum cœlorum, ſolum per figuram & adumbrate:at in noua apertum eſt regnum cœlorum,& ęterna promittuntur bona,& temporalia non eſſe ſollicite quærenda,ſed tanquam corollaria adijcienda eſſe docetur. Et quoniā *2. Cor. 3.* *Aug. li. 18. de ciu. c. 11.*
C promiſsionibus adiunguntur minæ & comminationes,lex vetus temporalia comminabatur mala: noua vero mortem ſempiternam. Vt ergo bene agentibus regnum cœlorum & Dei viſionem promittit,ita legis tranſgreſſoribus æternum ignem lex noua interminatur. Denique,quod attinet ad præcepta,moralia in vtraque lege ſunt fere eadem: cæremonialia quæ plura & imperfectiora erant,continebant in figura noſtra,quæ vt numero ſunt pauciora, ita virtute perfectiora,& obſeruatu faciliora. Iudicialia uero,cum in lege noua a Chriſto danda non eſſent,nihil adumbratum continebant, niſi fortaſſe aliquid,quod ad mores refertur, iuxta ea quæ de præceptis iudicialibus antiquæ legis agendo,docuimus. Secundum fundamentum,aliquid contineri in aliquo, duobus modis intelligi poteſt: uno, re ipſa, ut calor in *Mat. 5.* *Aug. epiſt. 118. in pſ. 73.*
D igne,candor in lacte: altero poteſtate, ut animal in ſemine, fructus in flore, iuxta hanc diſtinctionem,nihil repugnat,ut duæ res inter ſe contineant,una poteſtate,altera actu:quo modo genus poteſtate continet ſpeciem,ſicuti animal hominem: Et ſpecies actu continet genus, ut homo animalis naturam. Rurſus, aliquid dicitur continere aliud eminenter & ſecundum perfectionem,ſicuti aurum continet argentum,rationale continet ſenſitiuum, & circularis figura omnes alias. *Porphyr. c. de differ.*

Prima poſitio, lex noua continebatur in ueteri. Patet ex communi Doctorum conſenſu:ita Auguſtinus lib. 16. de ciuitate Dei, cap. 26. Gregorius homilia ſexta in Ezechielem, explicans illud, Rota erat in rota,id eſt, nouū teſtamentum in ueteri: idem Diuus Thomas, & alij. Confirmatur,lex ue- *1. 2. q. 107.*

tus erat figura nouę:at figura continet aliquo pacto rem figuratam;igitur. Secunda poſitio, vetus teſtamentum continebat nouum poteſtate, vt imperfectū continet perfectum,& vt res inchoata, rem abſolutam & completā. Hāc doctrinam elegāter tradidit Chryſoſtomus exponens hanc Diui Marci ſententiam, Vltro enim terra fructificat,primum herbam,deinde ſpicam,deinde plenum frumentum in ſpica. A

Mat.4.

Conc. Flo-
ren.ſeſ.10.

Primo, inquit, herbam fructificat in lege naturæ: poſtmodum ſpicas in lege Moſis: poſtea plenum frumentum in Euangelio. Eſt ergo lex noua in veteri,vt frumentum in ſpica, poteſtate nimirum. Rurſus hæc poſitio manet explicata & probata ex ijs quæ in vtroque diximus fundamento: cum omnia quæ in lege noua ſunt,ſiue ad fidem, ſiue ad ſpem,ſiue ad caritatem ſpectent,in veteri continerentur lege,ſed imperfecta quadam ratione: at poſtea in lege noua perfecta fuere, vt ſequenti diſputatione dicetur. B

Tertia poſitio, lex noua continet legem veterem, vt perfectum continet imperfectum. Doctrina eſt certiſsima,quia continet expreſſe & perfecte, quæ in veteri tacite & adumbrate continebantur:ibi fides quoad multa implicita, ſpes verorum bonorum adumbrata, & caritas non omnino perfecta:hic fides explicita,ſpes plena,& caritas perfecta: ibi pędagogus erudit, hic magiſter docet:ibi litera,hic ſpiritus eſt.

Quarta poſitio, lex Euangelica omnes alias leges & præcepta omnia eminenter continet ratione vnius præcepti caritatis, vnde vniuerſa lex pendet & Prophetæ:in quo præcepto, vt ait Paulus,omnia inſtaurantur, cum plenitudo legis ſit dilectio. C

Mat. 22.
Rom.13.

Ad primum,imperfectum continere poteſt perfectum,non re,ſed poteſtate, vt patet in exemplis ſupra allatis. Ad ſecundum, non continebatur vt effectus in cauſa efficienti,ſed tanquam in cauſſa materiali, & diſponente,ſicuti animal in embryone.Ad tertium, ſoluitur ex allatis poſitionibus.

An lex noua legem veterem compleuerit. Diſput. VI.

DICTUM eſt proxima diſputatione, legem nouam cum veteri comparatam eſſe quid perfectum: nunc examinandum proponimus, an ſua perfectione antiquam perfecerit: & pro parte negante hæc faciunt argumenta. Primo,id quod per aliud deſinit eſſe,ab illo non completur:ſed lex vetus per nouam deſijt eſſe; non igitur ab illa fuit perfecta,ſiue completa. Huc facit illud Pauli dicentis Chriſtum euacuaſſe legem mandatorum,hoc eſt legem veterem. Secundo, quod eſt perfectum, non indiget perfectione, & complemento:lex vetus perfecta,ut quæ data fuit a Deo cuius omnia opera ſunt perfecta: igitur,non egebat complemento. Tertio,ſi Chriſtus legem ueterem per nouā perfeciſſet, omnes illius partes in melius reformaſſet:at ſolum mentionem fecit de quibuſdam præceptis moralibus,de cæremonialibus uero,& iudicialibus nihil dixit:igitur non eam impleuit,ſiue perfecit.Quarto,illud impletur,cui aliquid deeſt:atqui antiquę nihil defuit,quia ſi quid ei defuiſſet, D

Epheſ.2.

propoſi-

A propoſitum finem attingere non potuiſſet, quod de lege a Deo data affirmare nefas eſt: igitur. Vt huic difficultati ſatisfiat, ſequentia ſtatuo fundamenta.

Primum fundamentum, duobus modis poteſt dici aliquid bonum ſiue perfectum: vno ſecundum ſuam naturam ſemotis circunſtantiis: altero rōne circūſtantiarum & attributorum. Priori modo ſtatus religionis dicetur perfectior & melior; at ratione alicuius priuati hominis non erit melior: qua ratione Paulus dixit, Melius eſſe nubere, quam vri. Altero vero modo lex vetus dicetur bona & perfecta reſpectu perſonarum quibus dabatur, ac etiam ratione proximi finis, quem habebat propoſitum: at vero ſecundum ſe conſiderata dici poteſt imperfecta: quia non habuit omnem perfectionē, quam lex poteſt habere, & eam quam habuit lex noua, quæ multis modis, vt infra dicam, veterem perfecit.

Secundum fundamentum, cum hæ duæ leges, de quibus eſt diſputatio, vt
B ſupra docuimus, inter ſe, quantum ad ſubſtantiam & principalem finē non differant, ſint tamen aliqua ratione diuerſę, profecto neceſſe eſt, ut una alteri aliquid addat, & conſequenter, vt illam perficiat & compleat: quod ſane ei legi attribuendum eſt, quæ poſterior aduenit, cum quæ poſterius in natura & arte accedunt, ea quæ antecedunt perficere ſoleant. Hęc perfectio in tribus maxime rebus ſpectatur: in credendis, ſiue in myſteriis fidei: in promiſſis, & ſperandis: & in agendis, & ſeruādis, ſiue in præceptis, tum moralibus, tum iudicialibus, tum cæremonialibus. Et quantū ad hæc omnia, is qui non venit ſoluere legem, ſed adimplere, eam perfecit, in eo præſertim ſermone,
C quem in mōte ad turbas habuit: in quo priuatim moralem legem quæ perpetua eſt, partim iam labefactatā correxit, partim apertioribus melioribuſq; mandatis perfecit. In eo itaque ſermone quod attinet ad naturalia pręcepta, *Au. li 19.*
primum emēdauit corruptam Phariſæorum doctrinam, circa homicidium *cont Fau.*
& adulterium: quia illi ſolum actum exteriorem prohibitum eſſe putabant. *c. 28.*
In quo errore fuit etiam Ioſephus, & Dauid Kinchi in commentario Pſal- *Li 12. ant.*
mi 66. Deinde emendauit errorem circa libellum repudij; quia putabāt eos *c. 13.*
nihil peccare, qui uxorem repudiabant, legemque illam penitus abrogauit. *Iere. 17.*
Poſtea correxit abuſum iurandi frequenter ob leues cauſſas, ob quas iurare nullum eſſe peccatum putabant Iudæi. Præterea damnauit errorem circa legem talionis, ex qua colligebant vindictam eſſe licitam: monuitque abſti-
D nendum eſſe a vindicta; & potius bonum pro malo reddendum; & percutienti alteram maxillam eſſe præbendam. Denique, emendauit corruptelam circa præceptum caritatis, quia Phariſæi videntes iuberi bellum in diuinis literis contra hoſtes, & proximum, ſiue amicum eſſe amandum, inde colligebant, inimicum eſſe odio habendum. His emendatis erroribus, docet modum, quo ſeruanda ſint præcepta, & quia longum fuiſſet omnia percurrere, ſolum agit de modo orandi, ieiunandi, & dandi eleemoſynam; quorum primum erga Deum, ſecundum erga nos, tertium erga proximum exhibemus. Inſuper docuit, quæ ſint in bene agendo vitanda impedimenta, & quæ adiumenta quærenda. Denique, reuertitur ad bonorum operum vtilitatem commendandam, vt in procœmio fecerat.

Tertium fundamentum, in quo explicãdus eſt locus ille Pauli in primo A
argumento citatus. Dixerat Paulus, Chriſtum ex duobus populis ex Hebręo
Nicol. Ze-ger. & Gentili vnum feciſſe, ſoluto, ſiue ſublato pariete maceriæ, id eſt, muro, vt
ita dicam maceriato, & ſine cæmentis extructo, ipſam nimirum circunciſionem, quæ erat inimicitiæ cauſſa, & hoc in carne ſua, id eſt, per ſuam paſſionem. Hoc autem fecit euacuando legem mandatorum, hoc eſt abrogando cæremonialia præcepta, in quibus potiſſimum lex uetus, vt erat figura, conſiſtebat. Euacuauit autem, Decretis, ſiue, vt græce legitur, *ἐν δόγμασι*, id eſt,
Chryſoſt. Theoph. Oecum. per decreta, hoc eſt vt aliqui exponunt, per fidem, vt ſit Enallage numeri, poſito plurali, pro ſingulari: vel per noua mandata a ſe tradita, cum in ſermone citato dicebat, Ego autem dico vobis, &c. Chriſtus ergo qui eſt pax
noſtra duos populos vnum fecit, ſoluendo parietem, circunciſionem vide- B
licet, quæ erat inimicitiæ cauſſa, per euacuationem legis mandatorum carnalium, quam euangelicis decretis euacuauit. Quare, nullo modo admittenda eſt hoc loco Eraſmi explicatio, & verſio, quæ ita habet, legem mandatorum in decretis ſitam abrogans.

Primum, quia aliter exponunt ſancti Patres, ut Hieronymus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecumenius, vt alios quoſdam omittã: iuxta quorum ſententiam, ex Concilio Tridentino, diuina ſcriptura explananda eſt. Deinde, quia addit verbum, ſitam, qđ in gręco codice non reperitur. Poſtremo, quia ei non fauet, propoſitio In, quæ in textu græco habetur, cum faciat ſenſum cauſſæ efficientis, non materialis, vt dixi. Et certe, ſi ita legendum eſ-
ſet, ut iſte uult, græce diceretur, *τὸν νόμον τὸν ἐν δόγμασι* atqui græcus codex, C
ſecundum articulum non habet.

Prima poſitio, nullo modo dicendum eſt legem nouam ita veterem complεſſe, aut potius abrogaſſe, ut præcepta moralia in noua lege non ſint ſeruanda. Hæc doctrina eſt fide tenenda contra modernos hæreticos: quam, cũ ſit certiſſima, & ex ijs quæ ſupra ſcripſimus, & in ſecundo fundamento adnotauimus, breuiter una uel altera ratione confirmo.

Mat. 5. Primo, ex hac Chriſti ſententia, Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, non ueni ſoluere, ſed adimplere: quo autem modo adimpleuerit, patet ex ſequentibus, cum docet mandata perfectiſſime eſſe ſeruanda. Accedat
Rom. 3. hic luculentiſſimus Pauli Locus, Quid ergo legem deſtruimus per fidem?
abſit, ſed legem ſtatuimus. D

Secundo, lex illa erat ſancta, mandatum ſanctum, iuſtum, & bonum, ut
Rom. 7. Paulus ait: quis igitur credat eam a Chriſto fuiſſe ſublatam; cũ ideo in mundum uenerit, ut nos eam ſeruare, & implere poſſemus? & Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem ſerui peccati de peccato damnauit peccatum, in
Rom. 8. carne (id eſt, per Chriſtum qui pro nobis factus eſt peccatum, hoc eſt expiatrix peccati victima) vt iuſtificatio legis impleretur in nobis: non igitur vt ceſſaret.

Secunda poſitio, lex noua legem ueterem compleuit. Hanc poſitionem probabo afferendo nonnullas rationes, ob quas lex uetus per nouam impletam fuiſſe affirmari poteſt.

Primo,

A Primo, quantum ad vaticinia prophetarum: vnde in euangelio ſæpe dicitur, aliquid factum fuiſſe vt adimpleretur hoc, vel illud vaticiniū. Secundo, quantum ad finem, quia illius legis finis erat hominem cum Deo cõiungere, quod factum eſt per nouam, Chriſtus enim nouę legis lator nos recõciliauit cum Deo. Tertio, quãtum ad effectum, qui eſt iuſtificatio, quam lex vetus ex ſe, non præſtabat, ſed ſolum adumbrabat. Nam quod erat impoſſibile legi in quo (hoc eſt, quatenus) infirmabatur per carnem, id eſt, per carnalem ſuum intellectum, ſiue per carnis infirmitatem, factum eſt poſſibile per Chriſtum, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Quarto, quantum ad myſteria fidei, quia plura & manifeſtiora per nouam legem reuelata ſunt, vt ſupra ſcripſimus. Quincto, ratione promiſſorū bonorum, quia bonis temporalibus ſucceſſerunt ſpiritualia, & tẽporalibus æterna. Sexto, ratione preceptorum moralium quę emendata & perfecta ſunt: quibus acceſſere conſilia, quæ ad perfectionem pertinent. Similiter quantū ad cæremonialia, quia pauciora & perfectiora lex noua habet ſacramenta: Et quia illis cæremonijs tanquam vmbris, ipſa ſucceſſit veritas. Ideo filius Dei nouæ legis lator Chriſtus, ingrediens in mundum ait, Holocauſta & oblationem noluiſti: corpus autem perfeciſti mihi, hoc eſt ipſam ueritatem, verumq; ſacrificiū omnium cæremoniarum ſcopum. De iudicialibus nihil ſanciuit Chriſtus, cū ad regnum ſpirituale cõſtituendum venerit, & uniuerſo orbi in ipſum credituro eadem iudiciorum ratio nõ facile accommodari potuerit. Satis ergo fuit, vt poteſtatem ad id faciendum ſuis miniſtris dederit. Vere igitur Saluator dixit, Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Si itaq; figuris ſuccedit veritas, ſi tenebris lux, ſi pędagogo magiſter, ſi pueritiæ adoleſcentia, ſi carnalibus ſpiritualia, ſi literæ ſpiritus, nulla antiquę legi fit iniuria, nihil ei detrahitur. Habuit illa ſuum tempus, ſuum honorem, ſuo functa eſt munere, dum, ut bonus pędagogus pueros ad perfectionis magiſtrum perduxit, & in nouã ſcholam introduxit. Concludamus itaque, nunquam Chriſtum repudiaſſe ſuam ſponſam, ut aliam acciperet. Nam ſicuti Chriſtus ut homo, unam ſolūmodo accepit ſponſam. i. eccleſiam Chriſtianam, ex ſuo latere formatam, ut olim Adamus Heuam ex ſuo uxorem habuit; ita idem Chriſtus, ut Deus, ab initio mundi uniuerſam eccleſiam ſibi matrimonio coniunxit, nec unquam eam dimiſit. Quamuis. n. Synagogam repudiaſſe uideatur, quia, qui nunc exſtant Iudæi ſunt ſine Deo, & ancilla, ut Paulus ait, cū filio eiecta fuit: tamen, re uera, antiqua eccleſia a Chriſto nõ tam repudiata, quã renouata, & ex ancilla facta eſt libera: & ita dicitur ancilla reiecta, hoc eſt ſeruitutis ſtatus in liberum mutatus: eo modo, quo aliquis ancillam in uxorem duceret, & poſtea liberam faceret. Cum Paulo igitur cõcludamus, Nunquid Deus repulit populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum: non repulit Deus plebẽ ſuam. Pauci itaque obſtinati ab vnitate verę ſynagogæ ſunt ſeiuncti; reliqui permanſerunt, cum quibus Chriſti coniugium perſeuerauit. Tertia poſitio, lex perfecta, ſiue perfectionis lex, non poteſt eſſe niſi una, & hæc eſt lex Chriſtiana. Hanc doctrinam ſubtiliter, ut ſolet, lateque demonſtrat Gulielmus Pariſienſis, in ſuo de legibus tractatu.

[Margin notes: Epheſ. 1. Rom. 8. — B — Heb. 10. Pſal. 19. — C — Gal. 4. — D — Rom. 11. — Cap. 1. & 17.]

Quod ergo lex perfecta non poſſit eſſe niſi vna, his rationibus confirma- A
tur. Primo, ut vnius virtutis non poteſt eſſe niſi vnica regula; ita & virtu-
tum omnium ex quarum complexu lex aliqua fit bona, non poteſt eſſe niſi
vna ratio: ergo perfecta lex non poterit eſſe niſi una. Secundo, vnus eſt om-
nium hominum perfectus finis, ergo eo adeundi vna perfecta & certa via:
Huc facit illud, Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Vnius itaque finis,
vna eſt vera & eſſentialis via. Tertio, quia diuerſitas legum, mediorum, ri-
tuumque in quibus religionis conſiſtit ſubſtantia, diſcordias, diſſenſiones,
bellaque gignit, ut ipſa experientia docet; ergo Deus vnam perfectam de-
buit dare legem, qua omnes in uno eodemque cultu contineret. Quarto;
aberratio humani generis a uero fine eſt una & eadem per peccatum origi-
nis, & per peccatum actuale: igitur eadem lege ad eum reuocandum fuit. B
Confirmatur, peccati inquinatio fuit una & eadem: igitur & vna medica-
tio per eandem legem, gratiæque iuſtificationem. Quincto, unum fuit pa-
ctum cum Deo, quod primus homo irritum fecit: igitur una per eandem le
gem pacificatio, vnumque fœdus. Sexto, unius domus, unius ciuitatis, unus
eſt ingreſſus, una porta, quamuis interdum ſint plures, quæ ſolo ſitu diffe-
runt; igitur & una religio, ſiue una legum uia, qua in ciuitatem cœleſtem,
unde per peccatum eiecti fuimus, ingrediendum eſt.

Quod ſi obijcias, varias viuendi rationes, quæ in eccleſia cernuntur, vn-
Guil. de in ea maxima diuerſorum ſtatuum oritur varietas: alij enim ſunt continẽ-
tes, alij coniugati, alij ſacri, alij ſeculares: Reſpondeo iſtam varietatem quæ
ad eccleſiæ pulchritudinem confert, ob quam dicitur Regina in ueſtitu au- C
Pſal. 44. reo, circundata varietate, non eſſe in ijs rebus quę ad religionis legiſve ſub-
ſtantiam pertinent: quæ varietas: ex eadem religionis ſinceritate pendet:
vt in uno & eodem apparet homine; qui ex timore & amore Dei, nunc pere
grinatur, nunc pauperes paſcit, nunc induitur ſacco, nũc canit, nunc coram
Aug. Deo plorat. Ex eadem itaque fide, ſpe, & caritate iſta in eccleſia oritur varie-
tas: ſicuti in eadẽ via alius pedibus, alius equo, alius exoneratus, alius onu-
ſtus, alius ſolus, alius comitatus incedit. Quod autem iſta vna lex perfecta,
ſit lex Euangelica, nihil eſt cur probemus, cum ex dictis ſit omnino manife
ſtum: quippe quæ viam perfectam commoſtrat, & vires ad ambulandum
præbet, dum omnes approbat virtutes, omnia damnat vitia, & omnes perfe-
ctas viuendi rationes naturales, & ſupernaturales proponit, & veritatem ſi- D
ne vllis umbris docet, omniaque ſuppeditat auxilia. Et vt hunc locum cum
Gulielmo concludam. Hæc ſola eſt integra perfectæ honeſtatis deſcriptio,
ſola ſine diminutione regulas & mandata omnia cõtinens honeſtatis. Et pro
pter hoc ſola lex veri nominis, quia vero ſola omnium virtutum aggrega-
tio, ſiue talis vera honeſtas; immo ipſa veritas honeſtatis internæ, quæ men-
tem humanam veſtit atque uenuſtat, manifeſtum eſt, quia ipſa eſt lex veri-
tas, & lex veritatis. Lex enim ſignificationis, lex ſermonum & ſcriptorum:
Hæc autem eſt, quæ mentem humanam ſua ipſa veritate abſque medio be-
ne ordinat, atque conſtituit, beneque ordinatam ac conſtitutam inſtar ciui-
tatis, quæ iuſtiſſimæ ac ſanctiſſimæ legis ſtatutis adminiſtratur & regitur.

A Hæc etiam eſt lex, cuius obſeruantia exterior decor eſt, & rectitudo totius
vitæ, & conuerſationis humanæ verus decor, ac vera rectitudo, quia omne
eius contrarium, veriſſime prauitas eſt, & ſancto indecens, & repugnans ſpi
rituali pulchritudini turpitudo. Hæc ille.

Ad primum, lex vetus ceſſauit quoad cæremonialium obſeruationem,
quæ completa eſt ipſius veritatis aduentu: & quæ tunc ſeruabantur carnali-
ter, nunc ſeruantur ſpiritualiter: vnde non tam ceſſaſſe, quam ad perfectio-
nem perductam fuiſſe dicendum eſt. Ad ſecundum, fuit lex illa perfecta, ut
alibi diximus, non ſimpliciter, ſed ratione circunſtantiarum, ex quibus ali-
cuius rei attendēda eſt perfectio. Ad tertium, patet ex ijs quæ adnotauimus,
& poſuimus, & Chriſtus varijs in locis de omnibus mentionē fecit, & om-
B nia in melius commutauit, ac perfecit. Ad quartum, nihil deerat illi legi,
quod ad proximum finem attingendum faceret, hoc eſt, quantum ad diſpo-
nendum eum populum ad eam legem quæ proxime cum Deo coniungit,
& vitā tribuit, & ad ſignificāda ea, quorum gratia potiſſimum fuit inſtituta.

An lex noua ſit veteri lege leuior & obſeruatu facilior, Diſput. VII.

ALIAM inter duas leges aſsignatam differentiam examinan-
dam proponimus: quam nōnihil difficultatis habere ſequētia
indicant argumenta. Primo, illa lex eſt grauior, quæ maioris
perfectionis requirit opera, quæ ad perfectum ſtatum ducit:
C huiuſmodi eſt lex noua, in qua Chriſtus requirit maiorem iu
ſtitiam, quam fuerit in Phariſæis: grauior igitur. Secundo, lex quæ impo-
nitur pueris eſt longe facilior, quam quæ adultis datur: at lex vetus impoſi-
ta fuit pueris, noua vero adultis: igitur. Ideo aliquando Paulus aiebat, cum 1. Cor. 13.
eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam ut
paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Ter-
tio, lex uetus illis quibus proponebatur, multa huius vitæ bona promitte-
bat, noua uero perſequutiones, tormenta, & cruces pollicetur: vnde Chri- 2. Cor. 6.
ſtus ſuis diſcipulis dicebat, vos flebitis, mundus gaudebit: ſi me perſequuti 2. Tim. 3.
ſunt, & uos perſequentur: non veni mittere pacem in terram, ſed gladium:
contendite intrare per anguſtam portam: arcta eſt uia quæ ducit ad uitam:
D & de Paulo ad fidem conuerſo, dixit, ego enim oſtendam illi quanta opor- Act. 9.
teat eum pro nomine meo pati: grauior igitur, quam uetus. Quarto, lex no-
ua nō ſolum continet præcepta expreſſe a Chriſto tradita, ſed etiam ea quæ
per eius miniſtros de cæremonijs & iudicijs erant tradenda: q̄ multo plura
eſſe uidentur, quam quæ in antiqua lege fuere, ut patet ex utroque iure Pon
tificali & Imperatorio: igitur.

In hac difficultate Lutherus, Melanchthon, Caluinus, & Kemnitius, qui
cenſent legem Chriſti nullo modo, etiam a uiris ſanctis impleri poſſe, con-
fiteri debent, iugum Chriſti non eſſe leue, & eius mandata eſſe grauia. Con-
tra quem errorem nolo hic late diſſerere, ſed eo breuiter cōfutato, plane ex
plicabo, quonam pacto lex noua cum veteri comparata, poſsit dici leuior.

Ad cuius rei explicationem notandum eſt, duobus modis aliquam legem A
poſſe eſſe grauiorem: vno, ratione obiecti, hoc eſt ratione earum rerum quę
præcipiuntur, ſi ſint numero maiora, & factu difficiliora: altera ratione mo
di, quod ſcilicet non modo actu externo ſeruentur, ſed etiam interno, út nõ
ſolum aliquis non occidat, ſed neque etiam id deſideret, aut ira commoueatur. Rurſus, duobus modis poteſt dici aliqua lex difficilis, uno, ſua natura, quia re uera eſt de rę difficili: altero, extrinſece ex parte eorum qui eam ſeruare debent; quia ſunt minus aut magis idonei ad eam ſeruandam, uel ſuis uiribus, uel etiam auxilio aliunde exhibito. His notatis, ſequentes ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, lex uetus a Deo populo Hebræo tradita, licet fuerit grauis, ſeruari tamen potuit, diuino ſuppoſito auxilio. Primum probatur ex di- B
uinis teſtimonijs, quibus cognoſcimus in illa lege, vt etiam in lege naturæ
Gen. 6. quoſdam fuiſſe iuſtos & perfectos homines. Noe fuit uir perfectus ambu-
Iob. 1. lans coram Deo: ſimiliter Abraham, Iob erat vir ſimplex & rectus, ac timẽs
Ioſ. c. 11. Deum. Moſem omnia Dei mandata ſeruaſſe expreſſe teſtatur ſcriptura, ſimi
Pſal. 18. liter & Ioſue. Dauid Deo dicebat, In toto corde meo exquiſiui te: & de eo
3. Reg. 14. non uno in loco ſcriptum eſt, omnia Dei mandata ſeruaſſe, & fuiſſe homi-
1. Reg. 13. nem ſecundum cor Dei. Atque idem diceres de multis alijs, vt de Samue-
Luc. 1. le, Elia, Iſaia, Ieremia, Tobia, Zacharia, & de eius vxore. Secundo, Deus ab
Deut. 30. illis requirebat obſeruationem pręcepti dilectionis ex toto corde, illudque non eſſe difficile aliquando clariſſime dixit, vt omnem excuſationem e me-
Gen. 17. dio auferret: quod præceptum qui ſeruat, totam legem adimplebit: & cui- C
dam a Deo dictum fuit, Ambula coram me, & eſto perfectus: Quod certe Deus non dixiſſet, ni lex ex cuius obſeruatione pendet perfectio, ſeruari po tuiſſet. Rurſus probabitur hæc poſitio ex probatione ſequentis. Secunda poſitio, lex noua, quamuis perfectiſſima proponat mandata, tamen diuina auxiliante gratia ſeruari poteſt. Primum probatur hæc veritas quæ eſt certa fide tenenda, hoc Ezechielis vaticinio, ſpiritum meum, inquit Deus, ponam in medio ueſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis; hic ſpiritus datus eſt in noua lege, per quem a legis maledi
Gal. 3. cto, ideſt a legis pœna, cum nemo ſine hoc ſpiritu legem ſeruare poſsit, libe
Rom. 8. rati ſumus; ac proinde nihil eſt damnationis his, qui ſunt in Chriſto. Eſto igitur antiqui legem, ex ui legis ſcriptę, ſeruare nõ potuerint, niſi per fidem D
in Chriſtum hauſiſſent iuſtitiam, nos tamen, vi legis nouæ in cordibus fuſæ eam ſeruare poſſumus. Ideo Paulus audacter dicebat, omnia poſſum in eo, qui me confortat, & nulla re ſe a caritate Dei ſeparari poſse.

Phil. 4. Secundo, ſi ſeruari non poteſt, cur Chriſtus a ſuis requirit perfectionem
Mat. 19. & maiorem ea, quæ fuit in Iudæis? Cur dixit, Qui diligit me ſermonẽ meũ
Rom. 13. ſeruabit? ſermonem nimirum de dilectione, quem qui ſeruat, legẽ, ex Pau
Gal. 5. lo, adimplet, & caritatem Dei habet perfectam, et Chriſti amicus eſt: qua di
1. Ioa. 5. lectionis nota, ſuos diſcernendos eſſe aliquando docuit: at ſi legis præcepta
Ioan. 13. et 15. ſeruari non poſſunt, nemo erit in hac uita perfectus, nemo Chriſti amicus,
Ioan. 15. nemo pro Chriſti diſcipulo habendus erit, cum tamẽ ſuis dixerit, Vos au-

tem

A tem dixi amicos, Dico autem uobis amicis meis. Neque ualet, quod ait Hæreticus, Tranſgreſſionem legis nobis non imputari: quia, vel iſta, non imputatio, liberat nos ab obligatione legis, & tunc nulla erit lex, cum implicet, eſſe legem, & non ligare, vel tollit reatum per tranſgreſſionem contractum, & tunc non faceret iugū Chriſti ſuaue, & onus leue, ſed oſtenderet eſſe grauiſſimum, ſi ſineret ſub onere corruere. Tertio, ſi lex noua, & uniuerſe, lex quæcunque a Deo lata ſeruari non poteſt, vbi eſt Dei ſapientia, vbi miſericordia & pietas? vbi iuſtitia? cur paſſus eſt, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis? cur docuit orare, fiat uoluntas tua, ſicut in cęlo & in terra? cur dixit, ſi uis ad uitam ingredi ſerua mandata? Quis illo legislatore ſtultior, qui mandat impoſſibilia? Quis eo Tyrāno crudelior, qui legem ita arduam imponit, vt eam nemo ſeruare queat? Quis illo iudice iniquior, qui pro trāſgreſſione legis impoſſibilis pœnas repoſcit? Cum non poſſit eſſe pœna, vbi non eſt trāſgreſſio: nec trāſgreſſio, vbi nō poteſt eſſe obſeruatio. Quare, qui legem impoſſibilem faciunt, non modo ipſam legem euertunt, ſed etiam tacite grauiſſimis blaſphemiis Chriſtum recuperatorem, Deumque impetūt. Denique, ne in re manifeſta immorer, nōn ſolum homo ſeruare poteſt quod Deus præcipit, ſed etiam aliquid amplius præſtare: igitur. Nam, ei qui dixit, ſe mandata ſeruaſſe, ſubiecit Chriſtus, Si uis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes. Vnde vere ſcripſit Chryſoſtomus, Multos, ipſa ſuperare mandata. Et Auguſtinus loquens de virginibus, Quid iubes? ne adulteræ ſimus? hoc præcipis? amando te plus facimus, quam pręcipis. Ex quibus colligeres, quam impie impius Lutherus dixerit, Nos plus in baptiſmo Deo polliceri, quam præſtare poſſimus, vt ex inſequenti poſitione patebit. Quod ideo dixit, vt omnia uota tolleret, quæ retinenda eſſe infra docebo. Tertia poſitio, lex noua eſt iugum ſuaue & onus leue. Hanc veritatem ita clare tradidit eius auctor Chriſtus, vt clarius tradere non potuerit: cum omnes his uerbis ad ſe inuitauit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et eius diſcipulus Ioannes, Et mandata eius grauia non ſunt. Non quia eorum tranſgreſſio non imputatur, vt miſer ait hæreticus, cuius ſtultam interpretationem paullo ante confutauimus: ſed quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per quam ex Deo nati ſumus: ac proinde ipſum, & eos qui nati ſunt ex ipſo diligere poſſumus. Quarta poſitio, lex vetus quantum ad opera exteriora, quę in ſeipſis quandam difficultatem habent, fuit multo grauior, quā ſit lex noua. Primum hoc facit hęc, Petri ſententia, Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? de iugo ueteris legis loquitur: ad quod alludens Chriſtus, de ſua lege dixit, eſſe iugum ſuaue. Huc etiam pertinet comparatio illa Pauli duorum filiorum Abrahæ, quibus ſtatus ſeruitutis legis veteris, & ſtatus libertatis Euangelicæ deſignatus fuit. Illi igitur qui in ueteri lege fuerunt vt ſerui multis oneribus premebantur, nos vero

Marginal notes: Luc.12. — Rom.8. — Mat.19. — Hom.8. de pœn. — Ser.18. de uer. Apoſt. — Toſt tom. 3. in Mat. — Mat.11. — 1. Ioan 5. — 1. Ioan. 5. — Act.15. — Gal.4.

Section letters: B (at "ponit, vt eam nemo"), C (at "bus colligeres"), D (at "paullo ante confutauimus").

vero vt filij liberæ tanto onere leuati ſumus. Deinde confirmari poſſet, ſi A
quis uellet enumerare omnia præcepta cæremonialia, & iudicia, quorum
multitudo & varietas legem illã multũ arduã reddebãt: qua, nemo ſine ſan
guine initiabatur p circũciſionẽ.Quinta poſitio lex noua quantũ ad præce
pta quibus præcipiuntur actus interiores,eſt difficilior lege veteri. Etenim
multo difficilius eſt, actus interiores cohibere, quam exteriores in rebus
prohibitis: Et in rebus præceptis,laborioſius eſt,prompte & ex animo ali-
Ari. lib. 5. eth. quid efficere,quam ipſum opus externum exercere. Quo fit, ut multi iuſta
& fortia faciant, ſed non iuſte,non fortiter, quia non delectabiliter faciunt.
Mandata Moſis, inquit Chryſoſtomus,in actu facilia ſunt; vt,Non occides,
Non adulterabis: Mandata uero Chriſti, ſcilicet,Non iraſceris,Non concu-
piſces, in actu difficilia ſunt. Perfectiora itaque mandata difficiliorem, ex B
hac parte, legem nouam reddunt. Neque id graue nobis uideri debet,cum
maius opus ab adulto,quam a puero requiratur, & plura ab eo exigantur,
qui accepit plura & vt magis amet, qui magis fuit dilectus. Huc pertinet
hic luculentus Timothei Epiſcopum locus, Ideo, inquit ipſe,nunc maiora
Domino noſtro ſoluimus,quia maiora debemus. Iudæi acceperunt quon-
dam rerum vmbram,nos veritatem: Iudęi fuerunt ſerui,nos adoptiui; Iudęi
acceperunt iugum,nos libertatem:Iudæi maledictum,nos gratiam,Iudęi li-
teram interficientẽ, nos ſpiritum viuificantem: Iudæis ſeruus magiſter miſ-
ſus eſt,nobis filius:Iudæi per mare tranſiuerunt ad eremum,nos per baptiſ-
ma intramus in regnum:Iudęi manna manducauerunt,nos Chriſtum;Iudęi
carnes auium,nos corpus Dei; Iudæi pruinam cœli,nos Deum cœli, qui hu C
miliauit ſe uſque ad mortem, mortem autem crucis, non contentus ſimpli
cem mortem ſubire,niſi ipſam voluntariæ necis ſuſceptionem ſummorum
Timot. ep. lib. 1. ſuppliciorum perpeſſione cumulaſſet. Cum ergo Deus vnigenitum Filium
nobis dederit,& cum eo omnia, quid erit quod nos pro eius gloria præſta-
re non debeamus? Sexta poſitio, ſimpliciter loquẽdo, multo difficilior fuit
lex uetus, quam ſit noua, ita ut, facta inter vtranque comparatione, illa iu-
gum graue,hæc onus leue dici poſſit, & debeat. Primo, quia præcepta de
actibus internis, ex qua parte noua lex grauior videtur, etiam in veteri lege
continebantur;licet, non ita plene & plane:at vero præcepta de actibus ex-
ternis, quæ illam difficilem reddebant, in noſtra ſunt pauciſſima, & multo
faciliora, lex enim noua præter moralia præcepta, quæ omnibus legibus D
ſunt communia, pauca quædam de quorundam ſacramentorum vſu, & de
religionis cultu adiecit. Secundo, lex vetus imponebat,onera multa, & ni-
hil dabat auxilij,quo ferri poſſent, unde merito dici poterat,onus non por-
Cap. 41. tabile:at vero noua auxilia præſtat, per quæ poſſumus omnia. Huc facit
illud Iſaiæ, Egeni & pauperes quærunt aquas, (Iudæi nimirum in vete-
ri teſtamento) & non ſunt: Aperiam in ſupremis montibus flumina, &
terram inuiam in riuos aquarum. Tertio,qui erant in veteri lege, audiebant
Deum præcipientem, ſed non videbant eundem agentem: at noſter legiſla-
Act 1. tor Chriſtus Deus & homo, cępit prius facere & poſtea docere,ſeque & ver
Pet. bo & re magiſtrum exhibebat; ſuiſque dicebat, Tollite iugum meum ſuper
vos,

A vos,& diſcite a me:& ita nobis reliquit exemplū, vt ſequamur veſtigia eius. Atqui longe facilius agit, qui præ oculis exemplar habet: facilius iter facit, qui veſtigia videt impreſſa. Huc pertinet vaticinium illud Iſaiæ, Oculi tui videbunt præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergū monentis. Et ſane,quis non omnia etiam grauiſsima aggredi audeat,ſi hæc ducis noſtris præeuntis animaduertat verba, Confidite, Ego vici mundum: Et illa,Princeps mundi huius eijcietur foras.Hinc factum eſt,vt multi ad Chriſtum confluxerint,multoſque iuxta Micheę vaticinium cōgregauerit,quia, Aſcendit iter pandens ante eos. Quarto,quia lex vetus vi timoris ad ſui obſeruationem impellebat:at vero noua amore allicit. Amantium autem labores non ſunt oneroſi. Ideo Auguſtinus, exponens illud, Mandata eius grauia non ſunt; Grauia, inquit, non ſunt amanti : ſed non amanti ſunt grauia.

Cap. 30.

Cap. 2.

Cic. de orat.

B Quincto,quia illa lex facilior cenſenda eſt, quæ a pluribus obſeruatur, quā omnes recipiunt,quæ uerum cultum, falſo reiecto, vbique docet,at huiuſmodi eſt lex noua comparata cum veteri, quæ uno in loco, ab uno tantum populo, ab omni parte ab idololatris circundato, ſeruabatur: noua uero in omnibus mundi partibus promulgata,& recepta,ubique idololatria ſublata, igitur. Denique, ideo lex noua eſt longe facilior,quia eius obſeruatio, quod attinet ad ſacramenta,non ſolum ex opere operantis,ſed etiam ex opere operato gratiam tribuit, & ex ui operum eiuſdem gratiæ affert augmentum.Quare non tam premit ratione ponderum,quam ſubleuat uice pennarum. Sunt ergo legis euangelicæ præcepta data Christiano, ueluti pennæ

Augu. lib. de perf. iu ſtitia.

C auibus, quæ etſi pondus addunt, tamen earum auxilio aues ſubleuantur, & uolant.Septima poſitio,lex noua quantum ad cæremonialia præcepta ab Eccleſia ſuperaddita non debet cenſeri grauis.Nam,ſi loquamur de præceptis quibus omnes fideles ligantur, pauca ſunt:alia uero quæ ad priuatas perſonas pertinent, eos ſolum obligant, qui ſua ſponte ſe illis ſubijcere uolunt, iuxta ea, quæ ſupra uniuerſe de obligatione legis agentes, docuimus. Sed meminerint qui eccleſiam gubernant eius admonitionis,quam ſcribens ad Ianuarium tradidit Auguſtinus, ne præceptorum multitudine, ſine urgenti cauſſa oneroſum reddant ſuaue euangelij iugum,quod Christus impoſuit ſalubriter.

Ad primum,ſolum probat id quod in quarta poſitione docuimus: conce
D dimus itaque ſecundum aliquam conſiderationem eſſe difficiliorem, nō autem ſimpliciter loquendo. Quod ſi Christus maiorem a ſuis perfectionem requirit, id iure optimo facit, quia ſuos maioribus, & amplioribus gratijs ornauit. Ad ſecundum,fuit illa lex illi populo,ut puero accommodata,quia eum in actibus exterioribus occupabat, in quibus facilius pueri occupantur: ex qua parte reddita eſt grauior,ne ſi parum eſſent occupati,minus aſsidue in diuinum cultum incumberent.Minus itaque perfecta opera a populo adhuc puero requirebantur,quæ perfecta adueniente ætate relinquenda ſunt,& perfectiora præſtanda. Ad tertium,moleſtiæ & calamitates quas qui pie uiuere & Christum ſequi uolunt,non ſequuntur opera in lege christiana conſtituta, ſed ex diaboli inuidia, & inimicorum peruerſitate accedunt:

ex qua-

ex quarũ tamen perpeſſione ingentes oriuntur vtilitates, vt patet ex iis quæ A
1. Cor. 1. ſupra de lege æterna agentes docuimus:& vbi abundat perpeſſio, abundat etiam conſolatio. Ad quartum,multo plura præcepta præter legem naturalem data ſunt in ueteri lege,quam in noua:in qua pauca quædam legi naturali addita ſunt. Quæ ex lege humana,vel Eccleſiaſtica, vel ciuili acceſſere, in ſubſtantia non ſunt multa,& fere non obligant niſi eos qui uoluntarie ſeſe illis ſubiiciunt.

Quo tempore lex noua data & promulgata fuerit. *Diſp.* VIII.

DVo in hac diſputatione nobis explicanda proponimus:alterũ, an lex Euangelica dari debuerit ante Chriſti aduentum, & a B principio mundi;alterum,quando promulgata fuerit, & obligare cęperit. Quod attinet ad primum, uidetur, quod dari debuiſſet a principio mundi. Primo, lex euangelica eſt lex gra-
Rom. 1. tiæ,qua ſanatur peccatum ; igitur dari debuit poſt peccatum : omnes enim peccauerunt,& egent gratia Dei.Secundo,lex euangelica eſt uniuerſalis ratione perſonarum & locorum,quia ubique viget,& omnes obligat ; igitur etiam ratione temporum debuit eſſe uniuerſalis. Tertio, nemo ſaluari potuit ſine Chriſto,& eius gratia quæ eſt ipſa lex Euangelica;igitur,ne mundus eſſet ſine ſalute,lex euangelica danda fuit, ne in neceſſariis ad animæ ſalutem Deus homini quicquam negaret,ſicuti non negauit ea quæ erant neceſſaria ad ſalutem corporis, cum omnia in eius ditionem tradita fuerint, C qua priuatus non fuit:His non obſtantibus rationibus, contrarium aſſerendum eſt:ſit igitur unica poſitio.

Non fuit conueniens, vt lex Euangelica ſtatim a principio mundi daretur. Hanc poſitionem his rationibus confirmauit diuus Thomas, quæ ex diui Pauli doctrina colliguntur. Prima,quia conueniens eſt,vt ab imperfectis ad perfecta procedatur, quem ordinem in omnibus ſuis operibus na-
1. Cor. 15. tura ſernat : & ideo Paulus aiebat, Non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale:at lex noua eſt maxime ſpiritualis:igitur, aliç imperfectæ leges, quibus homo ad perfectam recipiendam præpararetur præcedere debuerunt. Secunda,lex euangelica eſt lex gratiæ, in qua debuit dari abundantia gratiæ & ſpiritus, cui repugnat peccatum, quod auferendum fuit per mortem D Filij Dei,qui,vt alibi docetur, nõ debuit ſtatim poſt primi hominis lapſum in mundum venire:quare antequam peccatum tolleretur,ſpiritus abundá-
Ioan. 7. tia;& gratia pro gratia,ideſt omnis gratia dari non debuit. Ideò legimus, Non erat ſpiritus datus (intellige abundanter,);quia Ieſus nondum erat glo-
Act. 1. rificatus:qui glorioſus aſcendens in cœlum abundantem ſpiritum ad Apo-
Rom. 8. ſtolos miſit,quo repleti legem euangelicam promulgare cœperunt. Deus ergo Filium ſuum,mittens in ſimilitudinem carnis peccati (hoc eſt carnis peccatricis) & de peccato, (id eſt per oblationem Chriſti)damnauit peccatum, (Adæ nimirum culpam) in carne (hoc eſt, per carnem & corpus Filij ſui)vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui nõ ſecundum carnem ambulamus

A bulamus, ſed ſecundum ſpiritum, ideſt, qui carnalia reijcimus, & ſpiritualia ſectamur. Neceſſe itaque fuit, vt prius Dei filius pro nobis moreretur, & nos a peccato redimeret, vt poſtea eius gratia ad nos dimanaret. Vidimus enim eum plenum gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine accepimus omnes. *Ioa. 1.* Tertia, per peccatum, vt alias diximus, imminutum eſt rationis lumẽ, & debilitatæ voluntatis vires; Quare, vt conueniens fuit ne ſtatim daretur lex ſcripta, qua demonſtraretur quid agendum eſſet; ita etiam decuit, vt lex gratiæ differretur, vt homo labendo in peccatum, quantum auxilio diuino indigeret, melius cognoſceret. Vſque ad legem ergo peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet, quæ ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit *Rom. 5.* B gratia; vt ſicut regnauit peccatum in mortem; ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

Quod vero attinet ad alterum, quod propoſuimus, ſcriptores non ſunt inter ſe concordes.

Prima ſententia eſt diui Thomæ, Durandi, Richard. 4. S. diſt. 3. quæſt. 3. *3. p. q. 66. art. 2.* Capreoli, ibidem, quæſt. 1. art. 3, Soti lib. 2. de iuſt. & iure, quæſt. 5. art. 4. & 4. ſent. diſt. 3. quæſt. vnic. art. 2, Adriani, & aliorum, qui, vt etiam ſupra ſcripſimus, exiſtimarunt habuiſſe vim obligandi ſtatim a paſſione Chriſti. *4. S. d. 1. q. 9.* Secunda aliorum, qui exiſtimant non obligaſſe niſi poſt promulgationem factam per Apoſtolos a die Pentecoſtes: Ita Scotus, & Gabr. Tertia aliorum, *Med.* qui vtranque opinionem putant eſſe probabilem. At vero, ſi ſpeciatim lo- C quamur de baptiſmo, quidam, cuius meminit Bernardus epiſt. 77. exiſtimauit, fuiſſe in præcepto ante paſſionem Chriſti, ab eo tempore, quo Chriſtus dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua. Cui ſeſe oppoſuit Bernardus, cũ quo *Hug. p. 3. c. 4.* facit communis opinio. Scotus vero, quem Gabriel ſequutus eſt, exiſtimauit, Circunciſionem fuiſſe in conſilio, ab eo tempore quo baptiſmus fuit in conſilio, vſque ad Euangelij promulgationem; cuius fundamentum eſt tale, quia conſilium de re aliqua tollit eius rei præceptum; vt conſilium de virginitate, præceptum de matrimonij obligatione. Quid autem in hac difficultate tenendum ſit, ſequentibus poſitionibus docebo.

Prima poſitio, ante mortem Chriſti baptiſmi lex non erat ſub præcepto: Eſt communis doctrina contra illum de quo meminit Bernardus. Quamuis *Ioa. 3.* D ergo præceptum de baptiſmo datum fuerit ante Chriſti paſſionem; tamen, *Mat. 28.* nondum obligabat, licet eſſet ſub conſilio. Primum, quia lex vetus nõ ceſſauit niſi in paſſione Chriſti, ibi enim mortua eſt ſynagoga, & nata eccleſia: *Cant. 8.* ergo ante paſſionem baptiſmus, qui eſt ianua legis euangelicæ non obligabat: alias duæ leges ſimul obligaſſent. Secundo, lex vetus nõ ſtatim fuit abolita, ſed cum quodam honore ceſſauit: ergo noua non debuit ſtatim obligare, & maxime ante paſſionem Chriſti, a qua vim ſuam accepit. Poſtremo probabitur hæc poſitio, ex ijs quæ in alijs poſitionibus dicemus. Secunda poſitio, Circunciſio ante Chriſti mortem erat ſub præcepto, vt etiam ſupra docui. Primo, lex non debuit ceſſare antequam Chriſtus moreretur, nec fideles ad aliam legem obligari, donec noua lex per nouum legiſlatorem

daretur;

Rom. 7. daretur; vt ex Paulo plane cognoſcimus. Vt enim mulier alligata eſt legi, A quanto tẽpore vir eius viuit; ita homo quaſi mulier eſt alligatus legi quaſi marito, donec lex ipſa viget; vt enim vir dominatur uxori, ita lex homini cui data eſt: atqui per aduerſarios lex erat adhuc viua; igitur ſuum dominiũ
Mat. 23. in homines retinebat. Secundo, Chriſtus ſeruauit legem, & ſeruandam eſſe docuit: igitur, viuente Chriſto habebat vim ſuam, maxime quãtum ad præceptum circuncisionis, quod etiam in lege naturæ ſub graui peccato obligabat: erat autem Circuncisio veluti pactũ totius legis ſeruandæ, vt ex Pau-
Gal. 5. lo diſcimus. Denique, iſti auctores ſecum pugnant, cum doceant legem nouam non obligaſſe niſi poſt ſufficientem promulgationem. Scoti fundamentum, tunc valeret, quando conſilium non pateretur præceptum, vt patet in exemplo ab eo allato; at quando nulla eſt repugnantia inter conſilium & B præceptum, vt inter conſilium orationis, & præceptum de ieiunando, conſilium non tollit præceptum, ſed præceptum vna cum conſilio eſt ſeruandum. Quare, ſiquis iuſtificatus fuiſſet per baptiſmum, adhuc tenebatur circuncidi, ſicuti Ieremias & Ioannes, in vtero matris ſanctificati.

Tertia poſitio, lex euangelica non cæpit obligare niſi a tempore promulgationis factæ per Apoſtolos die Pentecoſtes. Quamuis ergo Chriſtus legem ſuam partim ante mortem, partim poſt mortem ſanciuerit, & Apoſtolos docuerit, tamen eius obligatio dicto inchoauit tempore. Similiter, licet lex uetus in morte Chriſti, ſimpliciter ceſſauerit, tamen ob ignorãtiam huius rei adhuc obligabat Iudæos uſque ad publicam promulgationẽ Euã-
Belar. gelij. Profuit itaque lex Chriſtiana iis qui eam ſeruarunt, ante hoc tempus C ſed tamen non habuit uim præcepti, niſi poſt promulgationem, vt de ba-
Seſ. 6. c. 4. ptiſmo, aſſerit Concilium Tridentinum. Primo promulgatio eſt de eſſentia legis, vt ſupra ex communi ſententia docuimus, at lex noua promulgata fuit dicto tempore: ergo. Minor propoſitio his rationibus confirmatur. Primo, quia lex vetus ſolenniter promulgata fuit in monte Sina die quadrageſima poſt primum Paſcha Iudæorum: igitur lex noua promulgari debuit die quinquageſimo poſt primũ paſcha Chriſtianorũ: Conſequutio valet,
Epiſt. 119. quia illa promulgatio, vt Auguſtinus, & Leo & alij docent, fuit figura pro-
Ser. 1. de peni. mulgationis Euangelij. Secundo, quia nec Chriſtus a reſurrectione, nec Apoſtoli quicquam publice populum docuerunt: ſed Chriſtus priuatim
Act. 1. ſuos diſcipulos docebat, de regno Dei, hoc eſt de ſtatu Eccleſię & nouæ le- D
Act. 2. gis. Tertio, quia primæ concioni quam Petrus in die Pentecoſtes habuit conueniunt omnes conditiones ſolemnis promulgationis. Fuit enim facta in vrbe Regia Hieroſolymitana, præſentibus hominibus omnium nationũ a ſummo Euangelij præcone & Apoſtolorum principe Petro: per concionem in qua præcipua legis nouæ capita erant comprehenſa: & denique ſta-
Mich. 4. tim ſacramentorum vſus cœpit. Secundo allatam poſitionem confirmares
Iſa. 2. ex hoc uaticinio, lex exibit de Sion, e templo nimirum in Sione ædificato, quod factum fuit die Pentecoſtes. Huc etiam facit illud, quod in Perſona
Pſal. 2. Chriſti, prænunciauit regius vates, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo,
Luc. ult. ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. Tertio, quia

Chriſtus

A Chriſtus ſuis diſcipulis ſilentium impoſuit, ne prædicarent, donec induerentur uirtute ex alto:atqui,ſi Euangelium ſtatim omnes obligaſſet, profecto non debuiſſet eis præcipere, vt ſecederent:igitur.Illud adnotauerim,cõtra Sotum, quod ſi remedium in lege naturæ ad peccatũ tollendũ non ceſſauit ante promulgationem Euangelij, nec etiam circuncisio ceſſare debuit reſpectu ignorantium. Sed peteres,cur antiqua lex tanto cum terrore,& tot tantiſque ſignis ad pauorem incutiendum accommodatis, vt ſacra historia docet,& late Philo exponit, promulgata fuerit, noſtra uero cum amoris & beneuolentiæ ſignificationibus. Quia,vt inquit Auguſtinus, lex uetus ad iudicandum promptior erat,inter initia ſua aſperior uideretur, & , vt metu incuſſo, diligentes & ſollicitos faceret auditores ſuos. Noua vero propte- *Lib.biblic. antiqui. Lib.2.q. in uet.et nou. teſt.q.102*

B rea quod pia,& ad miſericordiam facilis eſt:primordia ſua mitiſſima & clementiſſima demonſtrauit;vt ipſa oblectatione ſua omnes ad indulgentiam prouocaret. Contra ea quæ docui hæ rationes fieri poſſunt.

Prima,Chriſtus ante mortem,totam ſuam legem docuit, & docendo promulgauit,& ab eius morte vim accepit:igitur ſtatim poſt mortem obligauit. Reſpondeo, concedo legẽ factã fuiſſe, & vim a paſſione habuiſſe, nego tñ obligaſſe, cum nondum per promulgationem uniuerſe propoſita fuiſſet. Poterat itaque ſeruari,& vtilis erat,ſed tamen nõ erat adhuc ſub præcepto. Vnde,ſententia illa de baptiſmi neceſſitate a Chriſto prolata, futurum reſpiciebat tempus:cum idem de Euchariſtia ſumenda Chriſtus pronunciauerit. Ordinantur itaque prius leges,& tunc fieri dicuntur, cum ſolenni- *Ioa.6.*

C ter promulgantur. Secunda, de veteri lege dicitur, Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem: igitur lex vetus tunc ceſſauit, & noua incœpit. Reſpondeo, dicitur fuiſſe vſque ad illud tempus,quantum ad prædicationem:quia Ioannes fuit vltimus illius legis Propheta & concionator,non antẽ ceſſauit quãtum ad uim obligandi. Tertia,ante diem Pentecoſtes, nondum erat ſpiritus datus:ergo baptiſmus Chriſti,ante eius mortem,& poſt mortem uſque ad diem dictum,non iuſtificabat:ac proinde non debuit eſſe ſub conſilio,vt nos diximus.Quod attinet ad hanc dubitationem,Chryſoſtomus,& Theophilactus exiſtimarunt Chriſti baptiſmum ante paſſionem fuiſſe ſolum in aqua,ut fuit baptiſmus Ioannis,quod etiam diuus Leo ſenſiſſe uidetur:at vero contra cum communi ſententia tenendum eſt, cum de Chriſto dictum *Luc.16. Epi.4.c.3. Ioa.1.*

D fuiſſe legamus, Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto:cuius baptiſmus vim accepit,cum ipſe baptizatus fuit,vt Patres docent: & nunquam eos rebaptizatos fuiſſe legimus,qui Chriſti baptiſmate baptizati fuere, vt illi, qui Ioãnis baptiſmate fuere loti. Locus autem ille,de ſpiritu, intelligitur de plenitudine ſpiritus uiſibiliter data. Argumenta initio allata ſic ſoluuntur. *Gre. Naz. Ambroſ. Beda. Tertul. Act.19.*

Ad primum,iam diximus:cur nõ ſtatim debuerit dari plenum atq; perfectum remediũ pro peccato: nec tamen omnino defuit medicina, quia Chriſtus fuit agnus ille qui dicitur occiſus ab origine mũdi,ratione gratiæ, quã per fidem qui eum præceſſerunt apprehendere poterant, & eum ſanguinẽ ſibi applicare,ſine quo nulla fit redemptio. Huc facit illud Pauli, loquentis de una Chriſti ſemel facta oblatione,Neque,vt ſæpe offerat ſemetipſum

quem-

quemadmodum Pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno:alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi:nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum ad deſtructionem peccati,per hoſtiam ſuam apparuit. Ad ſecundum lex euangelica poteſt dici uniuerſalis ratione temporum,quia eius uis in omnia tempora fuit diffuſa; cum quotquot ſalutem ſunt adepti ad legem pertinuerint Chriſtianam. Ad tertium, patet ex dictis. A

An lex euangelica ſit futura æterna,ſiue duratura vſque ad finem mundi.
Diſp. IX.

QVOD lex Euangelica non ſit lex æterna,ob quam cauſſam,inter cæteras,dicebamus differre a lege veteri,his rationibus demonſtro. Primo,lex uetus ſæpiſſime in diuinis literis uocatur lex æterna,pactum & mandatũ æternum: ergo,vel ipſa quoq; erit æterna: vel noua nõ erit magis æterna,quam illa,& ſi illa ceſſauit,hæc quoque,quamuis uocetur æterna,ceſſare poterit. Secundo Chriſtus expreſſe ſuis Apoſtolis promiſit aduentum ſpiritus qui eos doceret omnia, at talis ſpiritus nondum venit, cum Eccleſia nondum omnem veritatem cognoſcat,ſed in dies,& pro re nata noua dogmata per Concilia & per Pontifices decernat:igitur ex ſpectãdus eſt promiſſus diuini ſpiritus aduentus. Tertio,Chriſtus plane prædixit ſuum Euangeliũ prædicandũ in uniuerſo terrarum orbe, & poſtea uenturã conſummationẽ ſæculi, nimirum finem,at Euangelium iam diu prædicatum fuit in toto orbe, & tamen nondum uenit conſummatio, aliud igitur expectandum eſt euangelium. Quarto,in lege euangelica eſt aliquid imperfectum,quod euacuandũ eſſe plane docet Paulus,ergo aliqua lex perfectior expectanda eſt. B C

Gen.13. Exod.28. Leu.16. Ier.31. Mat.24. 1.Cor.13.

In hac diſputatione tres attinguntur difficultates:an lex uetus ſit lex æterna,an ſpiritus a Chriſto promiſſus iam datus ſit,& an Euangelium temporibus Apoſtolorum in toto orbe prædicatum fuerit, quod Paulus affirmaſſe uidetur,cum dixit,impletum eſſe illud, In omnem terrã exiuit ſonus eorum,atque circa iſta tria variæ ſunt ſententiæ. De primo, Hebræi in ſua pertinacia perſeuerantes, ſuam legem perpetuam eſſe arbitrantur; at Chriſtiana fides contra exiſtimat. Quidam uero hęretici, qui Flagellantes nominabantur,dixerunt Euangelium poſt aduentum ſuæ ſectæ iã defiiſſe. Idẽ aſſerunt noui miniſtri Euangelici,qui dicunt Eccleſiam,et euangelium per multos annos defeciſſe,& nuper per Lutherum in Germania (ſi dijs placet) reuixiſſe. De ſecundo,Manichæi illam de Spiritu dando promiſſionem in Manete ſuo magiſtro completam fuiſſe exiſtimarunt,quem Spiritum paracletum appellabant:Montanus vero,& Priſcilla hanc prærogatiuam ſibi arrogabant. At ueritas catholica,illam ſpiritus abundantiam Apoſtolis datã fuiſſe docet. De tertio,an lex Euangelica tempore Apoſtolorum in uniuerſo orbe fuerit prædicata,Chryſoſtomus, quem nonnulli alij ſequuntur, tenet partem affirmantem:ſecũdum quam opinionem, Cõſummatio, de qua ſit loco D

Aug.lib de hæreſ.26. Cont.Fau. li.19.c.31. De util. cred.c.3. Euſeb. Gagn.

A ſit loco citato mentio, intelligenda eſt,de excidio Hieroſolymorum. Alij, vt Auguſtinus,exiſtimant temporibus Apoſtolorum Euangelium non fuiſſe prædicatum in toto orbe terrarum.Illud autem,quod ait Paulus,loquendo per tempus præteritū, intelligitur eodem modo,quo pronuntiatum fuit a Dauide,per modum Prophetiæ,ad certitudinem deſignandam. Alij Hieronymum ſequentes, adhibita diſtinctione, hanc litem componere conantur. Duobus itaque modis Euāgelium promulgatum fuiſſe intelligi poteſt: primo, vt Chriſtianæ religionis notitia in omnes mundi partes penetrauerit,& hoc Apoſtolorum tempore contigit:& tunc ſubſequutum eſt Hieroſolymorum excidium.Altero,quantum ad actualem prædicationem,ita vt in omnibus mūdi partibus fuerit prædicatum,& ab omnibus excipi potuerit: *Orig. epiſt. 80. Sot. Tolet. D.Tho. in epiſt. ad Rom.*

B & hoc pacto,Auguſtini ſententia locum habet,quod cum factum fuerit,tūc ſubſequetur vniuerſalis mundi conſummatio.

Vt autem quid de prima difficultate ſtatuendum ſit intelligatur, notandum eſt, mundi ſtatum duobus modis variari poſſe: vno modo quantum ad diuerſitatem legis, quod ſcilicet alia lex ſuccedat:altero modo quantum ad hoc, quod alio & alio modo homines ſeſe habeant ad eandem legem eā melius,peiusve ſeruando,& quod latius & pluribus aut paucioribus in locis ſeruetur. Rurſus adnotandum eſt hanc vocem æternum, in diuinis literis,nō ſumi ſemper in ſtricta ſignificatione,pro omni ſæculo,& tota æternitate,ſeu pro tota mundi duratione. Sed pro tempore longo,& continuo, & pro naturali rei alicuius termino:id quod etiam Rabbi Moſes adnotauit, *Aug.lib. 1. locu.in Ex.*

C & multis teſtimonijs confirmari poſſet, ſed vno, vel altero ero contentus. Exodi vigeſimoprimo,& ſeruiet ei in æternum, id eſt perpetuo,ſine interuallo,citra ſpem libertatis, vſque ad tempus Iubilæi. Abrahæ promiſſa fuit terra in æternam poſſeſſionem, & Dauidi, ſeminique eius regnum æternū: niſi hæc myſtice interpretari velis. Rurſus animaduertēdum eſt,in omni inſigni mutatione religionis ſex obſeruari poſſe, quæ omnia inueniuntur in noua Chriſti eccleſia,ſiue potius in mutatione ſtatus antiquæ legis. Primo, eius auctor,& hic fuit Chriſtus,a quo Chriſtiani nominamur. Secundo,aliquod nouum dogma, & hæc fuerunt dogmata de Trinitate,de Incarnatione,& de Sacramentis. *Lau. a Vil lauic.*

Tertio,tempus quo cœpit,& hoc fuit ſub Tiberio Cæſare. Quarto, locus

D vbi cœpit,& hic fuit Iudæa.Quincto,qui eam oppugnauerint,cum ſit neceſſe ut noua doctrina oppugnatores habeat;eos ſcilicet,qui aliter prius ſentiebant, & hi primum fuerunt Scribæ & Phariſæi, poſtea Ethnici,qui & doctrina & armis eam oppugnare conati ſunt,ſed non potuerunt.

Sexto,aliquis exiguus cœtus,cui poſtea paulatim facta eſt acceſſio, & hi fuerunt pauci Chriſtiani. Atque hæc omnia de omnibus hæreticorum ſectis facile aſſignari poſſunt: quæ nunquam, nec unum quidem miſer hæreticus aſſignabit, de noua doctrina in eccleſia Romana inducta poſt prima Chriſtianiſmi tēpora. Quo ſane fundamēto, omniū hæreticorū ora obſtrueres, & malas artes euerteres. His ita notatis,ad poſitiones accedamus.

Prima poſitio,lex Moſis non debuit eſſe æterna, ſed alia lex ei ſuccedere

debebat. Eſt doctrina certa fide tenenda, & patet ex ijs quę ſupra ſcripſimus, A
Lege Lact. lib. 4. c. 20. quàm hæ ſcripturæ auctoritates confirmant. Ecce dies venient, dicit Dominus,
Ier. 31. & feriam domui Iſrael, & domui Iuda, fœdus nouum, non ſecundum
Bar. 2. pactum, quod pepigi cum patribus veſtris. Item, & ſtatuam illis teſtamentū
Cap. 7. alterum ſempiternum. Omitto hoc loco auctoritates multas Diui Pauli, præ
Luc. 16. ſertim eas, quæ in epiſtola ad Hebræos habentur. Secunda poſitio, lex Euangelica
eſt duratura in æternum, hoc eſt, nulla alia ei ſucceſſura eſt, & ita durabit
vſque ad conſummationem ſæculi. Hæc poſitio, quæ ſub fidem cadit,
his confirmatur rationibus. Primo teſtimonijs diuinis: loco citato, vbi promittitur
alterum teſtamentum, & ſempiternum: Redemptionem miſit Do-
Pſal. 110. minus populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum. Deus autem
Heb. 13. pacis, inquit Paulus, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium, in B
ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hųc facit
forma illa ſacramenti Euchariſtiæ, qua dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei,
Dan. 2. noui & æterni teſtamenti. Cõfirmatur, ſacerdotium & regnum Chriſti ſunt
Luc. 1.
Pſal. 109. æterna, vt ſcriptura diuina docet: igitur & eius lex Euangelica. Secundo, illa
lex debet eſſe perpetua, nec aliam ſuccedentem habere debet, quæ perducit
proxime ad finem: at finis nouæ legis eſt vnio & pacificatio cum Deo, & ingreſſus
in regnū cœlorū: ergo hæc lex vt quæ data fuit a Chriſto mediatore,
per quem acceſſum habemus ad Patrem, erit æterna. Poſtremo lex Euãgelica
eſt perfectiſſima, vt ſupra eſt probatū: ergo nulla alia ei ſuccedere poteſt.

Tertia poſitio, legis Euangelicę ſtatus non eſt ita firmus & ſtabilis, vt cõparatus
ad homines non admittat varietatem quantum ad perfectionem eo C
rum qui ex lege Euangelica viuunt, & quantum ad amplitudinem ratione
locorum. Doctrina eſt certiſſima, quæ nulla indiget probatione: cum plane
conſtet Chriſtianos, vniuerſe loquendo, aliquando melius vixiſſe, aliquan
do deterius: & interdum latius dilatatos fuiſſe, interdum vero in pauciores
fuiſſe contractos. Hæc autem varietas non ex parte legis, vel legiſlatoris, vel
Dei nata eſt, cum diuinum auxilium ad homines ſaluandos ſemper vbique
ſit in promptu; ſed ex parte libertatis, corruptelęq; humanæ. Quare, quæ
de ſtatu nouæ legis in diuinis literis leguntur, vt de magna fidelium perfectione,
pace, abundantia donorum, & de alijs rebus eiuſdem generis, non
ſunt ſecundum omnia tempora intelligenda, nec reſpectu omniū: quæ admonitio
eſt omnino animaduertẽda. Quarta poſitio, religionis legiſve Chri D
ſtianæ ſtatus perfectior fuit in primis eccleſiæ temporibus, quã in alijs fuerit,
aut futurus ſit. Quamuis ergo alijs temporibus Chriſtianus populus ma
gis dilatatus fuerit, aut dilatabitur: nunquam tamen in eo tanta erit abundã
tia ſpiritus & donorum, quanta fuit temporibus Apoſtolorum & Martyrū,
quorum ſanguine & cõfeſſione res Chriſtiana ſtabilita fuit. Acceperūt itaq;
illi primi Chriſti fideles primitias ſpiritus, & vt fonti omniū gratiarū Chri
ſto propinquiores, plus hauſerunt ſpiritualis gratiæ. Contrà vero circa mū
di ſenectam & cõſummationem, parum inuenietur caritatis. Quinta poſitio,
promiſſio illa Chriſti, de ſpiritu mittendo, adimpleta fuit in Apoſtolis,
Act. 1. cū ſuper eos deſcendit viſibiliter Spiritusſanctus ſub linguarum ignitarum
forma,

A forma, in die Pentecoſtes. Eſt veritas fide tenenda. Primo, quia Chriſtus iuſ-
ſit Apoſtolos ſecedere, & manere in ciuitate, donec induerentur virtute ex *Luc.24.*
alto, & baptizarentur Spiritu ſancto, non poſt multos dies; illis igitur ſer-
uanda fuit promiſsio, quibus facta fuerat. Deinde, ideo, vt apud Ioannem le *Ioan.6.*
gimus, nondum erat ſpiritus datus (abundanter intellige) quia nondū Ieſus
erat glorificatus: ergo Ieſu per reſurrectionem & aſcenſionem glorificato,
ſpiritus pleniſsime dandus fuit. Sexta poſitio, probabilius videtur euange-
licam legem temporibus Apoſtolorum per vniuerſum orbem ab ipſis Apo
ſtolis promulgatā fuiſſe, ita vt ab omnibus excipi potuerit. Per uniuerſum
orbem, intelligi volo omnes mundi partes maiores illis temporibus cogni-
tas & habitatas, vt ſunt Aſia, Europa, & Africa. Primum probatur hæc poſi- *Rom. 10.*
B tio expreſſa diui Pauli auctoritate, qui ad hoc confirmandum, Dauidis vati-
cinium attulit: qui non eſt intelligendus de ſimplici ſono, uel rumore euan
gelij, ſed de actuali prædicatione. Et quod loquatur de tempore præterito,
patet ex his verbis, Nunquid non audierunt? Et quidem (ſubintellige, au-
diuerunt) ſicut ſcriptum eſt, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Secūdo,
ex illa Chriſti ſententia, qua dixit euangelium regni prædicatum iri in vni-
uerſo orbe in teſtimoniū omnibus Gentibus, id eſt, quod omnes gentes ſint
in teſtimoniū de accepto a ſe euangelio, quod Iudęi abiecerunt, & poſt hæc
omnia, ueniet conſummatio. i. urbis Ieruſalem euerſio, quod autē hoc loco,
conſummatio, modo dicto accipi debeat, certiſsimum eſt. Nam apud Lucam
diſcipuli non interrogabant de conſummatione ſęculi: & enumeratis illis,
C quæ Matthæus dixit, ſtatim ſubiecit de euerſione Ieruſalem, inquiens, Cum
aūt videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote, quia appropin-
quauit deſolatio eius. Nec urget, quod hic ait Caietanus, quod Chriſtus ab-
ſolute dixerit, Tunc ueniet conſummatio, & non conſummatio huius, vel il
lius: Quia Marcus plane oſtendit, de qua cōſummatione loquatur, & de tem
pli euerſione. Neq; ēt ualet quod idem auctor ait, Non conſtare Ieruſalē tri-
bulationem fuiſſe maiorem omnibus aliis præteritis, ut euangeliſta ait: qm̄, *Lege Ioſ.*
ſi quis hiſtorias conſulat, id uerum eſſe uidebit. Et multo minus ualet, quod *de bello*
idem dicit, Non conſtare, an ulla alia ſit futura talis: cum de futuro conſtare *iud.*
poſſit, ita Domino prędicente: & ex immanitate illius obſidionis conijci po
teſt. Sed obiicies, paullo infra poſt prædictionē euerſionis dictæ, ſubiicitur, *Mat.24.*
D Statim poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & quæ ſequun
tur: vbi expreſſe fit mentio de conſummatione ſęculi, quæ tamen nondum
uenit: ergo ſuperior cōſummatio nō poteſt intelligi de hieroſolymaria euer
ſione. Reſpōdetur, quoniam Chriſtus uolebat ſuos eſſe in perpetua uigilia,
quaſi quotidie ſit uenturus ad iudicandum, ideo ſubiecit, ſtatim, &c. nō qđ *Gagn.*
tam cito ſit uenturus: ſed quod tam attentos nos eſſe uelit, quam ſi ſtatim eſ-
ſet uenturus. Qui etſi nondum uenit, aut ante mille annos non ſit uenturus:
tamē apud Dominum, mille anni ſunt tanquam dies heſterna quæ pręterijt.
Diuus quoque Petrus ſęculi conſummationem adfore affirmauit. Tertio ea- *1.Pet.4.*
dem poſitio confirmatur ex eo, quod in Apoſtolorum Actis de Apoſtolis di
citur, Et eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq;

 ad vlti-

Cap. ult. ad vltimum terræ: &,vt apud Marcum legitur,Illi autem profecti prædica- A
Cap. 1. uerunt vbiq;:& Paulus ſcribens ad Romanos dixit,Quia fides veſtra annun
tiatur in vniuerſo mundo: Coloſſenſibus etiam dicebat,Euangelium eſſe in
vniuerſo mundo & fructificare,& creſcere. Cõfirmatur,quia Chriſtus præ-
cepit Apoſtolis vt prædicarent euangelium omni creaturæ, quod nõ eſt in-
telligendum per alios miniſtros,ſed per ipſoſmet Apoſtolos. Et ſane Paulus
maiorem orbis partem peragrauit, atq; et alios ad varias partes penetraſſe
cenſendum eſt. Septima poſitio, lex euangelica, vniuerſo terrarum orbi data
fuit, omneſq; populos obligat. Hanc poſitionem afferimus ad confirmãdum
aliud diſcrimen inter nouam & veterem legem: quod illa vni populo data
Deut. 4. fuerit, hæc vero omnibus. Quod lex antiqua non obligaret omnes, patet ex-
Pſal. 147. preſſe ex ipſamet lege, variis in locis; præſertim in illis, in quibus illi popu- B
Ra. 3. & 9. lo præceptum erat, ne communicaret cum Gentibus. At vero, quod noua ad
Matt. ult. omnes pertineat, certiſſimũ eſt ex mandato Chriſti, qui Apoſtolis præcepit,
Mar. ult. *Luc. ult.* vt ſuum euangelium prędicarent omni creaturę, id quod ipſi, vt ante docui-
Rom. 1. mus, præſtiterunt. Oritur autem hoc diſcrimen ex eo, quod lex Moſis poſi-
tiua, hoc eſt cæremonialis, & iudicialis anguſta erat, & ritus ac iudicia par-
ticularia continebat: at vero lex euangelica ritus & cęremonias cõtinet vni-
uerſas, quæ toti mundo communes eſſe poſſunt. Octaua poſitio, lex euange-
lica, ſiue doctrina Chriſti nunquam in eccleſia defecit. Eſt hæc poſitio cõtra
ſtultum errorem recentiũ hæreticorum, quem ideo breuiter refellã, ne ma-
nifeſtiſſimę veritati iniuriam facere velle videar: cum hmõdi ſtul*titia potius*
riſu explodenda, quã argumentis refellenda ſit. Primo, ſi euangelica doctri- C
Luc. 22. na defecit; Chriſtus igitur mendax; qui ſuũ teſtm̃ fore æternum, dixit, & ve-
racior impius Porphyrius, qui contrariũ ſomniauit: neq;.n. põt dici æternũ,
qđ per tot annos fuit extinctum. Secundo, ſi defecit, quis nouus aduenit ve-
rus Apoſtolus a quo rurſus in vitã reuocata fuit? Lutherũ dicent Saxones, &
Eccl. 19. Geneuenſes, Caluinum. At, ne tota Germania, & Gallia olim catholicę pro-
uincię & Romanæ eccleſiæ addictiſſimæ in excipiendis nouis Apoſtolis te-
mere cnipiã credant, fingamus iſtos de nouo euangelizare velle, ſed anteq̃
aures eis præbeãt, petant, A quo ſint miſſi, ne videãtur fures. A quo electi, ne
uideãtur ſuppoſititij. Succeſſionẽ apoſtolicam, verã fidei regulã, repetãt. Si-
gna poſtulẽt, qbus nouã doctrinã confirmẽt, morumq; probitatem. Qui, cũ
nihil reſpõdere queant, cum eo, a quo miſſi fuere impoſtore confuſi abibũt. D
Galat. 1. Nã, ſi Angelo de cęlo venienti, & aliter q̃ eccleſia docet euangelizanti, non
eſt credẽdũ, cur iſtis, de qbus vnde veniãt ignorat, fides habẽda erit? Luthe-
ro, inquã, q aliqñ cõfeſſus eſt, ſe dęmonẽ habuiſſe magiſtrũ, & Caluino, qui
blaſphemando & dęmonẽ inuocando e vita diſceſſit. Tertio, ſi iſta doctrina
defecit, igitur & eccleſia, ſi eccleſia nõ fuit (quæ ſine uera doctrina non eſt)
mendax Chriſtus, q dixit, portas inferi cõtra eã nõ præualituras. Nullibi igi-
tur p tot ſęcula veri Chriſtiani nullus diuinus cultus: uniuerſus orbis ſine le-
ge, ſine Deo. Finge tibi Lutherum nunc Papiſtam (fuit.n. ut fatetur) obtene-
bratum, tanta errorum caligine, ut ipſe poſtea exiſtimauit, & eundem ſta-
tim contra Papiſtas diſputantem; & ab eo pete, Luthere, vnde tibi repente
tanta

A tanta lux affulſit? Quonam pacto tam craſſas diſpuliſti tenebras? vt veritatis tanto tempore latentis lucem videre potueris? Denique, doctrina quam ſuperioribus annis habuit, & nunc habet Romana & Catholica eccleſia, eſt eadem cum illa quam olim tradiderunt primi Patres; quod uelint, nolint ſępe aduerſarij fatentur, ac fateri coguntur: illa uero, quam ipſi docent, vel eſt noua, & propterea non apoſtolica: uel eſt ea, quæ in hęreticis ab vniuerſali eccleſia ſæpe damnata fuit: igitur non noſtra, ſed veſtra defecit, quam nunc ab inferis excitare contenditis, ut Arianiſmum, Samoſatenſmum, Pellagianiſmum, ac etiam Atheiſmum. Antequam argumentis reſpondeo, cum nouum teſtamentum factum fuerit à Chriſto uero Deo, qui nos æternæ vitæ hæredes fecit, paucis docebo vbi, & quando fuerit a Chriſto factum. Dico *Cont. Marcion.* B igitur cum Tertulliano, Chryſoſtomo, Theophylacto, Ambroſio, & alijs, fa- *In Luc. ca. 22.* ctum fuiſſe in cœna, non autem in cruce, ut aliqui uoluere; in qua, non factum, ſed confirmatum fuit, ut Paulus docet, & ex conditionibus quæ in te- *Heb. 9.* ſtante requiruntur demonſtrari poteſt. Primo, teſtator debet ſuperuiuere te- *Lactan. li. 4. c. 10.* ſtamento, quod non ualet donec teſtator uiuit. Secundo, debet eſſe ſui iuris, vt fuit Chriſtus in cœna, non autem in cruce, ubi damnatus & affixus erat. Tertio, debet aliquid hæredibus præcipere, quod Chriſtus fecit, dando de dilectione, & de ſacrificio offerendo mandatum. Quarto, aliquid promittit, perſonaſque hæreditarias nominat: Chriſtus in cœna peccatorum remiſſionem promiſit, quæ promiſſio eſt noui teſtamenti propria, & ſuis diſcipulis dixit, Quod pro nobis tradetur. Quincto, teſtes adhibuit, totam nimirum C eccleſiam Apoſtolorum eo cœtu deſignatum. Deniq; expreſſis uerbis ſuam uoluntatem declarauit, & ſe teſtamentum facere confeſſus eſt, cum dixit, Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti.

Ad primum, lex antiqua dicitur æterna, ſecundum præcepta moralia ſimpliciter; ſecundum alia vſque ad veritatem, quā figurabat, & quouſq; adimpleretur pactum cum patribus initum, quod uſq; ad illud tempus eſſet perpetuo duratura, ſine ulla interruptione. Rurſus dicitur æterna ratione ueritatis quam ſignificabat, & ſecundum ſpiritum, non ſecundum literam, & ut Gregorius ait, quia intellectus illius nunquam mutatur. Ad ſecundum, Apo- *Hom. 6. in Ezech.* ſtoli cognouerunt omnia per aduentum Spiritus ſancti: omnia, inquā, quæ pertinebant ad ſubſtantiam religionis, & erāt neceſſaria ad ſalutem, in qui- D bus continentur omnia quę de nouo ſanciuntur. Neque enim eccleſia facit aliquid de fide, ſed quod iam erat, declarat. Ad tertium, patet ex dictis: duobus enim modis explicari poteſt: nobis autem non diſplicet Chryſoſtomi ſententia. Ad quartum, euangelium non continet aliquid imperfectum ratione præſentis ſtatus, ſed ratione uitæ futuræ in cęlo: quia nondum uidemus Deum ſicuti eſt, nec omnino perfecte amamus. Euacuabitur igitur fidei obſcuritas in alia uita, & dabitur gratia conſummata.

Libri decimiſeptimi finis.

DIVINARVM, HVMANARVMQVE LEGVM

LIBER XVIII.

In quo de operibus actibusve, & conſilijs Euangelicæ legis agitur.

An lex Euangelica præcipere debeat externos actus, deque bonorum operum neceſſitate. Diſput. I.

QVAE hucuſque de lege noua diſputauimus, ad eius na A
turam ac vim explicandam pertinebant: quæ vero ſe-
quuntur, ad ea, quæ continet, & præcipit referuntur. Et
quia actus de quibus lex fert, vel ſunt interni, vel ex-
terni, & lex noua, vt diximus, eſt lex ſpiritus, iure opti-
mo priore loco quæritur, an actus exteriores præcipe-
re debuerit; & quod non debuerit, ſic probo. Primo,
in ea lege ſunt danda præcepta de actibus externis, in qua iuſtitia pendet ex
Rom.3.4. operibus: at, vt ex multis locis diui Pauli diſcimus, iuſtitia nõ tribuitur ope
Gal.2. ribus, ſed fidei: igitur. Confirmatur, quia multis in locis, vbi de ſalute & iu- B
Tit.3. ſtificatione fit mentio, ſola nominatur fides: & aliquando Dominus dixit,
Math.9. *Luc.7.* Crede tantum, & ſalua erit. Rurſus multis in locis dicitur, hominem gra-
Ian.3. tis iuſtificari, quod idem eſt, ac ſi diceretur, non ex operibus. Præterea ſunt
Rom.4.11 alia loca in quibus dicitur, Omnes qui credunt ſaluari; vt Ioannis 3. Acto-
Epheſ.2. rum 10. Rom. 1. & 10. & 1. Ioan. 5. Denique, multis in locis noſtra ſalus po-
nitur in verbo Dei, quod ſola fide apprehendimus. Atque in eandem ſen-
tentiam nonnulli Patres citari poſſunt. Secundo, legis nouæ ſubſtantia &
perfectio, vt ſupra diximus, conſiſtit in corde & ſpiritu: igitur non verſa-
tur in externis operibus: Vnde Chriſtus aliquando loquens de adoratione, C
1.Tim.4. dixit, Veros adoratores adorare ſpiritu & veritate. Et Paulus, Corporalis
Mat.24. exercitatio, ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis eſt. Tertio,
Luc.12. lex Euangelica eſt lex regni cœlorum, quod intra nos eſt, & non conſiſtit
Rom.14. *& 8.* in eſca, & potu, ſed in pace & gaudio, ſpirituque: non igitur in actibus ex-
ternis. Quarto, lex Euangelica eſt lex perfectæ libertatis; qualis non eſſet,
ſi hominem ad externa opera obligaret, & ita, nõ lex ſpiritus, ſed factorum
vocanda eſſet.

¶ Latiſſimus hic pateret diſſerendi campus de operum externorum & bo-
norum neceſſitate & efficacia, ſi extra locum contra modernos hæreticos la-
te di-

A te diſputare vellem. Cum ergo hic non ſit proprius locus, multa paucis perſtringam. In hac itaque diſputatione de externorum bonorumq; operum neceſſitate & efficacia, duo ſunt extremi errores omnino vitandi. Primus eorum qui exiſtimarunt noſtram iuſtitiam poſitam eſſe in actibus exterioribus, eamque ſolam ſufficere: in quo errore fuerunt nonnulli temporibus Chriſti. Secundus eorum, qui dixerunt opera externa non eſſe neceſſaria, & bona opera nullam habere vim apud Deum. Ita noſtris temporibus Lutherus, Caluinus, Melanchthon, Illiriciani, Saxonici, & alij: quamuis nonnulli conquerantur, quod falſo huius erroris accuſentur, cum bonorum operum neceſſitatem non negent; ſed tamen id omnino fateri debent, qui dicunt opera nihil prodeſſe, & bona non facere bonum, nec mala
B malum, quod varijs in locis plane docet Lutherus: qui dicunt bona opera eſſe peccata mortalia, vt communiter omnes hæretici citati dicunt: qui aſſerunt Euangelium promittere ſalutem ſine vlla conditione: qui libertatem Chriſtianam in eo ponunt, quod vir iuſtus ſit liber a legis obſeruatione: & denique, qui Chriſtianos cum operibus bonis ad Satanam ſpectare affirmant, vt rigidi Lutherani faciunt. At veritas catholica in medio conſiſtit, quæ iuſtitiam non in ſolis actibus externis ponit, nec eos reijcit, & bonorum operum vim agnoſcit, vt in ipſis poſitionibus dicemus.

Prima poſitio, lex factorum apud Paulum, eſt ea quæ iubet quid ſit faciẽdum: lex vero fidei eſt ipſa fides, quæ impetrat gratiam faciendi, quod lex factorum iubet. Neutra itaque lex reijcit opera, ſed vna continet præceptum,
C altera auxilium: illa præſtat vt cognoſcamus, hæc vt faciamus: per illam dicit Deus, fac quod iubeo, per hanc nos dicimus Deo, da quod iubes: denique, lex factorum eſt litera quę occidit, iubendo, non iuuando; lex fidei eſt ſpiritus qui viuificat opem ferendo. Ex quibus colligeres, non ſolum legẽ Moſis eſſe legem factorum, ſed etiam legem Chriſti, quatenus aliquid imperat: & legem fidei, non ſolum dici ratione Chriſtianorum, ſed etiam ratione antiquorum Patrum, qua omnes homines Dei gratiam impetrarunt, & iuſtificati gratis per eandem gratiam mandata ſeruarunt. Quare perperam Caluinus Kemnitius, & alij Sectarij per legem factorum, intelligunt legem quæ ſola opera requirit, & per legem fidei, eam quæ ſolam fidem poſtulat, cum omnis lex quæ ad iuſtitiam refertur, vtrunque requirat. Quam
D ſtultam explicationem varijs in locis refellit Auguſtinus, dum legem Euangelicam, quæ maxime fidem exigit, etiam opera, omnium nimirum mandatorum obſeruationem expoſcere demonſtrat. Pari ratione, ex ijs quæ ſæpe diximus, & Paulus in Epiſtola ad Romanos ex profeſſo docet, probares, legem veterem, quæ maxime præcepta tradit, etiam fidem requirere. Secunda poſitio, iuſtitia legis in diuinis literis, & ſpeciatim apud Paulum deſignat opera iuſta, quæ lex facienda præſcribit: quam nullibi Paulus, aut alij ſcriptores ſacri reijciunt, ſed vbique requirunt. Nam legis factores iuſtificantur: & Deus miſit filium ſuum, vt iuſtificatio legis, ideſt, obſeruatio plena, quæ iuſtitiam cum fide affert, impleretur in nobis, hoc eſt, ut plene mandata ſeruare poſſemus. Tertia poſitio, iuſtitia ex lege, vel in lege, ſunt opera il- *Rom. 2.*

la quę ſine gratia fidei, ſola legis cognitione adiuti homines faciunt: quæ co- A
Heb. 11. ram Deo, cum non ex fide procedant, non iuſtificant, cum ſine fide impoſſi-
bile ſit placere Deo, ſed tantum coram hominibus, qui exteriora ſpectant:
Rom. 4. de qua loquitur Paulus, cum ait, ſi Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, ha-
Aug lib. 3. bet gloriam, ſed non apud Deum. Quarta poſitio, cum diuus Paulus dicit
cõtra duas hominem non iuſtificari ex operibus, per opera, non intelligit omnia ope-
ep. Pelag. ra ſimpliciter, ſiue ante fidem, ſiue poſt fidem fiant, aut etiam ipſam fidem,
c. 7. vt quoddam opus eſt, ut hæretici volunt, nec etiam, vt alij putant, obſerua-
tionem legalium, ſed intelligit opera quæ fidem præcedunt, & quæ ſolis li-
beri arbitrij viribus fiunt, vt Auguſtinus conſtanter & vere docet, cui con-
Li. de gra. & lib. arb. ſentit Hieronymus. Et quod non intelligat ſolum legalium obſeruationẽ,
c. 7. ſic probatur. Paulus ad Romanos 4. ad Epheſios 2. & ad Titum 3. ſimplici- B
De prade. ter excludit opera, nulla facta mentione legis Moſaicę; quare, non ſolum le
ſanct. c. 7 galia, ſed etiam moralia excluduntur opera. Quod excludantur opera an-
Epiſt. ad te fidem facta, non autem, opera ſimpliciter, patet ex hoc loco, Ei qui opera
Chieſi.
Rom. 4. tur, merces imputatur ſecundum debitum, non ſecundum gratiam. Quibus
verbis, ipſe Apoſtolus explicat, quid intelligi debeat per opera, quæ oppo-
nuntur fidei, ac dicit, illa ſe uocare opera, quibus id quod imputatur eſt mer
ces, non gratia. Talia autem non ſunt niſi illa, quæ fiunt ex ſolis viribus li-
beri arbitrij. Siquidem, ijs quæ fiunt ex gratia, ut eſt actus fidei, & quę dein-
de ſequuntur, id quod redditur, nõ eſt ſimpliciter merces, ſed gratia, & ma-
gis gratia, quam merces; Et hic eſt ſcopus Epiſtolæ ad Romanos & ad Ga-
latas, in quibus Paulus hac de re diſputat, neminem poſſe iuſtificari ſine fi- C
de, & ſine gratuita Dei miſericordia: non ex operibus legis, quæ iactabant
Iudæi, aut ex Philoſophia, qua Gentes gloriabantur. Cæterum in Epiſtola
ad Galatas vtraque tractatur quæſtio, an cæremoniæ legis iuſtificarent, &
vniuerſe, an naturæ viribus iuſtificatio acquiri poſſit. Excluſit itaque opera
omnia quæ ſine fide fiunt: quamuis ſæpius ob iudaizãtes de cæremonijs an-
tiquis mentionem faciat. Quincta poſitio, cum in diuinis literis iuſtitia tri-
buitur fidei, non numeratis alijs virtutibus, non cenſentur excluſi actus alia
Luc. 7. rum virtutum, ſicuti nec cenſetur excluſa fides, cum alicui alij virtuti, vt
Iob 12. dilectioni, eleemoſynæ, timori Domini, baptiſmo, & alijs tribuitur iuſtifi-
Eccl. 2.
Tit. 3. catio. Verum fides ſola interdum ſufficit, non ad iuſtitiam, ſed ad miracu-
la impetranda, cum ad ipſius fidei confirmationem referuntur: non autem D
cum ad vitam eius, qui miracula impetrat, illuſtrandam. Ideo iuſtificatio
tribuitur fidei, quia fides eſt initium, & fundamentum iuſtificationis, quid-
Seſ. 6. c. 8. quid contra Concilium Tridentinum garriat Caluinus, cum hoc varijs in
locis doceat Auguſtinus, quem vnum ex tota antiquitate patronum ſumere
Caluinus ſolet. Sexta poſitio, cum ſcriptura ait, homines iuſtificari gratis, nõ
excluduntur opera ſimpliciter, ita vt iuſtificatio fiat ſola fide, quæ vt hæreti
ci volunt, ſine operibus iuſtificat. Explico, iuſtificari gratis, dupliciter intel-
ligi poteſt: primo, vt excludatur meritum ex condigno, & ex iuſtitia, & tũc
non excluduntur opera quæ tanquam diſpoſitiones quas Deus requirit, ad
iuſtificationem concurrunt, & de congruo aliquid merentur. Et tunc non

eſt

A eſt idem iuſtificari gratis, & iuſtificari ex fide, vt poſuimus. Altero modo
accipi poteſt, iſta particula gratis, vt opponitur operi facto ſine vlla gratia
& auxilio diuino, ex ſolis naturæ viribus; ſiue illud opus dicatur meritum
de congruo, ſiue de condigno, ſiue conditio, aut ratio cur detur iuſtificatio:
Et tunc iuſtificatio non excludit merita abſolute; ſed merita propria, quæ
ſint ex nobis, & non ex Deo. Nam merita quæ originem habet ex gratia prę
ueniente, non pugnant cum gratia, ni quis dicere velit, gratiam pugnare
cum gratia. Et ſecundum hanc conſiderationem, iuſtificari gratis, & ex fi-
de, & ſine operibus idem ſunt. Nam, cum fides ſit primum Dei donum, qui
ex fide iuſtificatur, non fit iuſtus ex operibus fidem præcedentibus, ſed gra-
tis & ex gratia, quia fides eſt ex gratia. Nec propterea eum qui ſic iuſtifica-
tur gratis, ex ſola fide iuſtificari putandum eſt: quia, vt iuſtificatio gratuita
non excludit fidem, quæ eſt ex gratia, ita nec pœnitentię, & dilectionis ope-
B ra, cum omnia iſta ſint ex gratia. Atque hunc in modum varijs in locis han- *Epiſt. 105.*
c particulam gratis, exponit Auguſtinus. An autem diſpoſitiones quæ ex pri- *& 106.*
uato auxilio procedunt, habeant aliquam rationem meriti de congruo, du-
bitari ſolet. Nos quidquid dicant, etiam aliqui ex noſtris, vna cum com-
muni ſententia dicimus, habere aliquam rationem meriti de congruo. Li- *Sot. li. 2. de*
cet ergo opera quæ fiunt ex meris naturæ viribus, nullam dignitatem ha- *nat. et gra.*
beant: illa tamen quæ ex priuato Dei auxilio naſcuntur, aliquid dignitatis *c. 14*
& meriti ſortiuntur. Ita Auguſt. in epiſt. 105. & 106. & lib. 1. Retr. cap. 23. *Cōc. Trid.*
Tertullianus, lib. 4. aduerſus Marcionem: Cyprianus ſermone 6. de oratione *ſeſ. 6. ca. 5. & 6.*
C Dominica, Ambroſius lib. 7. & 10. in Lucam, vt alios omittam: Et ſane, quis *Aug in pſ.*
non agnoſcat aliquam dignitatem in opere illo, quod a Deo pendet, & eſt *50.*
Spiritusſancti donū? Nec propterea diceres, eſſe hic meritum de cōdigno, *Greg.*
quamuis hoc opus ſit a Deo; quia non eſt a Deo intus per gratiam habitan- *1. Reg. lib. 3. c. 4.*
te, ſed exterius mouente, & inchoante, & nondum perficiente: nec ab homi
ne cum Chriſto per gratiam viuificātem vnito, ſed ab eo, qui adhuc eſt Dei
inimicus. Septima poſitio, cum in diuinis ſcripturis dicitur, omnes qui cre-
dunt iuſtificari & ſaluari, non excluduntur opera. Poteſt autem in his parti
cula, Omnis his modis explicari. Primo, negatiuę, id eſt, Nemo ſine fide iu- *Rom 3.*
ſtificatur, vt ſi in hac vrbe vnus eſſet Grammaticus, & diceretur, Omnes ab *Ioan. 3.*
iſto grammaticam diſcunt, id eſt, nemo niſi ab iſto, non quod omnes gram-
D maticam diſcant. Secundo, iſta particula, referri poteſt ad omnia hominum
genera, vt deſignetur per fidem Chriſti viam ſalutis eſſe apertam omnibus; *Rom. 10.*
vt aliqn̄ contra Iudæos agens Paulus retulit. Poſtremo, referri pōt ad ſingu
los credētes, in ſenſu affirmatiuo, & tunc non ſignificatur ſolā fidem ſuffice
re, ita vt excludantur alia q̄ requiruntur; vt in his patet ſententijs. Oīs qui
ſperat in eū, nō cōfunditur: Oīs qui diligit, ex Deo natus eſt: Oīs qui petit,
accipit. Multi itaque, vt ait Auguſtinus, dicunt, credo, ſed fides ſine operibus
non ſaluat. Sicuti nec etiā, verbum Dei per ſolam fidem apprehenſum, *Tract 10. in epi. Ioā.*
niſi caritate compleatur; cum hoc verbum, non ſolum promiſſiones offe-
rat, ſed etiam opera facienda proponat. Vnde, qui audit, & audita non exe-
quitur, homini ſtulto ſuper arena ædificanti comparatur. Eſt itaq; verbum *Mat. 7.*

Dei,

Dei, ſemen vnde naſcitur ſalus, ſi caritate foueatur, & excolatur. Et Abrahæ, A
Mat. 13. ipſum credere reputatum fuit ad iuſtitiā, quia dedit gloriam Deo, ideſt per fidem ei cultum exhibuit. Deus enim eos glorificat, a quibus glorificatur. Atque ex his facile explicares omnia loca, quæ ab hæretico afferuntur, ad probandum, ſolam fidem iuſtificare: ac etiam nonnullas Patrum auctoritates, quas citare ſolent, in quibus ſolam fidem iuſtificare dicunt.

Primum illi omnes qui citantur, aliis in locis operum neceſſitatem plane demōſtrant, vt Origenes, Baſilius, Cyrillus Chryſoſtomus Thophilactus Ambroſius, Auguſtinus, Leo, Bernardus; & ſi qui ſunt alij. Deinde omnes fere in iiſdem locis declarant quomodo ſola fides dicatur ſufficere, iuxta
Orig. in ep. ad Rom. 4 modos allatos. Vnde, per ſolam fidem aliquando excludunt neceſſitatem operis externi, cum non eſt neceſſitas, aut occaſio externi operis, quo modo B
bonus Latro fide ſaluatus dicitur, Fide, inquam, vt eſt quoddam bonū opus:
Hilar. aliquando excludunt legis cæremonias, quod fides iuſtificet, lex uero Mo-
Baſ. ſis non item: aliquando opera quę fiunt ſine fide & gratia: ita vt iuſtificari ex fide, ſit iuſtitiam conſequi ex Dei dono: aliquando, per fidem, veram & catholicam fidem intelligunt, vt excludant hæreticorum ſectas: aliquando in-
Leo epiſt. 70. telligunt fidem uiuam cum caritate coniunctam: & denique, cum alia opera ſimul cum fide numerant, & cum dicunt, ſolam fidem iuſtificare, dicere uolunt, illa ex ſe non facere iuſtum, ſed fidem ſine illis poſſe, cum ſit iuſtitiæ fundamentum, hoc eſt, nihil ſine fide iuſtificare poſſe. Octaua poſitio, bona opera exteriora neceſſaria ſunt ad ſalutem, non ſolum neceſſitate præſentiæ, ſed etiam efficientiæ, explico; Dicunt aduerſarij, opera bona eſſe ne- C
ceſſaria ad ſalutem, neceſſitate præſentiæ, non autem efficientiæ, hoc eſt, fides requirit opera & fructus, alioqui nō eſſet vera, & uiua, quo modo ignis non eſſet ignis, niſi calefaceret: tamen iſta opera nullam habent uim erga ſalutem, ita vt ſola fides habeat relationem ad ſalutem, opera non item: nos autem dicimus opera ſalutem efficere. Patet hæc doctrina, quæ eſt certa fide tenenda, ex iis quæ diximus in prima diſputatione huius libri: vbi docuimus Chriſtum fuiſſe verum legislatorem, & legem nouam eſſe ueram legem, & ſalutem promitti ſub cōditione, ſi pręcepta ſeruauerimus, quæ pro-
Heb. 10. inde relationem habent ad ſalutem. Hoc ſi verum non eſſet, Paulus non dixiſſet, Pœnitentia uobis neceſſaria eſt, vt facientes uoluntatem Dei, reportetis repromiſſionem: uides vt pœnitentia dicit relationem ad repromiſſionē? D
Phil. 2. Et alio loco, Cum metu, et tremore veſtram ſalutem operemini: actiones ita
1. Cor. 7. que bonæ ſalutem operantur. Item, ſi Spiritu facta carnis mortificaueritis,
Rom. 8. viuetis: ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Hoc ſi verum non eſt, cur in die iudicij datur regnum ob hanc cauſſam, quod opera eleemoſynæ homines fecerint? Eſuriui enim ait Dominus, & dediſtis mihi mādūcare, &c. Et denique, quid proderit (Iacobus loquitur) fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſaluare eum? Hanc veritatem ex profeſſo confirmant epiſtolæ canonicæ Iacobi, Petri, & Ioannis, contra eos, qui ex Pauli epiſtolis errandi occaſionem ſumpſerant, quod ſola fides iuſtificet, dum fidei neceſſitatem exaggerat. Abſtineo hoc

loco

A loco a multis auctoritatibus conciliorum, ſanctorum Patrum, aliorumque *Iren lib. 1.*
doctorum, & a perpetua Eccleſiæ catholicæ traditione, quam Patrum do- *c. 10.*
ctrina plane demonſtrat: adijcio tamen hanc efficacem rationem. Si ſola *Clē. Alex.*
fides habet relationem ad ſalutem, & opera non ſunt neceſſaria niſi ratio- *lib. 5. Stro.*
ne præſentiæ ac fructus, & vt fidei ſigna, ſola profecto fides ſine ullis operi- *Chryſ. ho-*
bus, immo fides iuncta cum omni uitio ſaluare poſſet, quod eſt impium & *mil. 30. in*
horrendum auditu. Conſequutio probatur, quia per aduerſarium, bona *Ioa.*
opera nullam habent uim ad ſalutem, ſed ſolum per accidens requiruntur: *Fulgent.*
ergo ſine illis poteſt eſſe ſalus. Explico, ignis ſolo calore calefacit; quod *lib. 2. de re*
etiam faceret, quantumuis omnia alia accidentia ab eo remouerentur. Si- *miſ. pecca.*
militer, ſola relatione ſeruitutis ſeruus refertur ad dominum, ad quem re- *Primas. in*
B ferretur, etiam omnibus aliis accidentibus remotis, aut aliis additis. Ne- *cap. 5. ad*
que pro impoſſibili haberi debet, quod fides ſeparetur ab operibus; cũ per *Epheſ.*
aduerſarios, fides & opera ſe habeant, vt cauſſa & effectus, & tanquam ar- *Ariſtot. in*
bor & fructus, cum effectus a cauſſa ſeparari queat. Quod autem fides bo- *præd. c. de*
nis operibus deſtituta, & cum peccatis coniuncta non ſaluet, etiam aduer- *relat.*
ſarius concedit: & ſi negaret, facile ex variis ſcripturæ locis probari poſſet: *Rom. 2.*
Quia gloria & pax, eſt operantibus bonum, & fornicarij, rapaces, adulteri, *1. Cor. 6.*
& cæteri peccatores regnum Dei non poſſi debunt. *Gal. 5.*

Nona poſitio, bona opera exteriora non ſolum ſunt neceſſaria imperfe-
ctis & incipientibus, ſed etiam perfectis hominibus. Eſt doctrina fide tenen
da ex Concilio Viennenſi in Clementina, Ad noſtrum de hæreticis: quam
C hæc certiſſima Chriſti ſententia omnino confirmat, ſi vis perfectus eſſe, va- *Mat. 19.*
de, & vende omnia quæ habes: ac proinde Paulus vir perfectus, ſuum cor- *1. Cor. 9.*
pus caſtigabat, & in ſeruitutem redigebat.

Decima poſitio, euangelicæ legis perfectio principaliter conſiſtit in ope
ribus & actibus internis, & in interno ornatu cordis, & conſequenter in ex-
terno cultu, qui interiorem conſeruat, & iuuat. Quod perfectio magis conſi- *Leg. Baſil.*
ſtat in interno ornatu, patet ex hac Chriſti ſententia, Spiritus eſt Deus, & ideo *in Moral.*
in ſpiritu & veritate illũ adorare oportet: & de tota eccleſia cecinit Prophe- *Ioan. 4.*
ta, Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: vbi Chriſti ſponſa potiſſimum ab *Pſal. 44.*
interno ornatu laudatur: Nec tamen reijcitur externus, ac proinde ſubditur,
In fimbriis aureis circumamicta. Huc facit quod Chriſtus non damnauit
D Martham, in actibus externis occupatam, ſed ei prætulit Mariam, ſpirituali-
bus operibus addictam. Cõfirmatur, quia perfectio ſumẽda eſt a perfectio-
ribus virtutibus, cuiuſmodi ſunt uirtutes Theologicæ, quarum actus in cor
de conſiſtunt. Quod autem externa opera interna iuuent, & ſuſtineant, pa-
tet; Quia, vt ait Ioannes, qui viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit *1. Ioan. 3.*
viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Quare, ſicuti anima ra
tionalis, quamuis ſpiritus ſit, & tamen nõ poteſt conſeruari in corpore ſine
corporalibus auxiliis; ita nec vita ſpiritualis ſine operibus ſpiritualibus. At-
que hæc ſunt quæ de bonorum operum neceſſitate breuiter dixiſſe uolui.
Argumenta in contrarium allata, infra diſputatione tertia diluentur.

 A

Opera ex gratia facta eſſe meritoria, & quid, quaque ratione mereantur. Diſput. II.

BONORVM operum neceſſitate demonſtrata, conſequens eſt,
vt de eorum merito, atque efficacia diſputemus: paucis tamen
pro noſtro inſtituto. Quattuor itaq; de re propoſita nobis ex-
plicanda proponimus. Primum, quod opera facta in gratia
ſint gratiæ & æternæ vitæ meritoria. Secundum, quæ requiran
tur ad hoc vt opus poſſit dici meritorium. Tertium, quo genere meriti me-
reantur, congrui, an condigni. Poſtremũ, quæ ſint ea, quæ ſub meritum ca-
dunt. Quid autem de his tenendum ſit, ſequentibus poſitionibus docebo. B
Prima poſitio, bona opera hominis iuſti ſunt meritoria ſalutis æternę. Eſt
doctrina certa fide tenenda, quam, etſi olim liberius negarent noſtrates hæ-
retici: tamen, ne omnino eam contemnere uideantur, nunc concedunt eſſe
meritoria bonorum temporalium & ſpiritualium in hac uita: neque hoc
Confeſ. meritum eis tribuunt ex ipſorum efficacia, ſed ex fide & indulgentia Dei,
Auguſt. qui iis qui credunt ſibi remiſſa eſſe peccata, ſua indulgentia tegit operũ fœdi
Mart. Kẽ. tatem, & ſic acceptat, acſi iuſta eſſent. Caluinus uero omnino damnat, no-
Brent. men meriti, & Patres increpat, quod eo vſi ſint, cum tamẽ eadem uoce vſus
ſit Spiritusſanctus. Quare falſo Bucerus affirmat, Patres & ſcriptores ſacros
non fuiſſe vſos hoc verbo, aut certe dura catachreſi. Quod autem hoc no-
men, Meritum reperiatur in diuinis literis, patet ex his locis. Eccleſiaſtici c. C
16. Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum ope-
rum ſuorum: & licet in græco codice habeatur, Κατὰ ἔργα, tamẽ optime ver
titur, ſecundum meritum: vnde Hieronymus, quod græce, vel hebraice di-
Iud. 20. citur, ſecundum opera, vertere ſolet. Ad Hebræos capite 13. Beneficentiæ
& cõmunionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus: vbi
Promeretur, paſſiue ſumitur, & recte uis uerbi græci, εὐαρεστεῖται, exprimi-
Chryſoſt. tur, quo delectari, hilariter ſe habere, & placari ſignificat. Delectatur er-
Oecum. go & placatur Deus talibus hoſtijs, vt aliqui Patres exponunt, & Caluinus
non refragatur; quamuis nolit proprie uocari merita, cum tamen latine di
camus, aliquem apud alium mereri, eum ſibi obligare, quia facit aliquid,
quod ei placet. Rurſus; ſunt multa loca, in quibus vſurpatur, dignum D
2. *Theſ.* 1. eſſe, & nomen dignitatis: nam Græci, ἀξιοῦσθαι, vſurpãt pro mereri, & ἀξίαν,
Apoc. 3. pro merito. Denique, ſunt alia loca in quibus ponitur merces, quæ eſt re-
& 16. latiua meriti; merces enim meritis redditur. Neque dicendum eſt in tot lo-
Gen. 15. cis abuſione vocabulorum diuinum ſcriptorem vſum fuiſſe. Ex omnibus
Iſa. 40. autem locis in quibus fit mentio de mercede bonis reddenda, quæ multa
Mat. 5. ſunt, optime colligitur iuſtorum opera eſſe vere meritoria; ut, cum dicitur,
1. *Cor.* 3. Quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Voca operarios, & redde illis
Mat. 5. & 20. mercedem. Nec valet quod Melanchthon ait, dari mercedem ſolum ra-
tione promiſſionis a Deo nobis factæ; quia expreſſe dicitur, dari operibus:
& quod ex ſola promiſſione datur, merces dici non poteſt. Quod ſi dicas,

bonis

A bonis operibus promitti vitam æternam, quæ non eſt ex mercede, ſed per hæreditatem accedit, quæ non eſt merces, ſed debetur filijs, ut filij ſunt, nõ quia eam acquiſiuere; hoc non vrget, quia rarius uocatur hæreditas, & ſæpius merces, quæ datur operarijs: & cum detur ſolum filijs, ideo etiam hæreditas vocatur. Voluit ergo Deus ad maiorem noſtram gloriam, ut id meritis acquireremus, quod filijs debetur; vt etiam Chriſtus fecit: cui licet eſſet debita corporis gloria, & nominis celebratio: tamen, quia ſemetipſum humiliauit, exaltatus fuit; & Chriſtum oportuit pati, & reſurgere a mortuis. Rurſus, idem probares ex locis in quibus redditur præmiũ pro ratione operum, & laborum: quæ loca non bene explicantur de præmio in hoc mundo. Nec iſta retributio poteſt attribui fidei, cum detur pro ratione laborũ, *Pſal. 109.* *Act. 17.* *Pſal. 65.* *Luc. 6.* *Rom. 2.*

B qui ex ſe ſunt meritorij. Et vt malis non redditur pœna, quia mala opera ſunt ſigna perfidię, ita bonis nõ datur gloria, quia ſunt ſigna fidelitatis. Vnde cum Petrus ait, deportantes finem fidei veſtrę, ſalutem animarum veſtrarum, non ait, vitam æternam eſſe mercedem fidei, ſed finem: at non ſunt idẽ, finis & merces: quia finis habet relationẽ ad media, ſiue ſint meritoria, ſiue nõ; merces vero ad merita refertur. Vt omittam, quod loquitur de fide, quę per dilectionem operatur. Et ſi Caluinus qui hunc locum obiicit, actum fidei meritorium faceret, iam ab omnibus Proteſtantibus reiiceretur. Rurſus, ſunt multa loca in quibus exprimitur ratio, cur detur uita æterna, ſumpta a bonis operibus: quia iuſti bene egerunt. Eſuriui enim: Quia in pauca fuiſti fidelis. Nec valet ſi dicas, iſtas particulas, enim, quia, non contine- *1. Cor. 3.* *Gal. 6.* *Mat. 25.* *Apoc. 7.*

C re rationem, & cauſſam, ſed ſolam conſequentiã diuinę ordinationis, quod Deus prius voluerit fieri bona opera ab electis, quam eis daretur merces, quia re uera, in illis locis, a Chriſto redditur cauſſa cur detur merces, & eodem modo iſtæ particulæ cauſales vſurpantur in explicanda retributione malorum, Ite maledicti in ignem æternum, Eſuriui enim: eſt enim peccati ſtipendium, mors. Huc pertinent loca, in quibus dicitur, bona opera ſalutem ipſam efficere, & æternum vitæ pondus operari. Rurſus eadem ueritas confirmatur ex iis locis, in quibus pręmium bonis operibus ex iuſtitia reddendum eſſe dicitur: at iuſtitia, nititur merito, igitur bona opera habẽt vim merendi. Loca huius ordinis multa ſunt apud Paulum, & alios ſcriptores ſacros, a quibus abſtineo, cum paſſim occurrant. Vere itaque dictũ *Rom. 6.* *Phil. 2.* *Gal. 6.* *1. Cor. 4.* *2. Theſ. 1.* *2. Tim. 4.* *Heb. 6.*

D a Sapiente fuit, Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Quare, corona, & brauium, quę a iuſto iudice dãtur, nõ ſunt relata bonorum operum, vt ſunt ſigna veri Chriſtiani, vt ait Caluinus, ſed vt habent vim merendi. Neque in iſtis locis continetur mera hortatio ad bene agendum, vt quidam alius fingit; quia continerentur etiam officioſa mendacia, ſi præmium non daretur ratione operum; quod præmium alijs in locis eis promiſſum fuit: promiſſum, inquam, cum operum conditione: ac proinde promiſſum eſt faciendum, vt veritas extet; & ex iuſtitia præmium dandum, vt conditio impleatur. Denique, ſi non tribuitur præmium ex iuſtitia, cur Deus dicitur iudex iuſtus & non acceptator perſonarum? acceptatio enim eſt vitiũ contra iuſtitiam. Concludamus igitur cum Auguſt. Si non ſunt merita, quo- *1. Cor. 9.* *Iacob. 1.* *Mat. 19.* *1. Tim. 4.* *Iac. 1.* *Rom. 2.* *Gal. 2.* *Act. 10.* *Epiſt. 46.*

modo

modo iudicabit Deus hunc mundum? Omitto hic innumeras quas afferre A
poſſem antiquorum patrum authoritates; vt Ignatij,Iuſtini martyris,Irenęi,
Clementis Alexandrini, & eius diſcipuli, Origenis, Baſilij, Chryſoſtomi,
Tertulliani, Cypriani, Paulini, ac etiam conciliorum, vt Lateranenſis, ſub
Innocentio III. Florentini,& Tridentini. Secunda poſitio,vt opus aliquod
ſit meritorium hæ requiruntur conditiones: vt ſit bonum, vt ſit liberum, vt
fiat in obſequium Dei,vt qui meretur ſit viator,vt ſit amicus Dei, vt interce
dat Dei promiſſio, denique, vt procedat ex virtute caritatis. Ex his ſeptem
conditionibus prima nullam habet difficultatem; quia,ſi peccati ſtipẽdium
eſt mors,profecto per opus non bonum nemo mereri poterit. Similiter ter-
tia,quia ſolum in hac vita datur facultas currendi ad brauium, quod tribui
tur in altera. Illa etiam, quod opus debeat fieri propter Deum, eſt manife B
ſta; quia meritum includit ordinem ad mercedem ab alio accipiendam.
Reliquas igitur quæ aliquid difficultatis habent,paucis confirmabo. Quod
In apol. q. 8 requiratur liberum arbitrium contra ſententiam Roberti Olcoth,cuius me
minit Picus, patet ex communi doctorum ſententia: & is laudatur,qui po-
Eccl. 31. tuit tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus: hilaremq; datorem diligit Deus. In-
2. Cor. 9. nocentes autem ex priuilegio martyrij, & ex acceptatione diuina habuerũt
gloriam,quam nõ proprie meruerunt:vt Chriſtus,qui oblatus eſt,quia ipſe
Iſa. 53. voluit. Quod debeat procedere ab homine iuſto, per iuſtitiam inhærentẽ,
& non ſatis eſſe quod procedat ab homine ſolum eleuato per diuinum au-
xilium,vt quidam voluerunt,ſic probatur. Primo ex Bulla Pij Quincti in-
nouata a Gregorio XIII. in qua contraria ſententia damnatur:accedat Con C
Seſ.6.c.16. cilium Tridentinum, & communis Theologorum conſenſus cũ Magiſtro.
2. S. d.24. 27. & 29. Secundo, quia qui mereri vult debet eſſe coniunctus cum Chriſto, vt pal-
Ioan.15. mes cum vite: ergo oportet, vt viuat per gratiam. Confirmatur, regnum
Ioan.8. cœlorum eſt hæreditas filiorum Dei: igitur opus eſt vt homo ſit regenera-
Rom.8. tus per gratiam,vt mereri dicatur. Ideo legimus, Deum reſpexiſſe ad Abel
Gen.4. & munera eius: vides, vt Deus reſpicit perſonam? Denique, viſio Dei eſt
actus eleuatus ſuper omnem rem creatam,ita vt Deus nec cognoſci,nec ap-
1. Cor. 2. peti naturaliter poſſit: ergo acquirenda eſt per opera ſupernaturalia; quæ
exercere non poteſt, niſi is qui fuerit eleuatus ad eſſe quoddam ſupernatu-
rale: de quo ſtatu lege, ſi placet,quæ nos in Centuria de viro iuſto ſcripſi-
mus. Nec propterea quod merces promittitur obedientiæ legis, & obſer- D
Ioan.3. uationi mandatorum, ſola eorum obſeruatio meretur vitam æternam, niſi
Rom.8. is qui ea ſeruat fuerit per gratiam renatus, & filius Dei. Et quamuis Deus
retribuere debeat præmium ratione operum; non propterea dicitur acce-
ptator perſonarum; cum non remuneret opera quæ fiunt ab eo qui nõ eſt
gratia ornatus, quia opera meritoria non poſſunt fieri niſi a perſona renata
per gratiam,quã Deus nõ ex iuſtitia,ſed ex liberalitate donat.Oportet itaq;
vt qui vult Deum promereri, vt per gratiam conſors diuinæ naturæ fiat.

Quod requiratur promiſſio,ſiue pactum gratuitum,contra quendam no
Seſſ.6.cap. vlt. uum ſcriptorem determinatur in bulla ſupra citata,& in Concilio Triden-
tino. Et ſane,quis ſanæ mentis dicat,opera noſtra ui ſua eſſe meritoria im-
menſi

A menſi & infiniti boni, ad quod nullam habent ex ſe proportionem, niſi pro
miſſioni diuinæ nitantur? Non ſunt itaque condignæ paſſiones huius tem- *In uita S.*
poris ad futuram gloriam. Vt merito Athanaſius aliquando dixerit, Nec *Ant.*
uniuerſo orbi renunciantes, dignum aliquid habitaculis poſſumus compen
ſare cœleſtibus. Huc facit quod Deus is eſt, qui bonorum noſtrorum non
eget, vt regius vates ait, & Iobus, ſi iuſte egeris, quid donabis ei? aut quid de *Cap. 35.*
manu tua accipiet? Et Paulus, Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Deus *Rom. 11.*
itaque, vt Fulgentius ait, ſeipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorē. *Lib. ad Mo*
Denique, nulla alia poteſt reddi cauſſa, cur ſancti in hac uita mereantur, & *nim.*
non in cœlo, niſi quia promiſſio Dei locum habet in præſenti uita: in qua, *Gal. 6.*
dum tempus adeſt, bonum operari debemus. Quod opus meritorium de-
B beat procedere ex caritate, contra Gulielmum Altiſiodorenſem, qui exiſti- *Lib. 3. tra.*
mauit magis pendere a fide, quam a caritate, ſic probatur. Primo, quia vi- *11. cap. 1.*
ſio diuinæ naturæ, quæ eſt ipſa beatitudo a Chriſto promiſſa fuit diligen- *q. 2. c. 2.* *Ioa. 14.*
tibus, & vt ait Iacobus, Coronam uitæ Deus repromiſit diligentibus ſe. *Mat. 5.*
Vnde merito Auguſtinus aliquando dixit, Virtutem eſſe amorem ſummi *Libr. 1. de*
boni, & omnes uirtutes per amorem definiendas eſſe, vt oſtenderet omnes *mor. Ecc. c.*
uirtutes a caritate moueri. An autem ſatis ſit, vt opera procedant ex habi- *15.*
tu caritatis, an vero ex actu, & priuata relatione, dubitari ſolet: ſed cum qui
buſdam diceres, debere procedere ex relatione actuali, vel uirtuali. Neque *2. S. d. 41.*
ſatis eſt, vt Bonauentura adnotauit, ſiquis retulerit opus bonum in Deum, *ar. 1 q. 3.*
initio menſis, vel diei, ſed neceſſe eſt vt illud ipſum opus faciendum parti-
C culariter referatur. Quod autem referri debeat in Deum, primum patet ex
eo, quod qui recipit iuſtum, mercedem iuſti accipiet: ergo vt recipiat Dei *Mat. 5.*
mercedem, debet recipere iuſtum propter Deum: & ille centuplum acci- *Mat. 19.*
piet, & vitam æternam poſſidebit, qui aliquid propter nomen Dei facit: vn *1. Cor. 10.*
de Paulus nos ſæpe monet, vt omnia in nomine Domini faciamus. Quod *Coloſ. 3.*
vero attinet ad operum bonorum qualitatem, an mereantur uitam ęternam
de condigno, ita ſtatuo.

Tertia poſitio, quamuis aliqui nolint bona opera abſolute uocari meri- *Thom.*
toria de condigno, & nos non debere uti his uocibus de condigno, & con *Vuar.*
gruo, & alij, vt Durandus & Gregorius, dicant poſſe uocari de condi- *Pau. Burg.*
gno largo modo ſumpto, tamen cum communi, opinione meritum de con
D digno admitti debet. Etenim in diuinis literis talis vox vſurpatur, vt cum
dicitur, vt ambuletis digne Deo, vt digni habeamini regno Dei: Quoniam *Col. 1.*
digni ſunt, non ſunt condignæ paſſiones, &c. Sunt autem meritoria ex cō- *2. Theſ. 1.*
digno, nō ſolum ratione diuinæ liberalitatis & pacti, vt quidā uoluere, vel *Apo. 3.* *Rom. 8.*
ſolum ratione operis, etiamſi non eſſet pactum, vt aliis placuit, ſed ratione *Scot.*
vtriuſq;. Quod requiratur pactū & promiſſio, patet, quia vbi fit mētio apud *Dur.*
ſacros ſcriptores de præmio reddendo ex iuſtitia, fit etiam mentio de pro- *Caiet.*
miſſione. Nam, licet ſine pacto hæreditas debeatur filio, tamen, vt eam tan *Sot.*
quam mercedem obtineat, nō ſufficit gratia adoptionis, ſed opus eſt pacto,
cui innititur, ex parte, uis merendi. Quare, vt filiis debetur hęreditas, ita ope
rariis ex pacto merces datur. Quod non ex ſola promiſſione ſint meritoria,
ſed

ſed etiam vt ex gratia procedunt, ex dictis patet. Eſt.n. uita æterna denarius A
Mat.20. diurnus dandus laborantibus in uinea: & gratia eſt gloriæ ſemé, vt Ioannes
1. Ioa.3. ait. Adde etiam, quod merita noſtra habent vim a Chriſto capite, cui is de-
Lib.9.conf. trahere, videtur, qui noſtris operibus vim merendi aufert. Quod autem Au
cap.4. guſtinus Deo dixit, Qui reddis debita, nulli debens; & non quia accepit, ſed quia promiſit, non intelligitur abſolute, quod nihil vlli debeat, ſed ratione promiſſionis & doni, quia fundamentum primum noſtri meriti non eſt in opere, ſed in promiſſione. Similiter, cum dicitur, non deberi, ex iure, intellige, de rigore iuſtitiæ. Quod ſi dicas, inter Deum & hominem non poſſe eſſe niſi iuſtitiam ſecundum quid, quæ non eſt iuſtitia abſolute, & idcirco bonis operibus non deberi ex condigno præmiũ: Reſpondeo, duobus modis dicitur aliquid ſecundum quid, vel cum caret ea forma a qua denomi- B
natur ſecundum quid, vt Aethiops albedine, quam habet ſecundum dentes & hoc pacto non poteſt abſolute, & ſimpliciter, denominari tale. Secundo, cum non caret forma, ſed ſolum eius perfectione, quę in aliis rebus eiuſdem generis reperitur, quo pacto puer poteſt dici homo ſecundum quid, ſi ad uirum perfectum comparetur, & creaturæ omnes, entia ſecundũ quid comparatæ ad Deum, & hoc modo dicimus inter Deum & hominé eſſe iuſtitiam ſecundum quid, quia ſupponitur gratia: dicitur tamen abſolute iuſtitia, ſed minus perfecta, comparata ad eam, quæ non ſupponit gratiam. Sed peteres, an Deus ex mera liberalitate ſupra dignitatem opera bona pręmiet?
q.5. de iu- Cui petitioni cum communi Theologorum ſententia, quidquid Andreas
ſtif. Vega, dixerit, affirmatiue reſpondeo. Nam beatis datur menſura bona, cō- C
Luc.6. ferta, coagitata, & ſuperfluẽs: & ſeruo fideli, qui Lucratus fuerat decé mnas,
Luc.19. ſupra præmium datur una mna, a ſeruo infideli ablata: & ille, qui in paucis
Mat.25. fuit fidelis, ſuper multa fuit conſtitutus. Atque idem dicitur de pœna citra condignum, quamuis hoc nō ſit ita certum: pœna tamen ſemel inflicta núquam uariabitur. De eo, quod ſub meritum cadere poteſt, ita ſtatuo. Quarta poſitio, primus gradus æternæ gloriæ cadit ſub merito, quamuis alij dicãt non cadere, ſed deberi iure hęreditario; at alij dicunt cadere quidem, ſi vltima diſpoſitio ad iuſtificationem oriatur ex ipſa gratia iuſtificationis, quod tamen non multum ad rem facit. Ratio allatæ doctrinæ eſt hæc, quia non ſolum incrementum gloriæ, ſed etiam ipſa gloria eſt præmium bonorum operum, vt ex ſcriptura diſcimus; in qua dicitur, Qui reliquerit matrem, vi- D
Mat.23. tam æternam poſſidebit: Qui ſuffert tentationem, accipiet coronam: qui ſe-
Iac 1. minat in ſpiritu, de Spiritu metet vitam æternam. Neque eſt inconueniens
Gal.6. eandem rem duplici titulo deberi, nimirum hæreditario, quo modo datur gloria infantibus per gratiam renatis, & meritorio, quo pacto datur adultis qui & ampliorem gloriam habebunt, & eius primum gradum merentur. Quod vero a quibuſdam dicitur de ultima diſpoſitione, ſi gratiam præcedit, nihil meretur de condigno: ſi ſubſequatur, ordine naturæ ſaltem, nō me
D.Th.1.2. rebitur primum gradum, ſi hic gradus datur ſolum iure hæreditatis: cum
q.111. art. prius ſit gratia adoptionis, quam quod diſpoſitio ex ipſa procedat, quæ ta-
2. men poſt gratiæ infuſionem continuata, meritoria erit æternæ vitæ.

Quincta

A Quincta poſitio, gratia iuſtificationis ratione operum ex ſolo libero arbitrio procedentium, nec de condigno, nec de congruo cadit ſub merito: ex congruo tamen ſi procedant ex fide, & ab auxilio ſpeciali Dei: Nec etiam cadit ſub merito, ob bona opera futura, cum gratia detur etiam ijs, qui nunquam ea vtentur, ut infantibus ante uſum rõnis morituris. Nec etiam ullus homo, excepto Chriſto, poteſt mereri alteri primam gratiam de condigno, ſed de congruo fieri poteſt, quo modo Stephanus Pauli & S. Monica Diui Auguſtini conuerſionem meruit: & Chriſtus, cum aliorum fidem uidiſſet, paralitico dixit, Confide filij remittuntur tibi peccata tua. Sexta poſitio, reparatio poſt lapſum, & perſeuerantia uſque in finem, non cadunt ſub merito condigno, ſed cõgruo. Quia hoc pacto omnes iuſti eſſent de numero electorum, & prædeſtinatorũ ad uitam, in quo cum Iouiniano errauit Caluinus. *Aug. lib. 1. præd. ſan. c. 12.* *Mat. 9.*

B Quod autem perſeuerantia precibus impetrari poſsit, communiter docent Scholaſtici. Huc facit, quod Ioſaphat Regi dictũ legimus. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris? & idcirco iram Domini merebaris, ſed bona opera inuenta ſunt in te: quibus meruit, vt nõ deſereretur in peccato, & ita ex congruo meruit reparationẽ. Ideo Dauid poſtulabat, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Et ſane, ſi vnus poteſt alteri mereri conuerſionem, vt eſt dictum, cur non etiã ſibi, ſi hoc a Deo poſtulet? Si homo cum auxilio Dei, dum adhuc eſt in peccato mereri poteſt, modo dicto gratiam, cur nõ etiam reparationem ſi labatur? Nec obſtat quod per peccatum amittantur merita præcedentia, quia hoc ſolũ concludit non *D. Tho.* *D. Bona.* *2. Par. 19.*

C mereri ex iuſtitia, non quod non ſit congruens, vt Deus ex clementia præterita reſpiciat merita. Quod ſi dicas, eo grauius peccare eum, qui pluribus erat onuſtus meritis, cum merita noſtra munera ſint Dei, quem magis offendit, qui plura beneficia accepit; hoc ſolum concludit de illis qui ex cõtemptu peccant, non de illis qui ex ignorantia & infirmitate, de quibus hic eſt ſermo. Vnde, vt ait D. Th. religioſorum, & mortalia peccata, modo dicto cõmiſſa, facilius condonãtur, q̃ aliorum, propter opera ab illis aſſidue facta. *2. 2. q. 186. art. 10.*

Soluuntur nonnullæ obiectiones contra ea quę de bonorum operum neceſſitate, & merito dicta ſunt. *Diſput. III.*

D VT quæ duabus diſputationibus poſitã ſunt, firmiora reddãtur, nõnullas obiectiones q̃ ab aduerſarijs fieri ſolent, breuiter afferemus, ac diluemus. Primo igitur obijciũt ea ſacrę ſcripturæ loca, in qbus corona tribuitur miſericordię diuinę. Rñdetur, primo ex Aug. ideo tribuitur miſericordiæ, quia merita ſunt ex gratia & miſericordia, nõ ex iuſtitia. Scdo, cũ corona q̃ eſt merces, ſtat miſericordia, rõne peccatorum venialium, q̃ per miſericordiã remittũtur, ſine quibus peccaris nemo viuit, & pauci moriũtur: q̃ miſericordiã, idẽ Aug. ait deberi meritis ſanctorũ. Et, eſto eſſet pura mĩa, adhuc nõ impediret rõnem meriti, q̃a comitatur ipſam coronã gloriæ, ſed nõ eſt ipſa corona. Vt ergo ex parte hoĩs ſunt bona meritoria, & leuia peccata, ita ex parte Dei iuſtitia, & mĩa. Vbi autẽ pęna pro peccatis ſoluta eſt in Purgatorio, bona meritoria iu- *Epiſt. 105.*

Cap. 55. ſto iudicio coronam iuſtitiæ accipiunt. Secundo obijciunt illud Iſaiæ, Veni A
Tan. 9. te, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac: & illud Danielis. Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras, ſed in miſerationibus tuis magnis. Primus locus nō intelligitur de mercede, ſed de gratia iuſtificationis, quare conciliamur Deo. Vinū itaque & lac ſunt gratia præſentis temporis, vt in hunc locum docet Hieronymus. In ſecundo loco Daniel petebat liberationem a captiuitate, in quam populus ob peccata commiſſa venerat. Tertio obijciunt illud, cum feceritis hæc omnia, dicite, ſerui inutiles ſumus. Primo, reſpondetur ex Ambroſio, Dominum velle nos agnoſcere, quid ſumus ex nobis. Agnoſcenda ergo eſt gratia, ſed non ignoranda natura. Secūdo ex Beda, monemur nihil vtilitatis nos poſſe Deo afferre, & quidquid facimus nobis vtile eſſe. Tertio ex Auguſtino, quia cum B
oīa fecerimus, nihil facimus, qđ nō debeamus, vnde nihil mercedis petere poſſumus, niſi Deus ex liberali pacto nobiſcum conuenire voluiſſet. ſumus enim Dei mancipia, & ſi vellet, nos ad omnia opera ſine præmio obligare
Ser. 5. de verb. Do. poſſet. Vnde legimus, ex denario cōueniſti mecum, tolle quod tuum eſt, & vade: vbi merito exclamat Auguſtinus. Poſtremo cum Chryſoſtomo. Nō dicit, ſerui inutiles eſtis, ſed dicite, quia ſerui inutiles ſumus: vbi vult nos poſt benefacta humiliter ſentire. Quarto, obijciūt illud, ſtipendiū peccati mors, gratia Dei vita æterna. Reſpondet Auguſt. quod, vt dixit, ſtipendium peccati mors, ita dicere potuiſſe, ſtipendium iuſtitiæ, vita æterna. Sed non eſt ita dictum, ne quis exiſtimaret, ita nos ex nobis habere iuſtitiā, vt habemus peccatum. Dicitur ergo, vita æterna gratia, quia merita habemus ex gratia. C

Rom. 8. Quincto, cum Paulus dicit, Paſſiones huius temporis non eſſe condignas ad futuram gloriam, loquitur de ſubſtantia ipſorum operū, non de proportione abſoluta, & de dignitate ratione caritatis a qua procedunt: quia paſſiones ſunt temporaneæ, & gloria æterna. Vnde breuis Chriſti paſſio pro dignitate perſonæ ſatisfecit pro æternis hominū pœnis. Similiter, delitiæ peccatorū breues ſunt, & tamen ob contemptū Dei, æterna pœna iuſte puniuntur. Ideo Paulus harum paſſionum attendens dignitatem, dixit, eas æternum vitæ pondus operari. Denique obijciunt quædam alia loca, quæ intelligenda
2. Cor. 4. Phil. 3. Epheſ. 2. ſunt de ſalute inchoata, q̄ in hac vita habetur per gratiā: & de iuſtitia & operibus, quæ gratiā præcedunt, & de operibus in Iudaiſmo a Paulo factis, quę ſtercora & detrimenta vocat, comparatione facta cum iuſtitia, quæ habetur D
per fidem Chriſti. Cum vero idem ait, excluſam eſſe gloriam factorum per
Rom. 3. legem fidei, intellige, fidem excludere gloriam quam quis ex ſuis operibus ſine gratia factis, capit: & ita non excludit gloriationem in Domino, in quo
Ber ſer. 13. in Cant. Paulus nos gloriari vult. Neque fit iniuria Chriſto, quod aliquid noſtris tribuamus operibus, cū ei accepta referamus, tāquam palmites viti: merita itaque noſtra in Chriſti gloriam cedunt. Quo fit, vt non cogamur dicere, merita Chriſti non fuiſſe ſufficientia: nam noſtra opera non requiruntur pp imbecillitatē meritorū Chriſti, ſed propter maximam eorū efficaciā; quia, non ſolum meruit vt ſalutem conſequeremur, ſed vt eā per merita propria adipiſceremur. Sicuti, nō propterea, quod Deus ſole illuminat, colligitur Dei

impo-

A impotentia,quaſi non poſſit per ſe illuminare. Neque propterea diuiditur gloria inter nos & Deum, quia,licet in opere bono,quod per gratiam facimus,nihil ſit noſtrum,quod non ſit Dei,& nihil Dei,quod non ſit noſtrum: tñ tota rõ dignitatis pendet a gratia Dei: vnde merita noſtra, dona ſunt Dei, cui honor & gloria: cui,eo magis nos debitores eſſe fatemur, quod per eius gratiam non ſolum ſaluamur, ſed ẽt modo honorificentiſſimo ſaluamur. Solent etiam obijcere nõnullas auctoritates Patrum,quibus merita noſtra, aut tolli,aut obſcurari uidentur: quorum dicta facile explicari poſſunt, vt & diuinæ ſcripturæ loca;cum interdum loquantur de meritis, ut ſunt ex nobis, de operibus ſine gratia,& vt habent annexa peccata venialia,rõne quorum opus eſt miſericordia:& operibus plus tribui,quã merentur,ex Dei munificentia: quod pręmium non debeatur meritis abſolute, quia fundantur in

B gratia:fidendum eſſe in Dei miſericordia ad humilitatẽ retinendam,& quia non ſumus certi de gratia,unde naſcuntur merita. Ex his colligere licet,falſum eſſe quod Caluinus docet, non licere aliquam fiduciam habere in meritis,cuius contrariũ docuit Pelagius,& qui ab eo accepit Vuiclefus: ſed media via veritas incedit catholica. Eſt aũt fiducia nihil aliud,quam ſpes cõfirmata atq; perfecta. Vnde poteſt quis ſpem habere,& non fiduciam,vt ex Seneca diſcimus:qui aliquando dixit,De re ſpem habeo, nõdum fiduciã. Quo loco animaduertendum eſt,aliud eſſe,fiduciam naſci ex meritis:aliud fiduciam ponendam eſſe in meritis.Poteſt. n.quis exiguam ſpem ponere in meritis,quod non certo ſciat ſe habere merita;cum tñ maximis poſſit abũdare,

C ex quibus fiducia maxima oriatur.Ex qua diſtinctione,varia ſcripturæ & Patrum loca facile conciliares.Dicimus itaque primo iuſtorum fiduciã quam habent in Deo,non ſolum ex fide,ſed ẽt ex bonis operibus naſci,ac proinde merita eſſe quærenda, vt fiduciam habere poſſimus. Hanc doctrinam variæ diuinæ ſcripturę auctoritates confirmant, ac ẽt multorum Patrum ſententię, ut Cypriani ſermone de eleemoſyna,Chryſoſtomi,Ambroſii in Lucã,Auguſtini,& aliorum,quos breuitatis gratia omitto. Et cum pręmium ſit promiſſum a Deo ijs qui eũ diligunt, certitudo,& ex Dei fidelitate,& ex bonis operibus pendebit.Dicimus deinde in bonis operibus quæ uere talia ſunt,fiduciam aliquã collocari poſſe,modo abſit ſuperbia, ut ex diuinis literis,& ſanctis patribus diſcimus.Sunt.n.merita uera coronæ cauſſa,quare in illis fide-

D re licebit.Vnde recte orabat Dauid,Retribue mihi ſm iuſtitiam meã.Poſtremo dicimus ob incertitudinẽ propriæ iuſtitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutius eſſe totam fiduciam in ſola Dei miſericordia ponere.Ideo Daniel aiebat,Non in iuſtificationibus noſtris,proſternimus preces noſtras,ante faciẽ tuam,ſed in miſerationibus tuis. Dicamus itaq; cũ oĩa fecerimus,Serui inutiles ſumus, ad quod faciendum multa multorũ Patrum teſtimonia nos hortantur, ut Chryſoſtomi uariis in locis; Auguſtini lib.3.contra Creſconium, Gregorij in Moralibus,& Bernardi. Et ſane,q̃ merita uere habet,nihil amittit,dum in eis non confidit,qui non habet,ſeipſum ſeducit.Rurſus ex dictis colligeres,licere bene agere intuitu mercedis accipiendę,licet Caluinus,& quidam alij hoc negauerint. Quia diuinæ literæ ſpe mercedis propoſitæ ad

Thomas Vuald. to. 1 c.7. — *D.Th. 2.2. q.129. art. 6.* — *Epi.16.ad Luc.* — *Tob.4.* — *Iob.11.* — *Rom. 5.* — *Tim.3.* — *Heb.10.* — *Hom 2. in 1.ad Cor.* — *Cap.17.* — *In Pſ.31.* — *Eſd.2.c.5.* — *Pſal.17.* — *Iſa.38.* — *Cap.9.* — *Luc.17.* — *Hom.21. in Gen.* — *Hom.3. in Mat.* — *Li.9.c.16.* — *In Pſ.91.* — *Bernard.* — *Luth. in catal.*

Aaa 2 bene

Cap. 15. bene agendũ nos ſępe hortantur, vt Matth. 6. Pſal. 118. 1. ad Cor. 9. Philip. 3. A
In pſ. 120. ac etiam ſancti Patres, vt Ambroſius in Lucam, Hieronymus lib. 2. cõtra Iouinianum, Auguſtinus, & alij. Neq; ex hoc capite vitiantur opera, quod qui bene agunt videantur mercenarij ſicuti nec ſacramentorum ſuſceptio, quæ refertur ad gratiam acquirendam. Illi. n. proprie dicuntur mercenarij, qui ſolam mercedem, vel maxime ſpectant; qui, ni merces eſſet propoſita, domino non ſeruirent; cuius gloria prius eſt ſpectanda. Similiter non cenſetur res ſordida agere propter mercedem, quando merces eſt eminentiſſima; ſed qñ eſt
Ambr. opere & labore vilior, vt ſunt temporalia bona, quorum amorem ſancti de-
Luc. 7. teſtantur. Neq; hic intercedit amor concupiſcentiæ, quo quis amat aliquid
Hier. li. 6. qđ ſibi bonũ ſit, cũ magis Iuſtus Dei gloriam, quam ſuam mercedem velit.
in Iſa. Quod vero attinet ad ſolutionem eorum argumentorum, quæ initio primæ B diſputationis attuli, licet ex dictis facile ſolui poſſent: tamen cum in re verſemur grauiſſima, aliquid priuatim reſpondebo. Ad primũ, ut ſola fides mul
Luc. 7. Iob. 12. tis in locis in quibus habetur ſermo de iuſtificatione, noĩatur; ita aliis in lo-
Eccl. 2. cis aliæ virtutes & ſacramenta, nulla facta mẽtione de fide. Eſt. n. diuinæ ſcri
Ephes. 2. pturæ mos, vt cum plures cauſſæ ad vnum cõueniant effectũ; modo vni, modo alteri illũ tribuere, nec ideo dicendũ eſt alias cauſſas excludere, aut eam ſolam, cui effectus tribuitur, ſufficere. Ideo frequentius iuſtificatio tribuitur fidei, quia ut uariis in locis docet Auguſtinus, eſt iuſtificationis initiũ ac fundamentum. Et licet ipſa ſola inchoet iuſtitiam, tñ non ſola perficit. Adde, qđ neq; inter ipſoſmet hæreticos conſtat, an ſola fides iuſtificet, cũ de iſta particula, ſola, inter eos maxima ſit diſſenſio. Vnde aliquãdo a ſuis fuit damnatus C Lutherus, qđ in verſione diuinę ſcripturæ, addiderit particulã hanc, ſola. Qđ ſi ſancti Patres interdum dicunt, ſolam fidẽ iuſtificare, intelligendi ſunt hoc pacto. i. nihil ſine fide. Et certe, quis ſanæ mentis poſſit intelligere, quẽpiam ſola fide uiuere, cũ fides ſola uita careat? Neq; locus ille in quo aduerſarius exſultat, Crede tantum, & ſalua erit, nos urget, quia non facit ad rẽ; cum ibi non fiat mentio de iuſtificatione, ſed de excitatione defunctæ. Quare, concedimus interdum fidem ſolam ſufficere ad miracula impetranda, cũ referantur ad fidem cõfirmandam, non ad indicandã vitę integritatem eius qui mi-
Matt. 7. racula facit, ut plane ex diuinis diſcimus literis; cum etiam mali miracula aliquando fecerint. Ad 2m, illud, Adorabunt in ſpiritu & veritate, dupliciter
Chryſoſt. explicari ſolet. Primo, in ſpiritu. i. non in litera, non in corporalibus tantum D
Cyril. cæremonijs, in quibus potiſsime lex uetus erat occupata. In veritate. i. nõ in
Theoph. vmbris & figuris: vel, non in falſo cultu, quo Samaritani Deũ colebãt. Illud
Theod. de exercitatione corporali, vt quidã Patres Græci docent, intelligitur de ſtu
Theoph. dio confirmandi & corroborandi corporis, qđ athletæ & gladiatores, q uiri-
Chryſ. bus corporis egẽt, in illis augendis adhibere ſolent: & hunc ſenſum indicat vox gręca γυμνάζε. Hortatur itaq; Apoſtolus Timotheũ, vt potius in pietate, quę ad omnia ualet, ſe exerceat, quã in corporis cura, quę modicũ valet. Vnde, hic locus nõ eſt intelligẽdus de ieiunio, ut aliqui faciũt; quos Chryſoſtomus iure refellit. Ad tertiũ, cõcedimus legẽ euãgelicã potiſsimũ cõſiſtere in interiore pfectione, & nõ in eſca & potu, & eius fructus eſſe internũ gaudium,

A dium,& pacem;ſed tamen non excludit exteriores actus. Quod ſi Paulus ali
quando damnauit eos qui ciborum abſtinentiam docent, id dixit cõtra eos, *Ad Coloſſ*
qui in cibi potuq; abſtinentia ſuperſtitioſa ſe Deum colere putabant, & ni- *c.2.*
mia cibi abſtinentia,& *ἀφειδία*,hoc eſt immunitate miſerendi neſcia,corpus
per hypocriſim affligebant;non in honore aliquo,id eſt,non in neceſſariarũ *Gagn.*
rerum ſubminiſtratione. Id enim apud Hebræos honor ſæpe ſignificat. Ad
quartum,iam ſæpe diximus,in quonam libertas Chriſtiana conſiſtat: unde,
non eſt neceſſe,ut nunc aliquid dicamus.

An lex noua conuenienter actus exteriores ordinauerit. Diſput. IV.

B CVM ergo,vt demonſtratum eſt, externa opera in noua lege, ut
neceſſaria ordinanda fuerint: ſequitur,ut uideamus,an conue
nienter id factum ſit: qua de re ob ſequentes rationes dubitare
licet. Primo,lex perfecta cuiuſmodi eſt euangelica,debet per-
fecte ordinare quæ pertinẽt ad religionem,quæ eſt uirtus,qua
diuinę naturę cultus cęremoniaque exhibetur:at Chriſtus nihil inſtituit qđ
ad cæremonias pertineat; ut hic omittam iudicia,ſine quorum ordine nulla
poteſt conſiſtere reſp igitur lex noua in actibus externis ordinandis deficit.
Secundo,lex noua eſt lex amoris & caritatis,non minus,quam fidei:at circa
caritatis opera nihil priuate docuit & ordinauit, præter præcepta decalogi,
quæ ſunt de lege naturę:igitur,vt addidit multa ad fidem pertinentia,ita alia
C addere debuit,quæ ad caritatem ſpectarent.Tertio,videtur maiore cũ ordi-
ne datam fuiſſe legem veterem,quàm nouam: quia in illa,priuatim & ordi-
natim,tria genera præceptorum moralium,iudicialium,& cęremonialium
ponuntur,& ſm formã,qua leges tradi ſolent traduntur,vt eſt manifeſtũ: in
noua vero non itẽ:ex hac igitur parte nõ eſt cõueniẽter cõſtituta. In hac dif-
ficultate, illud occurrit notãdũ,nouæ legis ſubſtãtiã primũ poſitã eſſe in gra
tia, cuius ui oẽs leges ſeruari poſſunt: quæ gratia duobus modis conſiderari
põt:primo quantũ ad originẽ & productionẽ:ſcđo quantũ ad vſum & cõſer
uationẽ.Si primo cõſideretur modo,cũ ſit quiddã ſupernaturale ac diuinũ,
nõ poteſt niſi diuina uirtute produci. Et,licet Deus eã inuiſibiliter in hoĩum
aĩos infundere queat: tamen, quia omnia ſuauiter diſponit,& ſeſe humanæ
D naturæ accommodat, ideo per quędam externa ſigna dare uoluit,quę ſacra-
menta uocantur.Quibus factum eſt,ut hoĩes ſcirent,quid ſibi faciendũ eſſet,
ut gratiã nouę legis propriam acquirerent,& de eius acquiſitione certiores
eſſent,ac etiam, vt iſtorum ſignorum uſu cultum cæremoniaſque externas
haberent,quibus Deum non modo animo, ſed etiam corpore colerent,atq;
in vnum cætum ſocietatemq; coirent, quæ ſine aliquibus externis ſignis, &
operibus eſſe non poteſt. Si ſecundo conſideretur modo hoc eſt rõne uſus,
gratia bonis operibus ad uſum traducitur, quibus conſeruatur, & augetur,
quibus ſublatis, nullo modo conſiſtere poteſt: ac proinde de iis rebus quæ
per ſe neceſſarię ſunt ad gratiam conſeruandam lex noua aliquid præcipe-
re debuit,ut ſunt morum & uirtutum præcepta.Et quoniam reliqua omnia

quæ in religione Chriſtiana, ad abſolutam eius perfectionem eſſe debebāt, vt ſunt cæremonię quædā circa diuinum cultum, & leges circa humana iudicia, non conferunt proxime, vel ad gratiam producendam, vel ad eius vſum; ideo de his lex noua quæ eſt lex ſpiritus & gratiæ ſtatuere nihil debuit; ſed iſta paſtoribus, & miniſtris ſtatuenda reliquit. Et quia in noua lege, vt & in veteri, & in lege naturæ tria ſpectantur, fides, ſacramenta, & morum præcepta, quæ ſummatim in decalogo cōtinentur, dubitari poteſt, quid circa iſta tria in noua lege ſit ordinatum, aut additum. A

Prima poſitio, conuenienter lex euangelica ſtatuit & ordinauit aliquid de nouo circa ſacramenta. Patet hæc poſitio ex poſito fundamento: Quia ſacramenta ſunt cauſſa gratiæ, quæ a ſolo Deo producitur: igitur inſtrumēta quibus ad nos peruenit a Chriſto per ſuam legem inſtituenda fuere. Secunda poſitio, conuenienter lex euangelica præcepta dedit de actibus externis, præcipiendo decalogi obſeruationem, legem ve naturalem. Quia ex huius legis obſeruatione pendet bonus gratiæ vſus, eiuſque conſeruatio: igitur. Tertia poſitio, nihil fuit neceſſe, vt lex euangelica aliquid ſtatueret circa alios actus externos; vt ſunt cæremoniæ, & actus iudiciales. Primum, quia iſta non habent neceſſariam connexionem cum gratia, quæ eſt nouæ legis propria. Deinde, quia noua ſacramenta in quibus religionis ſubſtantia eſt ſita, ſunt per ſe digniſſima, & minus egent cæremonijs, ſicuti & ea lex quæ in ſpiritu conſiſtit. Præterea, quia nihil per cæremonias erat ſignificandum, quod futurum eſſet. Ad hæc, ex lege veteri, & ex lege naturæ, per miniſtros Eccleſiæ, in qua Chriſtus ſpiritum ſuum reliquit, facile aliquæ cæremoniæ repeti poterant. Huc facit illud a Chriſto pronunciatum, Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum. Hanc auctoritatem exercebat Paulus, qui aliquando dixit, Cætera cum venero diſponam. Cæterum quaſdam præcipuas cæremonias, per diuinam traditionem ad nos dimanaſſe cenſendum eſt. Quarta poſitio, quamuis Chriſtus, quod attinet ad ſacramenta, ea per ſuam legem de nouo ſanciuerit: tamen quantum ad fidem & mores, nihil fuit neceſſe, vt ſtatueret aliquid de nouo, ſed ſatis fuit, quæ iam erant declarare, & illuſtrare, atque emendare, vt ſupra docuimus. Ratio eſt manifeſta, quia fides iam erat in mundo; ideo Paulus loquendo de Euangelio dicebat, Quod iuſtitia Dei in eo ex fide in fidem reuelatur, ac ſi dixiſſet, legem euangelicam ex fide præcedentium, in ſubſequentium hominum fidem propagari: Præcepta etiam decalogi, iam ſcripta erant per legem naturæ in corde: igitur circa illa nihil noui inſtituendum fuit. Verum, quod attinet ad credenda, optimam & ordinatiſſimam regulam credendorum habemus ab ipſis Apoſtolis in Symbolo traditam: vbi ſumma fidei capita optimo ordine digeſta proponuntur. Quinta poſitio, in noua lege, & in religione Chriſtiana, ſiue in Eccleſia catholica eſt maximus & optimus politiæ ordo. Hanc poſitionem hoc loco probare nolo: quam probatam inuenies apud eos, qui de eccleſiaſtica hierarchia agunt. Eſt itaque Eccleſia veluti caſtrorū acies ordinata, & ad cœleſtis Eccleſiæ formam recte conſtituta: habetque optimam gubernationis formam, vt ſupra docuimus.

[Margin: B (at "Secunda"); Ioa. 14. (at "candum"); C (at "miniſtros"); Luc. 22. (at "cæremoniæ"); 1. Cor. 11. (at "exercebat"); Rom. 1. (at "Ratio"); D (at "minum"); Toſt. in de ſenſ. (at "quod attinet"); Dion. Are. Alexand. Tur... (at "inuenies"/"ſia"/"ſtituta")]

Ad

A Ad primum, ſoluitur ex ijs quæ adnotauimus. Satis itaque fuit Chriſto legiſlatori digniſſimo inſtituere quæ ad religionis ſubſtantiam pertinebāt, & ad alia inſtituenda poteſtatem ſpiritumque tribuere: Iudiciorum ratio, quia eſt penitus humana, humano relicta eſt iudicio: ad quæ emendanda, ſiquid in eis eſſet erroris, Eccleſiæ facultatem dedit. Ad ſecundū, ideo Chriſtus plura docuit ad fidem, quam ad caritatem pertinentia, quia myſteria fidei ſunt ſupernaturalia, & in lege veteri non fuerant ita expreſſa, ut præcepta decalogi ad caritatem ſpectantia: quare ſatis fuit ea emendare, & caritatis præceptum ex quo omnes leges pendent, male intellectum declararare, & commendare; id quod ita fecit, vt hoc legiſlatoris noſtri dicatur eſſe mandatum: Huc facit, quod addidit conſiliorum doctrinam. Ad tertium, quia lex vetus dabatur pueris, ideo ad vnguem omnia eis fuerunt inculcanda: ſimiliter, quia potiſſimum conſiſtebat in cæremoniis futura ſignificantibus; ideo opus fuit priuata Dei inſtitutione. Doctrina fidei non ſolum
B magis clara, ſed etiam magis ordinata in noua habetur lege: morum documenta perſeuerare debebant; vnde nobis etiam ſunt vſui. In ſumma, quæ ſunt in noſtra lege cæremoniæ, eæ ſunt abſolutiores & nitidiores.

An lex euangelica recte ordinet actus internos. Diſp. V.

CVM Chriſtus dominus ſuam doctrinam ſpeciatim in eo ſermone tradiderit, quem habuit in monte, ideo quæ in his quęſtionibus tractantur ad ea explicanda referuntur, quæ ibi do-
C cuit, de quo ſermone loquens Auguſtinus, Chriſtianæ perfectionis doctrinam continere dixit. Illius ſermonis ſcopus fuit *Lib. de ſer. domi.*
errores circa antiquam legem emendando, perfectionis uiam indicare, & perueniendi ad eam rationem exponere, id quod per actuum internorum ordinationem præſtitit. Quod interni actus non ſint ſufficienter ac conuenienter ordinati, ſic probares. Primo, circa omnia præcepta decalogi, quę Chriſtus ſpeciatim ſuo ſermone perfecit, peccare ſolemus actu interno, & tamen noſter legiſlator ſolum tres prohibuit, & emendauit: hac igitur in parte lex noua deficit. Secundo, humanæ actiones internæ potiſſime inficiuntur a fine, in quo tot pene fuerunt hominum errores, quot eorum capi
D ta: at Chriſtus ſolum docuit tria operum genera non eſſe facienda ob humanam gloriam, ieiunium, orationem, & eleemoſynam: non igitur plenā hac in parte tradidit doctrinam: quia malum finem ab omnibus operibus remouere debuit. Tertio, damnanit legiſlator noſter, curam in rerum externarū conquiſitione, ita vt nolit nos eſſe ſollicitos de craſtino: atqui ipſe fuit ſollicitus, quia loculos habebat: & ſuis Apoſtolis dixit, vt ſacculum & perā tollerent. Adde, qnod hic uidetur damnari prudentiæ virtus, quæ reſpicit futura, quam ob cauſſam aliquando ſapiens imprudentes homines ad formicarum curam remiſit, a quibus docemur congregare neceſſaria. Quarto, quod in uita humana eſt neceſſarium, non eſt homini prohibendum: at internum iudicium eſt neceſſarium ad rectam humanæ ſocietatis admini- *Luc. 22.* *Prou. 6.*

ſtrationem: quam ab cauſſam aliquando ab eodem legiſlatore dictum eſt, A
A fructibus eorũ cognoſcetis eos: ergo male pręcipitur, ne alios iudicare velimus. Confirmatur, quia nobis mandatum eſt, vt fratrem corrigamus: at id fieri non poteſt, niſi de eius factis iudicium fiat: igitur. Longum omnino faceret, qui allatas dubitationes, & Chriſti circa propoſitam difficultatẽ doctrinam diligenter explicare vellet. Cum ergo non ſit huius loci ex profeſſo ſacram ſcripturam exponere, ſummatim, & uniuerſe ea dicemus, quibus allatis difficultatibus ſatisfiet.

Primum fundamentum, quamuis ſermo in monte a Chriſto coram turbis habitus fuerit, tamen eius doctrina priuatim ad Apoſtolos inſtituendos referebatur: Acceſſerunt enim diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos. Is qui de moribus doctrinam allaturus eſt, neceſſario a finis propoſitione auſpicari debet, cum finis ſit humanarum actionum principium ac norma. Propterea ſapientiſſime cœleſtis magiſter a beatitudine, in cuius cognitione longiſſime ſapientia humana deerrauerat, initium fecit, variaſq; beatitudinis huius uitæ partes expoſuit, quæ ad conſummatam felicitatem ducũt: quã in iiſdem ſententiis plane expreſſit, vt tãto propoſito bono, ſuos ad eam uitæ perfectionem, quam indicaturus erat animaret: Et quoniam ſuam legem per eos quos elegerat miniſtros promulgari uolebat, & male ille docet, qui docendus eſt, idcirco ſecundo loco ſermonem ad ſuos diſcipulos inſtruendos traduxit, & quales eſſe deberent, diſertiſſimis verbis expoſuit, eoſque ſpe maioris pręmij ad munus docendi obeundum excitauit. Siquidem qui de moribus diſputat, de auditorum conditionibus agere debet. Poſtea, perfectione legis, quam ſeruandam eſſe docuerat, propoſita, ad ipſam doctrinam tranſitum facit, atque primo internos actus corruptam Iudæorum diſciplinam corrigendo, dirigit. Dirigit autem, & ratione noſtri, & aliorum: ratione noſtri, dum ordinat intentionem erga finem, & uoluntatem circa actus internos, quibus in finem tendimus, ac etiam circa occaſiones remouendas, docendo non eſſe iraſcendum, nec concupiſcendum. Ratione aliorum, dum monet abſtinendum eſſe a iudicio temerario, in quo peccatur erga proximum: a quo ita abſtinendum eſt, ne, ſi omnino imprudenter agatur, vlla Deo aut rebus diuinis fiat iniuria, eas indignis committendo hominibus. Quod attinet ad directionem circa finem, docet bona opera non eſſe facienda ob humanam gloriã, ſub quo malo fine omnes alij eiuſdem ordinis intelligendi ſunt. D

Mat. 5. *Ariſt.* (B) *Ariſt. lib. 10 eth. c. 9.* (C)

1. Io. 2. Secundum fundamentum, quamuis hominum ſecundum carnem uiuẽtium varij ſint appetitus, omnes tamen eorum appetitiones, ex ſacra ſcriptura, ad tres fontes reuocare licet, qui ſunt, Concupiſcentia carnis, hoc eſt carnales delitiæ, in quibus Epicurei ſuam poſuere beatitudinem, cui opponitur beatitudo illa, quæ in cordis munditia conſiſtit: Concupiſcentia oculorum, hoc eſt rerum externarũ cupiditas: cui opponitur prima a Chriſto poſita beatitudo, quæ in ſpiritus paupertate ſita eſt: & ſuperbia vitæ, hoc eſt, honorum, glorięque ambitio, & faſtus, cui opponitur, beatitudo quæ in animi ſummiſſione & moderatione eſt ſita. Vt ergo uiri pij ueram Trinitatem

A tem Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum ſibi colendam propoſuere, ita homines huius mundi, aliam ſuarum affectionum trinitatem ſibi finxerunt, quam belle quidam hoc diſticho complexus eſt: *Bapt. Man.*

Ambitioſus honos, & opes, & fœda voluptas;
Hæc tria pro trino numine mundus habet.

Quidquid ergo eſt in mundo, hoc eſt in amatore huius mundi, vt Auguſtinus exponit, ſunt iſta tria, luxuria, auaritia, ſuperbia, ad quæ, tanquam ad tres fontes, omnia reuocantur peccata. Verum, licet mundi amator, vt talis eſt, huiuſmodi peccata committat: tamen cum in eo natura non ſit omnino corrupta, adhuc aliquid boni poteſt agere. Vnde perperam ex hoc loco hæreticus ducit argumentum ad probandum, omnia hominis opera eſſe pec-
B cata. Quod ſi per mundum hanc rerum vniuerſitatem intelligas, huius loci ſententia erit hæc, in mundo nihil eſſe, niſi luxuriæ, auaritiæ, & ſuperbiæ incitamenta, ac proinde non creaturam, ſed creatorem eſſe diligendum. Et vt ad propoſitum reuertamur, alijs quibuſdam malis appetitionibus, finibuſque, in quibus hominis acquieſcunt, in octonario beatitudinum numero, alias oppoſuit appetitiones, fineſque bonos. Et quia Iudæi potiſſimum in honorum cupiditate, & rerum externarum ſibi in lege promiſſarum cura errabant, non autem in voluptatibus corporis capiendis, quæ eis interdictæ erant: ideo Chriſtus ſpeciatim honorum, & diuitiarum appetitionem compreſſit, & emendauit. Cur autem ad reprimendam diuitiarum, & rerum externarum curam, plura dixerit, hæ aſſignari rationes poſſunt. Primo, quia
C qui in hanc curam incumbunt, facile cor ſuum in hiſce rebus collocant: cum, vt Chriſtus ait, ibi ſit cor, vbi theſaurus eſt: &, vt eius Apoſtolus ſcripſit, auaritia, eſt idolorum ſeruitus, in quam ſeruitutem facile illi incidunt, qui in rebus conquirendis nimiam diligentiam ponunt, & vt ille cecinit, *Ouid.*

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Deinde, ne ſi homines in rebus externis comparãdis multum ſtudij ponant, minus diuino fidant auxilio, & minus a cura pendeant paterna, in qua fidendum eſſe, efficaciſſime ſuaſit præceptor noſter; dum cœleſtis Parentis erga nos prouidentiam plane teſtatam fecit. Poſtea monuit, ne ob nimiam in hac re ſollicitudinem, homo ſuę innitatur induſtriæ, cum vere diuinus vates cecinerit, Niſi Dominus ædificauerit domum, hoc eſt, de rebus omni-
D bus prouiderit, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Quare non ſine pietate a profano homine dictum eſt, *Horat.*

Quanto quiſque ſibi plura negauerit,
A dijs plura feret.

Poſtremo docuit ne homines ſe curis conficiant, & ante tempus futuras anguſtias aduocent, cum vnaquęque dies triſtitiam afferat ſuam.

Tertium fundamentum, duplex eſt iudicium, alterum quod fit a iudice in foro externo, ſecũdum allegata & probata, & hoc Legiſlator noſter prohibere videtur, ſed re vera non prohibet, cum monet, non eſſe reſiſtendum malo: alterum priuatum, quod fit ab homine particulari de moribus, & uita alicuius, quod prohibere viſus eſt, cum dixit, Nolite iudicare, hoc iudiciũ

diuideres in iuſtum,cum ex certis firmíſque indicijs de aliquo bene, aut ma- A
le,cum id ad nos ſpectat,iudicamus,& in temerarium,& hoc re vera prohibuit: & quod quale ſit,mox explicabo. Tribus modis homo ſe habere poteſt circa alios,aliorumve facta: primo ſuſpendendo actum:ſecundo adhibendo aſcenſionem ad vnam partem,ſed cum formidine contrarij: poſtremo firmiter ad vnam partem adhærendo,& hic proprie eſt actus iudicij. Poteſt autem vni parti aliquis adhærere tribus modis: primo,ſine vllo præcedẽte iudicio,ſed temere ex ſola voluntate: ſecundo ex leuibus indicijs quæ nõ ſufficiunt ad formandum rectum ac iuſtum iudicium: tertio ex indicijs, quę ſunt firma & ſufficientia,ex quibus rectum oriri iudicium poteſt. Iudicium temerarium oritur ex primo & ſecundo iudicandi modo: ad quod cõficiendum tres requiruntur conditiones:prima,vt aſſenſus ſit firmus & certus:ſecunda,vt fiat ex nulla,aut ex leui & infirma coniectura,leuibusve inditijs:tertia,vt ſit de re mala, vt proprie vocari poſſit temerarium; quod nihil aliud eſt quam aſſenſio, ſiue ſententia de facto alterius in malam partem accepto ex leuibus indicijs. De quo multa a Theologis diſputantur, quæ non ſunt huius loci. B

Prima poſitio,lex Euangelica conuenienter ordinat actus internos. Quoniam iſti actus tunc recte diriguntur, cum in ordinem ad ſe & ad alios, & circa intentionem,ſeu finem,& circa voluntatem, ſiue obiecta recte ordinãtur:ſed hæc præſtantur in hac lege,igitur. Minor propoſitio patet ex ijs,quę adnotauimus:dirigit enim intentionem circa finem,dũ docet,nõ eſſe quippiam agẽdum ob humanam laudem, ſub quo malo fine intelliguntur omnes alij. Dirigit voluntatem circa obiecta,dum monet abſtinendum eſſe ab actibus interioribus malis, & erga ſe,dum, non eſſe concupiſcendum monet:& erga alios,dum odium & iudicium temerarium prohibet. C

Secunda poſitio,Chriſtus non damnauit iudicium forenſe, nec priuatũ, rectum & neceſſarium,ſed ſolum iudicium temerarium:Quod non prohibuerit iudicium forenſe,patet ex ijs quæ alibi docuimus,immo ex hoc ipſo Chriſti ſermone,dum ait, Eſto conſentiens aduerſario tuo,dum es in uia cũ eo:ne forte tradat te aduerſarius iudici,&c.&,dum volenti in iudicio comtendere aſſentiendum, & iniuriam perpetiendam eſſe ait, viam perfectionis oſtendit,& quid interdum faciendum ſit demonſtrat. Quod non prohibeat priuatum iudicium de aliorum geſtis vniuerſe,patet expreſſe in extrema ſermonis parte,vbi docet quæ vitanda ſint ad recte viuendum,monetque a falſis Doctoribus eſſe cauendum,eoſque a fructibus cognoſcendos eſſe ait. D
Quod prohibeat iudicium temerarium, ſine cauſſa & neceſſitate factũ certiſsimum eſt:cum potius noſtra maiora errata,quam aliena minora inſpiciẽda eſſe expreſſe moneat:& id iure quidem optimo, cum hac in parte facile, & non uno modo peccetur. Nam, qui de alienis factis temere iudicat,quod Dei eſt proprium,ſibi uſurpat, cordis inſpectionem: facit iniuriam proximo,dum occulta manifeſtat,& dubia pro ueris affirmat, quo fit, ut erga eũ non ſit bene affectus:exponit ſe periculo iudicandi falſum, cum hominum cogitationes ſint incertæ:facit contra illud notiſsimum naturæ principium,

quod

A quod tibi non vis fieri alteri ne feceris; & denique inutiliter laborat. Seruā- *Lege Aug.*
da itaque eſt regula illa iuris, qua dicitur, dubia in meliorem partem eſſe in *ſer. 28. de*
terpretanda, quod, ni facere volumus, ſaltem id faciamus, quod cœleſtis Le *ſer. in mō-*
giſlator monet, vt non iudicemus. Tertia poſitio, lex Euangelica, non prohi *te.*
bet rerum externarum conuenienter prudenterque ſuſceptam curam, ſed nimiam ſollicitudinem, qua homines plus iuſto ſolent ſe excruciare: Cur autem eam viris perfectis prohibere debuerit, patet ex dictis. Vbi bonitatē diuinam, legiſque Euangelicæ ſuauitatem admirari licet: quia hanc rerum humanarum maximam curam nobis ademit, & in ſe amantiſsimus pater ſuſcepit, & de æterno regno quærendo nos potiſsimum ſolicitos eſſe voluit, qua ſolicitudine nulla melior, nulla illuſtrior.

B Ad primum, ſoluitur hoc argumentum ex iis quę adnotauimus: quia eos actus internos priuatim direxit, in quibus priuatim antiqui peccabāt, & eos qui ſolent eſſe multorum peccatorum fontes, per quos intelliguntur cęteri. Ad ſecundum, ex vnius finis mali prohibitione, aliorum intelligitur prohibitio: & dum de bona & recta intentione datur doctrina, quo omnia referenda ſint, plane docetur, in gloriam nimirum cœleſtis Patris, qui nos uidet in abſcondito. Ad tertium & quartum argumentum, quid dicendum ſit, patet ex allatis poſitionibus.

An in lege euangelica vlla dentur conſilia. *Diſput. VI.*

C ANTEQVAM de recta conſiliorum inſtitutione in lege euangelica quicquam dico, propoſitam quæſtionem ob hæreticorum noſtri temporis peruerſitatem mihi explicādam eſſe exiſtimaui; vt hac in parte catholica veritate, quaſi fundamēto poſita, quæ de hac præcipua legis Chriſtianæ parte dicenda occurrunt, firma ſint. Quod nulla ſint ponenda conſilia, his rationibus contenderet aduerſarius.

Primo, omnia quæ in conſiliorum numero continentur, æque ab omnibus Chriſtianis obſeruanda ſunt; ergo omnia habebunt vim præceptorum, & nihil erit ſub conſilio: ſumptum patet, quia oībus æque dictum eſt, Eſtote *Mat. 5.*
perfecti: ergo omnes tenentur præſtare quæ ad perfectionem pertinent. Et
D quod attinet ad conſilium paupertatis, & renunciationis omnium bonorū,
hæc lex a Chriſto lata eſt, Niſi quis renūciauerit omnibus quæ poſſidet, non *Luc. 14.*
poteſt meus eſſe diſcipulus: & alio loco dicitur, facilius camelum poſſe trā- *Mat. 19.*
ſire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cœlorū: igitur omnes omnibus renunciare debent, ſi in cœlum ingredi uolunt. Secundo, lex *Mat. 7.*
euangelica comparatur portæ anguſtæ, & viæ arctæ, in quam pauci ingrediuntur: igitur non poteſt eſſe tam lata, vt ei ſuperaddantur conſilia, quibus anguſtior fiat: vel, vt aliquid pręter id quod lex ipſa præcipit, fieri poſſit. Tertio, conſilia ſunt opera quædam ſupererogationis, ſupra id quod facere tenemur, vt omnes fatentur qui conſilia ponēda putant: at ſi noſtra ſpectemus opera, non efficimus id quod facere debemus: ergo nihil ſupererogare poſſumus.

Luc. 17. ſumus. Antecedens patet, quia cum fecerimus omnia, dicere debemus, Serui inutiles ſumus. Rurſus, maledicuntur illi qui Dei opus faciunt negligenter: at qui non facit negligenter? nemo igitur facere poteſt pluſquam debet. Confirmatur, ita ſumus obligati Deo, ut ei nunquam poſſimus ſatisfacere; quia omnia noſtra ſua ſunt, & pro diuerſis titulis omnia ei debemus: quid igitur ei ſupererogare poſſumus? Confirmatur, quia uidetur genus quoddã arrogantiæ dicere, ſe plura Deo præſtare, quam quis ſit obligatus. Vt omittam, quod lex euangelica a Chriſto lata uideretur imperfecta, ſi quid præſtari amplius poteſt, quam in illa pręcipitur. Quarto, huic mandato, quo iubemur diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus, nihil addi poteſt: quia, ut ait Auguſtinus, nullam uitæ noſtræ partem relinquit, quæ uacare debeat: igitur nihil ultra præſtare poſſumus. Et ſi hoc præceptum, ut Auguſtinus, Bernardus, Diuus Thomas, & alij docent, non poteſt perfecte ſeruari, quonam modo aliquid ei addetur? Quo loco, inquit hęreticus, deplorandam eſſe cæcitatem noſtram, quod pluris faciamus mendicitatem, quam legem diuinam, & mãdatum dilectionis, quo nullum poteſt eſſe maius. Quincto, ex Chriſti mandato tenemur inter nos diligere, ut ipſe nos dilexit: qui ita dilexit, ut animam ſuam poſuerit pro nobis, qua caritate nulla poteſt eſſe maior, ut ſcriptura docet; ergo ſi tenemur ponere animam pro fratribus, & nihil eſt hoc opere maius, quid ſuperaddi poterit? Huc facit amplum illud Apoſtoli mandatum, & lex pleniſſima, qua dicitur, quod ergo reliquum eſt fratres, quęcunque ſunt uera, quæcunq; ſunt honeſta, quęcunque iuſta, quæcunque pura, quæcunque accommoda, quæcunque boni nominis: ſi qua virtus, & ſi qua laus, hæc cogitate, &c. quibus nihil addi poſſe uidetur. Sexto, aut Chriſtianus poteſt aliquid ultra legem facere, aut non: ſi non poteſt, nulla erunt conſilia facienda: ſi poteſt, ergo tenetur facere, cum lex omnes eius vires, ut patet ex mandato dilectionis, requirat. Implicat igitur ut aliquid ſupra legem poſsit efficere. Vltimo, qui poteſt Deũ plus amare & non amat, grauiſſime peccat: ergo nihil poteſt ſuperaddi: ſumptum patet, quia qui non amat Deum quantũ poteſt, negat Deum eſſe ſumme amabilem & ſumme bonũ: & qui nõ utitur dono ſibi dato, ut plus amare queat; talentum abſcondit, & eſt ingratus. Atque hæc ſunt ſummatim quæ a Petro Martyre contra conſilia diſputantur, aut potius euomuntur. A B C

Lib. 1. de doct. Chr. c. 22.

Phil. 4.

In hac difficultate hi ſunt dicendi modi, Primus eorum, qui quæ alij dicunt eſſe conſilia, vt vitam cœlibem, & pauperem ducere, cenſent eſſe præcepta, vt olim Apoſtolici, vt ſcribit Epiphanius, & Tatiano auctore, Encratitæ: ad quam viuendi rationem, lege lata, Iulianus apoſtata, referente Gregorio Nazianzeno, Chriſtianos cogere volebat. Secundus eorum qui dixerunt non eſſe conſilia, nec præcepta, ſed res indifferentes. Hoc aſſeuerauit Iouinianus de cõtinentia, Vigilantius de paupertate, & Lampetiani, referente Damaſceno, de Monachorum obedientia. Tertius Vviclefi, & Lutheranorum, & aliorum qui recens monachatum impugnarunt, & tanquã malum ac pernicioſum, damnarunt, vt Philippus, Petrus Martyr, Caluinus, & Brentius. Quartus verus & catholicus, non omnia quę in lege ſunt Euangelica D

Hær. contra eoſdẽ.

Hær. 98.

gelica

A gelica eſſe præcepta, ſed quædam eſſe conſilia, quorum obſeruatio non eſt indifferens, nec mala, ſed bona & ſalutaris.

1 Primum fundamentum, conſilij nomen duobus modis vſurpari poteſt: primo pro actu ipſo ratiocinationis, quo aliquid faciendum eſſe inquirimus, & excogitamus. Cum enim aliquid agendum nobis eſt, & plura occurrunt media, illa inter ſe ratiocinando conferimus, & quid ſit magis ad illud conſequendum idoneum, inueſtigamus. Hæc itaque inueſtigatio dicitur conſilium, ſiue conſultatio. Secundo ſumitur pro ſententia, & re ipſa, vt magis idonea iudicata. Quo modo accepiſſe videtur Cicero, cũ conſilium definiendo dixit. Conſilium eſt aliquid faciendi, vel non faciendi excogitata ratio. Id quod ad finem conſequendum inuenitur idoneum, aut
B eſt ſimpliciter neceſſariũ, vt eſt id ſine quo nullo modo finis haberi poteſt, aut utile, & magis commodum, cum longe facilius & tutius ad finem perducat: Quæ in lege Euangelica prioris ordinis ſunt, præcepta vocantur; quę vero poſterioris, conſilia: illa ad ſubſtantiam religionis, hæc ad perfectionẽ pertinent. Eſt itaque Euangelicum conſilium perfectionis opus bonum a Legiſlatore Chriſto non imperatum, ſed demonſtratum, non mãdatum, ſed commendatum. Inter præceptum & conſilium ſunt hæc diſcrimina. Primum ex parte materiæ; quia præceptum eſt de re faciliori, conſiliũ de difficiliori: præceptum eſt de re, naturæ omnino conſentanea; at conſilium de *Ambr. lib.* re, quæ aliquo pacto vincit naturam: præceptum de re bona, conſilium de *de uirg.* meliore, facta tamen comparatione in eadem materia. Conſiliũ enim in- *Augu. ſer.*
C cludit præceptum, vt caſte viuere, non fornicari. Secundum ex parte ſubie- *18. de uerb.* cti, quia præcepta dantur omnibus, conſilium non item. Vnde de virgini- *Apoſt.* tate dicitur, Qui poteſt capere capiat: non autem de iuſtitia ſeruanda, Qui poteſt facere, faciat: ſed omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excindetur. Tertium, ex parte effectus, ſiue obligationis: præceptum vi ſua obligat, conſilium in hominis arbitrio eſt ſitum, vt Hieronymus & Auguſtinus de *Epiſto. ad* virginitate ſcribendo docent. Vnde conſilium inuitat voluntarios, præce- *Euſto li de* ptum adſtringit inuitos: vbi conſiliũ datur, offerentis arbitrium eſt, vbi præ *ſanc. uirg.* ceptum, neceſſitas ſeruitutis. Poſtremum, ex parte finis, qui pręceptum ſer- *c. 30.* uat, conſequitur præmium, qui tranſgreditur, pœnam luit; at qui conſilium *Augu. loc. cit. c. 14.* non ſeruat, licet minus habeat præmij, tamen nulla afficitur pœna.

D Secundum fundamentum, in quo ſpeciatim explicanda eſt conſiliorum materia & numerus. Conſilium, in primis non datur de fine; quia finis in humana vita habet rationem principij, & non cadit ſub conſilium, ſed de ijs quæ ſunt ad finem deſtinata. Deinde, nec de quibuſcunque medijs, quæ ſunt, vel a natura, vel a lege, vel a neceſſitate aliqua determinata. Rurſus nec de rebus minutis, vel de ijs quæ parum refert, quod ſic, vel aliter fiant. Dantur ergo de quibuſdam rebus, quæ licet non ſint ſimpliciter neceſſariæ ad finem conſequendum: tamen ſunt maxime vtiles, cum facilius, & ſecurius per viam ſalutis ad finem perducant: dum per earum obſeruationem homines ab ijs rebus abſtinent, quæ a ſalutis itinere remouere, aut progreſſum multum impedire ſolent: vt ſunt carnis illecebræ, diuitiarum

cura, atque integra in quacunque re facienda libertas. Et quamuis multa A
ſint, quæ hanc ſalutis conſequendæ facilitatem afferre poſſunt: tamen tria
præcipua, quæ in diuinis literis inſinuatur, & a ſacris ſcriptoribus numeran
tur; caſtitas, paupertas, & obedientia, ſiue voluntatis abnegatio; qua quis
pro felicitate ſecurius obtinenda ſe totum alicuius prudentiæ regendũ tra-
dit: de quibus poſtea ſpeciatim agemus. Hæc autem opera vocantur, opera
perfectionis, quia ad maiorem perfectionem promouent: opera ſupererogationis,
quia præter legis obligationem fiunt, & conſilia, quia ex libertate pendent.

Prima poſitio, in lege euangelica vltra præcepta quæ ſunt omnibus ſer-
Mat. 19. uanda, continentur alia quæ ſub conſilio proponuntur. Primo, ex ipſa ſcri-
ptura, in qua de quibuſdam operibus, ita habetur ſermo, vt nulla indicetur B
obſeruantiæ neceſſitas, vt cum dicitur, ſi vis perfectus eſſe, vade vende om-
nia quæ habes & da pauperibus. Plura loca inferius afferam, cum de ſingu-
lis diſputabo. Secundo, ex perpetua traditione Eccleſiæ, quam exemplis
& Patrum doctrina confirmare licet. Nam ab initio naſcentis Eccleſię plu
rimi continentiam ſeruarunt, & res ſuas in pauperes diſtribuerunt, quæ in
Act. 4. & 21. veteri lege qui fecerint, rari inuenti ſunt. Quod ſumptum fuit, ex hiſtoria,
tum diuina, tum eccleſiaſtica, & humana cognoſcere licet: vt ex Philone li-
Euſ. lib. 3. hiſt. c. 30. bro de vita contemplatiua, & ex Iuſtino martyre atque Tertulliano, ſcripto
Apol 2. ribus antiquiſſimis. Tertio auctoritate Patrum, qui hanc doctrinam aper-
In apol. c. 9. tiſſime tradiderunt. Quæ ſupra debitum facimus, ait Origenes, non faci-
mus ex præceptis; datque exemplum de virginitate. Athanaſius libro de hu C
In cap 15. ad Rom. manitate Verbi ſcriptum reliquit, Virginitatem eſſe ſupra legem. Idem etiã
Baſilius, qui conſilium de virginitate ſeruanda ſupra mandatum, & ſupra
Li. de uirg. naturam eſſe ait. Chryſoſtomus ſub Dei perſona de virginitate & pauper-
Hom 8. de pœnit. tate loquendo dixit, Non cogo, non grauo, ſed proficientem quidem coro-
nabo, non proficientem non puniam. Nazianzenus Gregorius, in noſtris
Orat. 1. in Iul. legibus alia eſſe ait, quæ neceſſitatem imponunt, nec ſine periculo præter-
mitti poſſunt; alia quæ non neceſſitate conſtringunt, ſed in electione poſi-
Li. de ſan. uir. c. 30. ta ſunt. Auguſtinus de præceptis & conſilijs loquendo ait, In illis Deũ de-
bitum imponete, in his, ſi quid amplius erogatum fuerit, redditurum. Et de
Lib. 18. de uer. Apoſt. virginibus agendo dixit, Amando plus facere, quam Deus præcipiat.

Omitto hic Cyprianum libro de habitu Virginum, Hieronymum contra D
Iouinianum, & innumeros alios ſcriptores, & Concilia. Quarto, in omni
bene inſtituta rep. præter præmia & pœnas conſtitutas iis qui leges ſerua-
rent, aut tranſgrederentur, quædam prærogatiuæ & priuati honores decre-
ti ſunt illis, qui opera quædam egregia, & hæroica efficerent, quibus præ-
miis homines ad ſingularia facinora præſtanda excitantur: hinc apud Ro-
manos coronæ diuerſe, ouationes, ſupplicationes, & triumphi: igitur pari
ratione in rep. Chriſtiana in qua ad ęternę vitæ brauium contenditur, debet
eſſe priuata quædam opera, quibus priuati ſint deſtinati honores. Quæ ſa-
ne inſtituti ratio mirifice ad reip. perfectionem & ſplendorẽ pertinet. Quin
cto, eandem ueritatem in omnibus rebus natura conſtantibus obſeruare li-
cet:

A cet:in quibus duplicem animaduertimus perfectionem, vnam neceſſariam & eſſentialem, ſine qua res eſſe non poteſt: alteram nõ neceſſariam, ſed vtilem, commodam, quæ ad ſplendorem & ad abſolutã perfectionem facit, quã accidentariam vocant. Pari ratione in uita Chriſtiana duplicem agnoſcere oportet perfectionem, unam in qua religionis vitæque ſubſtantia, conſiſtit, quod aliquis ſit immunis a peccato, quo Dei amicitia uiolatur, alteram ex qua maior quidam exoritur ſplendor, & ornatus. Idem confirmares ex humana amicitia ad quam conſeruandam quædam neceſſario pręſtanda ſunt officia, alia vero ex amoris abundantia præſtantur, ſine quibus adhuc amicitia conſiſteret. Poſtremo, omnium bene philoſophantium, immo omnium hominum conſenſione confirmare liceret, qui in communi uita aliquid ſe neceſſario præſtare debere arbitrantur, alia uero ex gratia & benignitate.

B Secunda poſitio, Conſilia euangelica non ſunt omnibus neceſſario ſeruanda, & ita fideles ſine eorum obſeruatione ſalutem aſſequi poſſunt. Eſt doctrina fide tenenda, contra primam opinionem, cõtra quam breuiter agã Primo, contra iſtam ſententiam faciunt omnes rationes pro prima poſitione allatę: quia, ſi non omnia cõtinentur ſub præcepto, ſatis erit ea ſeruare, quę præcepta ſunt. Secundo, ſi omnes deberent rebus renunciare, vt iſta docet opinio, quis nam earum haberet curam? cur Eccleſia ſemper excepit diuites ad ſe uenientes, & vt rebus ſuis reipſa renunciarent nunquam præcepit? Tertio, iſta uitæ perfectio, quam iſti introducere uolunt, non eſt omnibus

C accommodata, & Chriſtus, qui laudauit Mariam, non damnauit Martham, quæ ſatagebat circa frequens miniſterium: igitur. Tertia poſitio, conſiliorum Euangelicorum obſeruatio non eſt res indifferens, vel mala. Quod nõ ſit indifferens eſt manifeſtum, quia ſunt de meliore & præſtantiore bono, & maiora præmia illis ſunt propoſita, vt poſtea patebit, igitur: ex quibus neceſſario conficitur, non eſſe malam, vt adhuc planius ex inſequentibus patebit. Quarta poſitio, quamuis præcepta, ſimpliciter loquendo, non ſint præponenda cõſiliis: tamen aliqua ratione præferri poſſunt. Mentitur itaque Melanchthon, qui noſtris falſo adſcribit, quod ſimpliciter pluris faciant cõſilia, quam præcepta. Nam, ſi loquamur de eſſentiali perfectione, vt præter alios docet D. Thomas, iſta in præceptis ſita eſt, ſi vero de accidentali, & 2.2.q.184. ar.3.

D inſtrumentaria, hæc in conſiliorum obſeruatione conſiſtit. Præferuntur itaque præcepta conſiliis ſubſtantiali perfectione, quod nemo ex noſtris negat. At uero conſilia præceptis præponderant triplici ratione. Primum, ſi conferatur conſilium cum præcepto circa eandem rem, vt renunciare bonis fortunæ, cum præcepto, Non furaberis: caſtitatem ſeruare cum, Non mœchaberis. Deinde comparando conſilia cum quocunque præcepto, etiam cũ illo de Deo ſupra omnia amando. In qua comparatione non ſunt ſumenda nuda opera externa conſiliorum, ſed cum caritate quam ſupponunt, & ad quam ducunt. Et quia præcepto dilectionis non præcipitur niſi quidam caritatis gradus, tanta nimirum caritas, vt nihil magis quam Deum ames, & nihil Deo anteferas, aut æques, ideo dari poteſt alius maior gradus, vt pro

tuo

Ser. 18. de uer. Apoſt. tuo in Deum amore,etiam rebus alias licitis abſtineas. Ideo Auguſtinus de virginibus loquendo dixit,Maior amor, maius impoſuit onus. Denique, ratione ſtatus quem uiuunt qui tantum præcepta ſeruant,& qui etiam conſilia faciunt, & tunc profecto longe melior & perfectior cenſebitur ſtatus cœlibatus,quam matrimonij,cum ille iſtum,quãtum ad perfectionem,includat. Vnde ei,qui ſe præcepta ſeruaſſe dixerat,Chriſtus ſubiecit,ſi uis perfectus eſſe,vende omnia quæ habes. A

Ad primum,negatur ſumptum,ad probationem, cum uniuerſe dicitur; Eſtote perfecti,intelligitur de perfectione eſſentiali, cũ uero dicitur, ſi uis perfectus eſſe,intelligitur de perfectione utili & accidentaria, iuxta uarios *Epiſt. 83. 95.* caritatis gradus.Illud de renunciatione rerum omnium,intelligitur de animi præparatione,vt Auguſtinus exponit:quod patet ex antecedentibus,vbi dixerat de vxoris & animæ renunciatione, quæ modo dicto, proculdubio eſt intelligenda. Quod uero dicitur de impoſſibilitate ſalutis diuitum, ſoluitur ex ſequentibus,cum dicitur,non eſſe impoſſibile apud Deum. Si ergo diues bene per Dei gratiam diuitiis vtatur, ſaluus eſſe poterit. Quod ſi dicas,ideo eſt poſſibile apud Deum, quia iuſſit abiicere diuitias,hoc nihil eſt,quia hoc eſt etiam homini poſſibile cum nonnulli diuitias contempſe- *Hier epiſt. 26. ad Pã.* rint, vt Crates, & Antiſtenes,at apud Deum eſt poſſibile,etiam ſi diues diuitias retineat,vt patet in multis,qui diuitiis abundarunt,et ſalutem ſunt adepti,vt Abraham,Iobus,Dauid,Ludouicus Francorum rex,& alij.Ad ſecun- *Mat. 11.* dum,vt Chriſtus dixit ſuam legem eſſe arctã uiam,ità ẽt,eſſe onus leue.Vnde & facilis,& difficilis,diuerſa ratione,dicenda eſt. Difficilis, ſua natura, noſtra ſuppoſita corruptione,vt luxurioſo continere, auaro dare eleemoſy- *Ariſt. li. 2. eth.* nam,& quia non facile attingitur medium in quo conſiſtit uirtus,a quo infinitis modis aberratur,vt Ariſtoteles ſcribit. Facilis uero habenti gratiam *Pſal. 118.* quæ ægrotãtem naturam ſanat,& imbecillam roborat: Facilis amãti:& ideò Dauid,ſe uiam mandatorum cucurriſſe cecinit,quia Deus ei cor dilatauerat *Chryſ.* caritatis nimirum ardore. Anguſta itaque dicitur porta reſpectu noſtri, qui ſumus nimis craſſi,& varijs rebus onuſti. Ad tertium, quod attinet ad primam antecedentis probationem, ſupra docuimus, quomodo intelligẽdum *Ambr. lib. de uid.* ſit illud,ſerui inutiles ſumus, ad quæ adde,quod infra dicitur, Euge ſerue bone,& fidelis,quæ dicuntur ſeruo præcepta ſeruanti: de inutili vero dicitur,Proijcite in tenebras exteriores. De ſecunda,intelligendus eſt locus ille de graui negligentia, quæ cum beneuolentia & amicitia diuina eſſe non poteſt. Et verbum hebraicum,Demirah,potius fraudem,quam negligentiam ſignificat. Ad primam confirmationem patet ex ijs, quæ ſupra docuimus,cum de bonorum operum meritis egimus. Dicendum eſt igitur,ideo nos poſſe aliquid ſupererogare, quia Deus ſua benignitate noluit omnia a nobis ex debito exigere,vt iugũ ſuaue, & onus leue nobis imponeret: Qui *Pſal. 102.* tanquam pius & miſericors pater, miſertus eſt noſtri, quia nouit figmẽtum noſtrum. Sicuti ſeruus,qui,licet quidquid eſt,& poteſt, Domini ſit:tamẽ, ex ijs quæ ſibi indulgentur à domino, veluti ex noctis quiete, poteſt aliquid detrahere,quod domino donet. Nunquam igitur poſſumus Deo ſatisfa-

B

C

D

A tiſfacere,ſi beneficia ſpectemus,pro quibus æquale reddere nequimus:at,ſi impoſitam legem conſideremus,aliquid quod non debemus præſtamus.

Ad ſecundum,nullam eſt hic ſuperbiæ crimen, ſi humiliter Deo offeratur id, quod ex debito iuſtitiæ a nobis non repoſcit.Quare,non ſunt ſuperbiæ damnandæ virgines illæ,quæ teſte Auguſtino, Deo dicunt,Amando te, plus facimus,quam præcipis:neque Patres illi,quos ſupra citauimus.Potius itaque ſuperbiæ arguendus eſt, qui ſine vlla firma ratione ſanctorum & ſacræ ſcripturę clariſſimis teſtimonijs ſeſe opponit,& veritatem perpetua eccleſię traditione confirmatam,impudenter negat. Ad id quod extremo loco adijcitur, lex Chriſti eſt perfecta, quia imperat omnes actus bonos omniũ virtutum externos & internos,& damnat omnia vitia & actus malos,& cõ-
B ſiliorum viam plane demonſtrat,& ad ingrediendum hortatur.Et qui præcepto diuino conſilia addunt,nihil errant,cum nõ addant id quod corrumpit,hoc enim Deus prohibet,ſed quod perficit,& cõſeruat; immo nihil addunt,quia id ſuadent,quod lex ipſa ſuadet. Ad quartum, quod attinet ad explicationem modi præcepti de diligendo Deo, dicimus, omnia iſta verba, ex corde,ex anima, & ex omnibus viribus, per figuram ſynonimiam diuinis literis familiariſſimam,eandem rem ſignificare:ita Hieronymus, Chryſoſtomus,& Hilarius exponunt:licet alij diuerſa ſignificare putẽt: ſed prior explicatio eſt ſimplicior, & ad veritatẽ magis accedit. Nam alijs in locis, in quibus de iſto pręcepto fit mentio, ſolum dicitur,in toto corde.Senſus ergo eſt,vt nos debeamus amare Deum, vero perfectoque amore, qui tũc eſt *Deut* 4.
C perfectus, cum omnia præcepta ſeruantur, quæ ſeruanda ſunt,ex omnibus viribus,ideſt,pro viribus. Hnc facit quod de Ioſia legimus,ſequutum fuiſſe Dominum in toto corde,tota anima,& tota virtute, & de Dauide ſolũ, in toto corde,quẽ tamen in dilectione Dei, Ioſiæ poſtponeret nemo. Atqui inſtaret aduerſarius,illa particula,ex toto corde,quæ vbique ponitur,omnẽ amoris perfectionem includit:igitur nihil reſtat præſtandum. Reſpondeo,hæc perticula a quibuſdam ita exponitur, vt per eam deſignentur omnes actus cordis,& omnis poſſibilis intentio,vt non ſit in nobis vllus cupiditatis motus voluntarius,vel inuoluntarius: vnde bene inferunt, hoc præceptum in hac vita non plene ſeruari poſſe:Sed ijdem Auctores docent,eos qui nõ perfecte ſeruant,non eſſe legis præuaricatores:unde neque conſilia tollunt: & ita noſtræ ſententiæ non aduerſantur. Pro cuius ſententiæ explicatione no-
D ta,duobus modis aliquid imperari poſſe: vno, vt indicetur ſolum id quod eſt faciẽdum;ut ſi Princeps præciperet militibus,Pugnate aduerſus hoc oppidum:ſecundo,ſi etiam indicaret finem operis;ut ſi idem diceret, Pugnate, ut expugnetis & capiatis.Cum præceptũ datur primo modo,is dicitur præuaricator, qui non facit totum quod præcipitur: cum ſecundo, non cenſetur præuaricator,qui totum non efficit,ſed is qui non præſtat id, quod tanquam medium ad finem conſequendum eſt neceſſarium.Quare,qui pugnãdo non expugnant,modo pugnando dent operam ut oppidum capiant,nihil peccant. Ad rem,in allato mandato,imperatur medium, & indicatur finis,abſoluta nimirum & omni ex parte perfecta dilectio, quem qui in hac

3. Reg. 14. *1. Reg.* 7. *4. Reg.* 23. *Auguſt. Thom. Bern.*

Bbb uita

Auguſ. de ſpi & lit. c ult. uita non attingunt, non faciunt contra præſcriptum Dei. Ideo hunc in modu tale præceptum datur, quia non recte curritur, niſi oſtendatur, quo currendum ſit. Licet ergo huic præcepto nihil addi poſſit, ut indicat finem, addi *Li. de perf. iuſt.* tamen poteſt, ut indicat medium, cum ſatis ſit diligere ſecundum unum gradum amoris; unde alius gradus per modum cōſilij addi poteſt. At uero alij quorum ſententia magis placet, ut quæ eſt diuinis literis conformior, ſic exponunt. Cum dicitur, Deum ex toto corde diligendum eſſe, ſignificatur, ut eum quodam præcipuo amore diligamus, ut nihil ei anteponamus, aut æquemus: ita ut ſolum præceptum proponatur, & non exprimatur finis. Ex qua explicatione inferres, huic præcepto non aduerſari amorem quo diligimus alios, quia non tenemur ſolū Deum diligere: nec peccata uenialia, quę non auertunt a fine, nec motus inuoluntarios concupiſcentiæ, etiam grauiſſimos, quia amor eſt in uoluntate, & idcirco ſolum motus uoluntarij ei aduerſantur, ſicuti, & omnia peccata mortalia: hoc præceptum in hac uita poſſe perfecte ſeruari, cum nihil amplius imperetur, quam ut Deum ſupra creaturas amemus: & denique, poſſe quempiam magis & minus Deum diligere, prout ex maiore amore poteſt quis a pluribus rebus licitis abſtinere, quā alius abſtineat: ſed tamen uterque ex toto corde diligere cenſebitur, ſi ambo præcepta ſeruent. Quod hæc explicatio ſit diuinæ ſcripturæ magis conſentanea, hic illuſtris ad hanc rem confirmandam demonſtrat locus, in quo huius præcepti oſtenditur facilitas. Cum ergo Deus hoc de ſe diligendo *Deut. 30.* mandatum dediſſet, hæc adiecit uerba, Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cęlo ſitum, ut poſſis dicere, Quis noſtrum ualeat ad cœlū aſcendere, vt deferat ad nos illud, vt audiamus, atq; opere cōpleamus? Neq; trans mare poſitū, vt cauſeris, & dicas, quis e nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſq; deferre, vt poſſimus audire, & facere qđ præceptum eſt? ſed iuxta te eſt ſermo ualde, in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum. Rurſus ſunt alia loca in quibus hoc præceptū ſeruari poſſe indicatur, vt illa, in quibus Deus eius obſeruationem in hac uita requirit, vt Deut. 10. & 13. & Chriſtus petenti, quid facere deberet, ut ſalutē conſequeretur, rńdit, vt Deū toto corde diligeret. Neq;.n. iſta particula, Totum, ſem per in diuinis literis, oēs & ſingulas partes deſignat, vt ex *Mat. 1.* multis locis probari poſſet. Solent.n. diuini ſcriptures uti phraſib. in cōi uſu *Act 12.* poſitis. Vnde, cū dicimus, totus ſum in ſtudijs, totis viribus hoc opus urgeo, *Gen. 31.* ſignificare volumus, præcipuā quandā curam contentionemq; non aūt ſimpliciter, nos præſtare quidquid omnino poſſumus. Denique, aliqñ Deus p̄- *Deut. 30. Iere. 24.* dixit, & promiſit fore tempus, in quo extarent, qui toto corde ei ſeruirent. Quomodo accipiendi ſint qui dicunt hoc præceptū impleri non poſſe, patet ex dictis. Quod ait Melanchthon, nos ſimpliciter mendicitatem præferre diuinæ legi, falſum eſſe ex quarta poſitione patet.

Ad quinctum, tunc tenemur animam ponere pro fratribus, quando hoc eſt neceſſarium ad eorum ęternam ſalutem: alias, ſi quis ob aliquam vtilitatem poneret, opus faceret conſilij. Locus Pauli intelligendus eſt cū negatione, ut nihil cogitemus, neque agamus, quod non ſit iuſtum, uerum, & cæt.

alias,

A alias,ſi omnia vera,& omnia iuſta cogitare & agere deberemus,omnia quæ ſunt in omni diſciplina vera, & in tota vita iuſta cogitare & efficere deberemus, quod eſt abſurdum. Ad ſextum,patet ex dictis;lex enim non requirit omnes vires,& quidquid prçſtare poſſumus,ſed ſolum quod imperatur. Alias Paulus de homine ſoluto loquendo dicere non potuiſſet, quod vult, faciat:non peccat,ſi nubat:Quia ſic arguere liceret,Aut poteſt continere,aut non:ſi non poteſt,tenetur nubere,vt hæreticus concludit: ſi poteſt,cõtineat, ſi lex requirit quidquid præſtare poſſumus. Ergo nunquam dicere licebit, quod vult faciat,non peccat. Ad vltimum,tunc aliquis peccat,quando plus põt amare & non amat,cum ex contemptu facit, cum neceſſitas maiorẽ amorem exigit: cum quis ex ſuperbia putat ſe ſatis eſſe perfectum, aut per acce-

1.Cor. 7. *Calu. Martyr.*

B diam atque pigritiam non vult amplius proficere,quod ſtatui viatoris repugnat.Cæterum,ſi quis nolit plus diligere ac proficere,pro ſua conditione & gradu,nec ad ſuperiorem ſtatum aſcendere,quantumuis poſſit,non peccat. Vt ſi quis Romam proficiſceretur,& in via conſiſteret,peccaret quidem,ſed ſi nolit currere,aut breuiore & priuata uti via,communi relicta,non peccat. Ille negat factis Deum eſſe ſumme bonum,qui eum ſupra omnia nõ diligit: at qui prç omnibus amat,non negat,licet non magis diligat,cum poſſit:alias ſemper eſſet perplexus, q̃a ſemper dubitare liceret,an aliquid amplius poſſet.Ille autem,accepta gratia & dono abutitur,qui vti recuſat,cum neceſſitas poſtulat: at qui eſt paratus ad utendum, non abutitur: alioqui ei qui potuit continere,& non continuit,non diceretur, Non peccat,ſi nubat. Huc facit

Lib. de bono coniug. c.21.

C quod Auguſtinus de Abrahamo ait, habuiſſe donum continentiæ, & tamẽ, eo nunquam vſus eſt:& Ioannes euangeliſta donũ patiendi martyriũ,quod non eſt perpeſſus:Quos nemo ſanç mentis ingrati animi vitio accuſaret.Neque cenſendus eſt ingratus, qui pro beneficijs non reſpõdet,cum neceſſitas non vrget, vel is qui beneficus fuit,operã non requirit:& ita ſatis eſt,ut eius volũtati & imperio ſatisfaciat;quamuis aliquid amplius præſtare poſſet:qui talentum non dicitur abſcondere, cum in hoc non habeat prçceptũ de talenti vſu,vt habebat ille, qui abſcondit talentum,ob quã cauſſam dãnatus fuit.

An lex euangelica conuenienter quædam conſilia tradiderit. Diſput. VII.

D CVM ergo a lege noua non ſint excludenda conſiliorum opera,vt eſt demonſtratum, conſequens eſt ut uideamus, an cõuenienter tradita fuerint;id quod inſequentes rõnes dubium faciunt. Primo,quæ non omnibus expediunt, ſed a cuiuſq; priuata uoluntate pendent, nõ debẽt legibus terminari,'cũ quæ lege ſtatuuntur, æque oẽs reſpiciãt:at cõſilia ſunt huiuſmodi:igitur in lege de eis nulla facienda fuit mentio.Secundo,ſi conſilia ſint utilia ad facilius ſalutem conſequẽdam,in omni lege eſſe debuiſſent,præſertim in lege naturæ,& ſcripta,quæ ex ſe non dabant gratiam,qua iuuamur ad ſalutẽ acquirendam: at in illis non fuerunt propoſita conſilia:igitur cenſendũ eſt non eſſe utilia. Tertio,cõſilia pertinẽt ad uitç perfectionem:at huius generis opera a Chri-

ſto tradũtur ſub præcepto,ut de inimicorum dilectione,de altera maxilla cę A
denti prębẽda,de iuramento non uſurpãdo,& aliis officiis ſimilibus:igitur.
Quarto conſiliorum traditio non eſt propria legis euangelicæ , ſed eſt cõis
cum omni lege;cum in omni lege fuerint qui conſilia,hoc eſt opera,quæ vi
legis homo prędstare non debet, ſeruarunt: ergo in lege euãgelica nõ eſt eo-
rum priuata reddenda ratio,ei propria . In hac difficultate nullæ occurrunt
citandæ ſententiæ,& nulla ponenda fundamẽta,vnde ad poſitiones accedã.

Prima poſitio,in lege naturæ,fuerunt quædã virtutis officia,quæ tãquam
conſilia ab ijs qui cõgruentius naturæ viuebant, ſeruabantur;vt,miſeris ex-
tra neceſſitatẽ ſuccurrere,a quibuſdam uoluptatibus abſtinere,quibus per-
frui alias licuiſſet. Huius generis nonnulla officia a Stoicis ſpeciatim ſerua-
Epiſt. bantur.& in vitæ agendæ legibus,a Philoſophis præſertim traditis, nõnulla B
Pub. huius ordinis officia cõtinẽtur. Hæc ergo doctrina cũ ſit certiſſima,nihil eſt
cur multis exemplis,& auctoritatibus confirmetur. Scđa poſitio,in veteri le
ge fuerunt adumbrata conſilia, ſed non erãt eius obſeruatoribus propoſita,
quaſi inuitamenta ad maiorẽ perfectionẽ.Qđ fuerint adumbrata,quantũ ad
Cap. 56. conſilium continentiæ,& caſtitatis,patet ex hoc illuſtri Iſaiæ loco,Nõ dicat
Eunuchus,Ego lignum aridum,quia hæc dicit Dñs Eunuchis,Qui cuſtodie
rint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego uolui, & ſeruauerint fędus meum;
dabo eis in domo mea,& in muris meis locum,& nomen meũ a filiabus,&
filiis:nomen ęternũ dabo eis,qđ non peribit.Hunc locũ intelligendum eſſe
de ijs qui ſe uoluntate caſtrauerunt,ideſt continenter viuere ſua ſponte, nõ
ex pręcepto voluerunt,docent,præter alios,Auguſtinus libro de ſancta vir- C
In paſt. par. 3. c. 29. ginitate,Baſilius libro de uera uirginitate,Ambroſius in Hortatione ad uirgi
nes,Gregorius,& Cyrillus in hunc locũ. Et qđ attinet ad uoluntatẽ,patet ex
illis uerbis,Qui elegerunt,quæ ego volui:eliguntur.n. quæ nõ ſunt p̃cepto,
aut neceſſitate determinata.Ex quo loco colligeres,falſum eſſe qđ hęreticus
ait,continentiã non mereri aliquod bonũ ſpũale & æternum,ſed ſolum eſſe
vtilem in hac uita,cum iis qui eã ſeruant,æternũ nomen detur.Et in his ver-
bis,Nomen melius a filiis & filiabus, ſiquis phraſim notet hebraicam,aliqđ
maius,q̃ tpale bonum deſignatur.Nam præpoſitio A,idem ualet,quod præ,
Luc. 18. ut hoc in loco,Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo:i.pręillo,
& magis, q̃ ille. Reijcienda eſt ergo Martyris expoſitio, qui hunc locum de
ueris Eunuchis,qui erant apud Hebræos intelligit,quaſi Deus illos cõſolet, D
ſi filiis carent,quia ſi legem ſeruauerint, meliore loco habebuntur,q̃ filij,&
filiæ.i.quam reliqui Iudæi,qui legem non ſeruant . Qm̃ iſta explicatio, præ-
terq̃ qđ eſt contraria Patrum expoſitioni, eſt ẽt ineptiſsima , dum per Filios,
Iſraelitas intelligit:quorũ appellatione,aut ueniunt omnes Iſraelitæ ut tales
ſunt,& ſic cõtinentur etiam Eunuchi: aut,ut mali ſunt, at mali non ſunt filij
Dei,ſed diaboli,de q̃bus Chriſtus loquendo dixit,Vos ex diabolo eſtis,ine-
pta igitur expoſitio . Quare per filios , fideles & coniugati uiri boni intelli-
guntur,qui ſunt in domo Dei: ſed eis anteponuntur continẽtes & uirgines,
in eadem domo . Vt omittam , quod nunquam Eunuchi iſti æterno nomine
celebrati fuere ; contra uero Eunuchi ſpirituales ab omnibus laudantur.

Cæterum,

A Cæterum hoc vaticinium plene in lege euangelica completum fuit. Eſt & hic alius manifeſtus locus, Felix ſterilis & incoinquinata, q̃ neſciuit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarũ ſanctarum, & ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitates, nec cogitauit contra Deum nequiſſima: dabitur enim ei fidei donũ electum (ideſt ſingulare donum eius fidelitati reſpondens) & ſors in templo Dei. Nemo itaque exiſtimet, eos qui in veteri lege ad perfectionem aſpirabant, non fuiſſe afflatos cœleſti ſpiritu ad conſilia amplectenda: in quibus, aliqui vitæ monaſticæ & religioſæ ſimulachrum præbuerunt: vt Nazareni, Rechabitæ Prophetarum filij: cum & virginitatem, & paupertatem, atque obedientiam quadam priuata ratione colerent: Quod ſimulachrũ per abundantiam gratię a Chriſto conceſſæ perfectum fuit. Huc pertinent quę Philo de Ieſſæis, & Eſſenis veteris teſtamenti monachis ſcripta reliquit, omnino lectu & admiratione digna. Huc pertinet quod D. Hieronymus ſcriptum reliquit, Eliam, Eliſeũ, Danielem, & Ioannem Baptiſtam a matrimonio abſtinuiſſe, & vitam cœlibem duxiſſe: id quod de Eſſenorũ collegio ante Chriſti aduentũ Ioſephus & Solinus referũt, ſãcte in deſerto Iudeæ viuẽdo ab vxoribus abſtinuiſſe. *Sap. 3.* *Li. 18. ant.*

B

Cur Iudæis conſilia non fuerint ita propoſita, vt nobis ſunt, hæ a D. Thoma redduntur rationes. Prima, quia lex vetus non erat lex filiorum, & perfectæ libertatis ſpiritus, ſed velut ſeruorum iugum. Secunda, quia lex uetus terrenorum bonorum commodis ad ſui obſeruantiam alliciebat, a quibus per Conſilia homines auocantur. Poſtrema, quia lex antiqua non dabat tantam gratiæ abundantiam, quæ ad conſiliorum obſeruationem eſt neceſſaria, nec ad perfectionem ducebat. Tertia poſitio, conuenienter in noua lege propoſita ſunt ſuis cultoribus conſilia; non ſolum alijs legibus communia, ſed quædam perfectiora, & expreſſiora. Huius concluſionis conuenientia demonſtrari poteſt tribus rationibus proxime allatis e regione reſpondentibus. Quia lex noua eſt lex filiorum, & libertatis ſpiritus: quia æterna ac ſpiritualia bona promittit, ad quorum acquiſitionem, poſthabenda ſunt carnalia: & denique quia dat abundantiam gratiæ ad acquirendam perfectionem quam proponit, & eius profeſſores affectant. Huc facit hoc vaticinium Iſaiæ, Minimus erit in mille, & paruulus in gẽtem fortiſſimam.

C

Quarta poſitio, omnia conſilia cuiuſcunque legis conuenienter ad tria reuocantur capita. Quoniam, vt ſupra diximus, conſilia ſunt quaſi uia, & inſtrumenta perfectionis acquirendæ, a qua tria potiſſimum nos retardant, ad quæ, omnia quæ ſunt in mundo, Ioannes reuocauit, Diuitiæ, carnis delectationes, & ſuperbia, faſtus nimirum, & honorum appetitio. ad quæ impedimenta remouenda tria propoſita ſunt conſilia: Paupertas contra diuitiarum curam: Continentia contra carnis illecebras; & Obedientia, ſuiq; demiſſio, contra ſuperbiam. Quibus reſpondere uidentur tres primę beatitudines a noſtro legiſlatore propoſitæ, cum uocantur beati pauperes ſpiritu, mites, & qui lugent. Præterea, tria ſunt bonorum genera, bona externa, corporis, & animi, quibus per bona opera conſiliorum quaſi quodam ſacrificio Deum eorum datorem agnoſcimus, dum ob Dei gloriam, & diuitijs, & *Cap 60.*

D

Mat.19. carni, & propriæ uoluntati renunciamus. Vnde Petrus Apoſtolorum, & A
eorum qui uitam apoſtolicam uiuere debebant caput, Chriſto, conſiliorũ Latori, dixit, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Qui igitur hanc perfectionis uiam, quam tenuerunt Apoſtoli, uiri perfecti, & conſiliorum obſeruatores ingredi uolunt, iſta tria conſilia ſeruare debent: ad quæ alia omnia facile reuocantur. Vt dare eleemoſinam extra neceſſitatem, ad conſilium de paupertate: abſtinere a quibuſdam voluptatibus licitis, ad conſilium continentiæ: alienæ obſequi voluntati, ſua in re licita relicta, & velle potius regi, quam regere, ad conſilium obedientiæ. Et vt illud obiter adnotauerim, neſcio quid tale in ſuis legibus poſuit Cicero cum dixit, Ad diuos adeunto caſte: pietatem adhibento, opes amouento.

Quincta poſitio, iſta tria conſilia aliquo modo poſſunt dici euangelicæ B
legi propria. Quia iſtorũ obſeruatio ex uoto in hac lege ſpeciatim frequẽtiſſimo fuit in vſu. Quare, nullo modo uerum eſt quod contra omniũ ſententiam Petrus Martyr docuit, Fuiſſe Hebræorum proprium uota nuncupare, ac proinde Chriſtianis non licere, quaſi hæc ſit cæremonia quædam iudaica, quia uotum non eſt legis cæremonia, ſed quoddam naturale opus,
Gen. 18. quod etiam in lege naturæ viguit. De Chriſtianorum uotis illud ab Iſaia
Cap. 19. prænunciatum fuit, Colent eum in hoſtiis & muneribus, & uota uouebunt Dño, & ſoluent, vt Hieronymus, Cyrillus, & alij teſtantur. Nec ualet quod Martyr reſpondet, hunc locum non eſſe intelligẽdum de ueris uotis, ſed de cultu ſpirituali: quaſi uoluerit Deus per iſta quæ ab Hebræis fiebant, futurum in alia lege cultum eis explicare. Sed male explicaretur per id, quod C
nullo modo eſt ſimile. Sed ab iſto peteres, an uoti verbum metaphorice, an proprie accipiat: ſi metaphorice, quia proprie accipi non poteſt, cum apud Chriſtianos nulla eſſent futura vota; iam iſte pueriliter peccabit, petendo principium, vt Dialectici loquuntur, id nimirum quod in quæſtionem cadit: & cum ille neget; a nobis hic locus erit, cum plane & proprie dicatur, Vota vouebunt. Nec animaduertit impius Martyr, dum Chriſtianis vota nuncupare fas eſſe negat, ſe viros ſanctos, Auguſtinum, Baſilium, Bernardum, & alios innumeros damnare. Quorum facta, & ſi non ſint fidei regu-
Mat.5. la: tamen Dei verbo non repugnant, ſed illud declarant. Sunt enim eccleſiæ doctores, veluti lucernæ poſitæ ſuper candelabrum. Nec obſtat, quod Voti vocabulum non ſit in nouo teſtamento, in veteri vero ſæpe repetitum; D
quia in nouo eſt res ipſa, & ſatis eſt quod ſit in antiqua lege, & perſeueret in noſtra, cum votum ad mores pertineat. Nec etiam obſtat, quod fidei profeſſione ſimus obligati Deo, ac proinde inutile eſſe iterum nos voto obſtringere; quia hoc etiam vrgeret contra Iudæos, quibus vota concedis. Et licet omnia Deo debeamus, quæ ſuo iure a nobis poteſt repetere: tamen quia multa libera nobis reliquit, aliquid ei per votum reddere poſſumus. Qua-
Conc. Arauſ. can. 11. re, cum vouemus, res quidem acceptas reſtituimus: ſed quia illis pro arbitrio vti poſſumus, ideo etiam noſtra damus. Non itaque vouemus quæ in noſtra non ſunt poteſtate, ſed quæ Deus libera eſſe voluit. Neque eſt bonum hoc mali hominis dilemma, quidquid priuatim occurrit faciẽdum, aut eſſe ma-

A ſe malum, ac proinde reijciendum, aut bonum accommodatum ſaluti noſtrę, vel aliorum, ac ideo faciendum, ſi Deum & proximum diligimus; cum non omnia ſint nobis neceſſario facienda, quæ nobis, vel proximo ſunt cōmoda; cum ſcriptum ſit, ſi nolueris polliceri, abſque peccato eris. *Deut. 23.*

Quod ſi aduerſarius dicat, votum tollere libertatem chriſtianam, quæ requirit vt vitæ genera omni tempore & omnibus ſint libera: Reſponderem, quid facis tu, cum te matrimonij legibus obſtringis? & quomodo eſt verū, quod tu ais, Nihil eſſe indifferens, ſed omnia, aut præcepta, aut prohibita? vides, quod dum prædicas libertatem, imponis iugum penitus importabile, & omni tyrannide multo grauius. Denique, qui vouet, nullam facit Deo iniuriam, quod ea faciat neceſſaria, quæ ipſe voluit eſſe libera: quia ſolum B voluit eſſe libera negatiue, dum noluit ad ea obligare, ſed in cuiuſque manu reliquit, vt qui vult ſe obliget; Quod ergo nos non obligauerit, eius fuit benignitas; quod nos obligemus, noſtra eſt gratitudo. Quod dum facimus, non arguimus Deum inſipientiæ, aut inuidiæ, quod iſta præcipere noluerit; quia quod facimus, eius conſilio & admonitione facimus. Quod ſi obijcias, nos omnia vouere in baptiſmo, ideoque non opus eſſe alio voto, nec rurſus voueri poſſe, reſpondeo his dictis. Primum, de re quæ eſt in præcepto, poteſt eſſe proprie votum, ſi quis ita voueat, vt velit ſe obligare, etiamſi non eſſet ſub pręcepto, ac ſi eſſet libera: vnde oritur duplex tranſgreſſio, ſi contra fiat. Secundum, ſi votum fiat de pręcepto cum intentione ſolum acceptandi & teſtificandi obligationem ex præcepto natam, non eſt proprie uotum; quia nihil promittitur. Tertium, fideles in baptiſmo, promittunt ſe legem Chriſti ſeruaturos, dum diabolo & eius pompis abrenunciant: cōmunis eſt doctrina, & certiſſima. Quartum, promiſſio quæ fit in baptiſmo non eſt proprie votum, niſi large & improprie. Primum, quia vota proprie ſunt promiſſiones ſpontaneę, vt ex ſcriptura colligitur: at promiſſio facta in baptiſmo eſt neceſſaria; quia non poſſumus non promittere ſine culpa: igitur. Deinde, ſi talis promiſſio eſſet proprie votum, ſequeretur Chriſtianos in omni peccato duplicem committere culpam, vnam contra præceptum, alteram contra votum. Denique, cum non ſit admodum neceſſarium, nec vtile de rebus præceptis vota facere; non eſt credibile Deum vel Eccleſiam voluiſſe omnes fideles ad hæc vota nuncupanda obligare. Nec ideo cenſentur Chriſtiani aliquid vouiſſe, quod grauius, ſi peccent, puniatur: quoniam grauius puniuntur, quia melius Domini voluntatem norunt, & plura beneficia acceperunt. Eccleſia autem a fide recedentes punit, non tam ob eorum promiſſionem, quam quod per baptiſmum facti ſint eius membra & ſubditi: at ſubditus, & membrum debet eſſe capiti ſubiectum. *Deut. 23.*

D (margin letter beside "tur Chriſtiani")

Ad primum, conſilia non determinantur ſub imperio, ſed relinquuntur libera, & omnibus vniuerſe in noua lege proponuntur, quia omnes ad perfectionem inuitantur. Ad ſecundum, fuerunt in omni lege conſilia, ſed non ita expreſſa, non ita perfecta, nec ita obſeruatu facilia, ac proinde non ita in vſu: quę, ideo non fuerunt plane proponenda, quia minus tunc erat uirium ad ea ſeruanda. Ad tertium, quædam perfectionis opera, non ſunt præcepta

niſi in caſu neceſſitatis, vt Sotus, docet. Quo loco notandum eſt, quæ in al- A
lato argumento continentur, & eiuſdem generis alia, ſiue conſilia, ſiue præ-
cepta ſint, dari priuatis hominibus, & ita non eſt interdictum iudici, ne reũ
puniat, aut Principi, ne iuſtũ indicat bellum: vnde ex hoc loco, nec olim Iu
lianus, nec nuper Lutherus ſumpſit efficax argumentũ ad probandũ Chri-
ſtianis non licere bellare. Immo, nec reſpectu priuatorum iſta ſemper ſunt
præcepta, ſed interdum conſilia, vt Chriſtus re ipſa nos docuit, cum percu
tienti alteram maxillam non præbuit. Sed in animi præparatione ſunt præ-
cepta, ita ut potius uelimus alteram maxillam præbere, quam Deum offen-
Gre. Naz. dere, & tunc tanquam præcepta obligant, cum de Dei honore agitur: alias
orat. 1. cõt. pro conſilijs habenda ſunt. Immo interdum, nec vim conſilij habent; vt ſi
Iul. ex eo quod quis maxillam iterum cædendam præberet, nulla ſequeretur B
Aug. ep. 5. utilitas, vt ſancti Patres docent. Ad quartum, quid huic argumento reſpon
Ad Marce. dendum ſit, patet ex ultimis poſitionibus.

An Continentiæ, virginitatisve conſilium, etiam cum voto in lege euangelica admittendum ſit. Diſput. VIII.

QVAE hucuſque de conſiliorum neceſſitate, natura, numero, & conuenientia diximus, ſatis profecto videri cupiam poſſent: ſed cum eorum doctrina, ſit veluti nouę legis medulla & flos; propterea a nobis de euangelica lege agentibus, omnino defendenda atque ab improborum hominum calumniis vendi- C
canda eſt: ne huius partis iactura facta, facile totum noſtrę religionis doctrinæque Chriſtianæ corpus cadat. Præter ea igitur, quæ vniuerſe de conſilijs diximus, tres priuatæ diſputationes, pro tribus conſiliorum partibus retinendis, nobis faciendæ reſtant. Ac primum de continentia & caſtitate; quæ, vt eleganter ſcripſit Tertullianus, in primo legis euangelicæ ingreſſu, hoc eſt in Ioanne Baptiſta eius primo præcone, ſeſe conſpiciendam præbuit. De qua ideo late diſputabo, quod diligenter ab impudicis hominibus impugnetur. Contra continentiæ, conſilium eiuſque votum, quod priuatim hæretici tollere conantur, ex varijs ſacræ ſcripturæ locis, quæ ad quædam capita reuocabo, hunc in modum aduerſarij diſputant.

Pſal. 53. Primo ex omnibus locis in quibus dicitur, bona opera non ex neceſſita- D
2. Cor. 9. te, ſed voluntarie & libere eſſe facienda, & hæc Deo placere, qui hilarẽ da-
1. Cor. 7. torem diligit: & Paulus de continentia loquendo dixit, Non vt laqueum vo
bis inijciam, quod facere videntur, qui continentiam cum voto coniungũt.

Secundo ex locis in quibus expreſſe imperatur matrimonium ijs qui ſti-
mulos carnis patiuntur: cui imperio repugnat perpetua continentia, cũ ne-
mo ſciat, quando, & quantũ, & quamdiu iſtos ſtimulos patietur. Vnde Pau-
1. Cor 7. lus dicebat, Melius eſſe nubere, quam vri: & vnumquemq; ob fornicationẽ
Tim 5. vxorẽ ſuam habere debere: idem, volebat iuniores nubere & eſſe matris fa-
Sap. 8. milias, filiosque procreare. Tertio adducunt alia loca in quibus dicitur,
Mat. 19. continentiam eſſe donum Dei: Vnde legimus, Non omnes capiunt verbum

hoc,

A hoc, ſed quibus datum eſt: Item, qui poteſt capere, capiat. Ex quibus talis cõficitur ratio; Nemo prudens promittit id, quod neſcit ſe poſſe ſoluere, alias Eccl.5.
exponeret ſe periculo violandi votum: quæ ſtulta promiſſio Deo non placeret: at nemo ſcit ſe poſſe perpetuo continere, cum a Dei voluntate hoc donum pendeat: igitur iſta promiſſio fieri non poteſt. Vnde, infert aduerſarius, eos qui iam huiuſmodi vota nuncuparunt, debere ea reſcindere, cum voluerint, quæ in eorum non ſitnt poteſtate. Vt ille, qui cum vouiſſet perpetuo ſe daturum pauperibus de ſuis laboribus, non teneretur votum ſeruare, ſi in ægritudinem incideret: ſic qui incidit in morbum concupiſcentiæ, liber eſt a promiſſione continentiæ: quam fortaſſe orando non impetraret, ſicuti nec ille ſanitatem. Quarto, ducunt argumenta ex ratione naturali, quæ om-
B nia breuiter perſtringam. Perpetua continentia aduerſatur naturæ, quæ ſexus diſtinxit, & vim generandi tribuit: ſi omnes continerent, mundus periret: hinc oritur Chriſtianorum interitus, quia eorum numerus minuitur, ac proinde hoſtibus nequeunt reſiſtere: multi ex continentia oriuntur morbi, qui ſolo coitu curari poſſunt: propenſio ad gignendum eſt bona, quæ etiam in ſtatu naturæ integræ fuiſſet, ac proinde non eſt ullo modo remouenda, aut impedienda: addunt virginitatem non eſſe virtutem, quia virtus eſt per ſe expetibilis, virginitas autem ſolum relata ad aliud, nimirum ad inſeruiendum Deo facilius, adde, quod non habet contrarium vitium vt virtutes omnes habent. Denique, inquit Eraſmus, meliores ſunt fructus, quã flores, & melior vitis grauida, quã quæ in terra iacet: & roſa manibus contrecta
C ta, quam quæ in fructice feneſcit, & vinum quod bibitur, antequam aceſcat. Addunt aliqui exemplum Pauli, qui coniugem habebat, idque colligũt ex his eius verbis, Rogo te & germana cõpar: & non vno in loco ait, ſe potuiſ- Phil.4.
ſe circumducere ſororem mulierem. In hac difficultate nolo quæ a ſingulis 1.Cor.9.
hæreticis contra continentiam & virginitatis uotum impudice & impie dicũtur, late referre, ſed ſolum breuiter complectar, quæ uoti cõtinentiæ violator euomit Lutherus. Dixit itaque mulieres ſolum matrimonij cauſſa creatas fuiſſe; idem eſſe conſultare, an ſit ducenda vxor, ac ſit ne edendum: Iudæis omnino fuiſſe præceptum matrimonium per Moſem: Chriſtum nũquam conſuluiſſe virginitatem; ſed potius ab ea deterruiſſe, & cum Paulus dixit, conſilium autem do, voluiſſe dicere, non conſulo, ſed deterreo: vnum
D vitæ genus non eſſe alio præſtantius, cum tamen alibi dixerit, virginitatem præſtare coniugio, ſed coniugatam meliorem eſſe coram Deo, quam ſit virgo: Denique primam eccleſiam ignoraſſe cuiuſque rei vouendi uſum. Hæc & id genus alia nouus Euangelij miniſter, de continentia & virginitate etiã ab Ethnicis laudata, impudice & mẽdaciter dixit. Vt allatæ obiectiones tollantur, nonnulla ſtatuam fundamenta, ex quibus ad ſingula earum capita reſponderi poterit.

Primum fundamentum, triplex eſt libertas, cui triplex reſpõdet neceſſitas. Prima, ex parte debiti, quia obligatio ex præcepto, ſiue ex voto oritur: cum id libere dicamus facere, quod præſtare non tenemur; id vero neceſſario, quod tenemur. Et hæc libertas non eſt neceſſaria ad hoc ut opus ſit lau-

dabile & Deo gratum: neque ei contraria neceſſitas cum operis laude pugnat, cum qui ex præcepto aliquid faciunt, laudabiliter faciant. A

Secunda ex parte naturalis deliberationis voluntatis: ea enim homo dicitur libere facere, in quibus non habet voluntatem ad vnū determinatā; quę proprie dicitur liberū arbitrium: & hæc neceſſaria eſt ad laudem boni operis, quod libere exerceri poteſt, quantumuis ex uoto, vel præcepto ſit debitum. Tertia ex parte coactionis, ſiue ſit ſimplex coactio, qua quis violenter trahitur, ſiue conditionata & moralis, quo modo quis facit aliquid timore

Virg. ecl. 3. impulſus, quod nollet facere: de qua dicitur,

Trahit ſua quemque voluptas,

non ſimpliciter. Et hæc etiam neceſſaria eſt ad laudem boni operis: quæ nec cum præcepto, nec cum voto pugnat: cum quis æquali, aut etiam maiori B promptitudine poſſit exequi mandata, quam alius ea quæ non ſunt iuſſa: & ordinarie alacrius fit, quod voto fit, cum votū ex caritate & perfectione procedat, quam quod ſine voto agitur. Quod ſi quis parum libenter votum

Opuſ. 18. perſoluat, id eius accidit vitio. Poteſt autem, vt diuus Thomas adnotauit, tribus modis aliquis ſe habere in voto perſoluendo. Primo, ſi libenter faciat quia res placet, quia votum placet: & tunc iſte magis meretur, quam alius, qui æque libenter idem efficeret. Secundo, ſi inuitus faciat rem, quam vouit, & tamen libenter adimplet votum, vt ſi quis ægre ieiunaret, & tamen quia vouit, ſuperata difficultate, votum implet. Atque in hoc etiam caſu, magis iſte meretur, quam qui ſine voto libenter ieiunaret: quia illud eſt opus religionis, hoc temperantiæ tantum, & cum a maiore virtute proficiſcatur, C maioris erit meriti. Tertio, ſi quis adeo triſtetur ſe vouiſſe, vt nollet amplius votum ſeruare: qui actus, cum ſit ſimpliciter malus, non poteſt cum bono conferri. Quod ſi contra id, quod diximus de maiore merito, obijcias Hieronymum dicentem, maioris gratię eſſe offerre quod non debeas, quā reddere quod exigaris, id intelligitur de eo, quod exigitur ratione præcepti & legis, non ratione voti. Et quamuis, cæteris paribus, melius ſit facere opus imperatum, quam non imperatum: tamen ex triplici capite, non imperatū maiore cum laude fit. Primo quia res non imperatæ ſolent eſſe nobiliores: quia Deus minora imperat, maiora conſulit: quod non habet locum in voto, cum perfectiora voueantur. Secundo, qui ex caritate facit non imperata, facit etiam imperata, ac proinde plus dat; imperata enim in ijs quæ libere & ex conſilio fiunt includuntur, non contra, vt non furari, in diuitiarum D contemptu. Cæterum, neque hoc habet locum in votis, cum is qui libere aliquid facit, non ſtatim omnia vota ſeruet. Poſtremo, quia vt plurimum opus non imperatum maiorem flagitat promptitudinem, quam imperatum, qua parte, maioris eſt gratiæ, vt Hieronymus ait: quod de uoto affirmari non poteſt; quia illa maior prōptitudo operis non imperati, ſuperatur ab alia quadam maiore, quæ ad uouendum fuit neceſſaria. Itaque cum votum de re magis ardua ſponte fiat, maiorem promptitudinem poſtulat, quam opus ſine voto factum. Ex his facile ſolueres quæ primo argumento obijciuntur, cum quæ voto fiunt, non inuito & triſti animo fiant. Quod qui approbāt, & ſuadent,

A dent,non inijciunt laqueum,hoc eſt neceſſitatem,quę detinet inuitum; hoc
enim eo loco,laqueum ſignificat, ut Sancti Patres exponunt. Hortabatur
enim Apoſtolus ad continentiam,ſed laqueum id eſt,neceſſitatem, quæ in- *Aug. li de*
uitos cogit,non inijciebat. Adde, quod laqueus proprie deſignat funem ad *bo.uid.c 5.*
capiendum & perdendum poſitum. Vnde, quod apud ſapientem in noſtra *Hier. lib.1.*
verſione dicitur,ruina eſt homini deuotare Sanctos, & poſt uota retractare; *cõtra Iou.*
Hebraice,& Græce,laqueus legitur. *Theoph.*
Anſel.

Secundum fundamentum, in quo demonſtrabitur matrimonium non *Prou.20.*
eſſe neceſſarium ex iure diuino ijs, qui carnis tentationibus urguntur, hoc
eſt,ut aduerſarij uolunt,graues & diuturnas tentationes patiuntur, quibus
non plene conſentitur, ſed repelluntur, neque eos a Paulo ad nuptias, tan-
B quam ad neceſſarium remedium uocari.Ideo ſub peccati mortalis pœna uo
lunt eum qui ſic tentatur nubere,ne carnis motus ſentiat,quos peccata mor
talia eſſe putant,cum inter graue & leue peccatum non diſtinguant, nō ani
maduertentes,quod ait Apoſtolus,ſi quod nolo,facio, iam non ego operor
illud:ex quo loco plane colligitur Paulum affectu aliquo fuiſſe permotum,
& tamen non peccaſſe,cum contra eius uoluntatem motus ſurgeret.Dicen- *Lege Aug.*
dum itaque eſt Paulum per uſtionem,cui pro remedio aſſignat nuptias, in- *li.1.de ciu.*
telligere incontinentiam conſenſumque in rem ueneream.Eſt ergo uerbo- *c.25.*
rum Pauli hic germanus ſenſus,is,cui omnino deliberatum eſt, aut forni- *1.Cor.7.*
cari, aut nubere, bene facit ſi uxorem ducat,quia melius eſt nubere, quam
uri,id eſt,quam fornicari.

C Quod per Vri, & vſtionem intelligat fornicari & fornicationem,ſeu in-
continentiam, patet primo ex antecedentibus, quia dixerat, ſi ſe non conti-
nent: & ex his alijs verbis,Bonum eſt homini mulierem nō tangere,propter
fornicationem autem,&c. non ait,Propter tentationem fugiendam. Item,ex
his,Ne tentet nos Satanas propter incontinentiam veſtram,non ait ob tenta-
tionem, coniuges debere debitum reddere. Item,cum dixiſſet, Volo iunio-
res nubere,cauſſam aſſignando,non dixit,Ob tentationem,ſed,Nullam da-
re occaſionē aduerſario maledicti cauſſa, id eſt,ne ſi fornicati fueritis Gen-
tes ob veſtros mores maledicant;quod ſane facere non poterant,ob ſolas in-
ternas tentationes. Vnde ſubdit,quaſdam abijſſe poſt Satanam. Deinde,hūc
locum,non de tentatione,ſed de incontinentia Patres exponunt: ita Clemēs *Li.3. Stro*
D Alexandrinus qui contrariam expoſitionem tribuit Baſilidi: Ambroſius in
hunc locum: Hieronymus in apologia contra Iouinianum: Auguſt. lib.de *Cap.74.*
ſancta virginitate,& de bono coniugali: Chryſoſtomus in hunc locū,quem *Cap.10.*
eius compilator ſequitur Theophylactus. Deniq;, idem cōfirmare eſt ex pro- *D.Tho. in*
pria vocabuli ſignificatione:ſiquidem Vri,non eſt ſolum calere,ſed calore *hunc loc.*
labefactari, & conſumi, quod illis qui ſolum tentantur, non conuenit, ſed
illis qui tentationibus cedunt.Et eſto,quod per Vri,tentari intelligatur,ad-
huc aduerſarij ex hoc loco non conficiunt, vt tentato ſit neceſſe vxorem du-
cere,vt poſtea probabo. Ex his ſolueres, quæ ſecundo loco obiecta ſunt.

Tertium fundamentum, in quo explicabo quomodo continentia ſit do-
num Dei,& in noſtra ſit poteſtate. Dona diuinitus cōceſſa, alia ſine hominis
con-

concurſu dantur,vt ſanitas,& dona gratis data,& hæc non pendent a noſtra
voluntate:ad quæ dona ignoranter Martyr reuocat donum continentiæ:alia A
ita ſunt ex diuina gratia,vt etiam a noſtra electione & concurſu pendeant:vt
credere, ſperare,diligere,perſeuerare:ad quæ opera præſtanda ita Deus iu-
uat,vt non cogat. Quæ,etſi homo ex ſe præſtare non poſſit;tamen, quia Deus
Ariſt. ſemper præſto eſt, præſtare poſſe dicitur,cum quæ per noſtros amicos poſ-
ſumus,per nos poſſe dicamur:alias enim homo non peccaret,ſi nullo modo
iſta poſſet efficere.Et ad hoc genus pertinet continentię donum:& vt ad ope
ra dicta pręſtanda duplex auxilium dari dicitur,vnum ſufficiens,quod om-
nibus, ſaltem pro loco & tempore,datur; quo auxilij genere,non tam fit vt
agamus,quam ut agere poſſimus:alterum efficax,cuius vi,non ſolum poſſu
mus,ſed etiam re ipſa agimus,& hoc non datur omnibus,nec omnes habēt; B
ſed ſolum illi qui re ipſa,credunt,ſperant,perſeuerant,& continente : quod
attinet ad continentiam,pauci ſunt,qui hoc fruantur dono:quia non omnes
capiunt verbum hoc, id eſt,hoc præclarum opus, ſed illi quibus datum eſt:
cum hoc tamen , uerum eſt , omnes qui continere uolunt, poſſe, quia ſuffi-
ciens auxilium ad continendum,aut ad gratiam impetrandam nemini dene
2. Theſ. 3. gatur: ſicuti omnes credere poſſunt, & tamen,ut ait Apoſtolus,Non omniū
eſt fides. Quod iſta auxilij diſtinctio,quā aduerſarij negant,quia omnes quī
a Deo mouentur , neceſſario moueri putant , admittenda ſit, *multis* probari
poſſet, ſed unico confirmo argumento . Certiſſimum eſt Deum quibuſdam
dediſſe auxilium,qui tamen re ipſa conuerſi non ſunt;quià non fuit efficax:
alij uero conuerſi ſunt,in quibus fuit efficax:igitur. De illis dicitur, Quid ul- C
tra debui facere uineæ meę,& non feci ei? Vos ſemper Spiritui ſancto reſti-
Act 7. tiſtis. Fit auxilium efficax,non ex parte ſolius uolūtatis,ut aliqui uolunt,ne-
que etiam ex ſola Dei actione,qua uoluntatem determinet;ſed ex parte in-
ſpirationum & ſuaſionum diuinarum,quibus uolūtatem cuiuſque pro eo-
Aug. tract. 26. in Ioa. rum propenſione ſuauiter Deus allicit; non ſecus ac paſtor qui oui uiridem
herbam proponit,& mater, quæ puero oblectamenta oſtendit. Ex hoc itaq;
fundamento conſtat,continentiæ uotum ita pendere a Dei dono,ut etiam in
noſtra ſit poteſtate, ac proinde tale uotum prudenter nos nuncupare.

Quartum fundamentum,in quo explicanda eſt illa obiectio quę ſumitur
Mic. Med. ab inclinatione naturali . Ideo aliqui dicunt non eſſe peccatum impedire
lib. 4. de iſtam naturalem inclinationem, quia quiſque poteſt ſe tali facultate priua- D
conſ. c. 11. re;quoniā nemini fit iniuria,ſicut fieret,ſi unus ab alio priuaretur. At,ſi hæc
explicatio eſſet firma, qui ſeipſum occideret non peccaret, quia neminē in-
Ariſt. 2. de iuria afficit, dum ſe interimit . Et ſi eſt peccatū ſe occidere, quia pugnat cum
ani. inclinatione naturali,cur non etiam nolle filios procreare,& ſpeciem con-
Victor. ſeruare,quod eſt homini a natura inſitum? Alij dicunt,ideo non eſſe pecca-
Relect. de tum , quia talis propenſio non conuenit homini, ut homo eſt, ſed ut animal
homic. eſt:ſimiliter propenſio ad ſui conſeruationem,& ideo non licet ſe occidere.
Sot. 5. de iuſt. q. 1. Sed neque hæc ſolutio ſubſiſtit; quoniam ſi propenſio ad generandum non
ar. 5. eſt humana, quia eſt communis cum beſtijs, multo minus propenſio ad ſui
conſeruationem , quæ eſt etiam communis cum uiuentibus,& cum ijs quæ

uita

A uita carent. Et ſi occidere ſe eſſet peccatum, quia eſt contra naturę propēſionem, etiam uelle ab alio occidi & mortem optare peccatum eſſet, quæ uera non ſunt. Nam Paulus cupiebat diſſolui: & aliquis, ex caritate, poteſt potius ſinere ſe occidi ab aggreſſore, quam illum occidere. Cum aliis itaque dicendum eſt, inclinationem hominis naturalem dupliciter cōſiderari poſſe: primo, vt fertur in rem nude conſideratam ſine attributionibus, ut mortem ſecundum ſe, ieiunium, & alia huius generis mala, quæ ſecundum hanc conſiderationem naturaliter, abhorremus: cum, ut ait Cicero, Generi animantiū omni ſit a natura tributum, ut ſe, uitam, corpuſque tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura uideantur, Altero, cum circunſtantiis, ut ſunt materia patientiæ, uirtutis perficiendæ, uia ad beatitudinem, & occaſio laudandi Deum, & *Li. 1. offic.*

B ſub hac ratione expeti poſſunt. Et quia hæc conſideratio proprie humanam propenſionem conſtituit, cum ſit practica, & ſecundum rectum abſolutumque iudicium, ideo contra illam facere peccatum eſt. Siquidem, qui cum recta ratione pugnat, ut Cicero ait, cum natura, uel cum ipſo auctore naturæ pugnat. Modo ad rem, continentię uotum eſt contra inclinationem priore modo conſideratam, non autem contra ſecundum modum; cum, ut etiam aduerſarius concederet, conferat ad melius inſeruiendum Deo. Huiuſmodi non eſt ſui occiſio, quæ eſt contra utranque inclinationem, niſi Deus illam præcipiat, cum ex hac uita iniuſſu ſummi Principis abire non liceat: tunc enim eſſet medium ad Dei uoluntatem complendam: extra quem caſum, ſeipſum interimere non poteſt eſſe mediū ad maius bonum corporale, cum *Cic. lib. 1. Tuſc q.*

C omnia bona pro fundamento habeant ipſum eſſe, & uitam. At bona ſpiritualia, cum ſint actus liberi arbitrij, haberi poſſunt ſine ſui occiſione, ut eſt virginitas, quæ duobus modis conſiderari poteſt, uel ut dicit ſolam negationem coniugij, & ſic non habet rationem uirtutis, uel ut eſt uia ad melius inſeruiendum Deo, & concupiſcentiæ fręnum, & ſic eſt uirtus, & adeo perfecta, ut a uirtute, auctore diuo Fulgentio, nomen acceperit. *Epiſ. 3. c. 4.*

Idem diceres de mortis appetitione ſecundum ſe, & ut ſuſcipitur ad defenſionem religionis. Et licet uirginitas non ſit ſpecialis uirtus, antequam per uotum ſit conſecrata Deo: tamen, cum ſit actus quidam heroicus ac perfectiſsimus temperantię, habet pro contrario minus bonum, non autem priuatum uitium.

D Vitia enim opponuntur actibus neceſſariis uirtutum. Neque huius heroicæ uirtutis uſus mundum deſtruit, cum nemo, ut ait Ambroſius, ſit inuentus, qui uxorem quæſiuerit, & non inuenerit. *D. Tho. 2. 2. q. 151.*

Quod ſi ob hanc cauſſam minor eſt numerus Chriſtianorum, & eorum minores aduerſus Turcos vires, introducant aduerſarij Turcorum Polygamiam, poſtquam eorum religioſos in cœlibatu imitari nolunt.

Cur autem Turci dominentur cauſſa eſt diſcordia noſtrorum, religionis uiolatio, ob quam cauſſam Græcia regnum amiſit.

Amiſſa itaque religione, conſequens eſt ut amittatur regnum, & qui fidem negando cum Deo bellum gerunt, digni ſunt, ut Deus per ſuos inimicos eos bello caſtiget.

Non

Non multitudine, ſed obedientia & uirtute, atque prudentia acquiritur A regnum, quo modo Alexander & Romani ſua imperia dilatarunt. Caroli magni temporibus res Chriſtiana ita floruit, vt nunquam magis, & tamen, continentiæ & uirginitatis ubique erant poſſeſſores. Neſciunt iſti, qui ita

1. Reg. 14. diſputant, uictoriam apud Deum non conſiſtere in multis, aut paucis, vt vir fortiſſimus Ionathas vere dixit. Victorioſus Conſtantinus, quia pius: Theodoſius, quia religione illuſtris: cum Iuſtiniano ſeniore, & Heraclito præclare actum eſt, dum fidem ſeruarunt: reiecta fide, infeliciter pugnarunt: Godofredus pauciſſimis & defeſſis, & inermibus militibus infinitam Turcorũ & Perſarum multitudinem ſuperauit. Sed iam ad poſitiones accedamus.

Prima poſitio, continentiæ uſus eiuſque uotum nullo modo eſt damnandum. Eſt doctrina fide tenenda, quæ ſic probatur. Primo, auctoritate ſcri- B

Luc. 1. pturæ, Beata Virgo Angelo dicenti, Ecce concipies in utero, reſpondit, Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? ex quibus verbis colligunt Patres beatæ Virginis uotum de uirginitate ſeruanda, vt Gregorius Nazian

Cap. 4. zenus oratione de natiuitate domini; Auguſtinus libro de ſancta uirgini-

Lib. 3. tate: Beda in hunc locum, Rupertus in Cantica, & Bernardus ſermone quarto ſuper, Miſſus eſt, vt alios miſſos faciam doctores. Quod recte colligant, patet: quia, ſi beata Virgo non habuiſſet uoti impedimentum, inepte & parum prudenter reſpondiſſet, virum non cognoſco: quia facile iſta reſponſio euerti potuiſſet, dicendo, Etſi nunc non cognoſcis, paullo poſt cognoſces. Dicere itaque uoluit, Non mihi licet cognoſcere: vt ſiquis tempore quadrageſimæ diceret, Non veſcor carnibus, id eſt, mihi veſci non licet. C

Et quia diuinus nuntius hunc ſenſum optime percepit, ideo dixit, Virtus Altiſſimi, obrumbrabit tibi: quaſi dixiſſet, eris mater, ſed intacta. Quod Caluinus ait, beatam Virginem maligne Dei potentiam contraxiſſe dicendo, Quomodo, impie facit: cum, vt pie docet Bernardus, nõ dubitauerit de Dei potentia, ſed quæſiuerit, de modo, de quo Angelus reſpondit. Etſi maligne egit, o maligne Caluine, cur tanti errati eam non admonuit Angelus?

Luc. 1. Si de Dei potentia dubitauit cur ſuæ malitiæ non fuit punita, vt Zacharias

Lib. 1. hiſt. euang. fuit, cuius pœnam his carminibus Iuuencus expreſſit,

Sed tibi claudetur rapidæ vox nuntia mentis,

Donec cuncta Dei firmentur munera uobis.

Neque dicendum eſt, vt idem impie dicit, quod illuſiſſet maritum, ſi cũ eo D contraxiſſet, animo non conſumandi matrimoniũ, quia potuit emiſiſſe votum poſt matrimonij celebrationem, ante eius conſummationem, idq; conſentiente marito, vt pie creditur. Adde quod nunquam habuit animum conſummandi, quia non fuiſſet virgo niſi corpore: cuius tamen uoluntate non fuit impeditum matrimonium, nec uirum luſit, cum uere ei dederit ſui corporis poteſtatem, quod ad matrimonij eſſentiam ſatis eſt. Verum, diuina illuſtrata gratia, certiſſime norat, eum, poteſtate conceſſa, non uſurum, & ita ſemper habuit expreſſam de continentia uoluntatem. Quare, multi expreſſe docent uouiſſe ante deſponſationem, cum quo voto non pugnat matrimonium, poſita dicta reuelatione, quam doctores ponunt. Sed diceres, qui

ſe Deo

A ſe Deo uouit, non poteſt alteri ſe per matrimonium tradere: quia, quæ poſt uotum nubet, irritam primam fidem facit, vt Paulus ait: Reſpódeo, Paulum intelligendum eſſe de illis, quæ cum periculo uoti uiolandi nubunt: Virgo habebat firmam certitudinem de ſua integritate & fide ſeruanda. Quod aduerſarius ait, ideo non colligi ex hoc loco uotum, quia Virgo, cum audiſſet filiũ de cuius conceptu loquebatur Angelus, fore magnũ & Dei filiũ, proinde viri coniunctioné excludit; & de modo petit, cũ ſupernaturali modo generandum fore cogitauerit, & ſe virginem futuram, id facile refellitur. Primum, iſta eſt quædam Caluini coniectura, quod Virgo in iſtam cogitationem uenerit, contra communem doctorum ſententiam. Deinde, verius & prudentius aſſeritur, Virgini prius occurriſſe naturalem modum generá
B di filium, cum ſibi filium promitti audiuit, non aũt modum ſupernaturalé. Nec obſtat, quod magnus promittatur filius: quia alias Angeli maximorũ *Gen. 18.*
filiorũ generationes prænuntiarunt, qui uia naturali erãt naſcituri, vt Abra- *Iud. 13.*
hæ, Manuæ, & Zachariæ. Adde, quod non eſt credibile Virginem humiliſ- *Luc. 2.*
ſimam ſtatim cogitaſſe, ſe fore Meſſiæ matrem uirginem, de qua dictũ erat, *Iſa. 7.*
Ecce Virgo concipiet. Et ſi ſciuiſſet, ſalua uirginitate ſe parituram, ut aduerſarius ait, non interrogaſſet curioſe de modo. Itaque ſi nullo uoti uinculo impediebatur, & uiri cognitio ex uoluntate pendeat, nõ bene reſpondiſſet,
Quomodo. Secundo probatur eadem ueritas ex eo quod Dominus dixit, *Mat. 19.*
eſſe Eunuchos, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, & adhoc faciẽdum hortatus eſt dicendo, qui põt capere, capiat. Hic eſt ſermo de Eunu
C chis ex uoluntate, & de iis qui non ſolum continent, ſed non poſſunt non continere, quod indicatur uerbo, ſe Caſtrauerunt, alias dictum eſſet, ſe quo
tidie caſtrant. Ita hunc locum exponunt, Epiphanius, Hieronymus in hunc *Hereſ. 58.*
locum, Auguſtinus libro de ſancta virginitate, & Fulgentius lib. de fide. Et *Cap. 23. & 30.*
licet Apoſtoli, ſolum dixerint, Non expedit nubere, non autem uouere con *Cap. 3.*
tinentiam, tamen Dominus aliquid perfectius eis indicauit, quod eſt continere cum uoto. Et quamuis in parabolis interdum ſit aliquid quod nihil ſignificat, falſum eſt quod Martyr ait, non eſſe faciendam uim, in uerbo, Eunuchos, cum hic non ſit prabola, & uox Eunuchos, non poſſit proprie ſumi ſicuti & vox Caſtrari, in iſtis verbis vis facienda erit. Quod ſi dicas, hic dari præceptum de continentia, vt Apoſtolici qui conſilia tollunt, dicerent, hoc
D falſum eſt, quia Dominus ſupra laudauerat nuptias, & ait, qui poteſt capere capiat. Vnde patet non eſſe verum, quod Martyr ait hic laudari continentiã ad faciliorem Euangelij prædicationem: nam illud, Propter regnum cœlo-
rum, intelligit, propter euangelium: quia Cyprianus, Auguſtinus, Hierony *Li. de uirg.*
mus, Hilarius in hũc locum, Chryſoſtomus, & alij de cœleſti regno expo- *cap. 24.*
nunt. Rurſus idem probatur ex hac Pauli ſententia, Adoleſcentiores uiduas *Lib. 1. con-*
deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere uolunt, habentes dã *tra Iou.*
nationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Iſta fides irrita, non eſt fi- *Ad Tim.* *Rom. 7.*
des data marito, quia fidelitas erga maritum ſolum durat uſq; ad eius mor- *1. Cor. 7.*
tem, vt Paulus docet. Neque eſt ſimplex continentiæ promiſſio facta Chriſto ſine uoto: quia propoſitum, non eſt proprie fides, & ſine ulla culpa mu-

tari

tari poteſt; & tamen Paulus abſolute ait, damnationem habere. Erit igitur A
promiſſio voti; quæ erit & licita & poſſibilis, quia alias non eſſet peccatum
Oecumen. eam violare. Hunc locum ita exponunt duo concilia Carthag. 4. in quo
Chryſ. fuerunt 214. Epiſcopi, & Toletanum 4. item tres Pontifices, & omnes qui
Primaſ. in hunc locum ſcripſere, alijque Patres, quos recenſere nolo. Et licet Fides,
Sedul. in ſcripturis ſacris non ſignificet, votum; ſignificat tamen promiſſionem, ſi-
Beda. ue conſtantiam in promiſſione, vt etiam apud ſcriptores Latinos, & ex eius
Haymo. etymologia colligitur. Quod autem dicitur, luxuriatas eſſe in Chriſto, non
Cic. lib. 1. intelligitur de receſſu a fide, vt Lutherus exponit: quia nubere poterant nō
offic. deſerendo fidem. Similiter, abire poſt Satanam, quod de illis ait Apoſtolus,
non ſolum ſit per apoſtaſiam a fide, ſed per quodcunque graue peccatum.
Nec etiam intelligitur hic locus de fide quam promiſerant in baptiſmo, vt B
Caluinus putauit; quia in baptiſmo non promittitur fides de non nubendo: quamuis hanc & fidem violaſſe dici poſſit, quia vota ex diuino præcepto
ſeruanda ſunt. Rurſus, ait Caluinus, illas virgines iuniores non potuiſſe
promittere continentiam, quia non eligebantur ad miniſteriū Eccleſiæ niſi
ſexaginariæ, quæ non erant aptæ coniugio: continentia vero in ætatis flore
promittitur. Sed hæc euaſio nulla eſt; quia non vetulas, ſed adoleſcentiores damnat Apoſtolus; Et, ſi non poſſunt vouere, cur eas accuſat? Quod autem ait de ſenioribus eligendis, & iunioribus vitandis, non loquitur de ad-
Tert. miſſione ad votum continentiæ, ſed de electione ad munus Diaconiſſarum,
Chryſ. vel ad numerum earum viduarum, quæ ab Eccleſia alebantur, in quem numerum non eligebantur iuniores viduæ; quia ſuis laboribus viuere pote- C
rant: & difficilius cum pudicitia viuebant. Denique, neque hic fides ſignificat promiſſionem factam Eccleſię ad miniſtrandum, vt idem Caluinus affirmat: quia, ſi, iſto auctore, reſcindi poteſt ac debet continentię votum propter carnis ſtimulos, multo magis promiſſio de miniſterio facta. Quod ſi dicas, non damnare, quia nubere volunt, ſed quia dictam promiſſionem ſcortando irritam fecere; Hoc nihil eſt, quia Paulus loquitur de damnatione
præſenti, ſcortatio autem præceſſerat; quam, vt ipſe aduerſarius fatetur, per
coniugij honeſti voluntatem emendarunt. Damnat igitur quod nubere velint, ob eam cauſſam, quia continentiam vouerunt. Sed peteres, quid ſignificāt verba illa, Luxuriatæ fuerint in Chriſto, græce Κατατρηνιάσωσι τοῦ Χρι-
Lib. de Monog. ςοῦ, ideſt cum aduerſus Chriſtum, & fidem illi promiſſam laſciuierint, lu- D
Cyp. lib. 3. xuriatæve fuerint: aliqui, vt Tertullianus & Cyprianus, intelligunt de de-
ad Quir. c. 74. litijs ſpiritualibus, vt ſit ſenſus, poſtquam abundarunt gratijs doniſque ſpiritualibus, ſunt ſuo ſponſo infideles. Alij de temporalium rerum affluentia, quam ab Eccleſia habuerunt; vt Theodoretus, & diuus Thomas: Alij vt
Chryſoſtomus & Hieronymus de fornicatione carnali, vt ſit ſenſus, Poſtquam
fornicatione ſe polluerunt, addunt etiam & hoc, quod nubere volunt. Verum ſolum reprehenduntur quod cōtra voti promiſſionem nubere velint:
alias laudandæ, ſi poſt ſcortationem carnalem nubere volebant. Nec propterea quod Apoſtolus ait, Volo iuniores nubere, ſequitur non approbare
vota continentiæ, vt patet ex ijs quæ ſupra diximus; quia his verbis nullum
datur

A datur præceptum,ſed potius optat,ut omnes ſint,ut ipſe erat.Neque hic ualet Martyris refugium, hunc locum eſſe dubium, & varias habere explicationes,ac proinde ex illo non licere dogma confirmare; quia ex dubijs locis accedente Patrum expoſitione,quæ loca dubia clara facit, veritates cõprobare licet: alias nihil contra modernos Arianos, & Atheos ex ſcriptura confirmare fas eſſet: cum nullus locus ſit tam clarus, qui a proteruis in dubium reuocari non poſſit.Quod vero idem ait,verbum,krima, non ſignificare pœnam peccato reſpondentem,ſed accuſationem, ſiue infamiam corã hominibus,falſum eſt; cum Paulus hoc verbum pro crimine & damnatione vſurpare ſoleat,vt etiam Ioannes non ſemel fecit. Et cur viduæ illę fuiſſent infames,ſi nubere volebant,quod per vos epiſcopo etiam licebat? His Rom.13. Cap.5.

B itaque iam allatis locis non ſolum ſimplex continentiæ conſilium, ſed etiã votum probatur.

Rurſus idem conſilium,hæ expreſſiſſimę Pauli ſententiæ confirmant;Bonum eſt mulierem non tangere: ſolutus es ab vxore, noli quærere vxorem: Dico aũt innuptis & viduis, bonum eſt,ſi ſic permanſerint,ſicut & ego:Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum: de virginibus conſilium do:Qui matrimonio iũgit virginem ſuam,bene facit:& qui non iungit,melius facit: cui vult nubat,tantum in Domino: beatior autem erit,ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium:puto autem,quod & ego Spiritum Dei habeam.Vbi ſignificat hoc conſilium eſſe diuinum. Nec valet,quod Lutherus ait,potius hoc loco Paulum dehortari a continentia, & oſtendere matrimonij neceſſitatẽ,

C quia cum dixiſſet,Bonum eſſe homini mulierem non tangere,ſubiecit, propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, quaſi diceret,vellem vos continentiam ſeruare,ſed fornicationis periculum non permittit,vt hoc faciam,nam Paulus non dicit, Bonum eſſet;ſed,Bonũ eſt:Non ait,conſilium darem, ſed, conſilium do.Vnde Auguſtinus, occurrẽs huic a religione futuro apoſtatæ,ita hunc locum exponit: Hoc modo exhortamur ad virginitatem, continentiamque perpetuam,vt aliquantulũ a nuptijs etiã deterreat.Et ſi impoſſibile eſt continere,vt aduerſarij docent, cur tantopere rem impoſſibilem laudauit?Illis autem verbis, propter fornicationem, &c. non ſuadet vt quiſque ob fornicationis periculum vxorem ducat;quia tunc omnes ducere deberent, etiam qui ſcirent ſe habere continentiæ donum,

D quos tñ aduerſarius excipit;quoniam iſti poſſunt donũ amittere: Monet igitur,vt qui eſt fornicaturus;potius vxorem ducat;vt plane docuit,cum dixit, qui non ſe continet,nubat.Neque Pauli doctrina pugnat cum hac Dei ſentẽtia, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum:i. ſine vxore: quia Deus loquitur de bono ſpeciei, Paulus de bono priuato vnius hominis:Deus loquitur pro tempore,quo genus humanum augendum erat,Paulus pro tẽpore quo mũdus erat repletus:Deus de bono vitę temporalis, Paulus de bono vitæ æternæ.Quare hæc duo loca non ſunt concilianda eo modo,quo Martyr uoluit, quod Paulus loquatur de illis qui ſunt certi de dono continentię, Deus vero de illis,qui eo carent,& quia rari,aut nulli ſunt,qui de tali dono ſint certi,ideo oẽs nubere debere.Sed non animaduertit iſte, Deũ loqui de Adamo Gen.2.

Ccc ante

ante peccatum in quo ſtatu carebat mala concupiſcentia,& ornatus erat do A
no continentiæ,& Paulum abſolutam ſniam pronunciare de omnibus. Et li
cet non oẽs hoc donum habeãt, poſſunt tñ illud precibus impetrare,ac pro
inde Pauli conſilium omnibus conuenire poteſt. Atq; allatis teſtimonijs nõ
ſolum ſimplex continentia,ſed ẽt eius votum plane demonſtratur. Secundo
idem probatur ſententia omnium eccleſiarum,Conciliorum teſtimonijs de
Cap. 18. monſtrata.Eccleſia orientalis hoc fatetur in Concilio Ancyrano, & in gene
Can. 16. rali Synodo Chalcedonenſi.Africana in Carthaginenſi 3. & 4. Hiſpanica in
Cap. 11. Toletano 4.c.55.Gallica in Turonenſi 2.ante mille annos celebrato:Germa
Cap. ult. nica in Moguntinenſi, cap.vltimo , ubi aliorum Conciliorum de eadem re
Cap. 16. confirmantur decreta:Italica in Cõcilio Romano ſub Sylueſtro,& in Foro-
Cap 10. iulienſi,tẽpore Caroli Magni celebrato.Tertio confirmatur Pontificũ reſpõ B
Cap. 1. ſis:Clementis lib.3.conſtitutionum Apoſtolicarum,Siricij epiſt. 1.Innocen
Cap. 6. tij Primi epiſt.2.c.12.Leonis epiſt.ad Ruſticum,Gelaſij epiſt. 1.c.22. & Gre
Epiſt. 30. c. 13. gorij epiſt.33.lib.1.His adde auctoritatem imperatoriam:Cõſtantinus abo-
Euſeb. li. 4. leuit legem Romanorum priuantem ſteriles hæreditate : Iouinianus ſanci-
de eius ui uit legem contra eos qui virginem in coniugium peteret,uel impudice aſpi
tu. ceret.Quarto auctoritate Patrum, Ignatii epiſtola ad Tharſenſes,& ad Antio
chenſes, Dionyſii c.6. de eccleſ.hier.2. Martialis epiſtola ad Tholoſanos,c.
8.Tertulliani , de virginibus velandis , Optati lib.6.contra Parmenianum,
Sulpitij in vita diui Martini, Rufini lib.10. hiſt.c.8. & aliorum,quos ſupra
citaui.Denique idem confirmatur ratione , quia cõtinentia eſt quid melius,
quam ſtatus coniugalis, præſertim accedente voto : ergo recte Deo offer- C
Hier. epiſ. 1. ad Hel. tur.Sumptum quod negaret Lutherus,patet ex Paulo dicente,Melius facere
eum , qui virginem matrimonio non iungit,& beatiorem eſſe eum,qui nõ
Aib lib de uirg. nubet:vt omittam multos Patres,qui continentiæ, & virginitatis ſtatum cõ-
Fulg. ep. 3. iugali præferunt.

Zeno epiſ. Secunda poſitio , matrimonium non eſt medium neceſſarium ad carnis
Veron. tentationem , ſiue vſtionem vincendam . Hæc doctrina patet ex dictis:quia
Paulus diſputando de vſtionis remedio , non dixit, Neceſſarium eſſe nube-
re,ſed eſſe melius , quam uri:vbi permittit,non imperat : Inter uri autem &
nubere datur aliquid medium,nimirum continentia:cum vſtio lacrymis &
inedia , alijsque modis ſedati & extingui poſſit. Adde, quod ſi ullo in loco
eſt indicatum præceptum nubendi,maxime,cum dictum eſt,Volo iuniores D
Tim. 5. nubere:at,ſi hoc eſſet,ſecum aperte pugnaret Apoſtolus,cum ait, Volo om-
1. Cor. 7. nes eſſe ſicut meipſum , ideſt continentẽs,aut potius virgines. At uelle om-
nes continere , & uelle quoſdam nubere ſunt propoſitiones contradicen-
tes:igitur . Vnde Chryſoſtomus hunc locum exponendo,ait, An uero ma-
Lib. de ui- trimonium præcipit?abſit.Et Ambroſius.Non puto,quod iuniores reuocan-
duis. das putarit a uiduitatis affectu,maxime cum dixerit, Melius eſt nubere,quã
uri,nam utique pro remedio nuptias ſuaſit,ut peritura ſaneiur,non pro ele-
ctione præſcripſit , caſta & continens quod ſequatur . Hieronymus,ait his
Epi. 11 ad uerbis Paulum præferre digamiam fornicationi, ſecundum indulgentiam
Ageruchiã dumtaxat,non ſecundum imperium.

Denique

A Denique Paulus, cum ei datus fuiſſet ſtimulus carnis, hoc eſt carnalis con
cupiſcentiæ incitamẽtum, ut communiter Patres exponunt, non confugit ad *Chryſ.*
matrimonium: ergo non eſt neceſſarium continentiæ remedium. Nec dici *Occum.* *Theod.*
poteſt, quod inepte Martyr ait, Apoſtolum impetraſſe gratiam, ne grauiter
uexaretur, cum ipſe plane affirmet, ſe nõ impetraſſe ut ſtimulus auferretur. *2. Cor. 12.*
Tertia poſitio, continentiæ opus eſt bonum quoddam liberum; ita ut poſſit
prudenter & meritorie Deo offerri. Patet hæc poſitio ex doctrina in primo
fundamento allata. Quarta poſitio, continentiæ præmium, non ſolum eſt ali
quid temporale, ſed etiam bonum æternum, ita ut ualeat ad placandũ & pro-
merendum Deum. Eſt hæc doctrina contra Iouinianum, & modernos hære
ticos, qui huic operi ſolum commoditatem quandam temporalẽ tribuunt,
B quod minoribus moleſtiis afficiantur, qui caſte uiuũt, addunt etiam aliqui,
quod magis expeditum reddat ad inſeruiendum Deo. Primum probatur al- *Cap. 56.*
lata doctrina, ex uerbis Iſaiæ & ſapientis ſupra citatis & explicatis, in quibus *Cap. 3.*
caſte uiuentibus promittitur nomen æternum, & donum electum. Huc fa-
cit, quod Ioannes ait, Virgines canere in cœlo quoddam canticũ, quod alij *Apoc. 14.*
canere non poſſunt: Illi, inquit, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.
Qui locus nullo modo poteſt intelligi myſtice de fornicatione ſpirituali,
hoc eſt de idololatria, quæ uocatur fornicatio Babylonis, ut Martyr conten-
dit; quia Ioannes oſtendit iſtos uirgines fuiſſe paucos, ſi cum reliqua beato-
rum multitudine conferantur: at maior ſanctorum pars immunis fuit ab ido
lolatria: igitur. Adde, quod nõ dixiſſet, cum mulieribus, ſed cũ muliere, cum
C Babylon ſit una. Deinde, idem firmatur ſanctorum doctrina locis ſupra cita-
tis, & maxime cum de laudibus uirginitatis, & continentiæ ſcribunt. Quod
ſi hæreticus obiiciat Paulum dicentẽ, Arbitror hoc bonum eſſe propter præ-
ſentem neceſſitatem, uel propter inſtantem, ut nos legimus, non uult ſigni-
ficare præſentes moleſtias, ſed tẽporis breuitatem, quia Dominus prope eſt, *Hier. cõt.*
& dies illi appropinquant, de quibus dictum eſt, Væ prægnãtibus, &c. Ideo *Helu.*
Apoſtolus ſubdit, tempus breue eſt. Præterit enim figura mundi huius. Oe- *Mat. 24.*
cumenius tamẽ de iis moleſtijs intelligit, quas ſecum matrimoniũ affert; de
quibus certe intelligitur, quod paullo infra dicitur, Tribulationes tamẽ car
nis habebunt huiuſmodi, mille nimirum matrimonij incommoda; ſed ta-
men non ad hæc ſola incommoda fugienda continẽtiam bonam eſſe docet.
D Quincta poſitio, longe melior eſt & magis meritoria continentia ſeu uirgi-
nitas uoto Deo dicata, quam ſine uoto obſeruata. Doctrina eſt certiſſima con
tra quoſdam ignaros homines, qui aliter exiſtimant. Primo, quia diuinæ lite
ræ nos ad uouendum hortantur, quæ nos deciperent, ſi ſecus eſſet. Vouete, *Pſal. 75.*
cecinit Regius Vates, & reddite; quo loco utitur ſæpe Auguſtinus, cũ ad uo-
uendum hortatur. Deinde, eo aliquod opus eſt melius, Deoq; gratius, quo
ex maiore uirtute procedit; at continentia eſt ſimplex actus temperantiæ, &
cum uoto coniuncta, eſt etiam actus religionis, quæ eſt uirtus temperantia *Aug. lib. de ſanct. uir. c. 8.*
præſtantior; igitur. Tertio, quod ex uoto fit, ex maiore caritate & liberalitate
fit; quia, qui uouet, rem & facultatem donat, arborem, ut ait Anſelmus, & *Lib. de ſi-*
fructus ſimul: at ſine uoto ſolum opus datur: minus igitur bonum. *mil. c. 84.*

Quarto, vt eſt maius malũ quod fit ex voluntate confirmata, ita eſt maius A bonum quod ex uoluntate voto & promiſſione ſtabilita efficitur. Deniq; qui vouet, non ſolum præſtantius opus facit, ſed etiam ſeipſum contra inimici artes, & contra ſuam imbecillitatem munit; nam quæ ſimplici voluntate fiunt, facile prætermittuntur. Hinc eſt quod in humana uita, non modo ſimplices promiſſiones, ſed etiam iuramenta requiruntur. Vltima poſitio, Lib.3.hiſt. c.30. non caret probabilitate, ſi quis dicat, Paulum fuiſſe virginẽ. Nam, licet quidam dixerint vxorem habuiſſe, ut Clemens Alexandrinus, referente Euſe- Nicol Zegor. bio, & Ignatius epiſtola ad Philadelphienſes, Origenes, & Caietanus: tamen Hieronymus, ſcribens ad Euſtochium, Chryſoſtomus, Theophylactus, in hunc locum, Oecumenius, Ambroſius & alij contra ſentiunt: quorum ſententia ſic probatur. Primo, Paulus uolebat vt omnes eſſent, ut ipſe erat, virgines nimirum: alias non propoſuiſſet, quod melius erat. Confirmatur ex illis B verbis, Dico autem innuptis & uiduis, bonum eſt illis ſi permanſerint, ſicut Philip.4. ego; ſi innuptæ debebant manere, ut manebat ipſe, debebat eſſe virgo. Secundo, quia opinio contraria fundatur in hoc Pauli loco, Rogo γνήσιε σύζυγε, Gagn. id eſt, germane compar. Syzygos, non modo coniugem, ſed etiam ſocium ſignificat. Et licet uox græca generis, Atticorum more in genere etiam fœminino accipi poſſit, quam ob cauſſam Eraſmus germana, traduxit; tamen, Leg. ſchol. Veronenſ. vt Theophylactus admonuit, vtrumque nomen in genere fœminino poſuiſſet, ſi de uxore intellexiſſet. Vt omittam, quod eam ſequi debemus uerſionẽ, quam eccleſia iam approbauit. Adde quod Paulus nullibi uxoris meminit; quam, ſi habuiſſet, non Philippis in peregrina patria, ſed Tharſi, uel Hieroſolymis habuiſſet. C

Quod aliquando dixerit, ſe potuiſſe circumducere ſororem mulierem, non ſignificauit ſe uxorem ducere potuiſſe, ut imperite, uel potius Chryſoſt. Theod. malitioſe, ait Lutherus, cum περιάγειν, id eſt, circumducere, non ſit γαμεῖν, id eſt, nubere. Per mulierem ſororem hoc loco intelligit eas, quæ Apoſtolis miniſtrare ſolebant, quales Chriſtũ ſequutas fuiſſe, eique miniſtraſſe legimus. Denique hæc opinio ex communiore confirmatur ſententia. Sed de hac re ſatis.

Reſtaret nunc, ut argumenta ſolueremus, ſed quia ex fundamentis, & ex doctrina in poſitionibus allata omnia ſoluuntur, nihil eſt qđ aliquid ſpeciatim dicamus. Quæ autem non ſine ſignificatione paruæ pudicitiæ laudando matrimonium dixit Eraſmus, facile refelli poſſunt ex iis quæ uere, docte, eleganterque continentiam & uirginitatem prædicando ſancti Patres D poſteris tradiderunt, ut Athanaſius, Chryſoſtomus, Ambroſius, Auguſtinus, Zeno Veronenſis Epiſcopus ſermone 7. de pudicitia, & ſermone 8. de continentia. Sed ille, fortaſſe concupiſcentiæ nebulis impeditus, uirginitatis & Surius to 1. continentiæ ſpirituales fructus uidere non potuit, ut illi viderunt, qui cum Krantius lib.3.c.32. uxores honeſte cognoſcere poſſent, caſtiſſime cum illis uixerunt, ut præter Lib.4. alios Sanctus Ednardus Rex Angliæ, Sanctus Henricus I. Imperator, Petrus Clem. Iatiunt. Vrſeolus Venetorum Dux, qui miraculis Illuſtris fuit, auctore Volaterrano; Boleslaus Polonorum Rex, de quo quidam hunc in modum cecinit.

Coniuge

A *Coniuge conſenuit cum virgine virgo maritus,*
Addictus ſtudijs caſta Diana tuis.

& denique Alphonſus II. Rex Caſtellæ, qui, ut idē Volaterranus refert, miraculis claruit. Quod uero ait, Matrimonium parere uirgines, egregie refellitur ab Auguſtino. Ad extremū, reſponderem quibuſdā auctoritatibus Conciliorum, & Patrum, quas pro ſe afferūt aduerſarij, ſed quia, vel male & extra rem citantur, vel male accipiuntur & intelliguntur, & mendacia proferunt, ab illis ſuperſedeo: ſubijciam tamen quaſdam communes ſolutiones, quibus Patrum dicta interpretari poſſunt. Lib. 2.

Primo, nos plures & expreſſiores auctoritates habemus, quod aduerſarij fatentur: ipſi paucas, obſcuras, & ex quibuſdam ſententijs non integre acceptis conquiſitas; nos vero integros libros & opera in hunc finem ſuſcepta, vt id demonſtretur, quod nos contendimus. Hinc eſt, quod Martyr præſertim integros libros Patrū damnet, vt lib. Ambroſij de virginitate, quod opus Hieronymus commendat, & lib. Hieronymi contra Iouinianum, quem mirifice laudat Auguſtinus: de quo impudēter, Martyr ait, Iſte uir Dei, vt homo deceptus eſt; & cur non tu, qui es uir diaboli, qualis ſi non eſſes, virum Dei non damnaſſes? B

Secundo, interdum Patres vituperant & dānant eos, qui continentiæ prętextu uituperāt nuptias, & ex nuptiarum laudibus ſumunt coniecturam de continentia non approbata. Tertio, docent non eſſe quemquam ad continentiam cogendum, & aliquos abuſus, aut nimiam ſeueritatem dampant. Quarto, interdum de hac re loquuntur, ut Paulus loquutus eſt, & ita ut Paulus accipiendi ſūnt: de illis, qui non poſſunt continere, quos monent, ut nubant: & quod non debent ſe caſtrare, qui uident ſe continere non poſſe, & ſe non habere continentiæ donum efficax: quod precibus impetrari poteſt. Quincto, aliquando non loquūtur de ſacris uirginibus, ſed de illis quę ſimplici ſunt obligatæ uoto: quibus, uoto fracto, eſt melius nubere, quam perpetuo fornicari: docentque nuptias poſt hoc uotum fractum contractas, eſſe ueras. Denique, quæ afferuntur, ſæpe ex antecedentibus & conſequentibus non eſſe contra nos expreſſe demonſtratur. Afferunt itaque imperfectas & truncatas ſententias. C

D *De paupertatis conſilio.* *Diſput.* *IX.*

Non defuerunt olim, neq; nunc deſunt, qui paupertatis uoluntarię conſiliū non probent, & contra eos ſpeciatim latrent, qui paupertatem profitentur, & ut uiuant mēdicant. Ita Gulielmus de ſancto amore, Deſiderius Lombardus, Gyraldus de Abbatis Villa, Vviclefus, Richardus Epiſcopus Armacanus ſermone 4. denique Lutherus, & Brentius: quibus ſeſe oppoſuerunt, Diuus Thomas, Diuus Bonauentura, Thomas Vualdenſis, & alij. Aduerſariorum rationes ſunt multæ & uariæ, quas tamen in paucas conferam. Ante 4 p. ſum t. 11. c. 7. Opuſ. 19. In apolog. Lib 4. art. 2.

Cap. 15. Primo afferunt quaſdam diuinæ ſcripturę auctoritates: in Deut. ſancitum A
Lib. 11. c. 25. eſt. Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos: quod etiam confir-
Eccl. 7. mauit Imperator, C. de mendicantibus. Et Sapiens, Melior eſt ſapientia cũ diuitijs, & vtilior videntibus ſolem: & Ariſtoteles ait, opes eſſe neceſſarias
Act. 20. ad felicitatem: denique Dominus dicebat, Beatius eſt magis dare, quam ac-
Eurip. in cipere. Secundo, quod eſt cauſſa mali non poteſt cadere ſub conſiliũ, nec
Pliſthene. voto firmari: at huiuſmodi eſt inopia propter quam multi, vt Sapiẽs ait, deliquerunt: ideo bonus ille Patriarcha orabat, & Salamon orãdum eſſe mo-
Pſal. 108. nebat, Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. Et Dauid aliquando, tanquam quoddam magnum malum, malis mendicitatem cõminatus eſt. Qui etiam ſcriptum reliquit, Nunquam ſe vidiſſe iuſtum derelictum, nec ſemen
Pſal. 36. eius quærens panem. Tertio, qui mendicitatem profitendo quærunt, im- B
pedimento ſunt, ne eleemoſyna fiat veris pauperibus; vt ſunt debiles, claudi, cæci, & illi qui non poſſunt retribuere, quos vocandos eſſe ad prandium
Luc. 14. aliquando Chriſtus monuit: & ordo caritatis poſtulat, vt eleemoſyna magis egenti fiat: at huiuſmodi non ſunt mendicantes, vt diſputat Armacanus: igitur. Quarto, redigere ſe ad mendicitatem eſt quoddam extremum, & omne extremum eſt vitioſum: igitur. Propterea Paulus aliquando hac in par-
2. Cor. 8.
1. Tim. 6. tu æqualitatem requirebat. Qui alio loco dixit, eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Confirmatur, quia qui ſecus faciunt, exponunt ſe periculo pereundi fame, Deumque tentare videntur: cũ non retineant media ordinaria: Nec Deo dicere poſſe videntur, Da panem quotidianũ, cum quem dederat, abiecerint. C

Denique, ſic vrgent, aut is qui mendicitatem vouet eſt pauper, & tunc nihil dare poteſt; & non ſecus faceret, ac ſi quis ægrotans voueret ſe ægrotaturum: aut eſt diues, & tunc, aut vult omnia in commune conferre, & tunc nihil aliud agit, quam ſibi de certiore victu prouidere, cum ex communi cumulo viuere velit; aut dat pauperibus ad maius meritum, vt ipſe poſtea ex eleemoſynis viuat; & tunc peccat contra fidem, quia nemo ſibi poteſt meteri, ſed ſolus Chriſtus meruit nobis; cui iniuriam faciunt, qui ſuis operibus mereri volunt; facit etiam contra caritatem, quæ præcipit, ne ſine neceſſitate alijs mendicando ſimus moleſti. Vt allata ſophiſmata explicentur, & veritas catholica defendatur, nonnulla ſtatuo fundamenta.

Primum, hæc vox pauper in diuinis literis tribus modis vſurpari ſolet. D
Primo vocantur pauperes qui rebus aduerſis ſunt deiecti, atq; oppreſſi: quo
Pſal. 24. modo accepiſſe videtur Dauid, cum de ſe loquendo dixit, Vnicus & pau-
Vatab. per ſum ego, tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt; hoc eſt ab omni-
Genebr. bus deſtitutus, & afflictus, vt aliqui traducunt, & exponunt. Secundo pauperes dicuntur, humiles, mites, & manſueti, qui parũ de ſe ſentiunt; vt apud
Cap. ult. Iſaiam, cum dicitur, Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & cõtritum. Poſtremo, qui ſunt opibus deſtituti, & rebus carent neceſſarijs. Horum duplex eſt ratio: alij ob rerum inopiam dure viuunt, & aliqua parte ab alieno pendent auxilio: alij qui penitus omnibus rebus orbati, hoſtiatim panem petunt, & mendicant, quos Italice, voce a græco fonte ducta, ptochos, vocamus;

A mus; eſt enim πτωχεύειν, mendicare. Rurſus, dicitur aliquis pauper, vel re tantum, vel animo tantum, vel vtroque modo. Præterea, paupertas duplex eſt; altera qua aliquis premitur, ſed eam non eligit: altera electa & libere ſuſcepta: illam parit neceſſitas, hanc Spiritus fidei gignit, ad commutandum caduca cum æternis: illa pœna eſt peccati, iſta vehiculum ad portum felicitatis: illam homines imperfecti fugiunt, hanc qui ad perfectionem aſpirant, etiam fugientem ſequuntur. Deniq; paupertas duplex eſt, altera philoſophica, quam homines bonitate quadam naturæ amplexi ſunt, vt a curis quas ſecum diuitiarum copia affert, liberi eſſent: quam amplexus fuit, & commendauit Diogenes in epiſtola ad Cratem Thebanum, Memento, inquit, paupertatis principatum a me tibi datum in omnem vitam. Tibi igi-
B tur opera danda eſt, ne hanc amittas, aut deponas, vt ab aliquo tibi auferri ſinas. Tu velim putes pallium tibi leonis eſſe pellem, baculum clauam, peram autem terram ac mare, vnde alimentũ accipis, & tibi ſuccurret quædam herculei animi elatio, omni optima fortuna præſtantior. Quod ſi tibi caricæ & lupini ſuperſunt, mitte obſecro.

Iodocus Damhouder. in enc. & uit. pauper.
Theod. Zuin lib. 3. c. 1.
Stob. ſer. 93.
Ariſtoph. in Pluto.

Secundum fundamentum diuitiæ & rerum inopia, ſunt e genere rerum quas indifferentes & medias vocant: quo fit ut eis, bene & male vti poſſimus. Et licet non ſint per ſe bonæ; tamen, poſſunt eſſe inſtrumenta augendæ virtutis & meriti, ut in Iobo, qui ex utraque fortuna maxima emolumẽta cepit. Dum diues erat, non manducabat panis buccellam ſolus: quando rebus omnibus fuit orbatus, patienter tulit, Deumq; laudauit. Habent opes
C & inopia ſua commoda & incommoda. Opes proſunt, quia præbent materiam liberalitatis, liberantque a cura quærendi victum; obſunt vero vt ſollicitudinem conſeruandi & diſpenſandi habent annexam. Pari etiam ratione paupertas commoda eſt, vt patientiæ uirtutis eximiæ exercendæ præbet occaſionem, & a maximis curis liberat; incommoda uero, quia curam rerum neceſſariarum habet annexam. Et hinc eſt quod hę duę res apud profanos ſcriptores, & maxime apud Poetas nunc bene, nunc male audiũt. Cæterum, rationibus ſubductis, req; diligenter ponderata maiora ſunt bona quæ uoluntaria affert paupertas, quam quæ diuitiæ: & minora ſunt mala quæ paupertatem ſequuntur, quam quæ diuitias comitantur, præſertim iis qui perfectioni, & rebus diuinis operam ſunt daturi. Ideo in diuinis li-
D teris nunquam inuenies uituperatam paupertatem, diuitias uero & diuites maxime, ſimiliter apud ſanctos Patres: In paupertatis laudem, extat Canticum Fratris Iacoboni, ſimplicibus quidẽ verbis, ſed ſapientiſſimis ſententijs conflatum, omnino lectione dignum. Quando ſapiens dixit, Meliorem eſſe ſapientiam cum diuitiis, noluit dicere, meliorem eſſe ſapientiam cum diuitiis, quam ſine, ſed meliorem eſſe ſapientiã cũ diuitijs, quam diuitias ſine ſapientia. Qui ſenſus colligitur ex codice hebraico, vbi non habetur comparatiua vox, Melior; & ita dicitur, Bona eſt ſapiẽtia cum diuitiis; quia non poteſt dici mala ſine diuitiis, vt diuitiæ ſine ſapientia: cuius rei ſubditur ratio, ſicut enim protegit ſapientia, ſic protegit & pecunia. At, ſi loquamur de humana felicitate & de homine politico, de quibus intelligendus eſt Ariſto-

Iodocus Damud. in pauan.
Titelm.

Ariſt.li.1. polit. teles ſupra citatus, concedimus neceſſarias eſſe diuitias, cum uir politicus, A egeat pecuniis tanquam inſtrumentis ad ſua munera obeunda in uita ciuili, quæ non ſunt neceſſariæ illis qui in uita cogitationis, ſibi ipſi uiuerent, aut in res diuinas incumberent. Cuius rei cauſſa, ſiquis omnia ſua daret, vt quid modicum poſtea acciperet, beatius feciſſe exiſtimari deberet, quam ſi parum daret, vt nihil acciperet: ſimiliter beatius eſt accipere temporalia, vt commodius poſſis dare ſpiritualia, quam nihil accipiendo, impediri a rerũ ſpiritualium adminiſtratione. Sed peteres, quonam iure is qui ſpiritualiá miniſtrat, corporalia accipiat, cui petitioni ſequenti ſatisfaciã fundamento.

1. Cor. 9. Tertium fundamentum, miniſtros euangelicos rerum ſpiritualium pro ſuis laboribus uictum accipere diſerte docteque his locis ſuã cauſſam agẽdo probauit Apoſtolus. Primum a ſimili de militante, de paſcente oues, & B de plantante uineam. Deinde ab auctoritate ſcripturæ de boue triturante, cui os alligandum non erat: Poſtea a iuſto, ſiue a comparatione minorum, quia miniſtrat ſpiritualia, & recipit carnalia. Præterea a parium collatione, quia alij ſunt participes bonorũ, igitur & qui miniſtrat: Præterea a Chriſti ordinatione, quod de euangelio uiuere debeat, qui euangelium adminiſtrat. Ex quibus intelligere licet, ſpiritualium rerum adminiſtros ex varijs capitibus poſſe ab iis quibus miniſtrant, neceſſaria ad vitæ commoda petere. Primum ex iuſtitia legali: eſt autem legalis iuſtitia, cum ex lege, vel pacto, aliquis ad aliquid alteri ſoluendum cogitur. Deinde ex iuſtitia morali & ex æquitate, vt accidit cũ unus pro alio ſine pactione laborat, quo caſu conſurgit obligatio quædam ad compenſandum laborem, ſed qui beneficium accepit ad mercedem ſoluendam vi compelli non poteſt. Poſtre- C mo, ex ſola caritate. Sed peteres, cum Chriſtus ordinauerit ſuos miniſtros

1. Cor. 9. ex Euangelio, ideſt, ex Euangelij prædicatione uiuere debere, quo nã iure, quod ſibi debetur exigere poſſunt? Reſpondeo, quando miniſtri ſunt ordinarij, quod accidit, cum populus iure ſuo poteſt ab eis adminiſtrationẽ requirere, tunc uiciſſim miniſtri ex iuſtitia legali, commoda temporalia poſ-

Mat. 10. ſunt repoſcere, Quia dignus eſt operarius mercede ſua, vt ex allata Pauli doctrina manifeſte cõſtat: Et hoc pacto Apoſtoli poterant, & Epiſcopi poſſunt a fidelibus ſuorum laborum mercedem petere. Quando miniſtri non ſunt ordinarij, ij, quibus miniſtratur ex ſola æquitate ad labores compẽſandos ſunt obligati, cum ex altera parte ipſi non poſſint ex legali iuſtitia miniſtro D rum operã requirere. Qua ratione, qui populis non ſubditis & infidelibus miniſtrant, vt miniſtrabant Apoſtoli Iudæis uiuente Chriſto, & nunc noſtri apud Indos, ſuorum laborum fructus poſſunt exigere, cum inter hos non ſit legalis obligatio. Ex quibus intelligeres, Religioſos mẽdicantes qui ad docendos infideles a Pontifice mittuntur, potuiſſe paciſci cum Pontifice, vel cum populis ad quos mittuntur de mercede ſoluenda ad uitam ſuſtentandam neceſſaria. Potuerunt etiam mitti, vt ſolum ex quadam æquitate ſum-

Lib. de ope. Mon. cap. 11. ptus peterent: cum non ſolus ordinarius miniſter, ſed quicunq; alius ſit ſua mercede dignus, vt Auguſtinus docet. Cæterum, tam Pontifici, quam iis qui mittũtur, uiſum eſt, vt ſolũ ex caritate petant, ſicuti ipſi nõ ex debito, ſed ex

caritate

A caritate miniſtrant. Et quamuis cæteris paribus, eleemoſyna danda ſit magis egentibus,cum alias propinquiori,& meliori, & cui debetur ex iuſtitia dari debeat;tamen quibuſdam de cauſſis,vt ex Hieronymo diſcimus,magis danda eſt religioſis,quam non religioſis magis indigentibus. Primo, ſi religioſus dederit omnia bona ſua pauperibus, ex quibus par eſt eum uiuere non modo ex caritate,ſed etiam ex quadam iuſtitia. Secundo,ſi laboret pro populo,concionando,ſacra miniſtrando,& orando,ex qua parte aliquid ei debetur aliquo modo ex iuſtitia,licet ex ſola caritate petat. Poſtremo ratione perfectioris vitæ,cum eleemoſyna danda ſit meliori,excepta tamen extrema neceſſitate, quæ ſemper præponderat minori neceſſitati. Et quoniam non facile cognoſcuntur meliores,idcirco danda ſemper erit ei qui meliorem ſuſcepit uitæ rationem,quam ei qui non ita bonam iniuit. *Contra Vigil.in fine.*

B Quartum fundamentum,in quo explicandum eſt, quomodo attendendum ſit medium in uirtutibus,quæ in medietate conſiſtere dicuntur Mediū itaque in uirtutibus dupliciter attendi poteſt,uno modo ſecundum rem,ita vt æqualitas ſit in re ipſa,& hoc modo in ſola uirtute iuſtitiæ quæ eſt ad alterum,attenditur medium: altero ſecūdum rationem & circunſtantias,vt in aliis ſit uirtutibus. Vt ecce,in liberalitate,medium non conſiſtit, in dando plus,vel minus,vt unum,aut duo,ſed in eo quod ratio recta dictat, pro ratione circunſtantiarum perſonæ,temporis,& aliorū attributorum,ex quorum uarietate, quod ratione unius eſt medium, ratione alterius erit extremum prodigalitatis,vel auaritię.Licet ergo omnia in alios diſtribuere poſſit eſſe extremum in patrefamilias,& in uiro politico,qui ſibi & aliis neceſſaria prouidere debet:tamen non erit extremum in eo, qui mundo virtutis & perfectionis gratia renunciare velit, cui ob dictam cauſſam renunciare oportere ēt Tullius,his uerbis docuit.Propterea quod, qui cōuenienter uicturus ſit, ei & proficiſcendū eſt ab omni mundo,& ab eius procuratione. Ratione huius qui hanc vitæ rationem eſſet initurus,extremum eſſent, vel nihil dare, vel ex parte tantum. Peteret hic aliquis,an omnium bonorum, diſtributio ſit medium volenti mundo renunciare,ante uotum, an poſt uotum;ſi primū,ni faciat peccabit,cum uirtutis medio oppoſitum ſit uitium, ſi alterum,igitur mendicitas ſub uotum non cadet, cum nihil recte uoueatur,niſi ex ſe ſit actus virtutis,cuiuſmodi non erit iſta elargitio,ſi contrariū non habet. Expedita eſt reſponſio,quoniam,vt ſupra diximus,conſilia Euāgelica non ſunt actus ſpecialium uirtutum, ſed actus heroici & perfectiſſimi communium uirtutum,liberalitatis,caſtitatis,& obedētiæ, quibus actibus non opponitur contrarius actus uitioſus,ſed actus minus perfecti:medium vero perfecti actus non habet extrema uitioſa,ſed minus perfecta. Verum accedente uoto,fiunt actus neceſſarij ſpecialium uirtutum, quibus ſpecialia,& uera opponuntur uitia. *D.Thom. Ariſt. li.5. eth.* *Lib.3. de fin.*

C

D

Vltimum fundamentum,quoniam mendicantium vita non modo in doctrina,ſed etiam in exemplo Chriſti fundata eſt,ideo non parui refert ad rē quam tractamus,uidere,an Chriſtus ſolum fuerit pauper,an vere etiam mēdicus,cum has duas hominum conditiones ſupra differre docuerimus. Et

quidem Armacanus exiſtimauit Chriſtum fuiſſe pauperem,non autem mēdicum: A & pauperem non amore paupertatis,ſed reſtrictione dominij,quod ei debebatur: Explico,putauit auctor iſte, Chriſtum ſucceſſiſſe Adamo in dono iuſtitiæ originalis,cui tam repugnabat habere aliquid priuati, quam mendicare. Ita enim fuit rerum dominus, vt earum ſolum uſum & neceſſaria habere potuerit,& ita nihil ſibi arrogare poterat: rerū ſiquidem diuiſio per peccatū introducta fuit. Cū ergo Chriſtus natus ſit in originali iuſtitia, ideo propria bona non habuit, licet eius eſſent omnia ratione vſus, cuius tamen dominium reſtrictum fuit, cū eſſet ſub lege,nec ei mendicare conueniebat. Sed iſte auctor hic tria inconuenienter docet, Chriſtum non fuiſſe mendicum: non habuiſſe verum dominium eorum quæ ſibi dabantur:& non fuiſſe pauperem,paupertatis amore,vt in poſitionibus docebo. B

Prima poſitio,Chriſtus Dominus fuit vere mendicus.Primo probatur ex duobus Dauidis locis,in quibus de Chriſti mendicitate fit mentio, ego autem (in perſona Chriſti diuinus loquitur vates) mendicus ſum & pauper. *Pſal.30.et 108.* Item,qui perſequutus eſt hominem inopem,& mendicum:quibus in locis ponitur vox Hebraica,Ebion, quæ proprie mendicum ſignificat. Et quod in illis de Chriſto ſit ſermo,patet; quia hi Pſalmi a ſacris ſcriptoribus citantur de Chriſto. *Heb 9. Act.1. 2.Cor.8.* Idem confirmatur expreſſa Pauli ſententia,qua ait, Propter vos egenus factus eſt, Græce πτωχεῦσε, ideſt,mendicauit, cum eſſet diues. *Luc. 9. & 6.* Deinde,ille eſt vere dicendus mendicus, qui domum non habet, vbi reclinet, qui ex aliorū eleemoſynis viuit,& in aliena domo verſatur;at talis fuit Chriſtus, vt ex hiſtoria conſtat Euangelica:igitur. In aliena domo cœnam C fecit,in iumento alieno equitauit,& in alieno ſepulchro ſepultus fuit.

Secunda poſitio,Chriſtus,non dominij reſtrictione, ſed paupertatis amore fuit mendicus. Nam,dicat aduerſarius,quis eum coegerit,vt ſub lege eſſe voluerit? Et cum eſſet ſub lege,nonne diues fieri poterat? & Rex etiam, ſi turbæ volūtati acquieſcere voluiſſet. Et quomodo eſſet verum quod Paulus ait,fuiſſe gratiam Chriſti,vt mendicus fieret,ſi non ex amore, ſed ex neceſſitate pauper fuit? Et ſi Paulus de Corinthijs dicit, Qui non ſolum facere, ſed & θέλειν,ideſt, velle,hoc eſt voluntarie facere,vt Græci exponunt, nullo hortante, cur hanc perfectionem Chriſto non tribuamus?

Tertia poſitio,Chriſtus fuit vere dominus eorum bonorum,quę ei ut mēdico donabantur.Quod ergo Chriſtus legitimum & politicum horum bo- D norum dominium acceperit, ſaltem vna cum ſuis diſcipulis, ex eo colligere licet, *Ioan.12.* quod de Iuda qui loculos habebat,dictum legimus,fur erat,& loculos habens: at non diceretur fur, ſi illorum bonorum nullus erat dominus: cum per naturale dominium, pecuniæ erogatæ non magis ad Chriſtū, quā ad alios pertinerent. His itaque quaſi fundamentis poſitis, propius ad rem propoſitam accedamus.

Quarta poſitio, paupertatis voluntariæ conſilium nullo modo in lege Euangelica eſt damnandum,ſed omnino retinendum: eſt doctrina certa fide tenenda,quā ſequentes cōfirmant rōnes. Primo,huc pertinet exemplum Chriſti recuperatoris,ꝗ noſtra cauſſa factus eſt voluntate mēdicus:igitur & nobis

A nobis licebit pauperes fieri propter Chriſtum. Quod ſi Armacanus dicat, hoc eſſe de numero eorum operum quæ non imitanda, ſed miranda ſunt; vt ieiunare quadraginta dies ſine vllo cibo; hoc nihil eſt, quia hoc opus ſine vllo miraculo fieri poteſt: tot autem dies ſine cibo viuere non item. Adde etiam, quod Chriſtus non dedit conſilium, vt in ea ieiunandi forma ipſum imitaremur, ſicuti ad perfectionem acquirendam, vt omnia abdicaremus.

Rurſus idem confirmatur exemplo Apoſtolorum, qui omnibus relictis, ſequuti ſunt Chriſtum, qui eis dixerat, Nolite poſſidere aurum, neque argẽtum in zonis, nec duas tunicas, &c. nec victum manibus ſibi comparabant, ſed ex ijs quæ ex liberalitate dabantur, viuebant. Quod ſi dicas, hoc vitæ genus fuiſſe præſcriptum Apoſtolis ad tempus, dum in Iudæa prædicabant; *Mat. 19.* *1. Cor. 9.*

B & fuiſſe reuocatū, tum exẽplo Chriſti, qui poſtea loculos habebat: tum præcepto, quando Apoſtolis, quos prius ſine ſacculo miſerat, dixit, ſed nūc qui habet ſacculum, tollat, ſimiliter & peram, hoc nihil eſt: quia, eſto fuerit ad tẽpus; tamen cum ſit res honeſta & vtilis, ſeruari poteſt: quæ doctrina non fuit loco citato reuocata. Etenim illis verbis ſignificatum eſt, tempore paſſionis eos in tanta futuros perturbatione & timore, in quanto ij ſunt qui nemini etiam amiciſſimo fidunt, eóſque ab omnibus deſerendos eſſe, magiſtro, & paſtore amiſſo: qui ſenſus ex antecedentibus & conſequentibus verbis planiſſime colligitur. Quod autem Chriſtus loculos habuerit, non pugnat, cum illa ſententia, Nolite poſſidere aurum, &c. Quia, vt Nicolaus Papa docet, vtriuſque vitæ exemplum præbere voluit, eius nimirum quę nihil omnino habet, & eius quæ in communi poſſidet: Et ita vnam inſtituendo vitæ rationem, non deſtruit alteram. Neque, cum dixit, Nolite poſſidere, præceptum dedit, ſed conſilium ex parte Apoſtolorum, & eorum qui eos imitantur: oritur tamen inde ordinatio obligatoria ex parte eorum quibus miniſtratur; vt plane ſuam cauſſam agẽdo loco citato docuit Apoſtolus: ex quo clare colligitur, non fuiſſe præceptum, dum ait, ſe iſta a Chriſto data poteſtate viuendi ex Euangelio, non vſum fuiſſe. Quod ſi dicas, Apoſtoli ex iuſtitia petebant, cum eſſent operarij, ergo non mendicabant, quid reſpondendum ſit ex tertio patet fundamento. Aliquando itaque ex iuſtitia, aliquando ex æquitate, aliquando ex caritate petere potuere, ac petebant. Secundo, eadem poſitio probatur ex hac Chriſti reſponſione facta iuueni illi, qui cū ſe mādata ſeruaſſe dixiſſet, ſubiecit, Quid adhuc mihi deeſt, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. Quod hic non contineatur præceptum, patet ex ijs quæ ſupra docuimus: & ſi eſſet præceptum, ad caritatem pertineret: caritas autem non requirit, vt omnia noſtra bona alijs largiamur. Vnde non loquitur Dominus de perfectione neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem, vt Pelagianus exponit: & ita quod illi deerat, non reſpicit ſalutem, ſed perfectionem; vnde non dicitur, vnum tibi deeſt, vende omnia, ſed, ſi uis perfectus eſſe. Nihil ergo ei deerat ad ſalutem, ſed ad perfectionem. Nec vera eſt expoſitio eorum, qui dicunt hunc locum intelligendum eſſe de animi præparatione, & verū præceptum continere, ut eſt illud de altera maxilla præbẽ- *Luc. 22.* *Cap. exiit. de uer. ſig.* C *1. Cor. 9.* *Mat. 19.* D *Aug. epiſt. 89. q. 4.* *Guliel. de ſan. am.* *Melanch.* *Mat. 5.*

da percutienti vnam: Nam horum locorum vera intelligentia ex Chriſti, A
& ſanctorum factis recte colligitur. Chriſtus alteram maxillam, ſe percutienti non prębuit, nec etiam Paulus: ex quibus Auguſtinus colligit, ſatis eſſe iſta præcepta ſeruare animi præparatione: quia re ipſa impleri non poſſunt, ſine damno proximi & offenſa Dei; vnde ſat eſt, ſi patienter iniuria feratur. At vero conſilium de rerum omnium abdicatione Chriſtus & Apoſtoli, alijque viri ſanctiſſimi re ipſa ſeruarunt: cum ſine vllius damno & iniuria ſeruari poſſit.

Oſiand. Nec etiam verum eſt, quod alius exiſtimauit, eſſe hic quidem conſilium,
Ioan. 20. ſed illi ſoli iuueni datum. Quia, quod dictum eſt vni, intelligitur dictū eſſe aliis, vt etiam illud, Paſce oues meas. Ideo aliquando noſter legislator ſuis
Mat. 13. Apoſtolis dixit, Quod vobis dico, omnibus dico. Hunc ſenſum perceperunt B
Apoſtoli, qui poſtea ſubiecerunt, Ecce nos reliquimus omnia; ſimiliter, omnibus dictum eſt, ſi vis ad vitam ingredi: ſi hoc dictum eſt omnibus, cur non etiā alterum quod ſequitur, ſi vis perfectus eſſe? Vnde facile colligeres, hic non eſſe pręceptum huic ſoli iuueni datum, vt Martyr voluit; cum, vt eſt demonſtratum, hic non contineatur præceptum, & quod vni eſt dictum, omnibus ſit dictum. Euertit etiam omnino iſtorum expoſitionem, quod Apoſtolis dicentibus, ſe omnia reliquiſſe, & petentibus, Quid ergo erit nobis, Dominus nihil promittere debuiſſet, ſi illi ſoli iuueni conſilium, aut præceptum datum fuiſſet.

Rurſus nec admittenda eſt Caluini expoſitio, quam etiam Martyr amplectitur: dicunt enim iſti, iuuenem illum mentitum fuiſſe cum dixit, ſe omnia C
mandata ſeruaſſe, & ideo Chriſtum ei dixiſſe, ſi vis perfectus eſſe, non vt ad hoc faciendum eum hortaretur, ſed vt propoſita re impoſſibili, diſceret ſe mentitum fuiſſe; vt ſi iactanti ſuam doctrinam, diceretur, Dic quot ſunt in cęlo ſidera. Quod autem ille non omnia mandata ſeruauerit, ita probat Caluinus: quia, ſi ſeruaſſet, caritatem habuiſſet, qua qui eſt præditus, libenter pro Deo, omnia abijcit: at ille audita Domini ſententia, mœrore affectus eſt: igitur. Sed iſta expoſitio pugnat cum eo, quod dicitur, Dominum iſtum iuuenem dilexiſſe, qui non diligit, ut ipſe alibi docet, eos qui eius mandata non ſeruant: Nec qui ex toto corde diligit, vt ſupra demonſtrauimus, tenetur facere omnia: ac proinde ei non abſolute imperauit, vt omnia vēderet; ſed ſub conditione propoſuit, ſi vis. Nec ualet, ſi dicas, eum fuiſſe obligatum ad per- D
fectionem, vt ex doctrina ſupra allata, planum eſt. Vnde, alia eſt perfectio ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, alia ad eminentem quendam beatitudinis gradum. Atque ex dictis colligeres, non eſſe admittendam expoſitionem illam, quam iure Chryſoſtomus reijcit, iuuenem illum, non animo diſcēdi, ſed tentandi Dominum interrogaſſe; cum ex tribus euāgeliſtis qui hanc hiſtoriam narrant, nemo eum vituperet: nec a Chriſto fuerit reprehēſus, quia alias cū tentatoribus, leniter agere non ſolebat, vt cum hoc egit iuuene. Denique, non malo animo acceſſiſſe, ex eo intelligi licet, quod triſtis abijt. Poſtremo hanc doctrinam confirmabunt, quæ ſequenti poſitione dicam.

Quincta poſitio, paupertatis mendicitatis ve votum Deo nuncupare licet.

Primum

A Primum demonſtratnt hæc veritas, auctoritate ſcripturæ, Apoſtoli Domino dixerũt, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? ex quibus uerbis Auguſtinus hanc ueritatem colligit, & hanc ſententiam ad Monachorum inſtitutum transfert, ut etiam Bernardus, & recte quidem: cum id omne Deo recte voueatur, quod ex eius doctrina bonum eſſe nouimus, eiuſque diſcipuli fecerunt. Adde, quod cenſendum eſt Chriſtum hortatos fuiſſe ſuos diſcipulos ad amplectendam paupertatem perfectam, qualis eſt illa quæ uoluntarie eſt ſuſcepta, & ne facile abijciatur, eſt uoto firmata. Actorum capite quarto, Multitudinis credẽtium erat cor unum, & anima vna, nec quiſquã eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Quod autem ex uoto hoc modo uiuerent, docet Au- *Epiſt 89.c.* *In pſ. 103. conc. 3.* *Declam. ſuper hoc loco.* *Ser. 1. de cõmuni uita cleric.*

B guſtinus, & confirmat ratio paullo ante allata: quam rurſus corroborares, ex facto Ananiæ & Sapphiræ, qui fraudarunt de precio agri, de quo dicitur fuiſſe in eorum poteſtate vendere, & ita ex conſilio obtulerunt. Quod cum uoto obtulerint, ex eo patet, quia mentiti ſunt Spiritui ſancto, ob fidem nimirum datam, & promiſſionem factam. Hoc idem colligi poteſt ex graui pœna, qua affecti ſunt: quæ ſane grauior fuit, quam quæ ſimplici mendacio, vel auaritiæ debebatur: igitur. Adde expoſitionem Patrum, qui ad ueritaté propoſitam confirmandam hoc loco utuntur, ut Chryſoſtomi hom. 12 in Apoſtolorum acta, Hieronymi epiſtola ad Demetriadem, Auguſtini ſermone 27. de verbis Apoſtoli, Fulgentij epiſtola de debito coniugali, Oecumenij in hunc locum, Gregorij epiſtola ad Venantium. Vnde Arator hunc in mo- *Cap. 8.* *Lib. 1. epiſt. 33.*

C dum hanc rem carmine expoſuit.

Sed quod mutata voluntas
Falſi crimen habet: cumque eſt iam cautio voti
Stare decet, nec velle prius violare ſequenti.

Poſtremo ad idem confirmandum affertur hic locus, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: quem locum exponendo Caluinus ait, per pauperes, intelligi afflictos: ſed iſta expoſitio non eſt conſona cum doctrina Patrum, qui aliter exponũt, nec cum ſcriptura: quia apud Lucam, pauperibus opponuntur diuites, cum dicitur, Væ vobis diuitibus: adde etiam, quia iſta beatitudo coincideret cum ſecunda, uel cum ultima. Auguſtinus, & Chryſoſtomus per pauperes, intelligunt humiles, quæ explicatio

D eſt quidem uera, ſed non primario intenta. Illa uero interpretatio quæ intelligit de pauperibus actu, & non affectu, omnino explodenda eſt, & a Patribus exploditur: adde, quod eſſet quædam beatitudo mundana, & non ex ſpiritu, id eſt, ex electione. Ideo non dicitur ſimpliciter pauperes, ſed additur, ſpiritu. Alij exponunt, de pauperibus affectu, quę bona eſt; ſed melior & magis intenta hæc alia, quæ eſt Ambroſij, Hieronymi, Bedæ & aliorum, Beati ergo uocantur qui propter Deum paupertaté eligunt; ac proinde ſunt etiam humiles, cum diuitię elationem fere gignant. Pauperes, inquam, ſpiritu, hoc eſt ex animo, & quia nihil de ſe ſentiunt: & non ſolum affectu, ſed etiam re, pauperes: nã græce, eſt ptochos, id eſt, egenus, quam etiam ſignificationem vox latina agnoſcit. Huc facit pręmium huic beatitudini propoſitum re- *Abulenſ.* *Lyran.* *Ianſen.*

gnum

gnum cœlorum. Denique, cenſendum eſt eam paupertatem Chriſtum beatam uocaſſe, quam ipſe animo & re profeſſus eſt: quam imitari, & uoto confirmare licere, quis prudens neget? Deinde, eandem ueritatem confirmares ex perpetua traditione eccleſiæ, quam Patrũ teſtimonia demonſtrant; ut Vrbani 1. epiſtola ſua decretali: Baſilij in conſtitutionibus monaſticis, Hieronymi epiſtola 22. ad Euſtochium, Auguſtini in pſalmum 25. Caſſiani de inſtitutis renunciantium, & denique Concilij Aurelianenſis 1. Can. 21. Accedat auctoritas Pontificum, qui mendicantium uitam approbarunt, ut Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Alexander, & Nicolaus IV. & Ioannes XXII. & Concilium Lugdunenſe atque Conſtantienſe: vt omittam omnium fidelium conſenſum, & eorum qui hoc genus vitę profeſſi ſunt, quorum multi miraculis claruerũt. Sexta poſitio, huic conſilio repoſitum eſt præmium ſupernaturale. Patet primum ex illis verbis, Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: & iuuenis ille, cui dictũ fuit, ſi uis perfectus eſſe, petierat, Quid ſibi faciendum eſſet, vt vitam æternã poſſideret: eidem dictum eſt, Theſauros habebis in cœlo: Et Apoſtolis petentibus, Quid ergo erit nobis? reſpõſum fuit, Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael, nimirum tanquam Chriſti aſſeſſores, etiam iuſtis præmia aſſignando.

Cap. ult. *Lib. 4.* *Cap. 13. & 37.* *Mat. 19.*

Ad primum; quod attinet ad primam auctoritatem, in primis certiſſimũ eſt, ibi nõ prohiberi mendicationẽ, cum eodem loco dicatur, Non deerunt pauperes in terra. Nec placet reſponſio Lyrani, dicentis in prioribus verbis prohiberi publicos mendicantes, in poſterioribus vero agi de pauperibus; qui etſi aliorum egent ope, non debent tamen mendicare, ſed a diuitibus eis ſubminiſtrãdum eſt: quoniam in hebraico codice, vtrobique eſt eadem vox Ebion, quæ proprie mendicum ſignificat. Adde quod inter Hebræos multi erant mendici. Dico igitur in prioribus verbis promitti a Deo tantam rerum vbertatem, vt nullus ſit futurus mendicus: cuius rei ſtatim ſubijcitur ratio, Quia benedicet, hoc eſt rerum abũdantiam dabit, tibi Dominus. Nec huic promiſſioni aduerſantur verba illa, Non deerit mendicus: Quoniam promiſſio erat conditionata, ſi audirent vocem Domini, & cuſtodirẽt vniuerſa, quæ iuſſerat; quæ non ſeruabãt, ac proinde non omnino abundabãt. Rurſus reſpondent alij, in dicta lege prohiberi mendicitatem, nõ reſpectu pauperum medicantium, ſed reſpectu diuitum, vt prouideant, ne qui mendicare cogantur. At cum ibidem præcipiatur diuitibus ut mendicis dent eleemoſynam, nec Iudæi a Chriſto unquam reprehenſi fuerint, quod hanc legem non ſeruauerint, cum tamen, vt ante diximus, apud eos reperirentur mendici, præcedens reſponſio uidetur eſſe firmior. Quod attinet ad leges ciuiles, latæ ſunt contra medicantes ocioſos: alia loca iam explicuimus: Ad ſecundum, negamus mendicitatem uoluntariam præbere cauſſam mali, loca quæ ad confirmationem afferuntur, intelliguntur de inuoluntaria mendicitate, & ratione hominum imperfectorum, & ſecundum communem hominum uitam, & maxime eorũ, qui in antiqua lege uixere, qui imperfecti fuere. At uero viri perfecti, qui una cum Paulo ſciunt abundare &

Luc. 16. & 18. *Ioan. 9.* *Act. 9.* *D Thom. opuſ. 19.* *Chryſ* *Auguſt.*

A re & penuriam pati, vt Iobus & Tobias norunt, neq; diuitiis neque paupertate ad peccandum permouentur; cum tamen de diuitiis Iſocrates ſcripſerit eſſe magis improbitatis, quàm probitatis miniſtras. At imperfecti homines cum paupertatē ſuſtinere nequeant, eam habet pro maxima pœna, q̃ Dauid improbis imprecabatur. Quod de uiro iuſto dixit, eum panem non quærere, a quibuſdam intelligitur de pane ſpirituali: Alij, vt Lyranus & Caietanus, intelligunt, pro vt plurimum accidit: Alij, vt Titelmanus per figuram Zeugmatis repetunt, adiectiuum, derelictum, vt ſit ſenſus, Non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius, hoc eſt eius poſteros & nepotes ita uidi derelictos, mendicare panem, hoc eſt, quæ ad uictum pertinet, quin Deus eis ſubminiſtrauerit neceſſaria: Hebræi ſubintelligunt omnino, in totum. Deni- *Hier. Auguſt.* *Paul. Bur gen.* *Genebr.*

B que, ſunt qui hunc locum exponant priuatim de homine eleemoſynario, qui crebras habet promiſſiones de diuina cura & fauore: quibus fauet Hebræorum idiotiſmus, qui nomine iuſti, uirum in pauperes beneficum, & no mine iuſtitiæ eleemoſynam deſignant. Vnde apud illos qui pro pauperibus eleemoſynam petunt, dicunt, zedacha, zedacha, ideſt, iuſtitia, iuſtitia. Ad tertium, ſoluitur ex doctrina allata in tertio fundamento: &, ſi concluderet, non ſolum urgeret mendicantes, ſed omnes qui bonis communibus uiuunt, & non ſunt cæci, nec debiles: cum religioſorum communia bona ſint ex fidelium eleemoſynis collecta. Quare, multo magis religioſi qui nō mendicant pauperes fraudarent, cum magnos redditus habeant, quam mē dicantes qui nihil poſſident. Illud de claudis & cęcis, intelligendum eſt

C cum particula diſiunctiua, ſiue ſint claudi, ſiue cęci, modo indigeant. Et cū nemo fere ſit ita calamitoſus, qui nō poſſit aliquid retribuere, quod dicitur de retributione, intelligendum eſt de illis, qui non poſſunt par pari referre & ad ſimile conuiuium inuitare: vt moneamur bene facere, non ſpe beneficij recipiendi, ne videamur magis fœnerari, quam eleemoſynam dare, vt ſeruetur illud à quodam ſapienter dictum, Da cœcus, accipe oculatus. Ad illud de ordine eleemoſynæ faciendæ, ſupra diximus.

Ad quartum, quod dr̃ de uitioſo extremo, & de æqualitate, ſoluitur ex dictis. Nec mendicantes exponunt ſe periculo pereundi fame, quia dum ſua elargiuntur, norunt ſibi non defutura neceſſaria, cū ſcriptū ſit, Deum non deeſſe iis qui eum timent, & Chriſtus id ſuis Apoſtolis promiſerit, & re ipſa comprobauerit, cum eis nihil de fuerit, cum ſine ſacculo & pera eos mi-

D ſit: Quo fit vt Deum non tentent, cum habeant neceſſaria ad uitam ſine miraculo, q̃uis nō ſine priuata Dei cura. Et cū nihil ſibi reſeruauerint, vt Chriſtū ſequantur, vere ei dicere poſſunt, Da nobis quotidianum panem, cum hæc petitio aptius uſurpetur ab eo qui nihil habet, quā ab eo qui aliquid poſſidet. Ad quinctum, quod attinet ad primum membrum, etiam pauperes dare & uouere aliquid poſſunt, vt recte docet Augustinus, cum uouere queāt quidquid acquirere queunt. Nec eſt par ratio de ægritudinis uoto, cum Chriſtus non ſuaſerit reiiciendam eſſe ſanitatem, ſicuti diuitias; adde, quod tenemur ſanitatem curare, ne noſtri interitus cauſſa eſſe uideamur; non tamen ſumus obligati ad diuitias parandas. Ad primum membrum, ſecundi mem- *Caſſ. colla. 2. c. 6.* *Ep. 89 q. 4*

di membri, qui in commune confert, eſt uere pauper, cum nullius rei ſit do- A
Act. 4. minus, quam paupertatis formã illi primi & perfecti Chriſtiani elegerunt: alterum vero membrum eſt omnino falſum, vt patet ex doctrina ſupra de bonorum operum vi allata, alias perperam Chriſtus ſuaſiſſet, vt omnia eius cauſſa daremus pauperibus. Noſtra itaque merita cum Chriſti meritis non pugnant, ſed ab illis vim habent ſuam. Nec qui mendicant caritatem uiolant, cum neminem ad dandum cogant, ſed potius bene merendi occaſionem præbent.

De conſilio obedientiæ. *Diſp.* X.

SI noſtri temporis hæretici quantum Deo obedientia placeat, B
animaduertere uoluiſſent, profecto nunquam hoc optimum de obedientia conſilium, eiuſque uotum oppugnaſſent. Quan-
1. Reg. tum autem Deus hanc uirtutem a nobis requirat, tunc plane expoſuit, cum dixit, ſe magis obedientiam velle, quam ſacrificium, quam qui Deo uouent, ei holocauſtum ſupremum ſacrificij genus, offerunt. Sed iam uideamus, quam leuibus & infirmis rationibus hãc optimam legis Euangelicæ partem, impij & Deo & hominibus inobediẽtes homines euertere conentur. Primo, qui hominibus obedire uolunt, idque ſe facturos uouent, faciunt contra Paulum dicentem, *Noli fieri ſerui hominũ*: igitur reiiciendum erit obedientiæ conſilium quo hominibus nos ſeruituros uouemus. Secundo, qui ſe uni tantum præpoſito obediturum uouet, C
facit contra doctrinam diui Petri præcipientis, vt omni humanæ creaturæ ſubiecti eſſe velimus propter Deum: iſti enim ab aliorum obedientia ſe ſubtrahunt, vt vni tantum obediant.

Tertio, qui in religionibus præſunt liberi ſunt ab obedientia, quam vouerunt, & hoc ſine vlla diſpenſatione; igitur, ait Lutherus, indicium eſt, nullam fuiſſe voti vim apud Deum.

Quarto, diuus Paulus potius monet, vt inuicem ſuperiores arbitremur: non igitur debemus noſipſos alijs per obedientiam ſubijcere. Confirmãtes hoc argumentum ex inſita a natura, etiam bene inſtituta, appetitione; qua potius alijs præeſſe, quam ſubeſſe uolumus; huc facit hæc M. Tullij ſententia, Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta eſt appetitio quædã principatus, D
ut nemini parere animus bene informatus a natura uelit. Poſtremo, quo argumento probatur adoleſcentes non poſſe uouere obedientiam ſine conſenſu parentum: quia habent præceptum naturale & diuinum de obedien-
Coloſ. 3. do parentibus, quod ubique & ſemper obligat: & confirmatur ex Paulo dicente, Filij obedite parentibus in omnibus.

In hac difficultate Lutherus & Caluinus dicunt adoleſcentes non poſſe admitti ad uota monaſtica, niſi poſt annum quinquageſimum, uel ſeptuageſimum, aut octogeſimum, & filios inuitis parentibus non eſſe in monaſteria recipiendos: At ueritas catholica aliter docet, ut conſequentibus poſitionibus docebo.

Prima

A Prima poſitio, obedientiæ conſilium,& eius notum nullo modo in lege chriſtiana ſunt damnanda. Eſt doctrina fide tenenda, quæ ſic probatur. Primo illud Deo promitti, & voto cõfirmari poteſt quod Deo maxime placet: huiuſmodi eſt obedientia, vt ex loco ſupra citato patet: igitur. Quod ſi dicas, ſolum concludere de obedientia Deo exhibẽda, hoc nihil eſt; quia qui obedientiam homini præſtant, ob Dei gloriam, & vt magis Deo obediant id faciunt. Confirmatur: illud approbandum eſt, quo quis maxime ſeipſum abnegat, ad quod faciendum Chriſtus nos hortatus eſt: at hoc maxime fit ab illis qui obedientiam profitentur: igitur. Secundo, iuueni ad perfectionem acquirendam a Chriſto excitato, nõ ſolum dictum fuit, vt omnia venderet, ſed etiam, vt Dominum ſequeretur. Quod hic detur conſilium patet ex dictis: quia præceſſerunt hæc verba, ſi vis pefectus eſſe. Quod etiam

B deſignetur obedientia, patet: quia ſequi Chriſtum, eſt eum imitari: ipſe autem factus eſt obediens vſque ad mortem: & hoc eſſe Chriſtum ſequi, ipſe plane expoſuit, cum dixit, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,& ſequatur me. Abnegare ſemetipſum profecto nihil aliud eſt, quam ſuæ renunciare voluntati, iudicio, atque affectibus. Quo loco notandum eſt, duplicem eſſe obedientiam: vnam communem omnibus fidelibus ad ſalutem conſequendam neceſſariam, per quam diuinam volũtatem per mandatorum obſeruationem obediendo exequimur; de qua loco proxime citato fit mentio: quod patet ex eo, quod ſubditur, qui amat animam ſuam, perdet eam: perditio autem ſaluti reſpondet. Verum ex hoc lo-

Phil. 2.

Mat. 16.

Mat. 19.
Luc. 18.

C co colligitur etiam altera obedientia vniuerſalior,& perfectior, de qua alibi in diuinis literis fit mentio: quæ conſiſtit in obediendo in omnibus rebus, etiam non neceſſarijs, quam is amplectitur, qui omnino ſeipſum per obedientiæ conſilium abnegat. Qui ergo extra articulum neceſſitatis in ijs quæ ſibi libera ſunt, ſe abnegat, is perfectionis & conſilij viam ingreditur. Neque erit omnino perfecta obedientia, niſi fuerit voto confirmata: cum facile is non obediat, ſed ſuum ſequatur iudicium, qui cum promiſſione facta Deo, ſuę uoluntati non abrenunciat. Et is demum crucem ſuam tollit, crucique affixus eſt, qui quo vult pergere, & quod cupit facere non poteſt, niſi ab alio moueatur.

Caſſia. li. 4. de inſti. cænob. c. 35

Tertio, idem confirmare licet exemplo filiorum Ionadab, qui in diuina

D pagina laudantur, quod aliqua præſtiterint, ut obedirent patri ſuo, in quibus non tenebantur obedire, vt quod uinum non biberent, agros non ſererent, nec habitarent in domibus; ob quæ opera remunerationem a Deo acceperunt: ergo ſi hoc gratum fuit Deo, ei offerri poterat. Quod ſi Martyr dicat, licet Deus hoc illis non præceperit; præcepit tamen vt parentibus obedirent, quibus dum obeditur, id fit quod diuino eſt præcepto mandatũ; hoc nihil eſt: Quoniam iſta admiſſa expoſitione, ratio quam facit Deus ab iſtorũ obedientia ſumpta, ad reprehendendum populum Hebręum, quod ſibi nõ obediret, infirma eſſet. Quia, ſi illi diuino præcepto obſtricti fuiſſent, obedire patri in dictis rebus, nulla eſſet oppoſitio, & repugnantia inter Deum & creaturam, quoniam filij Ionadab obediuiſſent Deo, & Populus nõ obedi-

Ier. de uer. 35. Lib. ...

uiſſet Deo. Vis ergo argumenti, quod Deus facit, in hoc eſt ſita, illi obediue A
runt homini illis in rebus in quibus propter meum mandatum non erant
obligati: Populus autem non obediuit mihi in illis rebus quas ei præcipio,
& ex præcepto ſeruare tenetur. Propterea recte Rabanus ſcriptum reliquit,
iſtos filios plus feciſſe, quã lex diuina requirebat. Adde e͂t, quod ni aliquid
egregium feciſſent, nec laudati fuiſſent, nec præmium ſuæ obedientiæ re-
portaſſent. Cum ergo filij non teneantur omnibus in rebus obedire paren-
tibus, cum ad annos pubertatis peruenerint, ſintque ſui iuris in ijs quæ ad
vitæ genus eligendum pertinent, alias enim a ſeruis non differrent, aliquid
amplius obediendo præſtare poſſunt, quam quod ex diuino mandato tené
tur. Quarto, rationi conſentaneum eſt, & expedit, ſcripturaque monet, vt
Prou. 3. qui uolunt in communi uita uiuere, aliquem ducem habeant, cui obediant, B
cum ſcriptum ſit, Obedite præpoſitis ueſtris: igitur cum hoc ſit utile & re-
Luc. 10. ctum, recte uoueri poterit. Quincto, idem confirmatur perpetua Eccleſiæ
Heb. 3. traditione Patrum monumentis confirmata. Siquidem in eccleſia ſemper
fuerunt, qui uitam religioſam in uoto obedientiæ fundatam, profeſſi ſunt
vt conſtat ex Baſilio in conſtitutionibus monaſticis, ex Hieronymo, epiſto-
Cap. 23. la ad Euſtochium, & ad Ruſticum, qui locus eſt illuſtris, ex Sulpitio de Lau
Cap. 31. dibus diui Martini: ex Auguſtino, libro de moribus Eccleſiæ: ex Caſſiano, li
bro quarto, de inſtitutis renunciantiũ, qui ſpeciatim de uoto meminit, & de
Cap. 53. nique ex Gregorio, homel. 20. in Ezechielem. Poſtremo huius obedientiæ
Li. 4. c. 23. opera miraculis illuſtrata fuere, vt ex Sulpitio, & Caſſiano locis citatis co-
Greg. li. 1. gnoſcitur, quorum nonnulla a Marco Marulo lib. 4. de inſtitutione beatę vi C
dial. c. 7. tæ capite 3. recenſentur. Secunda poſitio, ad uotum obedientiæ nuncupã-
dum, non eſt neceſſe expectare tam longum tempus, vt hæretici dicunt, ſed
Thre. 3. ſatis eſt, ſi adſit plenus liberi arbitrij uſus. Nam, vt ſcriptura docet, Bonum
eſt uiro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: & Dominus dixit, Sini-
te paruulos uenire ad me. Adde exempla ſanctiſſimorum hominum. Ioan
nes Baptiſta a puero in eremum ſeceſſit, item Antonius, Paulus primus Ere-
mita, Hilarion, Benedictus, Franciſcus, et alij, qui etiam adoleſcentes ad hoc
vitæ genus admiſerunt. Idem diceres de multis Virginibus: & Chriſti ma-
ter adoleſcentula uouit, vt ſupra probauimus. Adde auctoritaté Patrũ, Atha
naſij, libro de humanitate Verbi, Ambroſij libro tertio de Virginibus, Hie-
ronymi epiſtola ad Euſtochium, & denique Auguſtini, libro de ſancta vir- D
ginitate. Verum ad profeſſionem ſolemnem, illud tempus expectãdum eſt,
Cæſaraug. cap ult. quod ab Eccleſia difinitur. Concilia quædam iuſſerunt expectari annum
40. in profeſſione a muliere facienda; alia, vt Carthaginenſe 4. annum 25.
Agathen. can. 13. ſed Mileuitanum declarauit Virgines etiam ante poſſe ad profeſſioné ad-
Can. 26. mitti, ſi neceſſitas vrgeat. In ſummã, minor ætas, ex communi ſententia, eſt
Cap. ad noſtram & ſi- annus 14. Sed Concil. Tridentinum ſtatuit, ne fiat ante annum 16. quod
tẽpus olim definiuerat Baſilius, vt ex Concilio Trullano diſcimus. Quod ſi
gnificatũ, de regular. obijcias concilium Romanũ celebratũ ſub Syluestro, vbi determinatur té-
Cap. 40. pus 42. annorum, dicerem numerum eſſe corruptum, cum tale tempus non
Can. 10. ſit rationi congruum & a conſuetudine, aliorumque conciliorum ſanctio-

nibus

nibus diſſentiat. Vel dicas, Concilium non loqui de omnibus virginibus ſed de illis duntaxat, quæ ante profeſſionem virum petierunt, vt ex uerbis Concilij intelligi poteſt, quæ diutius, quam aliæ probandæ erant. Quod Gregorius aliquando dixit, ſanctimonialem non debere velari ante annum 60. de Abbatiſſa loquitur. Quod autem Paulus de adoleſcentioribus viduis uitandis, aut reiiciendis (ut vox græca ſonat) dixit, intelligitur de non admittendis adoleſcentioribus in numerum earum, quæ alebantur ab Eccleſia, vt etiam ſupra adnotauimus. Quod ſi Martyr dicat, ſi illæ arcebantur ob periculum incótinentiæ quam uouebant, cur non ob eandem cauſſam arceantur etiam a uoto? Reſponderem, quia multo turpius erat, & maius ſcandalum præbebat ea, quæ publice alebatur, ſi uotum non ſeruaſſet. *Epiſt. 11. lib 3.* *1. Tim 3.*

B Tertia poſitio, iuuenibus, etiam inuitis parentibus, votum obediétiæ in aliqua religione profiteri licet: modo venerint ad annos pubertatis, qui annus in maſculis eſt 15. in feminis 12. & parentes non ſint in tali neceſſitate conſtituti, ut ſine filiorum auxilio uiuere non queant. Primum, ad hanc ueritatem confirmandam faciunt illa diuinæ ſcripturæ loca, quæ hortantur ad ſuos relinquendos, ut liberius Deo ſeruiatur, & qui hoc fecerunt, laudantur ut Abraham, & Leuitæ. Huc facit, quod Chriſtus ei Iuueni, quem ad ſe uocauerat, non conceſſit vt ad parentem ſepeliendum iret, & aliquando dixit, qui amat patrem, vel matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Deinde, confirmatur auctoritate Concilij Toletani X. & Triburienſis, & Clementis III. Quibus accedit Patrum auctoritas, Chryſoſtomi lib. 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ, ad finem: Theophylacti cap. 19. in Ioannem, in illa uerba, Ecce mater tua; Hieronymi epiſtola ad Heliodorum, qui locus eſt inſignis: Ambroſius lib. 3. de ſancta uirginitate: Auguſtini epiſt. 38. Gregorij homelia 37. in Euangelia, Bernardi epiſt. 3. denique Beati Tho. qui & verbo & exemplo hoc docuit, cum matre & fratribus repugnantibus religionem ſit ingreſſus. Poſtremo accedat optima ratio ex Ambroſio ſumpta, ſi licet parentibus inuitis maritum, aut vxorem eligere, cur etiam iiſdem repugnantibus, non liceat Deo ſe totum dicare? cum diuinus ſpiritus dicat, Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Similiter ſi licet poſt matrimonium contractum, non tamen conſummatum, vxorem inuitam relinquere, & ad religionem tranſire cur etiam id non liceat filiis iam liberis? cum magis ſit obediendum Deo, quam hominibus, qui profecto ex gratia ſingulari interna uocatione uocanti obediendum erit, cum nulla urgeat ratio in contrarium, vt ex earum ſolutione patebit. *Cap. 1. de reg lib. 6.* *Can puell. 14 20. q. 2.* *Gen. 12.* *Deut. 33.* *Pſal. 44.* *Mat. 10.* *Cap. ult.* *Can puella 24.* *In epiſ. ad Epheſ. c. 6* *Pſal. 44.* *Act. 5.*

C

D

Ad primum, alias hunc locum explicuimus, non fiunt ſerui hominum illi, qui vt melius & ſecurius Dei uoluntatem faciant, ſe ſua propter Deū voluntate priuant, & quaſi per holocauſtum ſe totos Deo offerunt: Ad ſecundum, non præcipit Petrus, vt omnibus ſimplicet pareamus, cum hoc ſit impoſſibile: quia ſi omnes obedire deberent, non eſſet qui præciperet, & ita, per omnem humanam creaturam intelligit eos, qui poteſtatem imperandi habent, vnde ſubiicit, ſiue Regi, &c. Ad tertium, cum aliquis eligitur in

præpoſitum non eſt liber a uoti obligatione, ſed ſolum ceſſat obligationis A vſus, quia non habet ſuperiorem cui obedire debeat, vel materiam, in qua ſe exerceat. Vnde peracto munere, ad obediendum reuertitur.

Ad quartum, eo loco monet nos Apoſtolus, vt per humilitatẽ exiſtimemus omnes eſſe nobis ſuperiores, meliores nimirum, & perfectiores; non vt habeamus omnes tanquam Principes: vnde ait, Per humilitatem inuicem ſuperiores arbitrantes. Ciceronis locus, ſi integre citetur, a nobis eſt; nam cũ dixiſſet, homines naturæ appetitu nemini parere velle, ſubdit, Niſi præcipienti, aut docenti, aut vtilitatis cauſſa iuſte & legitime imperanti: ex quo animi magnitudo exiſtit, humanarum rerum contemptio. Ad quinctum, filij non ſunt obligati obedire parẽtibus omnibus in rebus ſimpliciter; ſed

Gal. 4. in omnibus ad quæ patria poteſtas pertinet. Vel dicas, Paulum loqui de filijs qui in ætate ſunt puerili; in qua qui eſt, ut idem alibi docet, non differt a ſeruo. Atque hæc ſunt quæ de conſilijs euangelicis, euangelicaque lege in præſentia tractanda nobis fuere. B

Qua autem ratione diuinæ leges, hoc eſt ſcriptura diuina explicanda ſit: in libris Diuinarum inſtitutionum quos, fauente Deo, in lucem daturi ſumus, pleniſſime explicabimus. Et cum in hac ſuſcepta de omnibus legibus tractatione nihil nobis dicendum pro noſtro inſtituto reſtet; huic operi, gratias ſummo Legiſlatori Deo, qui incipere & perficere nobis dedit agendo, finem facimus.

F I N I S.

Laus DEO *Opt. Max. & Beatæ Virgini Annunciatæ.*

VENETIIS, MDC.
Apud Ioannem Guerilium.